Etymologicon linguæ anglicanæ, seu explicatio vocum anglicarum etymologica ex propriis fontibus, scil. ex linguis duodecim ... Accedit etymologico botanicum ... Accedit & tertio vocum forensium tum antiquarum & jam obsoletarum, tum recentium, & quæ adhuc in usu sunt, etymologica expositio ... Quarto adjectæ sunt originationes omnium vocum antiquarum anglicarum, quæ usq; à Wilhelmo Victore invaluerunt ... Tandem ultimo Etymologicon onomasticon ... Omnia alphabetico ordine in quinque distinctas classes digesta / Authore Stephano Skinner.

Contributors

Skinner, Stephen, 1623-1667.
Henshaw, Thomas, 1618-1700.
Victore, Wilhelmo.

Publication/Creation

Londoni : Typis T. Roycroft, & prostant venales apud H. Brome, 1671.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/zp7cugpd

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

1671

48467/C
17248. 2 C 4 (1)
2518
U. VIII
17/5

S.
20-8-06
502

WHITE-HALL, Sept. 7. 1665.

By Permission and Licence of the Right Honorable Sir WILLIAM Morice Principal Secretary of State, I do this ETYMOLOGICON LINGUÆ ANGLICANÆ be Printed.

WHITE-HALL, *Sept.* 7. 1668.

By Permission and Licence of the Right Honorable Sir *William Morice*, Principal Secretary of State, Let this ETYMOLOGICON LINGUÆ ANGLICANÆ be Printed.

JO. COOKE.

Hunter 5. 17248

ETYMOLOGICON Linguæ Anglicanæ,

Seu Explicatio vocum Anglicarum Etymologica ex propriis fontibus, scil. ex Linguis duodecim;

Anglo-Saxonica seu Anglica prisca, notata AS.
Runica, Gothica, Cimbrica, seu Danica antiqua, notata Run. Dan.
Franco-Theotisca, seu Teutonica vetere, notata Fr. Th.
Danica recentiori, notata Dan. rec.
Belgica, notata Belg.

Teutonica recentiori, notata Teut.
Cambro-Britanica, notata C. Br.
Franco-Gallica, notata Fr.
Italica, notata It.
Hispanica, notata Hisp.
Latina, notata Lat.
Græca, notata Gr.

Omissis interim iis omnibus quæ, unica litera addita vel mutata, Romanam *profitentur originem, utpote quæ pueris nota sunt, & librum in incommodam molem attollerent; omissis etiam ob eandem causam Derivativis ferè omnibus, ut quæ expositis radicibus, neminem propitio Mercurio natum latere possunt.*

Accedit Etymologicon Botanicum, seu Explicatio nominum omnium Vegetabilium, præsertim solo nostro assuetorum, aut quæ, licèt peregrina sint, vulgò nota sunt; omissis interim quæ manifestè vel à *Latino* vel à *Græco* fonte promanant.

Accedit & tertio vocum Forensium tum antiquarum & jam obsoletarum, tum recentium, & quæ adhuc in usu sunt, Etymologica expositio, rejectis etiam hic quæ apertè *Latinos* natales agnoscunt.

Quarto adjectæ sunt Originationes omnium vocum antiquarum Anglicarum, quæ usq; à *Wilhelmo Victore* invaluerunt, & jam ante parentum ætatem in usu esse desierunt, vitatis ubique quæ non obscurè *Romanam* redolent prosapiam.

Tandem ultimo Etymologicon Onomasticon, seu Explicatio Etymologica nominum Fluviorum, Regionum, Urbium, Oppidorum, Pagorum, Collium, Montium, Sinuum, Promontoriorum, & præcipuè Virorum & Fœminarum, quæ vel apud *Anglo-Saxones* olim fuerunt, vel etiamnum apud nos in usu sunt; adjectis etiam nominibus celebrium Locorum, Virorum, & Mulierum, quæ in Historiis Anglicè conscriptis occurrunt, præsertim si *Germanicæ* originis sint, omissis interim quæ à *Latino*, *Græco*, aut *Hebraico* fonte, saltem manifestè, fluunt, utpote passim à multis Authoribus jamdiu satis accuratè expositis.

Omnia Alphabetico ordine in quinque distinctas Classes digesta.

Candidus Lector pleniorem & luculentiorem instituti mei rationem in præfatione libri hujus expectabit.

Authore *STEPHANO SKINNER*, M. D.

LONDINI,

Typis *T. Roycroft*, & prostant venales apud *H. Brome* sub signo *Bombardæ* ad occidentale Sancti *Pauli* latus, *R. Clavel*, *B. Tooke* sub signo *Navis* Cœmeterio Divi *Pauli*, & *T. Sawbridge* sub signo trium *Iridum* in *Parva Britannia*. M DC LXXI.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

LECTORI CANDIDO,

S. D.

EDITOR.

Gaude Lector! En prodit diu exoptatum Eruditissimi Skinneri *Etymologicon, Idiomatis Anglici dicam? An potius omnium fere linguarum quæ nunc temporis vulgo per* Europam *obtinent? Opus* doctum Juppiter & laboriosum! *sed ipsum, proh dolor,*

Ἕλλαβε ποςφύςε⊙ ϑάνα⊙ κὴ μοῖςα κεφλαὰ.

Quippe cum ineunte Autumno Anni 1667. *ut Ægrotis succurreret, ut Quartanas, & Dysenterias passim ingruentes profligaret, undique per Agrum* Lincolnienſem *excurreret, ex improviso febre maligna correptus intra paucos dies fato concessit* 5. Septembris *Ætatisq; suæ* Anno 45^to^; *ingens sui desiderium omnibus Amicis, Concivibus, Familiaribus, Collegis relinquens. Quis enim non deperiret virum innocentis & integræ vitæ, amœni, & festivi Ingenij, acris Judicij, cui nihil unquam morosum aut languidum excidit? Virum omnigenæ doctrinæ non levi tinctura imbutum! nempe qui omnium ætatum optimæ notæ libros non solum devoraverat, sed concoxerat; & tam valida, fœlici, & præsenti*

memoria, ut Bibliotheca loquens & vivens merito videri posſit : Linguarum quæ nunc ſunt in honore erat callentiſſimus, Orientales extra quas ut ab inſtituto ſtudiorum ſuorum alienas neglexerat : Græcam autem, nobilem illam ſcientiarum & eruditionis matrem, ſumme dilexit, & adeo ſibi familiarem reddidit, ut Platonis *ævo Mediis Athenis natum diceres. Quinimo ut ingenium & mores ſuos magis expoliret, plurimos Annos in* Gallia, Italia, Germania, Belgio Hiſpanico & Fœderato *peregrinatus, multorum Principum Aulas inviſebat, Academias frequentavit ; ubique Doctiorum hominum amicitiam, familiaritatem, aut ſaltem colloquium, ſtudioſe & officioſe ambiit, exambiit : & cum per* Germaniam *tranſiens* Heidelbergam *diverterat, ubi ſereniſſimus* Carolus Ludovicus *Elector Palatinus intermiſſa diu ſtudia per horrendas belli miſerias nuper renovaverat, & celeberrimam illam Academiam inſtauraverat,* Skinnerus *noſter Principis juſſu, cui placere impenſe ſtudebat, Purpuram Doctoralem in facultate Medicinæ ibi demerebatur, quam ſibi potius in Patria Academia (nempe* Oxonio *) auſpicandam antea deſtinaverat. Tandem ad ſuos redux totis viribus ſe ad* Ἰατρικὴν *accinxit : Domicilium autem ſuum, ſuaſu complurium nobilium* Lincolniæ *elegit (quæ olim* Lindum *Regia Merciorum civitas) ubi dum fata ſiverunt Ægrotis vixit opitulus, amicis charus & poſt obitum diu deflendus.*

Quod librum ſpectat quem præ manibus habes, amice lector, ſcias Autorem nativa Genij ſui propenſitate Etymologicam animi gratia exercuiſſe ; qui ſolebat horis ſubſecivis (quas aliqui ſomno, aleæ, ventri, vino, impendere amant ; quamvis non ipſe, ut omnia ſcias, à Philoſophicis & eruditis ſympoſiis abhorrebat) magnam voluptatem capere in venandis noſtrorum verborum Originibus, quas mira, & ipſi quodammodo peculiari ſagacitate, arte, & judicio per avia antiquitatis ſæcula,

ſæcula, per multarum linguarum ſalebras, vepres & dumeta pernix perſequebatur. Cui in hoc ſtudio ingens calcar addiderat (ut ipſe faſſus eſt) Clariſſimi Menagii *in conſcribendis* Gallicæ *linguæ Originibus gloria & fœlicitas: quæ, ſi rudis & novitius in hac arte es, & neſcias quam raro alicui in hac arena deſudanti acciderit, ſi nondum* Platonis, Varronis, *imo* Ciceronis (*quod cum tantorum virorum pace & reverentia dictum eſto*) *Etymologicæ ineptiæ tibi riſum aut ſtomachum commoverunt, ſi* Iſidori, Scaligeri, Becani, Stephani, Paſquieri, Minſevi, &c. *conatus in hoc genere non afflaverint tibi frigus, malim ex* Menagio *diſcas quales ſint, quam ut te longiore ambage ab ingreſſu hujus operis detineam. Sed neſcio quo fatorum conſilio, huic ultimo ſæculo nec merenti, nec talia æſtimanti, reſervati ſunt eximii illi viri* Martinius, Spelmannus, Kilianus, Voſſius, Salmaſius, Bochartus, Junius, Menagius, Skinnerus, *qui primi Etymologorum nugari deſierunt.* Skinnerus *qui has Schedas primo compoſuit ut ſibi placeret, & ſuarum virium periculum faceret; tandem ut amicis faceret ſatis, earum aliquibus copiam fecit, quorum precibus (& abſit verbo invidia præcipue meis) victus, tandem eas publici juris facere ſtatuit; Quamplurimas addidit Etymologias, nonnullas ab amicis tranſmiſſas, quorum nominibus etſi obnixe deprecatus parcere noluit; omnia Amanuenſi ſuo exſcribenda tradidit, & præfationem ſcripſit, ſed interim inopina morte abreptus; non potuit opus denuo ad limam revocare; & quamvis ex Obelis aliquot, ab ipſo margini appictis, conjici poteſt ipſum loca quædam ſibi delenda propoſuiſſe; illo inconſulto aliquid immutare piaculum nobis viſum eſt.*

Quam utilitatem ex hoc Opere exterarum Gentium ſtudioſi percipient, (quorum gratia Autor hæc Latine ſcripſit) ſatis per ſe manifeſtum eſt, cum hic non pauca reperient quæ ipſorum Linguæ vernaculæ lucem aut nitorem afferent.

Anglis

Anglis autem Καμήλιον *auro contra prætiosum offertur ; nunc enim non amplius (Psittacorum more) verba quæ non intelliginus, ut à nutriculis , ancillis, & mancipiis pueri accipimus, proferemus ; nam quæ cujusque vocabuli vis & potestas, quid κυρίως quid μεταφορικῶς signat, hinc edisce possumus : hinc causa dabitur Orthographiam nostram, vagam alioquin & incertam, corrigendi, stabiliendi : &, si aliquando Anglis cura erit, linguam excolendi, & exemplo politiorum nationum (quarum linguæ hac industria Romanæ ipsius factæ sunt æmulæ) eam à Solœcismis, & improperiis liberandi, (quibus vulgares scatent) & illam puritatem & decorem inducendi, cujus nostra cum primis est capax : Aut aliquis è Principibus aut magnatibus nostris æmulus gloriæ Magni Ducis* Hetruriæ *aut Eminentissimi* Richelij, *hanc provinciam aliquibus doctis, prudentibus, & cordatis viris demandabit ; Deus bone ! quantum auxilii & emolumenti tam nobili proposito suppeditabit hoc Etymologicon.*

Denique Lector si purus putus Anglus es, non te pudeat, nec frontem caperet, quod vernacula tua, velut Cornix in Fabula plumis alienis undique discerptis exornata prostato : hoc tuæ cum omnibus aliis tam vulgaribus quam doctis (præter sacram) commune est : non enim Confusionis Babelicæ maledictio momentanea erat, ea hodieque durat, & ad consummationem Mundi perdurabit. Hæc sunt pauca quibus te volui, nunc vale Lector & Fruere.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

HUmanum genus, per multa a mundi primordiis ſecula, una omnes Lingua uſos, deinde propter ſuperbiam, multis damnatos eſſe Spiritui Sancto per *Moſem* atteſtanti Chriſtiani credimus. Ubi ſtatim in limine ſe ultro ingerit quæſtio non contemnenda, utrum ſcil. in illa *Babelis* confuſione, Deus diverſas prorſus linguas hominibus infuderit, an potius *Hebræam*, quam pro primitiva habent plerique doctorum, voces varie inflectendo, novaſque etiam aliquot interſerendo, in multiplices dialectos, ex quibus omnes hodiernæ fluxerunt, ſciderit & diſpeſcuerit. Poſterior ſententia multis tum pietate, tum ingenio & eruditione inſignibus viris, præ nimio in ſacram Linguam affectu arridet, tanquam parum eſſet primigeniam, Catholicam & Dei, Angelorum Hominumque communem Linguam fuiſſe, niſi ſolam etiamnum, aut ſaltem cæterarum omnium parentem ſtatuamus. Quanquam vero in re ad Theologos magis ſpectante, altiſſimæ inſuper antiquitatis velo involuta, eoque nobis fere abſcondita nollem quicquam fidenter, nedum præfracte, definire, vero tamen propius videtur Deum diverſas plane Linguas, fortean pro tribuum & cognationum numero, hominibus diſpertiiſſe; cum ſi tantum diverſas diſſeminaſſet dialectos, homines ſe adhuc invicem utcunque intelligere, & porro in cæptæ turris ex-

 tructione

tructione pergere potuissent: imo intra unam ætatem variæ istæ Dialecti, ut usu venit, in unam rursus coaluissent. Finge enim tibi *Anglos* tres, primum Civem *Londinensem*, & Rusticos duos, alterum *Devoniensis*, alterum *Eboracensis* agri cultorem, vel, ut paralleliſmum perspicuum & luculentum etiam exteris reddam, finge tibi *Gallos* tres, Civem sc. *Parisiensem*, & Rusticos duos alterum *Aquitanum*, alterum *Normannum* vel *Wallonem*, vel, si mavis, tres *Italos*, priorem Civem *Senensem*, & Rusticorum alterum *Bononiensem* aut *Bergomatem*, alterum *Calabrum*, finge, inquam, hos tres in insula aliqua ignoti orbis incolis vacua expositos, suæque fortunæ relictos, eoque mutua necessitate ad quoddam sodalitii & convictus fœdus compulsos. Hi proculdubio primo congressu se mutuo, licet aliquanto difficilius, intelligerent, & non longo temporis intervallo, vel duo rustici Cultioris civis dialectum, utpote molliorem, suavioremque, suis omissis & neglectis, addiscerent, vel singulis singulorum voces observantibus, eoque memoriæ mandantibus, & paulatim inter colloquia usurpantibus, una Lingua ex tribus mixtis & simul contemperatis conflata exurgeret. Vir Reverendus *Mericus Casaubon* tanto Patre dignus filius, doctissima *de Lingua Hebraica diatriba* peculiarem & à reliquis omnibus sejunctam tuetur sententiam, sed quæ hoc cum aliis commune habet, quod etiam ipsa omnes omnium nationum dialectos *Hebraicæ* colonias & propagines esse astruit. Negat enim per confusionem sermonis, cujus mentio fit *cap. undecimo Geneseos, versu septimo*, intelligi variarum Linguarum immissionem; sed, ut ipsius verbis utar, *turbata mente & confusis, ita Deo operante, rerum notionibus, ita contingere potuisse, ut, cum omnes Hebraice loquerentur, aut Hebraïca saltem verba proferrent, invicem tamen non intelligerent, non magis quam si plane diversis omnes locuti Linguis essent: Diversitatem autem Linguarum tum demum, idque paulatim & sensim subortam, cum populi & tribus longis terrarum spatiis a se invicem divisi in diversa regimina & politias coaluerunt.* Quod autem *capite decem Moses* divisionem populorum secundum Linguas suas sæpius inculcat, respondet *id fieri per Prolepsin, figuram Sacræ Scripturæ satis familiarem.* Sane licet speciosa satis sit hæc opinio, multum abest ut mihi persuadeat, quia contextus

ipse

ipſe plane adverſari & reclamare videtur. Sic enim quaſi ſecum deliberans Deus loquitur *verſ. ſexto & ſeptimo. En populum unum, quibus omnibus ſermo eſt unicus, atque hoc eſt quod iſti cœperunt facere. Jam autem non præcideretur ipſis quicquam eorum quæ cogitaverunt facere? Agedum, deſcendamus & confundamus ibi ſermonem eorum ut non intelligat alter ſermonem alterius.* Nonne hoc perinde eſt acſi dixiſſet, Ecce populum unum una & ſimplici Lingua utentem; ſi adhuc una communi Lingua uti pergant, non poterunt prohiberi à cœpti ædificii continuatione. Agedum igitur, pro una iſta Lingua plures in ipſos ſpargamus, ut cum alius alium intelligere nequeat, ab incœpto ocyus deſiſtere cogantur. Hic manifeſta eſt oppoſitio inter unicum ſermonem *verſu ſexto*, & confuſionem Linguarum *verſu ſeptimo* quæ ſecundum ſenſum *Caſaubonianum*, nulla eſt; & ſane ſine hac oppoſitione tota orationis emphaſis enervatur & claudicat. Hæc ſtrictim attigiſſe placuit, partim ut eos redarguam qui pluſquam par eſt Hebræis tribuentes, omnes alias, etiam uberrimas & locupletiſſimas Linguas, ab una omnium anguſtiſſima & vocabulorum miſere inope (i. e.) è Puteo Maria haurire ſatagunt, partim ut memetipſum à culpa eximam, quod Hebraicam reliquis Linguis, veris noſtræ Anglicanæ fontibus, in ipſa ſtatim Indice Pagina recitatis non accenſuerim.

Sed jam propius ad rem ipſam accedamus. Linguæ ſunt vel *Matrices* vel *Traduces* & *Derivatæ*. *Matrices* in noſtra Europa (nam cum Orientalibus res mihi non eſt) ſunt *Græca*, *Latina*, *Germanica*, *Sclavonica*, *Cambro-Britannica Britannicæ antiquæ*, *Cantabrica* ſeu *Vaſconica* Hiſpanicæ priſcæ reliquiæ & tandem *Hibernica*. Harum filiæ ſunt Græcæ *Græca recentior*, ſeu *Græco-Romana*; Latinæ *Italica*, *Hiſpanica*, *Gallica & Valachica*; Germanicæ antiquæ tres matrices dialectos recenſet Doctiſſimus *Franciſcus Junius*, *Gothicam*, *Runicam* ſeu *Cimbricam*, *Anglo-Saxonicam*, & *Franco-Theotiſcam*; liceat adjicere & *Alemannicam*; Gothicæ ſoboles ſunt *Danica*, *Succica*, *Norwegica*, *Iſlandica*; Anglo-Saxonicæ Dialectus *Saxoniæ Inferioris*, *Belgica* & *Friſcia* recentiores, & noſtra *Anglica*; Franco-Theotiſcæ *Teutonica*; Alemannicæ *Helvetica*, *Rhætica*, *Bavarica* &, ni fallor, *Suevica* recentior; Sclavonicæ omnium

ampliſſimæ propagines ſunt *Sclavonica recentior* & proprie dicta, *Bohemica* & *Moravica*, *Polonica*, *Croatica*, *Dalmatica*, *Tranſylvana Zaculorum*, *Ruthenica*, *Moldavica*, *Bulgarica*, *Sorabica & Boſnica*, poſſem addere *Moſcoviticam* & *Turcicam*; Cambro-Britannicæ *Cornubiana* noſtra, & *Britannica Aremoricæ* inferioris: Hiſpanicæ priſcæ *Vaſconica* ſeu *Cantabrica*; Hibernicæ *Hiberno-Scotica* Inſularum Hebridum, & Monticolarum Scotorum qui occidentalem Scotiæ plagam inſident. Harum quælibet, præſertim magnorum & late dominantium populorum dialecti, in alias non paucas provinciales ſcinditur. *Cauſæ mutationis* & ortus Linguarum, adeoque Etymologiarum omnium ſunt tres; *prima*, præcipua & quæ vere familiam ducit, Commigrationes & Victoriæ gentium, quibus tractu temporis ſuccedit non minus nationum victricium & victarum, quam Linguarum in tertiam aliquam ex miſtura emergentem coalitio: Sic *Italica* ex *Latina*, admiſtis *Gothicis & Longobardicis Germanorum dialectis*; *Hiſpanica* etiam ex *Latina* cum parvis quibuſdam *priſcæ Hiſpanicæ* reliquiis, accedentibus *Gothicis* & *Suevicis*, tandem etiam non paucis *Arabicis* vocabulis; *Franco-Gallica* ex *Latina*, *Gallica antiqua* & *Franco-Theotiſca* conflatæ ſunt. *Secunda* Commercium, quo pauciores longe voces convehuntur, certe vix aliæ quam Officiorum, Dignitatum, morum aut rituum peculiarium, præcipue autem mercium appellationes, quas plerumque ab iiſdem quæ nobis ipſas merces ſuppeditant, populis accerſimus, tantum ad noſtræ quiſque gentis modulum & typum refingimus. *Tertia* Honor & Veneratio qua hanc vel illam Linguam præ aliis, utpote Doctiorem vel Cultiorem proſequimur. Sic *Latinam* & *Græcam* Linguas omnes literarum in noſtra Europa ſtudioſi, tanquam omnium Scientiarum & Diſciplinarum Promas Condas amplectimur. Theologi Chriſtiani & Judæi Linguam Hebræam; Turcæ & Muhammedani reliqui *Arabicam*, tanquam religionis & Sacrorum magiſtram, venerantur. Sic Belgæ & Germanorum plerique non pauci etiam noſtratium, Linguam *Gallicam*, Dani & Sueci *Teutonicam*, tanquam reliquis uberiorem, fœcundioremque ſtudiis & peregrinationibus aſſidue venantur. Si Lingua tanquam Doctior affectetur, tum paucæ ſane voces, exque Technicæ, & quas Docti fere ſoli intelligunt,

in-

inſeruntur; ſin ut cultior, tum longe plures, ſed quæ fere à nobilibus, iis maxime qui ad patria quæque nauſeant, aliena ſola in deliciis habent, uſurpantur, ſero, aut nunquam in vulgus prodituræ. Ex hoc maleſano novitatis pruritu, *Belgæ* Gallicas voces paſſim civitate ſua donando, patrii ſermonis puritatem nuper non leviter inquinarunt, & *Chaucerus* poeta, peſſimo exemplo, integris vocum plauſtris ex eadem Gallia in noſtram Linguam invectis, eam, nimis antea à Normannorum victoria adulteratam, omni fere nativa gratia & nitore ſpoliavit, pro genuinis coloribus fucum illinens, pro vera facie larvam induens.

Verum enimvero *Germanicam Linguam*, noſtræ parentem, iiſdem terminis, quibus *Tacitus* Germaniam antiquam, ſc. intra Alpes & Oceanum tum Germanicum, tum Septentrionalem circumſcribo, additis etiam, quæ aliquot poſt Tacitum ſæculis deductæ ſunt, *Anglo-Saxonica* & *Saxo-Tranſylvana* coloniis; eodem inſuper nomine totam *Scandinaviam*, ingentem terrarum tractum, comprehendens. Etenim & Tacitus *Fennorum* inter Germaniæ gentes meminit; ſed animi dubius an propter aliquam morum ſimilitudinem *Sarmatis* aſcribat. *Suiones* autem, hoc eſt, ni fallor, *Suecos*, audacter Germanis contribuit, *ultra quos mare pigrum, ac prope immotum* (i. e. Boreale) *continua glacie adſtrictum, quo cingi claudique terrarum orbem* fides fuit, collocat. Multi tamen viri eximii, præſertim *Germani*, præ nimia erga patriam Linguam pietate, laudabili ſane vitio, antiquos hos terminos uſque adeo laxos, ne dicam vaſtos, tranſilire auſi ſunt: tanquam non ſatis eſſet Romani imperii titulum ſibi vendicaſſe, niſi & ultra illius, cum vel maxime floruit, magnitudinem nominis & ſermonis ſui pomœria proferrent. Ut enim ſileam illum inaniter ſubtilem & operoſe ineptum *Jo. Goropium Becanum*, qui totum, qua late patet, terrarum orbem, imo Deum ipſum Teutonice loqui cogit; nonnulli longe ſaniores & cordatiores*, præter *Britanniam* & *Galliam antiquam*, totam *Scythiam*, *Sarmatiam*, *Thraces*, *Phrygas*, alii etiam *Perſas*, *Parthos*, imo *novi occidentalis orbis incolas Germanicæ* Linguæ jugo ſubdunt. Nec ſane ſpecioſis deficiuntur argumentis, quæ quoniam ſententiaſſi inſtituto meo contrariam aſtruunt,

Corn. Tac. de moribus Germ.

Verba Taciti.

* Abr. Oſtyllus lib. de ling. Belg. cap. 20. & 21. & totis. Adr. Jun. Hiſtor Batav. cap. 21. o. Iſaac. Pontan. orig. Franc. lib. 2. cap. 5. p. m. 29. Jo. Ger. Voſſ. Præfat. lib. de vit. ſermonis & alii. Abr. Myl. cap. 25. de populis Americæ. Cæſar de bello Gall. lib. 5.

ad

ad examen revocare non gravabor, postea propriæ sententiæ firmamenta adjecturus. Primo *Gallos antiquos* Germanice locutos esse probant quod plerique ex Græcis Historicis *Celtas* & *Germanos* passim confundunt: secundo quod *Germani* inde id nominis sortiti sunt, quod Lingua, habitu, & moribus Gallis persimiles essent. Tertio quod nomina antiqua Gallica facile ex Germanis fontibus derivari possint. Postquam autem probatum est *Gallos* veteres *Germanice* locuros esse, de *Britannis*, idem esse dicendum oppido manifestum est; nam & *Cæsar* & *Tacitus Britannos* & *Gallos* eadem aut valde simili Lingua usos esse diserte affirmant, & Cæsar Gallos sui temporis, liberos suos in nostram Insulam, quo *Druidarum* sacris accuratius instituerentur, ablegasse testatur. Ad primum respondeo, quod *Græci Celtas* cum *Germanis* confuderint, *partim* ex summa gentium longe dissitarum ignorantia, quam, nisi molestiam, imo nauseam tibi, Lector, facessere vererer, possim abunde, etiam in probatissimis eorum scriptoribus, digito commonstrare: *partim* quod in Divisione imperii, sub postremis Imperatoribus instituta, tota fere *Gallia Belgica Germaniæ*, sub nomine *Germaniæ minoris*, in inferiorem & superiorem divisæ, omnino ut *Mauritania Tingitana*, *Africæ* regio, *Hispaniæ* attributa est. Nec magis mirandum est Græcos olim, nondum penitus detectis, propter navigationis imperitiam, multis jam notissimis regionibus, duas gentes plane diversas confudisse, quam Turcas, eorum dominos, hodie totius citerioris Europæ incolas uno Francorum nomine complecti. Sed, inquies, quid hoc ad *Celtas*, licet *Gallos*, *Belgas*, *Germaniæ* attributos esse quamvis liberaliter concedamus, cum *Celtas* à *Belgis Cæsar*, & ex eo omnes Geographi distinxerint; respondeo *Celtarum*, utpote populi totius *Galliæ* nobilissimi, nomine reliquos omnes Gallos, præsertim *Græcis* minus accuratis in *Barbarorum* longe à se distantium nomenclaturis, inclaruisse; omnino ut hodieque *Itali* & *Galli* omnes in universum Belgas, præsertim Regi Hispani subditos; ex celeberrimæ omnium provinciæ vocabulo *Flandros* denominant. Quod autem *Græci* historiarum scriptores omnes *Gallos Celtarum* nomine intellexerint, tum ex authoribus liquido constat, tum ab ipsis adversariis concessum est, &

luculenta

luculenta affinitas duarum vocum *Celtæ* sc. & *Galatæ*, quarum posterior est prioris tantum productio quædam & emollitio, efficaciter confirmat. Imo veteres, non tantum omnes *Gallos Celtarum*, sed & *Celtas Gallorum* nomine, utroque vocabulo promiscue utentes, appellarunt. Ipse Dictator *Cæsar* initio libri primi de *Bello Gallico Celtas* etiam sua ætate à Romanis *Gallos* appellatos esse perhibet. Sed silentio non transmittenda est absurda *Adriani Junii*, viri alioqui de republica literaria optime meriti, πολυδαμαγία, qui non, ut reliqui, *Germanos* cum *Gallis* vel *Celtis* confundit, sed *Celtas Germanos* non *Gallos* fuisse contendit, contra omnium fere veterum Geographorum & Historicorum, imo, quæ reliquis omnibus prævalet, *Cæsaris* Dictatoris, *Galliam*, non *Germaniam*, in *Celticam*, *Belgicam* & *Aquitanicam* dividentium, *Celtásque* in ipso *Galliæ* meditullio, inter *Belgicam* & *Aquitanicam* collocantium, authoritatem; quasi vero illud humani ingenii miraculum, ut merito ipsum censet Plinius, usque adeo fungus esset ac stipes, ut *Gallos*, quos decennali bello subegerat, & *Germanos*, quos clade *Suevis* illata, *Rhenoque* ponte strato, primus Romanorum Romanis aperuit, rite inter se distinguere nesciret. Imo dic, sodes, utri potius credere æquum est, Græculone uni vel alteri magna loci intercapedine disjuncto, quales testes *Adrianus* citat, an tanto Heroi, qui non solus, sed exercitu teste stipatus, regiones, de quibus loquitur, victoriis peragravit? Hoc sane est Apollini Ranas, Musis Cicadam opponere. Ad secundum respondeo omnino gratis dictum esse Germanos à Gallorum per omnia similitudine id nominis retulisse, longe verisimilius est, quod multis, etiam doctis viris placuit, Etymon à *Teut. Gar* & *Man* (i. e.) prorsus Vir, μάλα ἀνδρεῖος, fortis & pugnax, præsertim cum plerique omnes homines gentes alias non novo & à se excogitato, sed eo, quo ipsæ se appellant, nomine insigniant. *Strabo* libris tum *quarto* tum *septimo* morum similitudinem inter *Gallos* & *Germanos* agnoscit, de linguis prorsus silet. Nec statim cognatæ & consanguineæ gentes sunt, quæcunque se invicem consuetudinibus & vitæ institutis referunt. *Polydorus* enim *Virgilius* nos *Britannos Italis*, & *Olearius* scriptor Diligentissimus, *Persas Gallis* indole & ingenio simillimos esse testantur,

Adr. Jun. Histor. Batav. cap. 22. toto.

ſtantur, & tamen nec *Britanni* noſtri cum *Italis*, nec *Galli* cum *Perſis* ullam cognationem, præterquam quæ humano generi communis eſt, profitentur. Præterea fortaſſe Geographus non omnes *Gallos*, ſed *Batavos*, *Treviros* & *Nervios* Germanis finitimos intelligit. Certe *Tacitus Batavos Caſtorum* coloniam, & *Treviros Nerviosque* circa affectationem *Germanicæ* originis ultro ambitioſos eſſe affirmat. Ad tertium, totum prorſus nego argumentum, & ad finem *Etymologici Onomaſtici* liquido demonſtrabo, quam futiles & frigidæ ſint illæ *Gallicorum* nominum à *Germanicis* originibus deductiones, ipſaque à genuinis Britannicæ Linguæ fontibus derivabo. Quod *Scythæ Germanicæ* ſtirpis fuerint, eoque eorum coloniæ *Thraces*, *Perſæ* & *Parthi*, probant ex authoritate *Strabonis*, qui *Getas* inter *Scythicas* gentes numerat: *Getas* autem eoſdem cum *Gothis* fuiſſe tum ex nominum vicinia coargui videtur, tum quod conſtat *Gothos* aliquas *Scythiæ Europææ* regiones, ſc. inter *Danubium* & *paludem Mæotim* ſitas, inſidiſſe, & inde, imperantibus *Gratiano* & *Valente Augg.* multis ex iis *Hunnis* irruentibus pulſos, agros in *Thracia Valente* orientis principe petiiſſe & impetraſſe. Certe, ut ubique veritati & candori litemus, hoc ſaltem poſtremum negari non poteſt, non tamen inde ſequitur *Getas* vel *Gothos* proprie *Scythas* fuiſſe, quia partem *Scythiæ* nunc *Tartariam Præcopenſem* dictam, cum vicinis aliquot provinciis armis occuparunt, non magis quam *Turcæ* revera *Græci* ſunt, licet *Græciam* jamdiu bello ſubactum imperio teneant; ſi enim *Jornandi Ravennæ Archiepiſcopo*, ipſi *Gotho*, credimus, Gens hæc ab ultimo Aquilone, ſc. à *Scandia* & maris *Balthici* inſulis, ubi nunc regna *Daniæ*, *Norwegiæ* & *Sueciæ vigent*, in vicinam *Germaniam* transfretarunt, & inde per orientalem *Germaniæ* plagam, & *Pannoniam* in *Daciam*, & uſque ad *paludem Mæotim*, pulſis antiquis incolis Scythis, commigrarunt. Hi multis poſtea ſæculis ab Hunnis, natione vere Scythica, profligati, ſedeſque maxima ex parte mutare coacti, partim ſponte in multas Romani imperii provincias, quas armis ſubjugarunt, *Italiam* ſc., *Galliam Narbonenſem*, & *Hiſpanias* effuſi, totque numeroſis coloniis fere exhauſti, *Scythis* genuinis poſtliminio locum ceſſerunt. Et hoc eo luculentius comprobatur quod in Hiſtoriis illorum ſæculorum, præ-

Corn Tac. lib. de mor. Germ.

Strabo Geogr. lib. primo.

Amm. Marc. Hiſt. lib. 31. Sozom. Hiſt. Eccl. lib. 6. cap. 37.

Jornandes de rebus Geticis cap. 4.

Vide Paulum, Diaconum, Zonaram, Cedrenum & alios.

præsertim post *Theoderici*, cognomento *Veronensis*, in Italiam commigrationem, nominis *Gothici* per illas regiones, sc. per *Daciam*, *Illyricum* & *Pannoniam*, quas huc usque incoluerunt, nulla amplius fit mentio, succedentibus in eorum locum *Hunnis*, *Avaribus*, *Gepidis*, *Bulgaris* & aliis *Scythiæ* & *Sarmatiæ interioris* populis, quod neminem fugere potest qui orientalis seu Græco-Romani imperii scriptores cum attentione evolvit. Interim tamen dissimulandum non est *Jornandem*, partim cæco patriæ amore, partim ex historiæ ignorantia (erat enim revera Gothus) omnia quæcunque ab antiquis scriptoribus Græcis de *Scythis* & *Amazonibus* præclare bello gesta memorantur, suis *Gothis*, alienæ gloriæ plagiarium, ascribere, eoque huic recentiorum errori ansam præbuisse. Quod autem *Trojanos* & *Phrygas* priscos, *Priamum* etiam ipsum & *Hectorem* civitate donant Germanica, nullatenus ferendum est; *Dionysius* enim *Halicarnassensis* gravissimus, si quis alius inter Græcos, & acuratissimus scriptor, *Trojanos à Græcis oriundos* testatur, & certe nomina *Laomedon*, *Sarpedon*, *Æneas*, *Anchises*, *Helenus*, *Alexander*, *Glaucus*, *Deiphobus*, *Astyanax*, *Cassandra*, *Andromeda*, *Polyxena*, &c. Græcam, non Germanicam originem palam profitentur. Quod vero de affinitate nominum *Daharum* & *Dacorum* seu *Danorum*, *Carmanorum* & *Germanorum*, *Sacarum* & *Saxonum* serio & tanta cum contentione inculcant, ridiculum est, & prorsus responsione indignum; fortuitæ sunt istæ συνεμπτώσεις, & quæ in tanta nominum varietate, in gentibus diversissimis, quantovis terrarum intervallo disjunctis, quæque de se invicem nunquam ne fando quidem audierunt, interdum occurrant necesse est. Quidni enim ego eodem jure *Hiberos*, seu *Hispanos* ab *Iberis* seu *Georgianis Armeniæ* populo, vel ab *Hispahane* urbe *Persarum* regia; quidni *Tauriscos* populum *Alpinum* à *Taurica Chersoneso*, vel *à Tauro monte*, vel *à Tauris* seu *Taurestio* inclyta *Mediæ* civitate; imo quidni *Limam Peruviæ* metropolin à *Limene* seu *Limenia* Cypri urbe deducam? Ubi obiter notanda venit insignis eorum levitas, qui ex fortuita trium vel quatuor vocum περιχύσει, Linguam unam ex altera prognatam, nulla apparente nationum affinitate, concludunt. Etenim ut Rev. Mer. Casauboni verba in auxilium devocem, *cum non sint ultra* 24 *plus*, *minus*, *literæ*, ex

Vide judicium Io. Ger. Voss. de Iornande lib. 2. de Histor. Lat. cap. 20. mo.

Abr. Myl. lib. de Ling. Belg. cap. 26. p. m. 124.

Dion. Halicarn. lib. 1. Ant. Rom.

Bon. Vulcan. ex 19 vocibus Persas Germanis affines esse astruit.

Mer. Casaub. Diatriba de ling. Sam.

quibus, velut elementis, omnia omnium Linguarum vocabula formantur, non poteſt aliter fieri, quin multa in Linguis diverſis occurrant, vocabula, quæ ſono & ſcriptura ſint eadem aut valde affinia, multa quoque quæ non ſono tantum, ſed & poteſtate ſive ſignificatione partim eadem ſint, partim valde ſimilia, quorum nulla alia particularis ratio reddi poteſt quam caſus ſeu συγχυρία, & paulo poſt; *Nam ad ſignificationem quod attinet, vix eſt ut ulla ſint tam alienæ per ſe ſignificationis verba, quin aliquid ſubtiliter excogitari poſſit, quo propinquitas inducatur aliqua, quæ levioribus ingeniis ad Etymologiam ſufficiat.* Addo ex proprio: Si *Metaplaſmis, Metatheſibus, Apocopis, Syncopis, Proſtheſibus, Epentheſibus, Paragogis, Metaphoris, Metonymiis* aliiſque figuris tum Grammaticis, tum Rhetoricis in re Etymologica nimis licentioſe, & ſine ullo modo, aut delectu indulgeatur, (quo quidem crimine vel ſummi nominis Criticos abſolvere nequeo) quidvis ex quolibet elicere, imo Linguam v. gr. Iſlandicam, gentis ſc. Arctico noſtro circulo ſubjectæ, à Lingua gentium (ſi quæ ſunt) Antarctico circulo ſubjacentium, modo utriuſque Dictionaria ſuppetant, deflectere proclive eſt. Sed adhuc ſupereſt argumentum ſatis ſpecioſum, &, ut multis videtur, *Herculeum* & plane invictum, quod propterea in poſtrema acie, inter *Triarios*, tanquam robur & ſpem belli colloco. *Auger. Giſlen. Busbeq.* Impp. Ferdinandi primi & Maximiliani ſecundi apud Turcarum Monarchum Solimannum orator refert ſe ex legatis *Ulanorum*, *Tauricæ Cherſoneſi* populi, quos ad eam rem explorandam ad colloquium invitaverat, comperiſſe, illam gentem aliquammulta vulgatiſſimarum rerum vocabula, communia cum *Germanis* etiamnum uſurpare, manifeſto inter *Tartaros*, eoque *Scythas* & *Germanos* antiquos, cognationis indicio. Verum nec hoc telum cutim ſtringit, nedum ilia & jecur transfigit. Modo enim ex *Jornande* ultro conceſſi *Getas* ſeu *Gothos*, *Germanicum* proculdubio populum, relictis priſcis in ultimo Aquilone ſedibus, illum terrarum tractum inter *Danubium*, mare *Euxinum*, & *paludem Mæotim* inſediſſe, poſtea maxima ex parte ab *Hunnis* victoribus pulſos, vel ſuis victoriis, coloniiſque exhauſtos. Quid ſi iſti *Ulani* ſint illorum *Gothorum* reliquiæ ab *Hunnis* & aliis *Scythis* in iſtum *Scythiæ* angulum, omnino ut *Britanni* ab *Anglo-Saxonibus*

Epiſtola quarta p. m. 323. Ed. Elzevir. Ludg. Bat. 1633.

Saxonibus noſtris in *Walliam* & *Cornubiam*, compulſi, veteris Linguæ etiamnum tenaces? Unde Lectori dijudicandum relinquo, an bene otium collocaverint viri, alioqui eximii, qui ingentem *Germanicarum* vocum vim magno, ſed irrito, conatu à *Græca* Lingua, tanquam mediantibus *Gothis* & *Thracibus*, derivant. Licet enim *Thraces* non minus quam *Getas* Germanorum coloniam fuiſſe, eoque quaſdam ex vicinia & commercio voces à *Græcis* didiciſſe, ſuæque Linguæ inſeruiſſe ultro aſſentirer, (pauculæ autem ſunt, ut ſupra monui, voces quæ per commercium traducuntur) non tamen inde ſequitur voces has, per tantum terrarum intervallum, interjectis tot aliis gentibus ἀλλογλώσσοις, in *Germaniam* uſque, nedum in *Daniam* & *Sueciam* penetraſſe. Verbi gratia, ſi *Virginienſes Angli* a *Barbaris* ſuis accolis aliquot vocabula ex diuturna cum iis conſuetudine tranſſumerent, non ideo ego *Lindi*, vel tu *Londini* noſtram vel minimum dialectum mutaremus, & licet *Græci*, qui *Syriam* & *Ægyptum* poſt *Alexandri Macedonis* victorias coloniis occuparunt, *Syrorum* & *Ægyptiorum* vocibus & idiotiſmis Linguam ſuam polluerunt, non tamen ideo *Athenienſes* minus *Attice*, aut *Macedones* domi minus *Græce* loquebantur. Certe *Abrahamus Mylius* vir cætera doctus & ſubtilis, ſe cordatis omnibus abunde ridendum propinat, dum *Græcos* plura vocabula à *Germanis* (i.e.) *Scythis*, *Getis* & *Thracibus* quam *Germanos* a *Græcis* tranſſumſiſſe contendit. Quid enim a communi humani generis uſu & ratione ipſa luculentius abhorret, quam gentem omnium cultiſſimam eoque nomine ſuperbientem, populorum cæterorum etiam mitiorum & humaniorum, *Perſarum* ſc. *Syrorum* & *Ægyptiorum* contemtorem, a gentibus totius terrarum orbis immaniſſimis, ſordidiſſimis & pluſquam Barbaris vocabula & idiotiſmos avide haurire, &, tanquam *Gemmas e ſterquilinio* ſermoni ſuo inſuere? Hoc perinde eſt ac ſi *Galli* aut *Luſitani Braſilicæ* coloni *Tovoupinambaultiorum* Anthropophagorum, aut noſtrates *Virginiæ* incolæ agreſtium *Powhatani* ſubditorum dialectum, tanquam ſuavem & fœcundam affectantes, vocabula inde in ſermonis ornamentum cooptarent. Imo quid abſurdius dici aut excogitari poteſt, quam Aulicum tam ſermone quam moribus, totoque corporis habitu egregie expolitum, Ruſticum ineptum, inſubi-

Abr. Myl. lib. de Ling. Belg. cap. 19. p. mihi 81.

dum, hircum olentem & vix hominem, loquendi magiſtrum adſciſcere? Non raro ſane Barbari & plane inculti homines, ubi tandem humanioris gentis commercio deliniri, & quodam civilioris vitæ guſtu imbui cæperunt, primo illius inſtituta & conſuetudines, deinde ex Lingua ejus, utpote ſua fertiliori, vocabula aliquot & proprietates paulatim imbibunt. Contra autem cultæ gentes ab incultis nihil præter merces, &, fortaſſe mercium prius ſibi ignotarum vocabula, conquirunt.

Jam, dirutis adverſariorum argumentis, reſtat ut ea, quibus negativa noſtra nititur ſententia, in medium proferamus. Primo illos qui *Gallos* antiquos *Germanis* tam ſanguine quam ſermone conjunctos fuiſſe pertendunt vel hoc ſatis redarguit, quod *Cambro-Britannica* lingua, priſcæ *Britannicæ*, eoque *Gallicæ* genuina ſoboles, nullam prorſus vel in vocibus, vel in vocum flexionibus cum Germanica affinitatem habeat, quod cuivis illius Linguæ dictionarium evolventi ſole meridiano clarius apparebit. Verum eſt ſane *Cambros* multa *Germanicæ* originis vocabula hodierno ſermone uſurpare, ſed ea omnia ab *Anglo-Saxonico* vel *Anglico* fonte depromta; quod mirandum non eſt, cum nongentis abhinc annis *Cambriam* bello ſubjugare cæperimus, eamque antea maxima ex parte ſubactam, (exigua enim tantummodo *Venedotiæ* portio ſupererat) *Edwardus primus Rex*, occiſo *Leolino* principe, *anno* 1283 penitus debellaverit. Quid enim magis tralatitium eſt quam Victos à Victoribus non minus Linguam, quam leges accipere? Profecto, cum nos innumera vocabula *Germanicæ* proſapiæ, partim temporum injuria, partim improbo novandi ſtudio amiſerimus, eorumque vice *Gallica* plerumque ſubſtituerimus, fidenter auſim dicere, nec unam unicam vocem hodie apud *Cambros* obtinere, quæ *Germanicos* natales luculenter agnoſcat, quin vel olim *Anglo-Saxonica* fuerit, vel hodierno uſu apud nos etiamnum retineatur à priſcis *Anglo-Saxonibus* traducta. Secundo *Cornelius Tacitus* accuratiſſimus ſcriptor, & cujus tempore longe magis innotuit *Germania* quam *Diodori Siculi* & *Strabonis* (i. e.) *Auguſti* ætate, cum primum ab armis *Romanis* Duce *Druſo Cæſare* penetrata eſt, Linguam *Gallicam* & *Germanicam* diſerte diſtinguit; ſic enim ſcribit,

Corn. Tac. lib. de mor. Germ.

ſcribit, *Gothinos Gallica*, *Oſos Pannonica* Lingua coarguit non eſſe *Germanos*. *Cæſar* etiam *Dictator Arioviſtum Suevorum* Regem Linguam *Gallicam* longinqua 14 annorum conſuetudine addidiciſſe teſtatur, jam ſi *Gallicus* ſermo *Germanici*, eoque *Suevici*, tantum dialectus fuiſſet, *Arioviſtus* eum ſatis ab initio utcunque intellexiſſet, imo intra longe pauciores menſes eum, utpote ſimilem, & in paucis a patrio diſcrepantem exacte calluiſſet. *Germanos* etiam *Sarmatis* & *Scythis* nullo modo cognatos fuiſſe argumento eſt ingens morum & vitæ inſtitutorum diverſitas. *Germani* enim domos, licet non contiguas, ut in urbibus & oppidis, ſparſim tamen habitarunt, *Scythæ* contra & *Sarmatæ* huc illuc vagi, armenta, plauſtris vecti, nova indies gregibus paſcua quæritantes, circumegerunt, inde *Nomadum* & *Hamaxobiorum* nomina ſortiti. *Germani*, longe civiliores, agros coluerunt, fruges ſeverunt, pro potu cereviſiam, ſeu, ut *Taciti* verbis utar, *hordeum in ſimilitudinem vini corruptum* uſurparunt, *Scythæ* contra & *Sarmatæ*, Cereris omnino negligentes, Aqua, Lacte aut Sanguine Equino ſitim, carne Equorum cruda famem depulerunt. Præterea ſi *Scythæ* & *Sarmatæ* omnes olim *Germanice* loquebantur, etiam *Sclavos* ſeu *Sclavinos Sarmatarum*, ut omnibus in confeſſo eſt, populum ſeu tribum eundem cum reliquis ſermonem (i. e.) *Germanicum*, uſurpaſſe nemo ſanæ mentis negaverit. Quomodo igitur aliter evenire potuit, quin *Germanicam* (i. e.) ſuam Linguam, ut uſu venit, in poſteros ſuos *Sclavonos* recentiores hæreditario jure tranſmiſerint? At vero *Sclavonica* Lingua, ut nemo non novit, nullam prorſus cum *Germanica* cognationem aut ſimilitudinem agnoſcit. Obiter ut dicam, nullus dubito, quin ut *Teutonica* & *Belgica* priſcæ *Germanicæ*, ita *Sclavonica* priſcæ *Scythicæ* & *Sarmaticæ* (*Sarmatas* enim ſeu *Sauromatas Scythiæ* populum ſtatuunt plerique omnes Geographi) vera filia & ex aſſe hæres ſit. In pleriſque enim omnibus regionibus antiquæ *Scythiæ Europææ* uſurpatur, & *Tartari*, qui ſunt hodierni *Scythiæ Aſiatici*, & *Turcæ*, olim *Scytharum* (etiam *Pomponio Mela* Authore) tribus, inſignem in Linguis ſuis cum *Sclavonica* affinitatem etiamnum retinent.

Cæſar libr. 1. de bello Gall.

Corn. Tac. de mor. Germ.

Juxta Paſ. Mæotim ſtatuit Mela prope Thyſſagetas & Geionos lib. 1. de ſitu orbis.

Sed de his ſatis ſuperque. Noſtra Lingua præcipue ex *Anglo-*

glo-Saxonica vetere & *Gallo-Normannica* conflata est. *Italicam* Linguam adjeci, tum propter evidentem ipsius cum *Gallica* cognationem, ut inde vocum affinium collatione Etyma magis perspicua reddantur, tum quod nullus dubitem quin pauculæ quædam voces, certe non multæ, immediate ab *Italia*, commercio conciliante, fluxerint. Commercium hoc olim, cum Insula nostra *Pontifici Romano* in sacris paruit, longe majus & frequentius, quam hodie, cum *Italis* fuit, nostratibus *Romam* propter *lites Ecclesiasticas*, & *Sacerdotiorum*, *Abbatiarum*, *Episcopatumque* confirmationes abunde confluentibus, & *Italis* in nostram Insulam, multis ad res Pontificis procurandas, multis etiam propter Præsulatus & Sacerdotia ipsis collata commigrantibus. Ex *Cambro-Britannica*, licet prisca Insulæ Lingua, quod fortasse miraberis, pauciſſima vocabula depromsimus. Nec tamen obscura ratio est; *Anglo-Saxones* enim, majores nostri, *Britannos* non subegerunt, & subactos, ut plerumque à Victoribus fit, suæ genti miscuerunt, sed internecino bello, quantum in ipsis fuit, prorsus exscindere & delere conati sunt, reliquos cladi subtractos partim in *Cambriæ* montes, partim in illum Insulæ angulum quæ nunc *Cornubia* dicitur, compulerunt. *Hispania* parum admodum Linguæ nostræ contribuit, quasdam tamen voces etiam per Commercium, sed pleraſque Technicas, & rerum genti peculiarium appellationes suppeditavit, cæteras ad Gallicarum, quibus luculenter cognatæ sunt, illustrationem adtexui. Sed nec *Dania*, licet olim *Britanniæ* nostræ victrix, quantum expectare possis, contulit. Plures tamen voces *Septentrionalis* & *Orientalis Angliæ* quam *Australis* & *Occidentalis* dialectis impertiit, quod historiæ nostræ perito mirum videri non potest, cum *Dani* ducentis fere annis prius orientalem & Borealem regionem, quam reliquam insulam, vel magna ex parte, vel totam armis domuerint, occuparintque & ipsorum imperium vix per quadraginta annos integrum, & sine æmulo duraverit. Voces fere omnes, exceptis quæ à *Gallico*, &, mediantibus *Gallis*, à *Latino* fonte emanarunt, *Anglo-Saxonicæ* priscæ *Germanicæ* Linguæ dialecto, natales suos debent. Quod autem multa vocabula ab aliis tam antiquis, quam recentioribus

ejusdem

ejuſdem *Germanicæ* Linguæ dialectis, ſc. *Runica*, *Franco-Theotiſca*, necnon *Belgica*, *Danica* & *Teutonica* hodiernis deducam, id facile mihi condonaveris, Lector, ſi animo perpendere digneris, quam exigua priſci noſtri ſermonis portio, tanquam è magno naufragio pauci aſſeres, ad manus noſtras devenerit. Quantillum enim eſt verborum quod ex tribus vel quatuor non magnis libris depromi poteſt? Si enim ex *Romanis* Authoribus, nihil, puta, præter *Tullium de officio* & *Salluſtii*, *Tacitique* hiſtorias: ex *Græcis* nihil præter *Herodotum*, *Thucididem* & *Xenophontem* ſupereſſet, nunquid *Calepinus* & *Stephanus* in immanem iſtam molem excreſcerent? Si *Somnerum* noſtrum, diligentia neutri ipſorum ſecundum, duobus iſtis ventrioſis conferas, quid aliud quam hinc *Herculem*, inde *Hylam*, hinc *Cyclopem*, inde *Pygmæum* te videre jurabis? Ideoque ad reparandam hanc jacturam, hiatumque quaſi explendum, ex cognatis *Germanicis* dialectis dictiones non paucas, tanquam in ſubſidium evocavi, nullatenus in dubio ponens, quin hæ ipſæ, aut his valde ſimiles, etiam apud majores noſtros *Anglo-Saxones*, in uſu fuerint, licet temporum injuria deperierint. Præterea aliquando, etiam cum *Anglo-Saxonicæ* voces ſuppetunt, cognatas ex aliis dialectis dictiones, tanquam Πάμπαν, allegi, tum ut *Germanicæ* Linguæ opulentiam, ubertatem & amplitudinem, tum ut gratam & decoram dialectorum ipſarum inter ſe ſimilitudinem commonſtrem, quippe quibus, ut cum Poeta loquar, *facies non omnibus una eſt, nec diverſa tamen*; *Qualem decet eſſe ſororum.*

Brevitati, quantum potui, enixe ſtudui, eoque ſi recte calculum ponas non male de te mereor, Lector. Non enim tantum otio, ſed & ſumptibus tuis peperci. Certe, ſi omnes Latinæ originis voces, & Derivativas etiam inſeruiſſem, præſertim, ſi longas ex Authoribus periodos, &, exemplo, *Covarruviæ Etymologi Hiſpani*, quicquid vel Poetæ, vel Hiſtorici, vel Juriſconſulti de ſingulis vocibus dixerunt, liberaliter congeſſiſſem, adeo intumuiſſet iſte, utcunque nimis magnus liber, ut quodvis vel maximum plauſtrum impleviſſet, imo Elephantis dorſo impoſitum ipſum eliſiſſet.

Quæ horis ſucceſſivis, ſumma cum animi oblectatione, in proprium

prium uſum collegi (& quid Muſica illa Linguarum conſonantiâ & harmonia jucundius? ſuaſu amicorum, quibus nihil negare potui, publici, id eſt, tui, Lector, juris facio, & ad tuum tribunal ſiſto, hoc ſolum à Candore tuo deprecatus, imo, prope dixeram, jure poſtulans, ne, propter aliquot vocabula, fortaſſe non multa, quorum veras origines nondum penetravi, eoque minus commoda Etyma in medium protuliſſe videor, totum librum damnes & rejicias. Præterquam enim quod in his nec me mihi ſatisfeciſſe deprehendes, eoque cenſuram tuam præverti, neminem omnium Etymologum, nec eximium illum *Voſſium*, nec *Martinium*, nec *Menagium* ipſum ſemper ſcopum attigiſſe comperies. Imo humanas vires, ipſamque rerum naturam ſuperat. Enimvero Linguarum, ut magnorum fluviorum, fontes obſcuri ſunt &, propter inopiam librorum priſcis illis *Germanicis* dialectis conſcriptorum, multa primitiva vocabula irrevocabili fato interierunt, quorum ſoboles etiamnum omnium in ore floret & viget; nec hoc magis mirum eſt, quam multos, etiam ex Magnatibus & rerum potentibus, reliquo humano generi tanquam ſydera hodie prælucere, quorum majores ante ſeptingentos vel octingentos annos, quamlibet in antiquitate, vel Fœcialium arte verſatus, ægrius, quam Nili originem, inveneris. Propitius ergo eſto, Lector, ego tibi à voluptatibus ſum. Saltem me eodem quo ſoles Mimum, Hiſtrionem aut Schœnobatam, vultu excipias. Illi, ſummo cum labore, varietatem objectorum non vulgarium ſuppeditando, ſpectatoris oculos ſimul & animum recreant & oblectant; ego certe labore ipſos longe ſupero, varietate notionum, non omnium prorſus obviarum neutiquam ceſſero.

Sunt ſane, nec ignoro, nec diffiteor, magni viri qui operam aliquam in hoc argumento præſtiterunt, præcipui *Verſtegan*nus & *Camdenus*, ſed ſpecimina tantum & Diatribas, non integra Etymologica ediderunt, & tantillo, quem aſperſerunt, rore ſitim noſtram accenderunt, non reſtinxerunt, *Minſevus* longe plura congeſſit, ſed tantum abeſt ut penſum abſolverit, ut nec quadrantem earum vocum quas oportuit, attigerit. Induſtriam ejus probo, Judicium & Fidem non probo. Multa abſurde,

abſurde, multa violenter, tanquam rudentibus, detorquet; imo, quod minime omnium ipſi ignoſcendum eſt, ſæpe, ne Etyma deſint, vocabula ex proprio cerebro comminiſcitur. Eximio & Incomparabili viro *Menagio*, quantum ad voces *Gallicæ* originis, pluſquam reliquis omnibus debere me fateor. Utinam opus, quod tam feliciter inchoavit, (& certe tantum inchoavit) tandem aliquando ad umbilicum perduceret, in propriam & gentis ſuæ gloriam & reipublicæ literariæ incrementum. Adjutores præterea operis præcipuos habui *Rev. virum Mich. Honywood SS. Theolog. Doctorem, Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Decanum, & D. Th. Henſhaw Armigerum SRM. ab epiſtolis Gallicis*, quorum uterque tum ſcitiſſimis Etymologematis liberaliter contributis, tum libris non vulgaribus ex inſtructiſſimis ſuis Bibliothecis opportune ſuppeditatis imperitum artificem, eoque optimorum inſtrumentorum quam maxime indigentem egregie armarunt. Abunde etiam contulit vir amiciſſimus & humanioribus literis excultiſſimus *D. Georgius Rogers Medicinæ Doctor, Collegii Medici Londinenſis Socius.*

Quod tam tenui Linguarum &, præſertim rei Criticæ, ſuppellectile inſtructus tantæ molis argumentum aggreſſus ſum, tantum abeſt ut me anxie excuſem ut eo ſolo nomine propemodum mihi placeam. Etenim, ſi tot Linguas quot *Goropius Becanus* calluiſſem, fortean *Paradiſum* inter *Gothiæ* vel *Germaniæ* nives ſtatuiſſem, ipſamque *Noæ Arcam* in *Rhenum* vel *Albim* deduxiſſem. Magno ſane eruditionis apparatu opus eſt ut magnifice nugeris. Eninvero Criticus mirum eſt animal, obvia quæque contemnit &, Chymici inſtar, nihil probat niſi in quo ipſe deſudaverit. Cum enim reliqua animantia Gramen & herbas ubique creſcentes avide depaſcant, ille ſolis è *Paleſtina* vel *Græcia* uſque advectis radicibus libenter veſcitur. Terram, inſtar Talpæ, roſtro defodit, & vocabula multis jam ſæculis emortua ſuis ſepulchris effodit. His pro *Bellariis* utitur, eorumque ſitu & rubigine pro ſuffitu, præ quo quævis *Indiæ* Aromata, imo Zibethum, Moſchum, Ambram & Benzoinum ſpernatur. Mallet *Oſcos*, *Volſcos* & *Sabinos* garrientes quam *Ciceronem* in Senatu perorantem audire, nec unquam lautius ſibi convivari vi-

detur

detur quam cum *Ariſtophanis Perſam* aut *Plauti Pœnum* epulis adhibuit. Ludus ipſi eſt literas, ut Præſtigiatores Pilas, trajicere, ut quas antea videras jam diſpareant, aut multiplicatæ reſurgant, & ſublatis, quas manu tenere jurares, alias celeritate oculos fallente, ſubſtituit. Ut Nautæ, ſi vel unum ex toto *Anemocyclo* Ventum amicum habeant, navem ſatis feliciter promovent, ita & egregius noſter ſophiſta, ſi vel unum ex decem Elementis propitium nactus ſit, reliquis omnibus arte pluſquam *Circæa* transformatis, & in partes ſuas, per fas, nefas, tractis, pulcherrimum tibi Etymon cudet, idque citius quam pulverem pluvia aſperſum Sol Æſtivus in Ranas animat. Solertiſſimum omnium artificem dixeris, qui ex quovis ligno Mercurium fingit.

Acorn, *ab* AS. Accæren, Accorn, Ærcern, Glans; q. d. Granum querceûs ſc. *ab* AS. Aac Quercus, & Cern Granum; hinc etiam fluxerunt Belg. **Aker, Aecker, Eckel**, Teut. **Eychel, Ecker**, quæ idem prorſus ſignant; hæc omnia *Voſſius* ingenioſius, credo, quàm veriùs deflectit à Gr. Ἄκανθος, Glans Iligna, v. ipſum in Et. LL. voce Glans.

Acquaint, *a* Fr. *Accointer*, It. *Accontare*, Amicitiam alicujus ſibi conciliare, Fr. *Accointance*, It. *Contezza*, Amicitia, Familiaritas, Converſatio, utr. *a* nom. Fr. *Accoint*, Notus, Familiaris; q. d. Lat. *Adcognitus*, v. **Reconnt** & **Account**.

Acquit, *a* Fr. *Acqueſt*, Lucrum, Fructus, *Acqueſter*, Acquirere, Lucrari, It. *Acquiſto*, *Acquiſtare*, omnia *a* Lat. *Acquiſitum*, *Acquirere*. Ab eodem fonte oritur & noſtrum **Acquire**, & Fr. *Acquerir*.

Acquit, *a* Fr. *Acquitter*, Abſolvere, Liberare; q. d. *Adquietare* (i. e.) quietem dare, ſeu præſtare, ita ut reus, vel debitor nihil ſibi in poſterum timere opus habeat; hinc & noſtrum **Acquittance**, It. *Acquittanza*, Fr. *Acquit*, Acceptilatio, Apocha; q. d. Adquietantia, Adquietum (i. e.) charta ſeu formula quæ extra omnem moleſtiam & periculum ponit.

Acquittance, v. **Acquit**.

Adamant, quod nobis valdè detorto & corrupto vocabulo, non, ut olim, Gemmam omnium pretioſiſſimam, ſed lapidem ſatis vilem, Phyſicis tamen proprietatibus ſupra omnes reliquos nobilem, magnetem ſcilicet, vel Lapidem Heraclium deſignat. Si ab Adamante Etymon quæris, oritur *a* Gr. Ἀδάμας, & hoc ab *A* priv. & δαμάω Domo, ab indomitâ ferè duritie. Non incommodè, imò fortaſſe, præſertim, ſi ſenſum reſpicias, longè meliùs deflectere poſſis *a* Fr. *l'aimant*, quod Magnetem notat; q. d. Lapis, Amans, ſeu Amaſius, fort. à naturali amicitiâ ſeu ſympathiâ quam cum ferro habet.

Adder, *ab* AS. Ætter, Ættor, Anguis, Coluber, Næddre, Serpens, Anguis, Belg. **Adder** & **Nater**, Vipera, Teut. **Nater, Natter**, Natrix, Hydrus, Chelydrus, Atter Serpens, Aſpis, C. Br. *Neidr*. Coluber, Anguis, pl. *Nadroedd*, Dan. **Eder**, Venenum, fort. omnia *a* Lat. & Gr. Hydrus ſeu Natrix. Si Ἐλληνομανίᾳ laborarem, poſſem ſatis ſpeciosè deflectere *a* Gr. Ἀπηδὲς, Noxius, Damnoſus, ab Ἄτη, Noxa, Ἀτάω, Noceo; ſed hæ ſunt doctiores tantùm & ſubtiliores nugæ.

Addice *or* **Adze**, *ab* AS. Adeſa, Securis quædam utr. *a* Lat. & It. *Aſcia*, & hoc *a* Gr. Ἀξίνη.

an **Addle** *egg, his brains are* **Addle**, ſecundum *Minſevum*; q. d. an **Idle** *Egg*, hoc eſt Ovum vacuum, Irritum; hoc enim nomine appellatur Ovum Subventaneum, Urinum, Zephyrium. Mallem tamen declinare *ab* AS. Adel, Morbus, Adlian, Ægrotare; q. d. Ovum Ægrum, ſeu Corruptum. Alludit ſatis feliciter Gr. Ἀθλιος, Miſer, & Ἀθλέω, Laboro, v. **Ayl**.

Addreſs, *a* Fr. *Adreſſer*, *Adreſſer*, It. *Addirizzare*, *Drizzare*, Dirigere; q. d. Lat. *Ad-*

Addirectare, Directare, nobis autem, deflexo leniſſimè ſenſu, aliquem vel ſermonibus, vel ſupplicibus libellis compellare denotat; q. d. omnes preces, omnia argumenta in unum aliquem Dirigere, ſeu Collineare.

Adieu, *a* Fr. *Adieu*, It. *Adio*, Hiſp. *Adios*, Vale, q. d. Ad Deum vel Deo te commendo.

Adjourn nobis, detorto parùm ſenſu, Conventum, ſeu Comitia in alium Diem rejicere, *a* Fr. *Adjourner*, It. *Aggiornare*, Citare, Diem dicere, *a* præp. *Ad*, & Fr. *Jour*, It. *Giorno Dies*, hoc *a* Lat. *Diurnum*, ſupple, tempus.

Adioyning nobis, parum deflexo ſenſu, Contiguus, Conterminus, Confinis, *a* Fr. *Adjoindre*, *Adjungere*, q. d. *Adjungens* vel *Adjunctum*.

Adjudge, v. **Judge**.

Adjuſt, Rationes componere, ſeu Conficere (i. e.) Collatis utrinque debitis Rationes complere, parùm deflexo ſenſu, *a* Fr. *Adjuſter*, Accommodare, Coaptare; q. d. Lat. *Adjuſtare* (i. e.) Juſtum facere, Coæquare, vel ab altero *Adjouſter*, Addere, Adjicere, *a* Lat. *Ad* & *juxta*; q. d. *Adjuxtare*, (i.e.) προσπελάζειν, Admovere, Apponere, conferre Rationes.

to **Adle**, vox Lincolnienſi agro uſitatiſſima, quod ipſis Salarium, vel Præmium mereri deſignat, *ab* AS. Ædlean, Merces, Præmium, hoc à præp. loquelari, AS. Ed, Rursùs, Iterùm, Denuò, & Lean Stipendium, Merces; q. d. Retributio, vel Remuneratio.

Admirall, It, *Ammiraglio*, Hiſp. *Almirante*, Teut. **Ammiral**, Belg. **Ammirael**, Fr. *Admiral*, Thalaſſiarcha, copiarum navalium Præfectus ſeu Legatus, omnia vel ab Arab. Emir, Dominus, Princeps, vel ſecundùm alios, eſt vox hybrida, à dicto Arab. Emir, & Gr. Ἁλς, Marinus; q. d. Princeps Marinus. Mallem tamen, utpote ipſe è Germanicâ ſtirpe ortus, deflectere *a* Teut. **Ampt** Munus, Officium, Provincia, Præfectura, **Meer**, Mare, & **All**, Totus; q. d. vir cui totius Maris cura, tutela & præfectura commiſſa eſt, & concredita, vel, quod eodem recidit, & Hiſpanico *Almirante*, magis conſonat, ab **All**, **Meer** & **Ampt**, **p** in fine propter Euphoniam eliſo, & **m** in **n** converſo, vel cum *Minſevo* declinare poſſem *a* Belg. **Aen**, **Meer**, **Al** (i.e.) Super, Totum, Mare. Quidvis horum longè facilius & ſimplicius videtur quàm Etymon cum aliis, à duabus gentium tam à ſe invicem, quam à nobis diſſitarum linguis, Arabicâ ſc. & Græcâ, emendicare. Sed heus bone vir, inquies, **Meer** non eſt priſcum & verè Germanicum, ſed è Latio traductum & recentius vocabulum. Fateor quidem Lat. originis eſſe, ſc. corruptum *a* Lat. *Mare*, ſed nuperum eſſe & recèns Germanicæ Linguæ inſitum fidenter pernego; AS. enim Mere etiam eodem ſenſu apud *Somnerum* occurrit. Quis verò neſcit Romanos, partim mediantibus victoriis & commercio ante lapſum Imperii, partim, poſt ejus lapſum, mediante Chriſtianâ religione & humanioribus literis, quibus ſimul Germanicas gentes imbuerunt, multas etiam voces eorum ſermoni inſeruiſſe, cujus rei manifeſtum argumentum eſt quòd tum in Dictionario noſtro Anglo-Saxonico, tum apud *Willeramum* & *Otfridum* dictiones Romanam ſtirpem apertè profitentes ſatis crebræ leguntur. Si quæras unde orta ſit vox **Ampt**, credo contractum *a* Teut. **Ambacht**, hoc *a* præp. **Am**, & nom. **Acht**, Cura. Vox autem *Admiralis* ſeu *Admiralius* aliquot poſt lapſum Imperii ſæculis apud Latino-Barbaros ſcriptores in uſu eſſe cæpit.

Adoe, *with much* **Adoe** (i. e.) magno cum Conatu, à verbo **Doe**, & part. initiali **A**, vel præp. *Ad*, ubi ſc. quis multum &, Faciendum habet & ferendum, ut finem ſuum aſſequatur.

Advance, *a* Fr. *Avancer*, olim *Advancer*, It. *Avanzare*, Progredi, Proficere, Promovere; q. d. Lat. *Adabantare*, ſc. ab *Ad*, *Ab*, & *Ante*, vel ſimpliciùs *Abantare*, ab *Ab* & *Ante*, q. d. ab inferiore gradu ad ſuperiorem prorsùm niti, ſeu tendere (i. e.) προάγειν, προκόπτειν; hinc nomen, **Advantage**, *a* Fr. *Advantage*, *Avantage*, It. *Avantaggio*, *Vantaggio*, πλεονέκτημα, vel Commoditas ſeu Adjumentum, quod quis habet ad rem aliquam obtinendam præ aliis, melior Conditio, vel rei benè gerendæ anſa ſeu occaſio ſingularis, prærogativa, ſeu meliores partes; q. d. *Abantatio*. Nos autem *to* **Advance** *moneys* dicimus, & Franco-Galli eodem ſenſu *Avancer* (i.e.) Pecuniam in anteceſſum repræſentare, q. d. Pecuniam Approperare ſeu Ante tempus deponere.

Advantage, v. **Advance**.

to **Adventure** nobis Periclitari, *an* **Adventure**, Periculum, *a* Fr. *Aventure*, *Adventure*, It. *Aventura*, *Ventura*, Hiſp. *Aventura*, Caſus, Sors, Periculum, verb. Fr. *s'Adventurer*, It. *Aventurarſi*, Hiſp.

Aven-

Aventurar, Periclitari. Itali autem ſuum *Auventura* & *Auventurato*, meliori plerumque ſenſu uſurpant, omnia *a* Lat. *Adventura* ſeu *Eventura*, ſupple, *Fortuna* vel *hora*,

Advertiſe, *a* Fr. *Avertir* olim *Advertir*, It. *Avertire*, *Auvertire*, Hiſp. *Advertir*, Certiorem facere, Monere, Commonefacere, Edocere, omnia *a* Lat. *Advertere*, ſupple, animum, Activè, ſc. hoc eſt Commonefaciendo facere, ut aliquis animum *advertat*.

Advise, *a* Fr. *Advis*, *Avis*, It. *Aviſo*, *Auviſo*, Conſilium, Sententia, Fr. *Aviſer*, It. *Aviſare*, Conſilium dare, Animum attendere, attentè Conſiderare, Perpendere; q. d. Lat. *Adviſare*, vel *Adviſere* (i. e.) vel viſum, ſeu oculos quàm proximè admovere; vel è contrà, rem viſui ſeu oculis apponere, ſive applicare, facili & frequenti ab oculis ad animum Metaphorâ.

Affair, *a* Fr. *Affaire*, It. *Affare*, Negotium; q.d. *Adfacere*, illud ſcilicet ad quod faciendum obligatus, ſeu adſtrictus ſum, vel quod faciendum mihi incumbit.

Affiance, *a* Fr. *Affiance*, Fides, Fiducia, Affier, Affirmare, fidem Spondere; q. d. Lat. *Adfidare* (i. e.) Fidem alicui obſtringere.

Afford, Præſtare, Exhibere, vel, ſecundùm *Minſevum*, *a* Belg. **Vooderen** pretio vendere, quod nuſquam gentium niſi apud ipſum, invenio; vel potiùs *a* Teut. **Fürdern**, **Förderн**, Belg. **Voorderen**, Promovere, Adjuvare, vel *a* Lat. *Apportare*. Alludit Gr. μείζω, Suppedito, Copiam facio. Poteſt & deduci *a* part. **A**, vel potiùs præp. *Ad*, & AS. Boꝺ, Menſa, q. d. Menſæ ſumtus ſuppeditare.

Affraid, vel **Afraid**, Timidus, Terrefactus, *a* Fr. *Effrayer*, *Effroyer*, *faire une Mauvaiſe Affres*, Terrere, Terrefacere. Alius nimis φιλόλογος juraret hoc Fr. *Affres*, nec non verbum *Effrayer*, *a* Gr. Ἀπορέω defluxiſſe, quia ſc. Timore conſternati ἀπορῶσιν (i. e.) inopes conſilii ſunt. Ego mallem formare à noſtro **Afeard** & **Fear** quæ vide.

Affranchiſe, v. **Enfranchiſe**.

Affright, Perterrefacere, Perterrere, unde ortum eſt verbum Fr. *Effriter*, quod etiam Terrefacere denotat, hîc, ut ſuprà monuimus, **A** initiale otioſum eſt, idcircò vide verum Etymon in **Fright**.

Affront, *a* Fr. *Affronter*, It. *Affrontare*, Hiſp. *Afrentar*, Contumeliis inceſſere, Provocare, Irritare, Contumeliosè illudere, nôm. Fr. *Affront*, It. *Affronto*, Hiſp. *Afrenta*; q.d. Lat. *Adfrontare* (i.e.) Frontem fronti committere, Fronte impetere, inſtar taurorum pugnantium, κορύσσειν, κεραΐζειν.

Afore, v. **Before**.

Afreſh, Denuò, ἐξ ὑπαρχῆς· q. d. recèns, recenter, quando conatum aliquem ſeu laborem iterum incipimus, & quaſi recentes redintegramus, v. **Freſh**.

Aft, cui ſynonymum eſt & **Abaft**, vox Nautica, utrumque ſignat partem navis verſùs Temonem vel Gubernaculum ab AS. Æftan, Poſt, Ponè, q. d. pars navis Poſterior. Occurrit & apud *Somnerum* vox Bæftan, Poſt, Pone, credo contr. *ab* Abæftan, truncato ſc. capite cui noſtrum **Abaft** ſuos natales debet.

After, *ab* AS. Eft. Æfteꝛ, Æftan, Poſt Æftep, Secundus Æftep-lean. Præmium, Æft, Poſt, *a* Belg. **Achter**, **After**, Run. Dan. **Efter**, Teut. etiam vet. **Aſter**, Poſt, unde Belg. **Achter-noen**, Pomeridies, Teut. **Aftergeburt**, Secundinæ, nobis etiam *the* **Afterbirth**, quia, ſcilicet, poſt partum prodeunt. Dr. *Mer. Caſ.* deflectit *a* Gr. Ἀντὶ, Cæterum.

Again, Iterùm, Rurſus, Denuò. *Minſhew*, ſuo more, ſatis violenter deflectit, *a* Belg. **Aengaen**, Teut. **Angehen**, Aggredi, ſine ullâ Etymi ratione. Mallem deducere *ab* AS. Agen, Iterum, & tum hoc, tum noſtrum **Again**, *ab* AS. Eac, Æc, Iterùm, & An, Æne, Unus; q. d. Iterum unâ vice, vel, quod eodem ferè recidit, ab eodem Eac, Rurſus & Ana Semel, q. d. Iterùm Semel. Datur & Dan. **Igien**, Rurſus, voxer **Igien**, Recreſco.

Against, *ab* AS. Agen, Ongean, Belg. **Tegben**, Teut. **Gegen**, **Entgegen**, Contrà. Datur & præp. Loquelaris ſeu Inſeparabilis, AS. Gean, quæ etiam Contrà denotat. Dr. *Mer. Caſ.* mirabiliter deſl. *a* Gr. κατὰ.

Aghaſt, Obſtupefactus, Attonitus, Conſternatus, ſortean *a* Fr. *Agacer les dents*, dentes Stupefacere, tranſlato, ſcilicet, *a* dentibus ad animum ſenſu, quòd eò veriſimilius fit, quoniam idem *Agacer* etiam generatim Obtundere & Hebetare exponitur. Mallem tamen *a* part. **A**, & AS. Gaſt, Spiritus, Spectrum, Umbra, deflectere; q. d. Spectri alicujus viſu Perterrefactus, v. **Ghoſt**. Satis fœliciter alludit Gr. Ἀγάω, Ἀγάζομαι cum Supore miror, Supeo, v. **Gaſtred**.

an **Agat**, *a* Fr. *Agathe*, It. *Agata*, Dan. **Agat**, omnia *a* Lat. & Gr. Ἀχάτης, Lapis.

Ags.

Age, *a* Fr. *Age*, Ætas, utr. fort. *ab* AS. A, Apa, Run. Dan. Æ, Semper, Æternùm. Sunt qui omnia hæc *a* Gr. Ἀεὶ, declinant, v. **Ay.**

Agnail, Paronychia, Clavus pedis inflammatus, *Somner* ingeniosè, ut solet, deflectit, *ab* AS. Anȝ-nægle, Paronychia & hoc *ab* Anȝe, vexatus, & Nægle, Unguis, q.d Unguis dolore vexatus. Possit, &, non incommodè, declinari *a* Teut. **Angel**, Fr. *Aiguillon*, Aculeus, à dolore, sc. acri, &, instar spinæ, lancinante, vel q. d. **Ongail**, quòd sc. ungui *adnascitur*.

Agoe, ut dicimus, *so many years* **Agoe** (i.e.) tot annis elapsis seu præteritis, manifestè *a* part. A, & **Goe** quod *vide*. Datur & AS. Aȝan, Præteritus, Transactus ejusdem originis.

Agony, ingens Tristitia, Angor, Anxietas, item Labores morientis, *a* Fr. *Agonie*, idem signante, vel immediatè *a* Lat. sub lapsum Imperii civitate donato *Agonia*, hoc *a* Gr. Ἀγωνία, Angor, Trepidatio, animi Æstuatio; propriè autem Timor, quo quis corripitur cum descensurus est in arduum & difficile certamen Ἀγὼν enim Græcis Certamen notat.

Agree, Consentire, Convenire, Quadrare, *a* Fr. *Aggreer*, It. *Aggradare*, Aggradire, Gradire, Convenire, Placere, Oblectare, hoc *a* Fr. *Gre*, It. *Grado*, Voluntas, Consensus, omnia *a* Lat, *Ad* & *Gratum*, q. d. *Adgratare*, (i.e.) rem Gratam alicui præstare, Gratum & jucundum esse.

Aggreeve, v. **Greeve.**

Ague, Febris intermittens, Querquerus, fort. *a* Fr. *Aigù*, Acutus; quia saltem in paroxysmo, Acutus quodammodo morbus est, & acutis doloribus exercet: licèt à Medicis, durationem magis quàm vehementiam hujus morbi respicientibus, non inter acutas, sed chronicas febres numeretur.

Ah, Heu, Belg. & Teut. **Ach**, Teut. **Awe**, **Och**, *a* Lat. *Oh*, vel, ut reliquæ omnes interjectiones, à sono quem naturali instinctu omnes dolore commoti gemendo & suspirando edimus.

Aid, *a* Fr. *Aider*, It. *Aitare*, *Aiutare*, Hisp. *Ayudar*, Auxiliari, Subvenire, Succurrere, nom. Fr. *Aide*, It. *Aita*, *Aiuto*, Hisp. *Ayuda*, Auxilium, Subsidium, omnia *a* Lat. *Adjutare*, freq. verb. *Adjuvare*.

Aim, *a* Fr. *Esmer*, Collimare, Collineare, *Esme*, Collimatio, Scopus; nescio an utr. *a* Lat. *Æstimare* (i. e.) attentè Perpendere; solemus enim, diu priusquam collineamus, Scopum & intervallum accuratè considerare, & expendere.

to **Air** nobis, quod mireris, peregrine lector, non Aeri simplici sed igni exponere designat, nec tamen absurdè, sed ingeniosâ, ut mihi videtur, Metaphorâ; qui enim ignem accendit, tum priscum aerem, fortasse jam stagnantem & quasi putrescentem, valido motu atterit, dissipat, & dispellit, tum novum & puriorem confertim attrahit. Suspicor autem, sed adhuc sine ullo authore, priscum verbum Fr. G. *Airer*, olim extitisse hoc eodem, sc. Exsiccandi, sensu. Certè etiamnum cognato sensu pro Excandescere seu Irasci apud *Cotgravium* occurrit, utr. *a* Lat. *Aridus*, *Arescere* & *Arefacere*.

Air *in musick*, *a* Fr. *Air*, It. *Aria*, quo nomine, translato ab elemento Aere sensu, tum nostri, tum Galli & Itali Musici suavem & vividum modulum appellant: omnia *a* Lat. *Aer*, Gr. Ἀὴρ, q. d. jucundus & gratus *Aer*; & sanè quid aliud est modulus quàm variis modis fractus *Aer*? Græcum etiam Ἀὴρ, quæ primariò Spiritum notat, utpote *a* verb. Ἄημι ortum, etiam proprius ad sensum nostrum accedit, ut ubi dicitur, quàm dulcis Spiritus aures afflavit.

the **Air** *of ones face*, (i. e.) Symmetria quædam lineamentorum vultus, item Gratia, Decorus, Blandus, & illex Aspectus *a* Fr. G. *Air* idem signante, hoc non, ut primâ fronte videri possit, ab altero *Air*, *Aer*, sed, sumptâ ab Accipitrariis Metaphorâ, ab *Aire*, Nidus accipitrum, & secundariò Indoles, Ingenium; q. d. peculiaris quædam faciei Indoles. Dicitur enim, *l'aire de l'oratoire*, *l'aire de vos lettres* (i. e.) Gratia, Lepor, Decor, τὸ πρέπον, τὸ κόσμιον, v. **Ayry**, & **Debonair.**

Ake, v. **Ach.**

Aker, Jugerum, *ab* AS. Acepe, Æcep, Æccep, Belg. & Teut. **Acker**, Fr. Norm. *Acre*, Campus, Fundus, item Mensura terræ vulgò nota *a* Lat. *Ager*, & hoc *a* Gr. Ἀγρὸς.

Alarum, Classicum, scilicet quòd ad arma capessenda convocat *a* Fr. G. *Alarme*, It. *Alarma*, verbatim ad Arma, *Sonner l'Alarme*, It. *Suonar l'Alarma*, Classicum canere.

Alas, Heu, *a* Fr. G. *Helas*, Belg. **Eylaes**, It. *Ahi-lasso*, q. d. *Oh me* Lassum, vel Derelictum, sc. vel *a* Lat. *Lassus*, vel *ab*

It;

It. *Laſſare* ſeu *Laſciare*, Relinquere, Deſerere, part. Laſſo contr. pro Laſſato dial. Longobard. Defertus, hæc *a* Lat. *Laxare*.

Alate, Nuper, vel à particulâ initiali otioſâ **A**, & **Late**, quòd *vide*, vel q. d. **Of late**, f propter Euphoniam eliſo, & **o** *in* **a** tranſeunte.

Albeit, Quamvis, Quantumvis, q. d. **be it all ſo**, (i. e.) Etiamſi ita prorſùs, vel Omnino ſit, ſit licèt quàm maximè.

Alburn *colour*, *ab* It. *Alburno*, Color ex albo & ruſo mixtus, & ſplendicans fort. *a* Lat. *Albus*, & It. *Burno*, per Metatheſin pro Bruno Fuſcus, Subaquilus, q. d. *a white* **Brown**, v. **Brown**.

Alchymy, Lat. Barb. Alchymia, Chymia, Chemia, & ars Spagirica, vel ab articulo Arab. *Al*, & Gr. χέω, χύω, Fundo, q.d. Ars metallorum fuſoria, vel *a* χυμία, quo nomine veteres Ægyptii patriam ſuam Ægyptum appellârunt, q. d. Scientia Ægypti; Ægyptus autem nomen Chemiæ, credo, à *Chamo* gentis Conditore, deſumpſit. *Suidas* verò ſcribit Ægyptios etiam tempore *Diocletiani* & *Maximiani Augg.* Alchymiæ & χρυσοποιΐας peritiſſimos fuiſſe, eóque nomine Diocletianum multos ipſorum de hâc arte libros conquiri & comburi juſſiſſe, ne, inde ditati, quod nuper fecerant, etiam in poſterum rebellarent. *Menagius* autem deflectit ab Arab. *Chema*, Occultare, q.d. Scientia Occulta. Perperàm *Libavius* dictum putat παρὰ τὸ ἅλατα χέειν, à fuſione ſc. ſalium.

Alcoran, Liber Legis Muhammedicæ. *Menagius* deflectit *ab* Arab. *Koiran* Congeſſit, Legit, q. d. Lectio ſeu Collectio præceptorum.

Alderman, Senator, *ab* AS. Ælð, Senex, Ælðop, Ealðop, Senior, Alð Senectus, Alðop Senior & Princeps, Ealðopman Senator, Princeps, ubi notandum eſt nomen ætatis etiam in linguâ AS. in titulum dignitatis tranſiiſſe, omninò ut Latinis Senator, Patricius, Pater Conſcriptus, Gr. γερουσία ἀρίστους πρεσβύτας, utriſque Presbyter, & πρεσβύτερος, v. **Old**, **Elder**, & **Priest**.

Ale, *ab* AS. Eale, Ælfrico, Eala, Run. Dan. & Dan. rec. **Øl**, Cereviſia, AS. Ealhuſ, Taberna Cereviſiaria, Zythopolium, Ealu-ƿæꝛ, Lacus Cereviſiarius, fort. ſic dicta à Leni & Oleagineâ hujus potûs conſiſtentiâ. AS. enim Æl, Æle, Oleum ſignat, q. d. Liquor ille Oleoſus. Poſſet & non abſurdè deduci ab AS. Ælan, Accendere, Inflammare quia ſc. ubi generoſior eſt, qualis Majoribus noſtris in uſu fuit, Spiritus & ſanguinem copioſo ſemper, ſæpe nimio calore perfundit. Si ſatis Græcus eſſem hoc Ælan deflecterem à Gr. Ἀλέα Calor.

Alegar, quo nomine ruſtici agri *Linc.* & per totum Angliæ Septentrionalis tractum Acetum cereviſiæ non lupulatæ, ἄξος ζύθινος; appellant, q. d. **Ale Eager**, vel **Eager Ale**, (i.e.) **Sour Ale**, Longè certè rectiùs & elegantiùs quàm *Londinenſes*, qui **Ale** *vinegar*, ſatis abſurdè denominant.

Alembick, Lat. Barb. Alembicus, Vas Diſtillatorium, jam etiam vulgo notum, *ab* Arab. *Alambic* idem ſignante: hæc vox multis poſt lapſum Imperii, & linguæ Romanæ ſæculis, cum arte Chymicâ, annis abhinc circiter ſexcentis, quo tempore *Geber* floruit, mediantibus Mauris Hiſpanis ex Arabiâ in noſtrum Europam invecta eſt. Arabicæ autem originis eſſe oſtendit, tum particula initialis *Al*, tum quod (mihi ſaltem) certum eſt Arabas omnium gentium primos arte Spagiricâ claruiſſe. Vox autem tota, excepto dicto articulo *Al*, à pleriſque Criticis ſatis ſpecioſè *a* Gr. Ἀμβίξ, *Heſychio* Olla, deflectitur. Notum enim eſt multas Græcas voces in Arabicam linguam, traductas eſſe, nec mirum cum Arabes Ægyptum, & Syriam Græcis & Macedonicis coloniis plenas ſub initiis Saracenici Imperii ſubjugaverint.

Alferes, *ab* Hiſp. *Alferez*, It. *Alfiere* Signifer, vox origine Hiſpanica, ſed quæ ſæpè in hiſtoriis rerum Hiſpanicarum Anglicè conſcriptis occurrit, & pro Signifero uſurpatur, omnia contr. *a* Lat. *Aquilifer*.

Alight, v. **Light**.

Alike, v. **Like**.

Alive, v. **Live**.

All, *ab* AS. Æl, Eal, Ealle, Alle, Run. Dan. Dan. rec. & C. Br. **Øll**, Omnis. AS. Allic, Catholicus, Alȝeaƿ, Omninò, Ealleƿ, Plenariè, Ealleȝæȝa, Semper, Ealnepeȝa, Undequaque, Belg. **Al**. Teut. & Belg. **Alle**, Totus, omnia, ut plerique omnes credunt, *a* Gr. Ὅλος.

Allay, Mitigare, Delinire, vel *a* verbo Fr. G. *Allier*, Alligare (i. e.) Figere, Cohibere, vel ab Alleger, Alleviare.

Allegiance, Fides quam debemus Domino *Regi*. Non dubito quin olim ſaltem **Alligence** fuerit vox Fr. G., licèt jam, cum multis aliis, in deſuetudinem abierit; Occurrit tamen apud *Cowgrav.* vox cognata, eodem planè ſenſu, **Ligence**, utr.

utr. proculdubiò *a* Lat. *Alligare*, *Ligare*, q. d. Alligantia, Ligantia (i.e.) Ligamen seu Vinculum Fidei quo subditi omnes Principi nostro adstringimur.

Alley vel **Ally**, *a* Fr. G. *Allée*, Angiportus, Viculus, hoc *a* verb. *Aller*, *Ire*, q.d. locus per quem Iri seu Transiri potest. *Aller* autem contractum videtur *a* Lat. *Ambulare*.

Alliance, *an* **Ally**, potiùs **Alle**, illud Affinitatem & Fœdus, hoc Affinem seu Fœderatum notat, illud *a* Fr. G. *Alliance*, Fœdus, hoc *a* Fr. G. *Allie*, Affinis, q.d. Adligatus, Allier, Fœdere seu Affinitate conjungere, q. d. Alligare.

Allot, Assignare, Sortitò tribuere ab *Ad* & **Lot**, v. **Lot**.

Allow, Concedere, Permittere, vel *a* Fr. G. *Allouer*, Approbare, q. d. *Adlaudare* (i. e.) alicui Commendare, *Louer* enim Fr. G. Laudare designat, vel, ut jurisperiti nostri exponunt, q.d. Adlocare (i. e.) Utendum vel faciendum aliquid dare.

Alloy *or* **Allay**, *a* Fr. G. *Aloy*, Mixtura vilioris metalli, quo aurum vel argentum, priusquàm cudatur, temperatur, part. *Allie* vilioribus metallis mixtum, q. d. Alligatum, quò minùs, sc. inde ductile reddatur. Datur & eodem sensu verbum, *Allier*, *Allayer*, & *Alloyer*. D. *T.H.* deflectit *ab* Hisp. *A Ley*, Fr. G. *A Loy*, q. d. Proportio vilioris metalli à Lege definita, quo plus admiscere fas non est, unde sumptus flandi & feriundi auri & argenti erogantur.

Allure, Allicere, *a* Lat. *Ad* & *Angl.* **Lure**, quod *vide*.

Alman vox Musica, *ab* It. *Alamana* idem signante, fort. à gente Alemannica hujus modulorum generis inventrice, v. **Alman** in Et. Onomastico.

Almanack, *a* Fr. G. *Almanach*, Calendarium, hoc ab articulo Arab. *Al*, & Hebr. *Manah*, Numerare, vel fort. propiùs à voce Tarentina μανακὸς, q. d. μηνιακὸς, supple, κύκλος (i. e.) Orbita Lunaris, v. *Dalechamp.* in *Plinium* p. 6. Sunt qui *a* Belg. **Al men-Achte**, q. d. omnium mensium observatio, deducunt.

Almes, *ab* AS. Ælmeſ, Ælmeſſe, Fr. G. *Aumoine*, *Aumosne*, utr. *a* Lat. *Eleemosyna*, Gr. Ἐλεημοσύνη, Misericordia, q. d. Donum ex Christiana misericordia pauperi irrogatum.

Almighty, v. **Mighty**.

Almond, *a* Fr. G. *Amande*, It. *Mandola*, *Amandola*, Hisp. *Almendra*, omnia *a* Lat. *Amygdala*, *Amygdalum*, Gr. Ἀμύγδαλον, Fructus, Ἀμυγδαλία, Ἀμυγδαλῆ, *Amygdalus* arbor. Fructus autem sic dictus est, inquit Etymologici magni auctor, quia in osseo putamine, quod viridi externo proximum est, habet multas strias, sive sulcatas lineas, quas Græci Ἀμυχὰς vocant, ab Ἀμύσσω, quod est, *Rado*, *Carpo*, *Vellico*, *Lancino*.

Almoner contractè **Amner**, *a* Fr. G. *Aumosnier*, Eleemosynarius, qui scilicet Eleemosynas (i. e.) Congiaria seu donativa Regis pauperibus irrogari solita distribuit, *a* Fr. G. *Aumosne*, *Eleemosyna*, v. **Almes**.

Almost, Ferè, Propemodùm. *Minsh.* deflectit *a* Belg. **Al-meest**, Ut Plurimùm, Maximè, Præcipuè, Potissimùm; vel, simpliciùs deduci potest à nostro **All** & **Most** (i. e.) **Most** *part of* **All**, *or of the whole*, q. d. maxima ex parte factum, vel confectum; quod enim ferè perfectum est à Toto (i. e.) à complemento suo parùm abest.

Aloft, nobis, Suprà, Superiùs, vel *ab* AS. Alle, Omnis, vel Prorsùs, & Open, Super, q. d. Prorsus Super, vel *a* Belg. **Al heft**, inquit *Minsh.* (i. e.) totum Elevatum, seu Sublimatum, *a* verb. **Heffen**, **Heven**, Sustollere. Mallem tamen declinare *a* Dan. **Loffter**, **Loffter-op** & **Oploffter**, Elevo, Attollo, additâ particulâ nostrâ Initiali *A*, q. d. in loco Edito & Elevato. *Mer. Cas.* defl. à Gr. λόφος.

Alone, *a* Belg. **Al-een**, **Alleen**, Teut. **Al-lein**, Solus, Solùm, q. d. Prorsus Unus (i. e.) nullis aliis conjunctus ad conficiendum numerum, v. **All** & **One**.

Along, *a* Fr. G. *Au long*, It. *Al Lungo*, *Lunghesso*, q. d. Lat. *Ad Longum* (i. e.) secundùm Longitudinem, prorsùm; vel, quod eodem redit, à particula Initiali **A**, & eodem **Long**.

Aloof, Longè, Procul, q.d. **All-off**, prorsus Separatum, v. **All** & **Off**.

Aloud, Clarè, Intentâ voce, v. **Loud**.

Already, Dudum, Jamdudum, *a* Belg. **Al-reed**, **Alghereed**, prorsùs Paratus, q. d. ex prævio apparatu, v. **All** & **Ready**.

Also, *ab* AS. Ælſpa, Belg. **All-soo**, Sic, Ita, Item, q. d. omninò sic, v. **All** & **So**.

Although, Quamvis, q.d. Prorsùs vel Omninò licèt, vel licèt quammaximè, v. **All** & **Though**.

Altogether, Omninò, Unà, *a* Belg. **Alte-gader**, q. d. Simul omnes, Collectim, v. **All**, **Together** & **Gather**.

Always, *ab* AS. Ealleþæga, Teut. **Allweg**, Semper, q. d. per omnes Vias (i.e.) per omnem vitæ decursum.

Am, *ab* AS. Eom, Sum, hoc plerique *a* Gr. Εἰμὶ deflectunt.

Amadette *pear*, Pyri genus delicatum, à Doct. & Nob. Domino *Evelino*, in libro, cui titulus *Hortulanus Gallicus*, commemorarum, sic dictum vel ab amabili sapore, vel potiùs à Viro aliquo nomine *Amadeo* seu *Amadetto*, qui primus per insitionem pyrum istud produxit, vel, qui saltem, in deliciis habuit.

Amain, Valdè, Vehementer, Strenuè, *a* particula nostra **A**, & antiquo **Main**, Fr. G. *ant.* Magne Magnus, q. d. *A la magne* (i. e.) Magnâ vi, vel, ut fœliciùs, pro solito divinat Doct. *Somner*, ab eadem part. otiosâ **A**, & AS. Mægen, Potentia, q. d. totis viribus.

Amain, vox Nautica quæ ubi à nave bellicâ usurpatur, obviam navem ad deditionem hortatur; usurpatur etiam ubi rudens aut vela confestim demittenda sunt, utroque sensu ab altero **Amain**, priore, q. d. huc quantocyus accedite, posteriore, q.d. quàm celerrimè demittite vela, vel rudentes. Potest etiam **Amain** non incommodè priore sensu deflecti *a* Fr.G. *Ammener*, Ducere, Adducere, q. d. huc adducite Cymbam vestram, huc etiam ipsi concedite, vel *a* Fr. G. *A Main* (i.e.) in Manus nostras vos dedite.

Amass, *a* Fr. G. *Amasser*, Coacervare, Cumulare, q. d. Lat. *Admassare*.

Amate, Perterrefacere, Attonitum reddere, Obstupefacere, mente Consternare, Consilii inopem reddere, *a* Fr. G. *Emmatir*, *Mater*, *Matter*, Comprimere, Subigere, Debellare, Vincere; Metaphorâ, ni fallor, à ludo Latrunculorum petitâ, q. d. *to give one a Check Mate* (i. e.) ad Incitas redigere, adeò ut, quò se vertat, nesciat, v. **Check-mate** & **Mate**. Doct. *Th.H.* hoc Fr. G. *Emmatir* deflectit *ab* Hisp. *Matar*, Occidere hoc proculdubiò *a* Lat. *Mactare*, credo potius *a* Teut. **Mat**, Defessus, Debilis.

Amaze, Obstupefacere, Attonitum reddere, in Stuporem vel Admirationem conjicere, q. d. *to put one in a Maze* (i.e.) in Labyrinthum conjicere, adeò ut quam viam sequatur, & quod consilium capiat, ambigat & animi pendeat, v. **Maze**; nisi malis deflectere *ab* It. *Matto*, Stultus, & inde verbo Ammattare Stultum reddere, quia Stultorum est vehementer admirari.

Amber, *a* Fr. G. *Ambre*, It. & Lat. Barb. *Ambra*, Succinum, plerique deflectunt *ab* Arab. *Anbar* idem signante. Sed cum à *Taciti* usque sæculo, Germanica maria, præ reliquis omnibus, Succini proventu toto orbe claruerint, quod ex Germania usque in Asiam per commercia distributum est, & Arabia, quod usquam legerim, vel fando audiverim, ipsum in suo mari non inveniat, non video quin potiùs è Germania quàm Arabia hujus vocis origo petenda sit. Mallem igitur declinare *a* Belg. **Aeu-Bernen**, Adurere, q. d Lapis Ustilis; licèt enim soliditate suâ lapis videatur, igni tamen admotum accenditur, & tum accensione suâ, tum vehementi odore se bitumen esse, non lapidem, prodit, quo nomine teste *Franc. Guicc.* in Belg. hodie **Bern-steen** accolis maris *Balthici* appellatur; quod eò etiam verisimilius fit, quòd Medici Arabes nobile istud bitumen non *Amber* sed *Caraben* appellant. Sed fortasse, objicies, priscos Germanos, *Corn. Tacito* teste, Succinum alio nomine, sc. *Glas* vel *Glasum* appellâsse, quod sanè negari non potest. Nihil tamen impedit quin eodem tempore tum *Glas* tum **Aenbern-steen** vocitaverint, licèt altera vox *Tacitum* fugerit, vel fort., post *Taciti* sæculum *Glesi* vocabulo in desuetudinem abeunte, vocem **Aenbern-steen**, ut posterioribus sæculis compendii gratiâ **Bern-steen**, substituerint. Quid enim magis tralatitium est quàm gentes tum diversis vocabulis unam & eandem rem insignire, tum etiam antiquatis priscis nominibus nova cooptare; vox autem Ambra non nisi post Imperii occasum à Latino-Barbaris scriptoribus usurpari cœpit. Credo autem olim *Glas* dictum esse à vitrea pelluciditate, v. **Glass**, & *Tacitum* de moribus Germanorum.

Amber-Greese, *a* Fr. G. *Ambre gris*, It. *Ambra Grigia*, q. d. Succinum colore Cineritio, fort. quia Succinum tum grato odore, tum bituminosâ consistentiâ refert, & colore cineritio à Succino, quod vel flavum, vel album est, differt.

Amble, *a* Fr. G. *Ambler*, It. *Ambiare*, Tolutim (i. e.) Gradarii equi instar, molli passu incedere, Tolutari, *a* Lat. *Ambulare*, sic fort. dictum, quia tali passu sessores non magis quàm leniter *Ambulando* quatiuntur, vel fatigantur. *If. Cas.* optimè adnotat illud *Ambulare* in versu Flori, ubi dicitur *Ambulare* per pruinas, legendum esse *Amblare*, hoc enim ratio metri jubet, cum sit versus *Anacreonticus*, v. ipsum Not. in *Æl. Spart.* vitâ *Æl. Adr. Aug.*

Ambry, **Aumbry** vel **Aumber** vox jam ferè obsoleta. Sic autem dicitur Mensa altior super quam vasa mensaria, & tota

M

argentea supellex ad usum conviviorum exponitur, vulgatiùs *a Cupboards head.* Oritur autem *a* Fr. G, *Aumoire, Armaire, Armoire*, It. *Armaro*, idem signantibus, q. d. Lat. *Armarium*, Mensa in qua Arma (i. e.) Instrumenta omnia, vasa, & quæcunque ad convivia celebranda adhibentur, collocantur; Arma autem, ut & Gr. Ὅπλα, antiquis Romanis Instrumenta in genere designavit.

Amburg, Morbus equorum describitur autem *Markhamo* verruca spongiosa sanguine plena, fort. *ab* AS. Embe, Am, seu Ἀμφὶ, Circum, vel An, In, Super, & Beorg, Tumulus, Berg, Collis omnino ut verruca primariò & originariò Tumulum notat, Secundariò hoc corporis Tuberculum.

Ambush, Insidiæ, *a* Fr. G. *Embuscher*, It. *Imboscare*, Hisp. *Emboscarse*, Insidias tendere, sed propriè & primariò, Saltu, Nemore, seu Dumeto se abscondere, ut Insidiantes solent; hinc nomen Fr. G. *Embuscade*, It. *Imboscata*, Hisp. *Emboscada*, Insidiæ, *a* Fr. G. *Bois, Buisson*, It. *Bosco*, Hisp. *Bosque*, Sylva, & præp. *In.*

Amell vel **Ammel**, *a* Fr. G. *Email*, It. *Smalto*, Encaustum, Lat. Barb. *Smaltum*, Fr. G. *Emailler*, It. *Smaltare*, *Smalto* seu *Encausto* obducere, utr. ni fallor, *a* Teut. **Schmältzen** vel **Schmeltzen**, Belg. **Smelten**, Fundere, Liquare; quia Encaustum liquando illinitur, seu affigitur: Nec mirum est Germanos, cum Chymiæ & Metallurgiæ in primis semper studiosi & periti fuerint, reliquis Europæ gentibus ex sua lingua hujus artis terminos suppeditâsse.

Amends, Compensatio injuriæ vel damni, vel per pecunias, vel beneficia, vel submissam confessionem, Expiatio, parùm deflexo sensu, *a* Fr. G. *Amende* quod ipsis Mulctam notat, hoc *ab Emender* utr. *a* Lat. *Emendare*, quia tali Mulctâ Reus corrigitur (i. e.) Castigatur; vel quia Reus tali mulctâ persolutâ extra Mendum (i. e.) Culpam ponitur.

Amerce, Mulctare, vox Forensis, sed quæ, quia omnibus etiam ex infimâ plebe nota est, hîc locum sibi poscit, credo *ab* ant. Fr. Norm. *Amercier*, nunc obsoleto hoc *a* Fr. G. & Angl. **Merci**, Misericordia; quia reus peractus arbitrio seu misericordiæ Domini se permittit, vel quòd mulcta ad arbitrium seu misericordiam Domini irrogatur. *Minshew.*

Amiable, Jucundus, Gratus; à Fr. G. *Amiable* idem signante, hoc *a* Fr. G. *Ami*, Amicus, q. d. Amicabilis (i. e.) Amabilis.

Amiss, Perperam, Perversè, non Ritè, vel secundùm *Minsevum*, *a* Lat. *Amissus*, quia sc. per errorem aut pravitatem Actio, aut Actionis pretium, aut meritum amittitur, vel simpliciùs à verbo *to* **Miss**, additâ part. otiosâ Initiali A, v. **Miss.**

Amity, *a* Fr. G. *Amitiè*, utr. *a* Lat. *Amicitia.*

Ammunition, Apparatus bellicus, præsertim ea pars, quæ tormentorum aut machinarum bellicarum usui necessaria est, ut pulvis Pyrius, Glandes plumbeæ, &c. q. d. Ammunitio, seu Munitio (i. e.) ea quibus nos in bello munimus, seu defendimus. It. *Monitione*, Fr. G. *Munition.*

Among, *ab* AS. Gemang, Inter, hoc *a* verb. Gemengan, Belg. & Teut. **Mengen**, Miscere, q. d. Mixtim, v. **Mingle.**

Amorous, *a* Fr. G. *Amoureux*, It. *Amoroso*; Amoribus deditus, q. d. Amorosus.

Amort, *all* **Amort**, ut dicimus de viro præ nimis profundis cogitationibus quasi obstupescente, & ecstasi abrepto, *a* Fr. G. *Amorti* part. verbi *Amortir*, Morte extinguere, vel, ut nunc loquimur, Mortificare, quia tales, perinde acti animi deliquio correpti, vel etiam revera mortui essent, nihil eorum quæ ab adstantibus vel fiunt, vel dicuntur, percipiunt.

Amount, Valere, pretium Æquare, *a* Fr. G. *Monter*, It. *Montare*, Ascendere, sc. ad pretium, additâ scilicet particulâ initiali otiosâ A, v. **Mount.**

Amours, vox nuperrimè Civitate nostrâ donata, pura puta Franco-Gallica pl. *de Amour*, hoc nimis manifestè *a* Lat. *Amor.*

Amper vel **Ampoz**, vox Rusticis agri *Essexiensis* usitatissima, quæ tumorem vel phlegmonen designat, vel *ab* AS. Amppe, Omppe, Varix, vel *a* Teut. **Empoz**, Sursum, **Empoz heben**, **Empören**, Elevare, q. d. cutis Elevatio.

Amn's-ace, v. **Ace.**

Amulet, Lat. Barb. etiam Amuletum, Gr. *μέλαστρον, μέλαγμα*; non, ut aliqui volunt, quasi Annuletum ab Annulo, sed *a* Gr. Ἄμμα, additâ duplice terminatione diminutivâ, quia ad amolienda fascina, & veneficia, nec non pestiferas lues collo appenditur, seu alligatur.

Amuse, *a* Fr. G. *Amuser*, Cogitationem injicere, v. *to* **Muse.**

Ancestors, Majores, *a* Fr. G. *Ancestres*; utr. contr. *a* Lat. *Antecessores.*

Anchorite, *a* Gr. Ἀναχωρητὴς, sc. qui recedit, vel secedit à publico, Eremita, Eremico-

la, *a* Gr. Ἀναχωρῶν, Recedere, vel Secedere.

Anchoves, *a* Fr. G. *Anchois*, It. *Anchiove*, *Anciove*, Encrasicholus, seu Apua piscis, quibusdam Sardina, nescio an *ab* It. *Ancino*, Uncus, Hamus, quia, ut plerique naturalis historiæ scriptores perhibent, Apuæ, sub quo genere Encrasicholi censentur, confertissimis agminibus natant, adeóque arctè, tanquam uncinis, complicatæ, ut naves ipsas in cursu retardent, & tantùm non sistant; v. *Oppianum*, *Jonstonum* & alios.

Ancient, *a* Fr. G. *Ancien*, Hisp. *Anciano*, Senex, Antiquus, q. d. Antiquanus.

Ancient pro Vexillo, corr. *ab* **Ensign** idem signante, quod *vide*.

Anckerd, vox Fœcialium seu Haraldorum propria. Est autem Crux cujus apices seu puncta, Anchoræ instar, acuminata sunt, vel q. d. Crux Anachoretarum (i. e.) Eremitarum, seu Ascetarum, qui coronam spineam deliciis mundi præferunt, inquit *Morgan*.

Ancle, *ab* AS. Ancleop, Dan. **Anckle**, Talus, Belg. **Enckel Been**, Malleolus, *Minsevus*, *a* Gr. Ἀγκύλος, Curvus, utr. deducit. Potuisset, & eodem jure deflectere, *ab* Ἀγκύλη, Curvatura, seu Flexus Poplitis, seu Cubiti, quod levi translatione ad Malleoli flexum signandum accommodari potuit.

And, *ab* AS. And, Belg. **Ende**, Teut, **Und**, Fr. Th. **Ante**, **Ande**, Et nescio an *a* Lat. *Addere*, q. d. Adde, interjectâ per Epenthesin *n*, ut *in* **Kender**, à *Reddendo*. *Mer. Cas.* deflectit *a* Gr. Ἂν.

Andirons, Subex, vel Cantherius Focarius, q. d. **Handirons** (i. e.) Ferramenta Manualia, Χειρόβιστα, seu quæ manibus è loco in locum moveri possunt. Datur & Fr. G. *Landiers* eodem sensu, sed nostræ proculdubiò originis, vel potiùs, ut rectè monet Doct. *Th. H.* q. d. **Endirons**, quia sc. extremitates lignorum comburendorum his ferramentis innituntur. Vel fort. rejectis partim compendii, partim Euphoniæ gratiâ duabus literis initialibus br *ab* AS. Brandiren, quod *vide*.

Anent vox longè magis Scotis quam nobis usitata. Significat autem è Regione vel Juxta. Sunt qui deflectunt *a* Gr. ἐναντὶ, ἐναντίον, Oppositum, nec malè sanè, si vel soni vel sensûs convenientiam respicias, sed quo commercio Græci, Scotis totius Europæ longitudine dissitis, vocabula impertiri potuerunt? Mallem igitur deducere *ab* AS. Nean, Prope, additâ particulâ Initiali otiosâ A.

Angel *of Gold*, ab effigie Angeli olim aureis nostris impressi ad memoriam dicti Gregoriani, & inde subsecutæ nostræ ad Christianam fidem conversionis: Magnus enim Gregorius, conspectis in foro Romano duobus puellis Anglis, eximiâ & liberali formâ insignibus, Mangones percunctatus est, unde, & è qua gente orti essent, quibus Anglos esse respondentibus subjecit, imò potiùs Angelos, v. *Bedam*, *Verstegannum* & alios.

Angelet *cheese*, Caseus ex Normanniâ Galliæ nobis advectus, credo sic dictus à viro quodam cui nomen *Angeleto* vel *Angelo* fuit, qui primus istiusmodi Caseum hâc sc. formâ confecit, & fort. suum nomen, vel signum impressit.

Anger, Ira, Indignatio, fort. *ab* AS. Anze, Vexatus, Teut. **Angst**, Angor, Dan. **Angret**, Pœnitet, & sanè Ira, præsertim vehementior, semper-Angore quodam, & mœstitiâ ex mali, quod detestamur, & vindictæ quam meditamur, apprehensione stipatur. *Minsevus* deducit à voce Græca apud *Suidam*, Ἄγχις, Dolor. Longè justiùs deflectere possem *a* voce Lat. sequioris sæculi *Angariare*, quæ etiam apud *Florum*, ut & Germana ejus soror *Angarier* apud *Cotgravium*, occurrit: *Angariare* autem satis frequens legitur in Latino-Barbaris Scriptoribus, qui tum paulò antè, tum post Imperii lapsum vixerunt; non enim tantùm invenies in versione vulgari Latinâ Bibliorum *Matthei* cap. 5. sed etiam in *LL Baiuar.* tit. 13. Sect. 9. item in Epistolâ *Cnutonis* seu *Canuti* Regis apud *Malmesb.* de Gestis Regum lib. 2. in Chartâ *Wilhelmi* Conquestoris Abb. *Ramef.* apud *Britonem Armoricum Philippid.* lib. 12. & alibi. Notum autem est plerasque recentiorum linguarum voces, præsertim Franco-Gallicæ, Italicæ & Hispanicæ ab illis, quæ sequioribus illis sæculis irrepserunt dictionibus ortum ducere, & sensus planè idem est: In omnibus enim quæ innuimus locis *Angariare* idem quod Vexare designat. Si plura vis adi *Voss.* de Vit. Serm. & *Spelmannum* in Gloss.

Angle, *ab* AS. Anzel. Hamus, Belg. **Angel**, **Anghel**, **Hangel**, **Hanghel**, Hamus, **Angel-roede**, Calamus, Teut. **Angel**, Hamus, **Angel-ruthe**, Radius hami, fort. sic dicitur à Pendendo seu Dependendo in aquam, v. *to* **Hang**. Datur & Portugalicum *Angol*, Hisp. *Anzuelo* eodem planè significatu, quæ, quia hæ duæ linguæ Latinæ linguæ soboles sunt, poteris a Lat. *Hamulus* declinare. *Mer. Cas.* de-

deflectit *a* Gr. Ἀγκιστρον vel Ἀγκύλη.

Anguish, Dolor intensus, Mæror, *a* Fr. G. *Angoisse*, It. *Angoscia* idem signantibus, utr. *a* Lat. *Angustia*, Angor, ut & Teut. **Angſt**, Belg. **Angſt**, Dolor, Anxietas,

Annoy, *a* Fr. G. *Ennuyer*, It. *Annoiare*, *dar noia*, Vexare, Molestiam creare, q.d. Adnoxiare seu Adnoxare (i.e.) Noxiam seu Noxam inferre, hinc corrupta est vox *Chauc.* **Anney** ejusdem significatûs, v. *Et. vocum Ant. & Obsoletarum.*

Annulets vox Fœcialium, sunt autem parvi Annuli, v. *Morgan.*

Annulets vox Architectonica. Sunt autem Annuli Columnarum, quibusdam cincta Cymbia, vel saltem exili discrimine. Nimis manifestè *a* Lat. *Annulus* additâ terminatione diminutivâ &.

Anoint, *a* Fr. G. *Oindre*, Ungere, & inde *Enoindre*, Inungere, part. **Oint, Enoint,** Unctus, Inunctus.

Anon, Statim, è Vestigio, Ilicet, secundùm *Minsevum*, q. d. **On On** (i. e.) tempore prorsùm, seu immeditatè succedente, vel potiùs *a* Belg. **An** vel **Aen, Een** (i.e.) ad vel in uno eodémque, supple, momento, vel à particulâ initiali **A**, & Teut. **Nuhn**, Nunc, Modò. Datur & Hisp. *Ayna*, Statim. Etymon autem cui ego præ reliquis fido, est à particulâ **A** & AS. Nean, Propè, omninò ut apud *Homerum* Il. ε. Ἀγχὶ μάλα pro Brevi vel Citò usurpatur.

Answer, *ab* AS. Andſpapian, Belg. **Antwoorten**, Teut. Antworten, Respondere, nom. AS. Andſpape, Belg. **Antwoordt**, Teut. Antwort, Responsum, Fr. Th. Andwuarde, Responsa, quod *Fr. Jun. a* verb. Fr. Th. **Wuarden**, Observare, Attendere, deflectit. Si more Criticorum credulus essem & lascivus, deflecterem Belg. saltem **Antwoordt**, & Teut. **Antwort**, *a* Gr. Ἀντὶ, & Belg. **Woord**, Teut. **Wort**, q. d. verba reddere, seu recriprocare. Sed Etymologiæ istæ hybridæ & longè petitæ nullo modo arridend. Mallem ergò, saltem nostrum **Answer**, deducere *a* Dan. eóque fort. Cimbrico, seu Gothico antiquo **Ofwarer**, Respondeo, Otensvar, Responsum, Responsio. Veterem autem Cimbricam linguam constat tum Anglo-Saxonicæ, tum Danicæ linguæ recentis, tum etiam dial. Saxonicæ recentis parentem fuisse. Teut. autem **Antwo'ren**, & Belg. **Antwoorten**, *a* Teut. **An In**, Versus, & **Woꝛt**, Belg. **Woord**, Verbum, q.d. Verba in aliquem dirigere. Secundò autem nostrum **Answer** idque satìs certò potest deduci *ab* AS. An pro On, & Spap vel Spæp, Gravis, q. d. Graviter, Seriò seu Severè aliquid Affirmare, ut Lat. *Asseverare.* Nec absurdum esset istud Spæp formare *a* Lat. *Severus*, Teut. autem **Antwoꝛt**, & Belg. **Antwoordt**, non minùs verisimiliter possem declinare *ab* AS. Andſpeaꝛd, Responsum, hoc *a* verb. Andſpeapdian, Præsentare, Andſpeaꝛd, Præsens, q. d. Sermo Extemporaneus.

Ant or **Emmet**, contractum & corruptum *ab* AS. Æmet, Emet, Teut. **Ameyſs**, Formica, Nescio autem an hoc Emet liceat deflectere *ab* AS. Embehꝛ, Ministerium, Officium, à celebrata, sc. animalculi hujus industria, quod, æstate partitis, ordine, & quasi quadam ratione, ad parandum victum officiis occupatum creditur: hoc autem Embehꝛ, si auderem, libenter deflecterem *a* Teut. ut notum est, recenti, fortasse etiam prisco **Acht** Cura, cum præp. AS. Emb, Teut. **Umb**, Belg. **Om**, Circum. Suspicor autem, licèt sanè sine ullo authore, olim extitisse vocem AS. huic Teut. **Acht** cognatam τῷ Æhꝛe, quod etiam Curam signavit, cujus etiamnum vestigia supersunt in vocibus Æhꝛe-man, Colonus, Servus, Verna, Æhꝛe-ſpan, Subulcus, Custos, seu Curator porcorum; Cura autem pro Curatore etiam in infimo Imperio obtinere cœpit: occurrit enim apud *Cassiodorum* lib. 7. Var. Cura Palatii pro Curatore seu Custode Palatii, quæ dignitas fuit Imperatoriæ Majestati proxima, & Præfectis prætorio successit; v. *Meursium* voce Κυροπαλάτης, & *Somnerum* vocibus Æhꝛe-man & Æhꝛe-ſpan.

Antelope, Caper ἐφιζήμους, Gr. Ἀνάλοπ vel Ἀνωπλοτ, quam tamen vocem in nullo Lexico invenio, sit fides penès authorem *Gesnerum*: propter tamen viri magni gravitatem, eóque meritam apud omnes authoritatem, facilè crediderim has voces Græcis recentioribus in usu esse, licèt nec in Porti Lexico Græco-Barbaro, nec in *Meursii* Glossario compareant, It. *Antelami* dicitur. Si in tenebris palpare vellem, possem defl. *a* Gr. Ἀντὶ, Contrà, Adversùs, & κέρας Cervix, q. d. Caper qui inversos cornuum apices habet. Credo tamen vocem reverà Arabicæ esse originis, quia animal ipsum in solis iis regionibus quæ Arabicâ linguâ utuntur invenitur.

Anthem, *a* Fr. G. *Antienne*, It. *Anthema*, ut mihi quidem videtur *a* Gr. Ἀνθυμνος, quia reciprocis, alternantibus modulis

canta-

cantatur, vel secundùm *Menagium*, a Gr. Ἀνησόν, *Minsevus*, a Gr. Ἄνθημα deducit, mallem dixisset Ἀνάθημα vel Ἀνάθεμα, nam Ἄνθημα non à τίθημι sed Ἀνθέω ortum ducit, nisi fortè, quod lubenter crediderim, Ἄνθημα vitio typorum irrepserit, ipse Ἀνήθημα scripserit, sed nec hæc vox hoc sensu usquam legitur.

Saint **Anthonies** *fire*, Erysipelas (i.e.) Ignis Sancti Antonii, sic dictus, tum quia tumor valdè igneus est, impendio sc. calidus, tum quòd Sanctum Antonium, credo Patavinum, peculiari quadam virtute hunc morbum sanare vulgò creditur. Notum autem est superstitiosum vulgus certis morbis sanandis certos & appropriatos Sanctos destinare, ut Sanctam Luciam Ophtalmiæ & Lippitudini, Sanctam Apolloniam Odontalgiæ, Sanctos Macarium & Roccum Pesti, Sanctum Hubertum Rabiei, &c.

Antiche, Fr. G. *taillé a Antiques*, *Cut with* **Antiches**, hoc est Antiquis figuris sculptum, item *to dance* **Antiches**, Choreas ducere Antiquo more, sc. ad numeros Mauritanicos, cum omnimodis gesticulationibus, v. **Morrise dance.**

Antico, morbus quidam Equorum. Videtur autem secundùm descriptionem *Markhami*, Febris quædam Pestilens Phlegmone seu Furunculo circa pectus stipata; etiam Alexipharmacis, ut pulvere Diapente, & aquâ Doctoris *Stephens* curatur. Vox autem hæc oritur ab It. *Anticuore* eundem morbum signante, hoc a Gr. Ἀντὶ, Contrà, & It. *Cuore*, Cor, q. d. morbus Anticardiacus (i. e.) qui Cor peculiariter invadit & oppugnat.

Antimony, Metallum imperfectum Chymicis celebratissimum, antiquis Romanis Stibium, Græcis στίμμι appellatum. Antimonium enim, quâ voce βαρβαρίζοντες Chymici utuntur, antiquis prorsus ignotum fuit. Oritur autem ab Arab. *Atimad* idem signante.

Antlers, *brow* **Antlers**, a Fr. G. *Andouillers*, i. e. Cornua Cervi σφαίνοντα, seu Rami primigenii Cornuum cervi Junioris, hoc a Fr. G. *Andonille*, Hilla seu Lucanica, fort. à similitudine quadam istorum ramusculorum & Lucanicæ. Sed unde, inquies, hæc vox *Andouilles*; nescio an a Lat. *Annulei*, q. d. Annuliformes, quia figurâ orbiculari, & rotundis quibusdam protuberantiis Annulos quodammodo referunt. Non absimili sensu nos istiusmodi Lucanicas **Links** appellamus.

Anvill, ab AS. Ænpilt, Anpilt Ælfrico Anpilte, Dan. **Anbolt**, Belg. **Aenbild**, **Aembeeld**, **Ambilt**, **Aenbeeld**, **Aenbeld**, ab **Aen** Ad, In, super & **Beelden**, Teut. **Bilden** formare, nom. Belg. **Beeld**, **Beld** Imago, forma, Teut. **Bild**, AS. autem Ænpilt, Anpilt, & nostrum **Anvil** commodius deflecti possunt *ab* AS. An pro On super, In, & verb. Feallan Cadere, quia Malleus crebrò in Incudem cadit, crebris ea mallei ictibus exercetur,

Any, *ab* AS. Anig, Enig, Belg. **Enigh**, Teut. **Einer** Ullus, *Minsh.* a Gr. εἴτις Ἐνὸς, Doctissimus quidam Amicus *ab* It. *Ogni*, Omnis deflectit. Sed nihil manifestius quàm tum AS. Anig, tum Belg. **Enigh**, tum Teut. **Einer** respectivè *ab* AS. An, Belg. **Een**, Teut. **Ein**, omnibus Unum signantibus defluxisse. Etiam Lat. Ullus contractè dicitur pro Unulus, diminutivo τῦ Unus, & quid aliud Ullus, quàm Unum aliquod individuum, sed illud vagum seu Indeterminatum, denotat. Abr. Mylius nostrum **Any**, & Belg. **Enigh** deducit a Gr. ἴσος, ingeniosiùs sanè quàm verius.

Apace, Citò, Celeriter, à particula nostra Initiali otiosa **A**, & **Pace**, q. d. magnis & glomeratis Passibus incedere.

Apart, a Fr. G. *A-part*, It. *A-Parte*, Seorsim, Separatim, Sigillatim, q. d. Singulis speciebus in suas partes (i. e.) classes distinctis, & quasi dispertitis.

Ape, *ab* AS. Apa, Dan. Abe, Belg. **Aep**, Teut. **Affe**, C.Br. *Ab*, Eppa, Simia, sed hoc *ab* AS. ni fallor, fonte transsumptum. *Fr. Jun.* defl. à Celtico vet. Ἄβρανος, quo nomine, inquit *Hes.* οἱ Κελτοὶ τὸν πίθηκον appellabant; vel a Gr. Ἀφὴ, Tactus, quo sensu Simiæ reliquis animalibus præstare creduntur. Suspicor autem, quoniam animal istud olim ex Africa & India, nunc etiam ex Australi America, nobis advectum est, nec Europæo aere, utpote frigidiori, gaudet, vocem hanc, aliasque cognatas Germanicas, cùm re ipsâ, Barbaræ Africanæ seu Indicæ originis esse.

Apis, Pomum delicatissimum, vox jam recèns cum fructu ipso, è Gallia in nostrum solum transplantata. Hortulani autem Galli habent duo istorum genera *l'Apis*, *Gros* & *petit*. Alius Ἐλληνίστερος audacter deflecteret a Gr. Ἄμυς, Pyrum, Ἄμυς, Pyrus, à similitudine sc. aliquâ saporis hujus pomi, & pyri.

Apostume, v. **Impostume.**

Apothecary, a Fr. G. *Apothecaire*, *Apothicaire*,

caire, Pharmacopæus, q.d. Apothecarius *a* Gr. Ἀποθήκη, Repositorium, hoc *ab* Ἀποτίθημι, Recondo. Datur & Hisp. *Botica*, Pharmacopœi Officina. Ejusdem originis etiam sunt Fr. G. *Boutique*, & It. *Bottega*, quæ Officinam in genere designant.

Appair, v. **Impair.**

Appall, Perterrefacere, *a* Fr. G. *Appalir*, Pallescere, vel Pallefacere, Terrere. *Chaucer* pro *Decay* Déficere usurpat, quæ enim marcescunt plerumque Pallorem contrahunt.

Apparrel, Vestis, parùm deflexo sensu, *a* Fr. G. *Appareil*, Apparatus, *Appareiller*, Apparare, hæc *a* Lat. *Ad* & *Parilis*, q.d. Appariliare (i.e.) ita Accommodare ut omnia optimè invicem quadrent, & concinnè respondeant.

Appartment, *ab* It. *Appartamento*, Portio quædam Palatii alicui ad habitandum assignata, hoc *a* verb. *Appartare*, *Appartire*, Separare, Dividere, utr. *a* Lat. *Adpartire*, vel *Adpartiri*.

Appay, *ab* It. *Appagare*, Satisfacere, hoc *a* Præp. *Ad* & verb. *to* **Pay** Solvere, Metaphorâ à solvendis pecuniis sumtâ; Cui enim summa debita persolvitur illi satisfit, vel si mavis, ἀρέσκω *a* Lat. *Ad* & *Pacare*, q. d. Adpacare vel Appacare; Ad autem hîc est Epitatica, *v. to* **Pay**.

Appeach, *v.* **Impeach.**

Appease, *a* Fr. G. *Appaiser*, Placare, q. d. Appacare, Adpacare.

Appennage, vox Franco-Gallica, sed in historiis rerum Gallicarum Anglicè conscriptis frequentissima; Gallis autem significat Reditus natu minoribus fratribus è Regiâ stirpe in eorum alimentum assignatos. Oritur *a* Lat. *Panis*, q. d. Adpanagium; panis enim ubiq; gentium pro alimento in genere usurpatur; neque magis mira est τῆ **Appennage** *a* Lat. *Panis* formatio, quàm τῆ **Homage** Lat. Barb, *Homagii*, ab *Homo*, *Potagii* a *Potu*, v. *Menagium*; *Spelman* tamen *a* Fr. G. *Appendage*, Appendix deflectit.

Appertain, *a* Fr. G. *Appartenir*, It. *Appartenere*, Partenere, Pertenere, Pertinere, ad aliquem, ut Bona quævis, q. d. Adpertinere, hinc **Appurtenances** quod *vide*.

ppie *ab* AS. Apl, Æpple, Æpl, Epl, Pomum Æpplepeop, *Ælfrico* Apulder Pomus, Æpplerun Pomarium, Æpplepin, nobis **Cider**, vinum Pomaceum, Belg. **Appel** *Pomum*, Appelkeerne, Semen mali, Appelwif, Pomaria Institrix, Teut. **Apffel**, Dan. **Eble**, C. Br. *Afal*, Pomum, sed hoc *ab* AS. lingua credo depromtum. Fr. Th. **Ther Suozen Epheio**, dulcium Malorum, **Apheidera**, **Apheidze**, & Affol. **ore** Malus, **Aphol**, Malum, **Ephele**, **Appele** Mala. Græculus quivis audax deflecteret *a* Gr. Ἁπαλὸς, Tener, quæ tamen satis scita est allusio.

Apply, Applicare. Nullus dubito quin ortum sit ἁρμόσω *a* Fr. G. ant. jam obs. *Applier* idem signante, cui hodierno usu, *Appliquer* successit; *Plier* tamen pro *Plicare*, Flectere, adhuc supereſt, *v. to* **Ply**, vel potiùs **Pliant**, **Pliable**.

Appoint, nobis Præstinare, Condicere, Præstituere, non parùm detorto sensu, *a* Fr. G. *Appointer*, *Appoincter*, It. *Appuntare* Decidere, Dirimere, Componere, Reconciliare, q. d. Adpunctare (i. e.) ad Punctum seu ἀκμὴν controversiæ vel temporis Revocare. It. autem, *Appuntare* etiam nostro sensu, pro Præfigere vel Præstituere locum vel tempus interdum usurpatur. Labente Imperio ij milites Adpunctari dicebantur quibus Salarium seu stipendium constituebatur, & Justinianus Imp. salaria militiæ, quæ etiam interdum solatia dicuntur, Puncta dixit, Cod. de Advocat. Diverſ. Jud. hinc nos & Galli **Appoint**, & **Appointer** pro stipem assignare usurpamus, v. *Salmaſ.* in Æl. Spart. vitâ Æl. Adr. Aug. voce solatia.

Appose, credo, pro **Oppose**, sc. Opponere seu Objicere aliquid discipulo in Examine, Examine probare, Explorare, *Chaucer* eodem ferè sensu pro Interrogare utitur.

Apprentice, *a* Fr. G. *Apprenti*, Tyro, hoc *a* verb. *Apprendre* Discere, q. d. Discipulus. *Apprendre* autem manifestè *a* Lat. *Apprehendere* deflectitur. *Chaucer* vocem **Apprentise** pro *Peritia*, facili deflexu, utitur.

Approach, *a* Fr. G. *Approcher*, It. *Approcciare*, Accedere, Appropinquare, illud *a* Præp. *Ad* & *Proche* vicinus, item Propè, utr. *a* Lat. *Adproximare* vel *Adpropiare* (i.e.) quàm Proximè, vel Propè se alteri inferre.

Appurtenance, *a* Fr. G. *Appartenance*, q.d. Adpertinentia, utr. *a* verbo *Appartenir*, Pertinere. Sic autem dicuntur quæcunque ad rem vel personam pertinent v. **Appertain.**

Apricocks, *a* F. G. *Abricots*, It. *Bricocoli*, *Berricoccoli*, Mala Armenia seu Armeniaca, q.d. Mala Præcocia, Gr. Barb. Βερίκοκκα Porto Βερίκοκκα Gal. lib. de attenuant.

Unable to display this page

bata dicta, in qua optimi tapetes olim acu pingebantur. Attrebaticæ etiam vestes, tempore Romanorum Imperatorum claruerunt, ut Salmasius adnotat, Comm. in Flav. Vopiscum, vitâ Carini Aug. sub finem.

Array, *a* Fr. G. *Arroy* Ordo, Acies ordinata, disposita, *Arroyer*, aciem Ordinare. Instruere, *Minsheu* deflectit *a* Gr. Ἀρτύω, Aptare, & *a* Teut. **Reye**, **Reihe**, Ordo, Chorea, item Ordo in genere, quod postremum longè probabilius est.

Arrears, quòd Debitorum reliquum est, Fr. G. *Arrierage* idem, utr. *a* Fr. G. *Arrière*, Retrò, Pòst, q. d. Lat. Adretró.

Arrearages, v. **Arrears**.

Arrest, *a* Fr. G. *Arrester*, It. *Arrestare*, Hisp. *Arrestar*, Sistere, Comprehendere, credo à præp. *Ad* & Fr. G. jm obs. *Rest*, Requies, unde nostrum **Rest**, v. **Rest**. *Chaucer* hoc **Arrest** Franco-Gallico plane sensu pro Mora usurpat. *Arrest* etiam Fr. G. & in nostris libris de rebus Gallicis Judicium seu Decretum notat, hoc *Abr. Myl.* deflectit *a* Gr. Ἀρτύω. Mallem tamen idem cum altero **Arrest** Etymon ipsi assignare; Cum enim lis judicio Curiæ dirimitur & concluditur, litigantes ab omni ulteriore actione cessant & quiescunt.

Arriere, *En* **Arriere** vox fœcialium *a* Fr. G. *Arriere*, Retrorsum, v. **Arrears**.

Arrive, *a* Fr. G. *Arriver*, It. *Arrivare*, Appellere, q. d. Adripare, Ripæ se applicare,

Arrow, *ab* AS. Æppe, Appe, Sagitta, Hisp. **Jara**, **Lara**, genus Sagittæ quod *Cov.* defl. *ab* Hebr. potiùs Chald. יעלה velocitas. *Minsh.* deducit *a* Lat. *Arundo* perperàm. Mallem *ab* AS. Geapo, Paratus Geappian, Præparare, Apparare, Adornare, q. d. Apparatus Bellicus. Alludit Gr. Ἀρω, Apto, Adapto.

Ars, *ab* AS. Eapr, Belg. **Aers**, **Eers**, Teut. **Arsz**, Podex. Alludit Gr. Ἀρχὸς, Podex, Intestinum rectum.

Arsenal, *a* Fr. G. *Arcenal*, It. *Arsenale*, Armamentarium Nauticum seu Navale, secundùm *Minsevum* παρὰ τὸ Ἀρκῶν τοῖς νανσὶ, *ab* Auxiliando vel defendendo naves, vel, quod longè verisimilius est, à voce Arabica *Darsenea*, *Darsena*, Navale, νεώριον.

Arseverse, *a* Fr. G, *A Revers*, It. *a Rinverso*, Rovescio Præposterè, Ordine Inverso, *a* Lat. *Ad Inversum* (i.e.) *Inversim* vel *Reversim*.

Art, *ab* AS. Eapt Es. v. *Ælfricum* in Grammatica AS. passim; apud *Sommerum*, quod miror, frustrà quæsiveris.

Artechoke, *a* Fr. G. *Artichault*, *Artichaud*, Hisp. *Artichoca*, Teut. **Artischock**, **Artschock**, Cynara, Scolymus, Gr. Ἀρτίσκα pro fructu Cynaræ apud *Al. Trall.* legitur. *Salmas.* deflectit *a* Gr. fonte, q. d. Ἀρτεμίσιος, κάκτος autem *Athenæo* est Cardui species, v. *Salmas.* ex Plin. in Sol. p. 226.

Artillery, Vox Gallis & nobis communis, Significat autem Instrumenta Bellica Vossius *a* Lat. *Arcualia* deducit. *Menagius*, probabiliùs à verb. Fr. G. *Artiller*, Armis instruere, vel *ab* It. *Attillare* Ornare, Cohonestare, Attelare, justo Ordine disponere. Datur & vox Fr. G. *Artillier*, Τεχνοποιὸς, Τεχνοπάλης. Omnia autem ista fort. à Lat. *Ars* defluxerunt. Per me tamen licet, verb. Fr. G. *Artiller*, *a* Lat. *Articulare* pro *Coarticulare*, & It. *Attillare*, *Attelare*, *a* Lat. *Aptulare*, *Aptillare* diminutivis verbi *Aptare* deflectas.

Artisan, *a* Fr. G. *Artisan*, It. *Artegiano* Artista, Artifex, Opifex, χειροτέχνης, Mechanicus, *an* **Artist**, *a* Fr. G. *Artiste* idem signante. Omnia *a* Lat. *Ars*, hoc fort. *ab Arando*; Ars enim Arandi omnium antiquissima, vel, secundùm *Minsevum a* Gr. Ἀρτὸς, vel *a* verbo Ἀρω, Apto.

Artist, v. **Artisan**.

As, *a* Teut. **Als**, Sicut, elisò sc. propter Euphoniam intermedio **l**.

Ascertain, *a* Fr. G. *Acertener*, Affirmare, Asseverare, hoc *a* præp. *Ad* & *Certum*, quod *vide*.

Ash, *ab* AS. Æcpe, Æpe, Dan. **Ask**, **Aske**, Belg. **Esch**, Teut. **Eschenbaum**, fraxinus. Miror Hellenistas nostros nondum deflexisse *a* Gr. Ἄνω, Accendo, q.d. Lignum Ἀνθὸς seu Ἔναυστον (i.e.) Crematile, est enim præ reliquis lignis Accensu facillimum, eóq; focis valdè accommodum.

Ashamed, v. **Shame**.

Ashes, *ab* AS. Ahpan, Cineres, Belg. & Teut. **Asche**, Cinis.

Ashwednesday, Fr. G. *le jour des Cendres* Teut. **Aschermittwoch**, Belg. **Asch-dach**, **Asch-woens-dach** (i. e.) Dies Cinerum, Cineralia: quia eo die ad memoriam mortalitatis Cineres capiti, ritu Ecclesiæ Romanæ, insperguntur.

Aside, v. **Side**.

Ask, *ab* AS. Apcian, Acpian, Æpcian, Ahpian, Axian, Geacpian, Interrogare. *A* multis etiamnum Ax effertur, AS.

item Æɣea, Æɣce, Diſquiſitio Alludit Gr. Ἀσκέω, Exerceo, & adhuc melius Ἀξιόω, Peto, Poſtulo, quod pro Etymo habent *Mer. Caſ.* & *Fr. Jun.*

Askew, v. **Skew.**

Aſleep, v. **Sleep.**

Aſlope, v. **Slope.**

Aſp, *or* **Aſpin** *tree*, Populus Tremula, *ab* AS. Æɣ, Eɣe, *Somnero* Tremulus, quo nomine, ſed, neſcio quo authore, Populum arborem; quia folia ejus quovis aëris afflatu tremunt, appellat: Dan. etiam **Aſp**, Populus nigra, Belg. **Eſpe**, Teut. **Aſpenbaum**, Eſpenbaum, Populus exponitur. Miror Helleniſtas noſtros nondum Etymon acceriviſſe a Gr. Ἀσπαίρω, Palpito, vibro, Tremo.

Aſper, nomen Turcici cujuſdam Numiſmatis, credo a Gr. rec. Ἄσπρον, Album, eâdem ratione quâ Nummus quidam Teutonicus Francofurti eâ linguâ **Weiſz pfenning** (i.e.) Denarius Albus; Lat. autem in inſcriptione Albus appellatur, v. a **Blank.** Sed unde dices hoc Gr. Barb. Ἄσπρος, fort. a Gr. ant Ἀσράπτω, Fulgeo, Coruſco, Ἀσπαγὴ, Fulgor, Splendor, contractim pro Ἀσπαπηδὸς (i. e.) Color Fulgidus, Coruſcans; copioſam enim præ reliquis omnibus lucem reflectit.

Aſquint, v. **Squint.**

Aſs, *ab* AS. Aɣɣa, Aſinus, Teut. **Eſel**, q. d. Aſellus.

Aſſail, a Fr. G. *Aſſaillir*, It. *Aſſalire*, q.d. Adſalire, Invadere, Oppugnare, Fr. G. *Aſſaut*, *Aſſault*, It. *Aſſalto*, q. d. Adſaltus, Aſſultus, Invaſio, Oppugnatio, It. *Aſſaltare*, q. d. Adſaltare, Invadere, Oppugnare.

Aſſaſſinate, *ab* It. *Aſſaſſinare*, Fr. G, *Aſſaſſiner*, Dolo occidere, hæc a nom. It. *Aſſaſſino*, Fr. G. *Aſſaſſin*, Latro, Graſſator, Sicarius. Sic autem tempore belli Sacri, appellabantur Tribus ſeu Natio quædam Syriæ inter Damaſcum & Antiochiam incolæ, qui ad Imperium Principis ſui, ſine ullo ſui periculi ſenſu, quemvis ſeu Regem, ſeu alium potentem interimere ſolebant. Vox proculdubio Arabicæ originis.

Aſſault v. **Aſſail.**

Aſſay, a Fr. G. *Eſſay*, Specimen, Tentamen, *Eſſayer*, Tentare, Probare, Explorare, It. *Aſſaggiare*, a præp. *Ad* & It. *Saggio*, Sapiens (i. e.) facere ſeu Conari ut in hac re magis quàm anteà, Sapiens ſim, *to inform my ſelf*, omnia a Lat. *Sapere*, vel potiùs *ab* ant *Sagire*, unde orta ſunt *Præſagire*, *Sagax* & *Saga*.

Aſſemble, a Fr. G. *Aſſembler*, It. *Aſſemblare*, *Aſſembrare*, *Semblare*, nom. Fr. G. *Aſſemblee*, It. *Aſſemblea*, *Semblea*, Teut. **Samlen**, **Einſamlen**, Colligere Congregare, Dan. **Samler**, Coacervo. Noſtrum autem **Aſſemble**, & Fr. G. *Aſſembler* orta ſunt a Lat. *Ad* & *Simul*, q. d. Adſimulare (i. e.) Simul congerere ſeu Cogere. *Minſheu* deflectit a Gr. Ἀμαλλόω in Manipulos colligare, Ἄμαλλα, Manipulus: ſed, more ſuo, nimis violenter.

Aſſeſs, *or* **Aſſis**, *ab* It. **Aſſeſſare**, vectigal imponere, *Aſſeſſo*, Vectigal, quòd non nili *ab Aſſeſſu* ſeu *Conceſſu* hominum ad id deputatorum imponitur.

Aſſets, v. Et. vocum For.

Aſſiege, v. **Beſiege.**

Aſſiſes, *or* **Aſſiſes**, a Fr. G. *Aſſiſe*, q. d. Adſeſſa (i. e.) Adſeſſio, vel Seſſio, a verbo Fr. G. *Aſſeoir*, Sedere, hoc a Lat. *Aſſidere*; Significat autem nobis Comitia Provincialia bis in anno, celebrari ſolita: Occurit & in Verſione ant. Bibliorum Franco-Gallica mihi a Doct. *Th. H.* Arm. communicata, *Aſſiſez* ſimul in Tribunali conſidentes, &, *les Aſſiſes*, ut nobis, Tribunal, Senatus, Comitia, Conſiſtorium.

Aſſoil, a Fr. G. *Abſoudre*, utr. a Lat. *Abſolvere.*

Aſſoyt, v. **Soyt.**

Aſſure, a Fr. G. *Aſſeurer*, It. *Aſſicurare*, q. d. Adſecurare (i. e.) Affirmare, Confirmare, Protegere; *Seur* enim Fr. G. Securum ſignificat, v. **Sure.**

Aſſwage, vel q. d. Adſuadere (i.e.) Suadendo delinire, vel Adſuaviare, ſc. Suavia dicere, ſeu Suavem reddere (i. e.) Edulcorare, Mitigare, *Minſheu*. Poſſem tamen non incommodè deflectere *ab* AS. particula Initiali otiosa *A*, & Spæɣan, Dulcorare, Edulcorare, Dulcare, Indulcare (i.e.) Dulcem vel Suavem reddere: Non enim dubito quin tum Spæɣan, tum Aɣɣæɣan ant. Anglo-Saxonibus in uſu fuerint, licèt apud *Somnerum* non occurrant. Nomen autem Spæɣ, Suavis comparet. Certè ſine iſtis verbis notionem Edulcorandi, ſecundùm methodum & typum ſuæ linguæ exprimere non potuerunt; imò, quod magis conjecturam meam confirmat, invenies apud *Somnerum* Aɣɣeɣeb Pacatus, v. **Sweet.**

Aſtoniſh, a Fr. G. *Eſtonner* Stupefacere, It. *Attonire*, Attonitum reddere, a Lat. *Attonitus.*

Aſtradle, v. **Straddle.**

Astray, v. **Stray**.

Astride, v. **Stride**.

Asonder, Seorsim, Separatim, *ab* AS. Ar-unðpan, Arunðpon, Seórsim, Arpyn-ðpian, Separare, Sundðep, Distinctus, Diversus, Belg. **Sonderen**, Distinguere, Discernere, Teut. **Sonder**, **Sondern**, sine, **Absondern**, Eligere, Segregare, Separare, Datur & Dan. **Sonder**, Seorsim, Separatim, v. **Sundry**.

At, *ab* AS. Æt Ad, Apud, utr. *a* Lat. *Ad*.

Atchieve, *a* Fr. G. *Atchever*, Hisp. *Acabar*, Perficere, Consummare, q. d. Adcapare, (*Chef* enim Franco-Gallis Caput significat) hoc est ad Caput deducere, vel *a* Fr. G. *Chevir*, Consequi, Obtinere, sed prius longè præsero.

Attach, nobis Comprehendere, *a* Fr. G. *Attaquer*, Invadere, vel potiùs *a* Fr. G. *Attacher*, Affigere, utr. *a* Lat. Barb. *Attaxare*, vel *Attastare*, frequentativo verbi *Atingere*. Non absurdum tamen esset, Fr. G. *Attacher* & It. *Attaccare* pro Affigere, si *a* Lat. *Attexere*, vel frequentativo ejus *Attextare* deflecterem.

Attack, v. **Tack** & **Attach**.

Attain, *a* Fr. G. **Attaindre**, Assequi, Consequi. Nisi malles nostrum **Attain** ortum esse *ab* ant. verbo jam, saltem hoc sensu, obsoleto *Attenir*, quod olim, ut nostrum **Attain**, Assequi signavit, & *a* Lat *Attinere* originem desumsit, Quod si verum sit, Fr. G. *Attaindre* omninò diversæ stirpis est, & commodè deduci potest *a* Lat. *Attingere*, v. **Obtain**, **Contain**, **Retain**, item vocem sequentem **Attainted**.

Attainted, Attactus (i.e.) Criminis Accusatus, *a* Fr. G. *Ataindre*, *Attaindre*, utr. *a* Lat. *Attingere*, *ab Ad* & *Tangere*, vel altero *Attingere*, *ab Ad* & *Tingere*, q. d. suspicione Criminis Attinctus, ut optimè monet *Minsevus*.

Attempt, Tentare, Conari, *a* Fr. G. *Atteuter*, It. *Attentare*, q. d. Attentare.

Attend, Comitari, Stipare, ut Satellites Principem, Servi & Assectæ Herum, hinc **Attendance**, Stipatores Continui, parùm deflexo sensu, *a* Fr. G. *Attendre*, Manere, Opperiri, Expectare; Qui enim Dominum commitatur, quamdiu ille usquam subsistit, ipse gradum figit, ejúsque motum (i.e.) Abitum expectat. Omnia *a* Lat. *Attendere*; Servi enim & Satellites Herorum omnes motus & gressus, tanquam Secuturi, observant. **Attendance** autem, ut ubi dicimus *to dance* **Attendance** (i.e.) multis diebus & horis continuis, ut Magnatum aliquem convenias, expectando & manendo cruciari, longè propiùs quàm reliqua ad sensum verbi Fr. *Attendre* accedit.

Atter, vox agro Lincolnienssi usitatissima *a* Teut. & Belg. **Eyter**, Pus, Sanies, vel ab ejus parente, AS. Axep, virus.

Attire, *a* Fr. G. *Attour* mulierum Capitium, seu Calantica, *Attourner*, Vestire, Ornare, utr. ab *Ad*, & nom. *Tour*, Circulus, Orbis, & inde *Entour*, *A l' Entour*, Circùm, q. d. Circundare vestibus. Potest tamen nostrum **Attire**, non paulò commodiùs, deflecti *a* præp. *Ad*. & nostro **Tire**, Vestire, quod *v*.

Attires *of a Stag*, vox fœcialium quibus significat Cornua Cervi adulta, q. d. Cervi Ornamenta, v. **Attire**, & **Tire**.

Attone, Placare, Propitium reddere, Reconciliare, *ab* **At**, & **One**, eodem modo quo ab *Ad* & *Unum*, Lat, *Adunare* deflectitur; vel, quoniam hìc t geminatur, ab **Ad** & **Tone**, q. d. Ad consonos & convenientes Modulos, seu ad Harmoniam reducere, eleganti Metaphorâ è re Musica sumtâ, v. **Accord**.

Attorney, nobis, Procurator causarum in Jure nostro Municipali, credo *a* Fr. G. jam obs. *Attour*, hoc *ab Ad* & nom. adhuc superstite *Tour* vices, ut & nos dicimus *Every man in his* **Turn** (i, e.) Quilibet suo ordine, suâ vice, q. d. qui Vices alterius gerit, vicarius.

Avail, Prodesse, *a* Fr, G. *Valoir*, It. *Avalere*, q. d. Advalere (i. e.) Valere, Conferre, seu Conducere ad aliquid consequendum vel faciendum.

Avant, nobis **Apage**, Parùm deflexo sensu, *a* Fr. G. *Avant*, Ante, hoc est q. d. Prorsum fuge, hinc te Propipe.

Avant-mure, Vox Bellica, Lat. *Antemurale*, Gr. προτείχισμα. In nostram autem linguam ἀμῶσις defluxit *a* Fr. G. *Avantmur* idem signante, hoc *a* præp. *Avant* & *Mur*, Murus, q. d. Lat. *Antemurus*.

Avast, Ocyùs facesse, hinc te Propipe, Abi quàm primùm, vox Nautis usitatissima, fort. *a* præp. Lat. *Ab*, & Belg. **Haesten**, festinare, q. d. hinc festines.

Audit, & **Auditour**, nobis quicunque est Regi à rationibus publicis, Ulpiano Rationator, aliis Rationarius, cujus munus sc. est Audire (i.e.) Excipere, & accuratè Expendere Rationes, seu Codices accepti & Expensi Exactorum Regis.

Avenues, seu secundùm typum nostrum **Avenewes**, Vox Castrensis *a* Fr. G. *Avenue*, Introitus, utr. *a* Lat. *Advenire*.

Avenge, v. **Revenge**, hîc etiam A πυρίλλου.

Averr, Seriò Affirmare, *a* Fr. *Averer*, It. *Averare*, q.d. Lat. Adverare (i.e.) pro Vero Affirmare. Datur &, *Vossio* teste, ant. verbum Lat. *Verare*, quod ἀληθεύειν exponitur, v. eundem in Et. LL. voce *Verus*.

Avery, *the King's* **Avery**, locus ubi pabulum Regiorum Equorum conditur, secundùm *Minsevum*, *a* Belg. **Haver**, Teut. **Haber**, Avena, q.d. Equorum Regiorum Avenarium, βρωμεῖον, seu, ut alii scribunt, βρωμεῖον. Mallem desl. *a* Lat. Barb. *Averia* idem signante: & hoc *a* Fr. G. *Oeuvre* Opus (i.e.) Jumentum cujus operâ utuntur homines in agricultura & itineribus, v. **Avery** & **Average** in Et. vocum For. Sed unde, inquies, *Oeuvre* proculdubiò constr. & corr. *a* Lat. *Opera*.

Auff, Stultus, Ineptus, parùm deflexo sensu, *a* Belg. **Alf**, **Alve**, Dæmon Terrestris, Sylvanus: semivocali sc. *l* in vocalem *u* liquefactâ, ut in **Calm**, **Plalm**, quæ ut **Caum**, **Plaum** pronunciamus, v. **Elf**.

Auger, *ab* AS. Nauegap, Belg. **Oveger**, **Aveger**, **Egger**, **Eggher**, **Aggher**, Terebra. Audax essem si Belg. **Aveger** deflecterem *a* verbo *Adigere*, & tamen istiusmodi violentæ originationes à multis etiam magnis Criticis passim asseruntur.

Aukward, Ineptus, Ἀμαθεστερός, Præposterus, *ab* AS. Æpeph, Perversus, Aversus, hoc *ab* Æ præp. Loquelari Negativa Privativa, & Weaph, versùs, q.d. qui ad nullam rem vel artem naturâ comparatus est, Iratâ Minervâ natus. Huic autem **Aukward**, & AS. Æpeph, omninò tum sensu, tum Etymo opponitur **Toward**, quod *v.*

Aumelet *of Eggs*, *a* Fr. G. *Aumelette*, *Omelette* ovorum frissura. Sunt qui *a* Gr. Barb. Ἀμυλάτον & Ἄμυλοι, πλακοῦντες τινες, apud Scholiasten Aristophanis de Pace deflectunt; sed, ni fallor, perperam, quoniam illæ placentæ, ut ex sono vocis videtur, ex Amylo confectæ sunt; & quid huic frissuræ cum Amylo commune est? Crederem igitur sic dictum, quasi Ovuletum, vel Ovulatum ab *Ovis*.

Aunt, Fr. G. *Tante*, It. *Ameta*, utr. *a* Lat. *Amita*. Rustici Normanni, teste *Menagio*, pro *ma Tante*, *mon Ante* efferunt: & nos, proculdubiò hanc vocem, ut & pleraque omnes alias, quæ Franco-Gallicæ originis sunt, à Normannis victoribus didicimus.

Avoid, Evitare, *a* Fr. G. *Vuide* vacuus, additâ part. Initiali otiosâ *A*, q.d. vacuam viam relinquere, viâ cedere, & hinc verb. *Vuider*, ut nos, eodem ferè sensu, dicimus, **Void** *the Room* (i.e.) hinc è Triclinio abi, facesse, & hoc fanè mallem quàm deflectere *a* Lat. *Evitare*.

Avouch, *a* Fr. G. *Avoüer* Affirmare, Approbare, sibi vendicare: credo *a* Lat. *Advocare*, hoc est Advocati seu Patroni partes agere: vel, si mavis, ab *Ad*, & *Votum*, q.d. *Advotare*, hoc est Suffragari, votum seu Suffragium conferre, præbere.

Avow, *a* Fr. G. ant. *Avoüer* Affirmare, Approbare, in se Recipere, Vendicare, *Desavoüer*, Abrenunciare, Abdicare, Abnegare: vel ab *Advocatus*, ut voce **Avouch** dictum est; vel potiùs ab *Ad & votum* (i.e.) Suffragium, q.d. Advotare, hoc est Suffragari.

Aw, Reverentia, parùm deflexo sensu; *a* Belg. & Teut. **Acht**, **Achte**, Observatio, Respectus, Cura, **Achten**, Æstimare.

Awake, v. **Wake**.

Award, *a* part. Initiali otiosa *A*, & AS. Weapd, Versus, Erga, q.d. Erga talem (i.e.) tali addicere, Assignare. *Spelman* deflectit *ab* Anglo Norm. *Agard* Fr. G. *Garder*, sc. quod custodiendum seu observandum est.

Aware, *I was* **Aware** *of that*, *a* Teut. **Gewahr**, **Werden**, Percipere, Animadvertere, v. **Beware**, **Ward**, & **Guard**.

Away, *ab* AS. Apeg Absens, Foris, Apegabpipan, Fugare, Abigere, Apegbæpan, Asportare, quo eodem sensu & Analogiâ Belgæ **Weeh**, Teutones **Weg**, & Itali *Via* usurpant.

Awl, *ab* AS. Æle, Ale, Belg. **Aelsene**, **Elsene**, **Els**, etiamnum Lincolnienses *an* **Elsin**, Teut. **Aael**, **Alsen**, **Else** & addito spiritu, *Saul*, Fr. G. *Alesne*, Hisp. *Alesna*, *Alezna*, Subula, It. *Lesina* idem, sed etiam vetramentum seu Filum à Sutore abscissum & abjectum.

Awm *or* **Ome** *of Wine*, *a* Teut. **Ohm**, Mensura circiter 360 librarum, putà vini: hoc fort. *a* Lat. *Amphora*, Gr. Ἀμφορεύς.

Awn, *a* Dan. **Avne**, Acus, Palea, hoc fort. parùm deflexo sensu *a* Lat. *Avena*.

Awning, vox Nautica, sic autem dicitur Velum, putà Cannabinum, quod Cœli,

li, ἐφύλλου, vel Umbellæ inſtar, in calidis regionibus Foris navis ad arcendum ſolem pretenditur : fort. *a* Fr. G. *Aulne*, Ulna q. d. Ulnatura, (i.e.) Conſarcinatio ſeu Conſutio multarum Ulnarum Cannabis ad prætenturam.

Awyr, v. **Wyr**.

Ax, *ab* AS. Acſe, Æx, Eax, Æcſe, Dan. **Øxe**, Belg. **Ackſe**, **Axe**, **Aeckſe**, Teut. **Ax**, **Art**, Securis, Fr. G. dial. Borbon. *Achon* longa quædam Securis, Fr. G. com. *Hache* Securis, unde verb. *Hacher* minutatim, fruſtulatim Concidere : omnia ἀφύσσω *a* Lat. *Aſcia*, mediatè *a* Gr. Ἀξίνη.

Axle-tree, *ab* It. *Aſſile*, Fr. *Aiſſeul*, *Aiſſeau*, *Aiſſieu*, *Eſſieu*, omnia *a* Lat. *Axis*, & hoc *a* Gr. Ἄξων. Noſtrum autem **Axle-tree**, & It. *Aſſile*, orta ſunt *a* Lat. *Axile* (i. e.) Lignum ad Axem pertinens.

Ay, quod etiam in Gloſſis Lipſianis eodem ſenſu occurrit, Semper, Æternum, *ab* AS. A, ſemper, Apa, in Æternum, Run. Dan. Æ, Belg. **Ewe**, **Eawe**, Ævum, Æternitas, Sæculum, Ætas longa & perpetua, hoc poſtremum ſatis manifeſtè *a* Lat. Ævum, fortean & reliqua. Ævum autem *ab* Ἀεὶν, & hoc *ab* Ἀεί.

Ayme, Fr. G. *Ai*, *Ahi*, It. *Ahime*, Lat. Heu, Eheu, Gr. Ὤμοι Ἀΐ Ἀΐ, omnia à ſono naturali, quem ſuſpirantes & acriter lugentes edimus ficta.

Ayl, *what* **Ayles** *you ?* Ut vales ? Satin Salvus es ? *ab* AS. Adel, Adl, Morbus, Adlian, Aidlian, Ægrotare, Adlic, Adlige, Æger, Valetudinarius, q. d. quo morbo teneris ? hoc Adlian, ſi ſatis Græcus eſſem, deflecterem *a* Gr. Ἀθλέω Laboro.

a good **Ayr** *of the face*, v, **Air** *of ones face*.

Ayry *of Hawkes*, quod omnium optimè Juliana *Barns* **Eyery** ſcribit, Fr. G. *Aire*, accipitrum Cætus ſeu Nidus. Non, quod primâ fronte videri poſſit, *a* Lat. *Aer*, Fr. G. *Air*, nec *a* Lat. *Area*, quod Fr. G. *Aire* dicitur : ſed *a* Teut. **Ey** Ovum, Pl. **Eyr** Ova, q. d. Accipitrum Cætus, qui ab Ovis eodem tempore incubatis nati ſunt, & in eodem Nido educati, hinc *Spelmanno* **Eyerie** Ovorum repoſitorium ſeu Nidus exponitur.

Ayry *man*, (i.e.) Vir Lætus, Alacer, Benignus, Comis, Urbanus, Lepidus, *a* Fr. G. *Aire*, Decor, Gratia, hoc ab altero *Aire*, Accipitrum Nidus, & ſecundariò Generoſa Indoles Accipitrum ; q. d. qui è bono Nido (i. e.) bonâ & generoſâ ſtirpe ortus eſt, v. **Ayry** *of Hawks*.

Azur, *a* Fr. G. *Azur*, *Aſur*, It. *Azurro*, *Azzurro*, Hiſp. *Azul*, Arab. & Perſicè *Lazurd*, Gr. Barb. teſte *Salmaſ.* Not. Plin. in Sol. λαζέιος : omnia *a* lapide *Lazulo*, qui & Fr. G. *Lazur* dicitur, ex quo pretioſiſſimum omnium pigmentum Cæruleum conficitur. Heraldis ſeu Fœcialibus Cæruleum ſimpliciter ſignificat. Omnia autem hæc proculdubiò Arabicæ ſeu Perſicæ originis ſunt.

B.

Babe, *or* **Baby**, *ab* It. *Babbolo*, *Bambo*, *Bambino* Infans. Vox ſecundùm *Menagium* originis Syriacæ. Datur & Lat. Bambalio, quod idem quod Balbus ſonat. Ego tamen mallem deflectere præſertim It. *Babbolo a Babbo* voce Infantali, quo ſc. infantes patres ſuos compellant, & affine eſt Gr. πάππας, Hebr. *Ab*, Syr. *Abba* Pater. **Bab** enim **Dad** & **Mam** voces quæ præ reliquis omnibus, utpote ſimpliciſſimæ articulationis, eóq; pronunciatu facillimæ primæ omnium ab infantibus, quaſi Naturæ inſtinctu, proferuntur. Ab iiſdem Infantilibus ſyllabis formata ſunt Gr. βαζίζω. Βαμβαίνω. Inarticulatè Loquor, Balbutio, Βάζω, Loquor ; quia ſc. adeò leviter articulantur, ut inarticulatæ ferè audiant. Poſſem & non incommodè deducere *a* Lat. *Pupus* & *Pupa*, hinc & Teut. **Babe**, Puer, **Schiffbus**, Famulus ſeu Mediaſtinus (i. e.) Puer navis. Sed prius Etymon utpote ſimplicius & facilius longè præfero.

Bable, *a* Belg. **Babel**, **Bebel**, Confuſa & Inepta Garrulitas, **Babelen**, **Bebelene**, Blaterare, Garrire, Fr. *Babiller*, *Babouler* : vel à Turre *Babel*, ubi Linguarum confuſio oborta eſt : vel, ſecundùm *Menagium*, *ab* It. *Bambo*, *Bambino*, Infans, & inde verb. *Bambinare*, q. d. Infantis inſtar Blaterare. *Babbolo*, Infans. *Babbolare*, Infantis inſtar nugari, v. **Babe** ſuprà.

Bables, *a* Fr. Gr. *Babioles*, It. *Babbole*, Nugæ : olim Latino-Barbaris Baubella Gemmas & Cimelia ſignabat, *a* Fr. G. *Beau* & *Belle*, v. *Spelman* & *Menag.* Poteſt & non incommodè deflecti à noſtro **Babe**, It. *Babbolo*, Infans, q. d. Infantum Deliciæ, Oblectamenta ſeu Ludicra.

Baboon, *a* Fr. G. *Babion*, *Babouin*, It. *Babbione*, *Babbuino* : quibuſdam Barbarizantibus Lat. Papio, Simiæ genus : fort. à nom. **Babe**, Infans, Puer, & terminati-

one

one on, quod Magnum signat, q.d. Magnus Infans; Generi enim humano simillimi sunt.

Back, *ab* AS. Bac, Bæc, Bæce, Dorsum.

Backbite, elegans sanè vocabulum, & cuivis Græcæ Compositioni conferendum: significat autem Absentem Calumniari, Absentis famæ detrahere seu derogare, à nostro **Back** & **Bite**; q. d. Dorsum alicui Admordere (i. e.) ubi faciem à te avertit, tergum obvertit, convitiis proscindere.

Bacon, Fr. G. Provinc. *Bacon*, Caro Porcina, sale condita. Doct. *Th. H.* format *ab* AS. Bece, Becen, Fagus, optima suum Sagina, *Menagius* deflectit à nostro & Germ. **Bake**, quia Laridum solet ad fumum excoqui. Datur & C.Br. *Baccwn*, sed, credo nostræ originis. Potest & nostrum & Fr. G. **Bacon** non absurdè deduci ab It. *Pacchia*, Cibus valdè Copiosus & Ἔντερος, q. d. **Backbigne**, hoc *a* Lat. *Pascere*; & sanè Gal. Carnem Porcinam valdè Ἔντερον statuit.

Bad, *a* Belg. **Quaed**, Malus, item Stercus. Ejusdem sc. Germ. originis credo Gr. Barb. Βίτυς quod exp. ὁ πάνυ Ἐντελής.

Badge, Insigne. *Minsheu* deflectit *a* Belg. **Baggbe**, Gemma, quibus, inquit, sæpe ornantur hujusmodi Insignia. Crediderim Belg. **Baggbe**, *a* Lat. *Bacca* defecti, quod etiam probatis authoribus Gemmam signat, unde & Fr. G. *Bague*, Annulus: Fortasse enim Principum & Magnatum Servi & Assectæ Gemmas inter Insignia Dominorum gentilitia tunicis intextas olim gestabant, *vide Menagium*.

Badger, *a* Fr. G. *Bedoüe*, Meles, Taxus, q. d. *Bedouer*, term. enim & majoribus nostris Sexum notavit: vel fort *a* Teut. **Back**, Mala, Maxilla, q.d. **Backer** (i.e.) validis maxillis præditus; & est sanè animal mordacissimum.

Baffle, *a* Fr. G. *Besler*, Decipere, Illudere, vel *Baffoüer*, Oculos velo obvolvere, Decipere, Convitiis & contumeliis incessere. Hoc autem *Baffoüer* ortum est, vel à part. Initiali, Teut. **Be**, & Fr. G. *Fol*, quod effertur *Fou*, Stultus, ut nos dicimus *to make a Fool of one*: vel ab eodem **Be**, & verb. *Fouler* Calcare, Conculcare, elisâ tantùm semivocali l. q. d. præ contemtu Conculcare, & Pedibus premere; hoc autem *Fouler* originem debet Lat. *Fullo*, quia Fullonis est pannos Calcare.

Bagg, Saccus *ab* AS. Belge, Bælig, utr. *a* Lat. *Bulga*, hinc **Bagpipe**, Gr. Ἀσκαυλὸς, Teut. **Sackpfeiffe**, Lat. Tibia Utricularis.

Baggage, Fr. G. *Bagage*, It. *Bagaglio*, Impedimenta Exercitûs, à nostro **Bag**, quia pleraque Exercitûs necessaria Saccis condita circumferuntur: hinc alterum **Baggage**, Fr. G. *Bagasse*, It. *Bagascia*, Scortum, Meretrix, præsertim Militaris: seu Campestris, tales enim inter Impedimenta bellica jure numerantur.

Bail, Vas, Fidejussor, *a* Fr. G. *Bail* Custos, Tutor, quia olim Captivus Amici sui custodiæ tradebatur, coram Tribunali, ubi deposceretur, sistendus, *v.* **Bailiff**.

Bailiff, *a* Fr. G. *Bailli*, *Baillif*, Prætor, *Baille*, Oeconomus, Patronus, *Bail*, Tutor, Custos, It. *Baglio*, Nutritius, omnia reliqua ab hoc ultimo ortum ducunt, satis facili sanè Metaphorâ; Præfecti enim Provinciæ suæ Nutritii sunt (i. e.) Defensores & Protectores: *Baglio* autem satis manifestè *a* Lat. *Bajulus* descendit; Nutrices enim infantes curæ suæ creditos ulnis suis bajulant (i. e.) circumgestant.

Bain, *a* Fr. G. *Bain*, It. *Bagno*, utr. *a* Lat. *Balneum*, & hoc *a* Gr. Βαλανεῖον.

Bait, *ab* AS. Batan, Teut. **Bäitten**, **Bäitzen**, **Abbäitten**, Inescare, **Bäitze**, **Bäitte**, Esca; vel *a* Teut. **Weyden**, vel *a* Fr. G. *Paistre*, Pascere. Sed unde inquies AS. Batan, & Teut. **Baitten**, credo utr. secundùm priorem syllabam *ab* AS. & Teut. **Be**, Juxta, & AS. Æte, Teut. **Essen**, Cibus. **Bait** (i.e.) unum Animal, alteri pugnâ committere, ut ursum Cani, vel respectu Animalis oppugnantis Impetere, Invadere, fort. vel *a* Fr. G. *Battre*, *Combattre*, It. *Battere* pro *Combattere*, Pugnare, utr, *a* Lat. *Batuere*, vel *ab* AS. Bitan, Belg. **Bitten**, Teut. **Beissen**, Mordere, v. *to* **Beat**, & **Bite**.

the Hawk **Baiteth**, *Ridero* Contendit, Volaturit. Vox venatica *a* Fr. G. *Battre*, It. *Battere* Percutere, hoc est Accipiter volaturiens alas concutit, v. **Beat**. *to* **Bait** *at an Inn*, Diversari, in Hospitium seu Pandochium meridie, vel saltem interdiu, Divertere & Subsistere, nescio an *a* Belg. **Baete**, Commodum, q. d. de victu & aliis necessariis sibi Providere, Cibum & quævis alia commoda in hospitio quærere; vel ut nos hodiè loquimur, se Accommodare, vel *a* Belg. **Bätze** vel **Bäitte**, Esca, **Bätzen**, Inescare,

Baize, *a* Belg. **Baey**, Teut. **Bay**, Hisp. *Bayeta*, *Vayeta*, Fr. G. *Bayette*, It. *Baietta*, Pannus Villosus, *Dasypus*, Crispus, Dan. **Bay** Levidensa, vel, ut *Minsheu* vult, à colore *Baio*, vel ab urbe *Baiis*, ubi primùm factus est, vel potiùs à voce **Base**, q. d. Pannus Vilior; *Cov.* autem deflectit Hisp. *Bayeta*, à nostro **Baize**; dicit enim primùm ex Anglia in Hispaniam advectos esse hujusmodi pannos.

Bake, *ab* AS. Bacian, Pinsere, licèt hoc verbum apud *Somnerum* non inveniatur, invenitur tamen part. Bacen, Abacen, *Ælfrico* Gebacen, Pistus, Bæcepe, *Ælfrico* Pistor, Bæchuy, Furnus Pistorius: hinc Teut. & Belg. **Backen**, panem Pinsere, **Backer**, Dan. **Bager**, Pistor, Belg. **Back**, Mactra, **Backhuys**, Teut. **Backhauz**, Pistrinum. Datur & Dan. **Bager**, Pinso.

Balad, *or* **Ballet**, *a* Fr. G. *Balade*, It. *Ballata*, Carmen, Canticum, Modulatum, præsertim illud ad quod choreas ducunt, *a* Fr. G. *Baller*, It. *Ballare*, Saltare, Tripudiare, v. **Ball**: Hoc **Balad** labente Imperio Balistium dictum est, v. *Salmas.* in Flav. Vopiscum vitâ D. Aurel. Ang. & vocem **Bal**, infrà.

Balass, *a* Fr. G. *Balay*, Rubini species, Lat. Barb. *Balassius*. Nescio an à **Ball** quia rotundâ plerùmque formâ invenitur. Doct. *Th. H.* Barbaræ Indicæ originis esse existimat, idque quia *Ballegnate* & multa alia urbium Indicarum nomina à *Bal* incipiunt, quod satis sanè verisimile est.

Balcone, Podium, vox Italica, *ab* It. *Palco*, *Catafalco*, Pegma, Catasta, hoc à Germ. **Balck**, Trabs, v. **Balk**. *Scaliger*, *a* Lat. *Palus* deflectit LL. de re Poetica.

Bald, Calvus vel, inquit *Minsheu*, *a* Teut. **Bald** Citò, vel à **Bold**, quòd Calvi ad iram & Audaciam citatiores sunt, vel potiùs *a* Gr. φαλὸς, Candidus; Propiùs autem à C.Br. *Bâl*, Præcalvus, hoc *Fr. Junius* deflectit *a* Gr. φαλακρὸς idem significante. Præ omnibus autem istis mallem deducere *a* Fr. G. *Pelè*, part. verb. *Peler* (i. e.) Depilare seu Pilis privare, hæc autem manifestè *a* Lat. *Pilus* ortum ducunt.

Balderdash, Potus mixtus, credo *ab* AS. Bald, Audax, Baldep, Audacior vel Audacius & nostro **Dash**, Miscere, q. d. Potus temerè mixtus.

Bale, vox Nautica, significat autem aquam per ruinas navis irruentem Situlis, hydriis, Cantharis & hujusmodi vasis Exonerare, ubi sc. Antlia deficit, vel tantæ aquæ copiæ exonerandæ non sufficit. Credo, parùm deflexo sensu, *a* Fr. G. *Balayer*, *Bailler*, Verrere, Everrere, nom. *Balay*, Scopa: Hoc autem *Balay* ferè ausim deducere *a* Lat. *Palea*, quâ voce sub lapsum Imperii. pro stramine utebantur, ut apparet in voce Fr. G. *Paille*, It. *Paglia*; Straminia autem colligata scopæ usum facilè præbere potuerunt.

Bale, à Belg. **Bale**, Sarcina, Fascis mercium, Fr. G. *Balle*, Teut. **Balle**, Fascia, Pila, Fr. G. *Emballer*, Teut. **Emballen** in fasciculos compingere, fort. à **Ball**, q. d. Pila, seu Massa rotunda mercium.

Balefull, & **Bale**, **Balefull** autem est Tristis, Mœstus, Funestus, Lamentabilis, fort. *ab* AS. Bæl, aliàs Bæl-pyn, Rogus, Pyra, Strues funerea, vel à Belg. **Balghen**, **Belghen**, Ægrè ferre, Irasci, vel **Bale**, Sagma, Sarcina, dòlor enim reverà animi Sarcina est. Hinc secundùm eandem elegantem Metaphoram prisci Anglo-Saxones Heopian, & nos to **Grieve**, Lugendi seu Mœrendi sensu, utr. à Gravitate deductum usurpamus, v. **Greeve**.

Balk, nomen, Varroni & Columellæ Porca (i.e.) inquit *Adr. Jun.* Terra inter duos sulcos elata. Si satis Criticus essem, deflecterem immediatè à Lat. *Porca* sc. *P* in *B* & *r* in *l* non insolenti mutatione transeuntibus. Mallem tamen deducere *ab* It. *Valicare* (i. e.) vado transire, quia sc. Porca ab Arantibus transitur, seu transilitur, hinc verbum **Balk**, Transilire, Omittere; sed unde, inquies, It. *Valicare*, credo productum à synonymo *Varcare*, & hoc à nom. *Varca* pro *Barca*, Cymba, Linter, q. d. Cymbâ seu Pontone Tranare, v. **Bark**.

Balk, à Belg. & Teut. **Balck**, Trabs, Lignum, fort. hinc **Balcone**, & *Palco* Italica. *Scal.* ut supra dictum voce **Balcone**, omn. deducit *a* Lat. *Palus*, q. d. *Palicus*, *Palico*.

Ball, à Belg. **Bal**, Pila Lusoria, **Bal van de handt**, Palma manûs, **Bal des voets**, Planta pedis, **Bal der oogben**, Pupilla, Teut. **Ball**, Fr. G. *Balle* It. *Balla*, Pacta, C.Br. *Pêl*, Pila, omnia *ab* eodem Lat. *Pila*, non, ut *Minsevus*, & *Junius*, volunt, à βάλλω. Alludit tamen hoc, ut & verbum πάλλω vibro, Quatio, Agito.

Ball, *a* Fr. G. *Bal*, Tripudium, seu Saltatio modulata, *Baller*, *Baler*, Saltare, Romanis

Romanis inferioris sæculi & Italis *Ballare*, a Gr. Βαλλίζω, Tripudio, hoc à Βάλλω, q.d. pedes jactito, v. *Spelman* & *Salmas.* in Flav. Vopiscum vitâ D. Aureliani Aug.

Ballance, Trutina, Lances, a Fr. G. *Balance*, Hisp. *Balanza*, It. *Bilancia*, a Lat. *Bis*, & *Lanx*, hinc *to* **Counterballance**, Fr. G. *Contrebalancer*, It. *Contrabilanciare*, Gr. Ἀντιπαλαντίωμι.

Ballast, Saburra, fort. *ab* AS. Behlæstan, Hlæstan, Corbitare, Saburrâ firmare, Navigium onerare, Belg. & Teut. **Ballast**, Saburra: omnia fort. à part. initiali **Be**, & Teut. **Last**, Onus, Fr. G. **Lest**, **Lastage**, Saburra; vel fort. à Dan. **Baglast**, Saburra, & hoc credo à Dan. **Bag**, pro **Baad**, Linter, & **Last**, Onus.

Ballocks, *ab* AS. Beallucas, Testicula. *Minsevus*, satis probabiliter a **Ball**, deflectit, quoniam Testes rotundi sunt instar Pilarum. Possit & commodissimè deduci *ab* AS. Bælig, Bælge, Bulga, ut Lat. Scrotum. Manifestè enim videntur Scorto (i. e.) Membranâ instar Narsupii seu Bulgæ obvolvi. Imò fortean **Ballocks** primariò non tam testiculos inclusos quàm Scrotum ipsum eorum caplam designat.

Balloon, a Fr. G. *Ballon*, It. *Ballone*, *Pallone*, q. d. Magna Pila.

Ballot, a Fr. G. *Ballotter*, It. *Ballottare*, Suffragia mittere, præsertim ubi per pilas vel sphærulas sortes in electione captantur, quæ sphærulæ Italis *Ballotte* vocantur, à nom. **Ball**, quod v. suprâ. Apud *Hesychium* etiam invenies Βάλλεια, quod Ψῆφον exponit, v. *Voss.* in Et. LL. voce *Ballux.*

Balm, à Fr. G. *Baulme*, *Baume*, utr. a Lat. & Gr. *Balsamum*, Contractum **Balm**, item & Fr. G. *Baulme*, Melissam herbam, sc. ob Balsamicum, quo pollet, odorem designat.

Band, *ab* AS. Band, Bend, Bænde, Fr. G. *Bande*, It. *Benda*, Belg. **Bandt**, **Bende**, Teut. **Bandt**, **Bind**, fascia, vinculum. Datur & Dan. **Hattebaand**, Spira, **Armbaand**, Armilla, Fr. G. *Bander*, It. *Bendare*, fasciare. Hæc omnia satis manifestè à verbo *to* **Bind**, quod *vide.*

Band, à Fr. G. *Bande*, *Bende*, It. *Banda*, Belg. **Bende**, Turma, Gr. Barb. Βάνδον, *Suida* Vexillum, quod *Salmasius* deflectit a Lat. *Pandum*, Ex. Plin. in Sol. pag. 130. Mallem tamen omnia deducere *ab* AS. Fana, Teut. **Fahn**, **Fahne**, vexillum: Facilis autem est Metonymia à vexillo ad Turmam, quia cuilibet Turmæ vexillum præfertur. Non absurdum tamen esset à verbo **Bind**, & inde nom. **Band**, formare; quia sc. Turmarii mutuo contubernii & societatis vinculo invicem colligantur; prius tamen Etymon longè magis arridet.

Banderoll, a Fr. G. *Banderolle*, It. *Bandaruola*, Vexillulum, v. **Band** & **Roll.**

Bandito, vox Italica, sed quæ tamen in historiis rerum Italicarum Anglicè conscriptis frequentissima occurrit, & Exulem, vel, ut nostri Jurisconsulti loquuntur, Exlegem designat, à nom. *Bando* Edictum publicum, *Bandire*, Edicto publico Proscribere, hoc *ab* AS. Abannan, Proclamare, Publicare.

Bandog, a **Bind**, Vinculum, & **Dog**, q. d. Canis vinctus, ne scilicet noceat: vel, si malis, *ab* AS. Bana, Interfector, Homicida, qui sc. homines, nisi vinctus detineretur, occideret.

Bandoleere, a Fr. G. *Bandoüilleres*, Pyrii pulveris Thecæ, à voce *Bande* fascia, quia fasciis appenduntur, vel à verbo **Bind**, quia circumalligantur.

Bandore, a Fr. G. *Mandore*, It. *Pandora*, Hisp. *Bandurria*, Instrumentum Musicum, à Gr. πανδόρα, quod idem significat.

to **Bandy**, a Fr. G. *se Bander contre*, totis viribus se Opponere, vel a Fr. G. *Bande*, Turma, q. d. Turmatim Conspirare, vel *Bande* fascia, Vinculum, q. d. se mutuò Colligare (i. e.) Fœderare, Consociare contra aliquem. Potest etiam Fr. G. *se Bander contre* non incommodè deflecti à verbo *Bander un arc* (i. e.) Arcum Intendere, hoc a Lat. *Pandare* (i. e.) flectere seu Incurvare v. **Band**, Turma.

Bane, *ab* AS. Bana, Homicida, Interfector, Pernicies. Ridiculè deflectit *Minsheu* à ficta voce **Bane**, Venenum. Mallem à Gr. φόνος, Cædes, φόνω, Occido, sed & hoc nimis Criticum est (i. e.) longè arcessitum.

Banes, a Fr. G. *Bans*, Matrimonii publicatio, utr. *ab* AS. Abannan, Publicare v. **Banish.**

Bang, Cædere, Verberare, a Belg. & Teut. **Bengel**, Fustis, Baculus, **Bengelen**, Fustibus Cædere, Teut. **Abbengelen**, **Abbengeln**, Fustuare, Fuste excipere, seu Dedolare, hinc etiam oritur vox Teut. **Bunge**, Tympanum, omninò ut Τύμπανον vel Τύμπανις, à Τύπτω: Bengel autem Ortum videtur a Lat. *Baculus*

culus per Epenthesin ן, ut *in* **Render**, *&c.*

Wangle-ear'd, dicitur de Cane flacco seu flaccidis & laxè pendentibus Auribus prædito. Vox apud solum *Minsevum* occurrit, qui deflectit *a* Teut. **Wengel**, Fustis, q. d. instar Fustis seu Baculi Pendulus, vel fort. q. d. cujus aures adeò flaccidæ sunt ac si fuste subactæ & dedolatæ fuissent; Quoniam tamen violentum est Etymon, mallem deducere *ab* AS. Benban, Abenban, flectere, q. d. **Wendle-ears** (i.e.) Aures flexiles, vel *a* Teut. **Abhangen**, Dependere, q.d. Aures pendulæ.

Wanister, & quibusdam **Wallisters**, vox Architectonica, *a* Fr. G. *Balustre* idem signante; sic enim dicuntur parvæ & rotundæ breves columnæ, credo à nom. **Walle**, Pila, quia rotundæ sunt instar pilarum.

Wank, Ripa, inquit *Minsheu*, *a* Dan. **Wanken**, Pulsare, quæ vox hoc sensu nusquam occurrit, quia Ripa sc. à flumine pulsatur. Sed hæ sunt meræ nugæ, manifestè enim deflectitur *ab* AS. Banc, Tumulus; Ripa enim Tumulis seu Aggeribus contra vim aquarum muniri solet. Nescio autem an AS. Banc ortum sit *a* C.Br. *Ban*, Altus, Excelsus, quod *Fr. Jun.* deducit *a* Gr. Βαρὸς, Tumulus, Collis.

Wank, *a* Fr. G. *Banque*, It. *Banco*, Trapeza Collybistica, *Banchiere*, Trapezita, *a* Fr. G. *Banc*, It. *Banco*, Teut. **Wenck**, AS. Bænce, Sella, Scamnum, quia Trapezitæ, sellis continuò quasi affixi, rationibus Supputandis & numerandis pecuniis operam dant verè Assiduam & Sedulam, v. **Wench**.

Wanket, vel potiùs **Wanquet**, *a* Fr. G. *Banquet*, It. *Banchetto*, Convivium *a* **Wank** & **Wench**, quæ *vide*; Convivæ enim mensam in orbem circumsident.

Wankrout, Decoctor, *a* Fr. G. *Banqueroute*, It. *Bancorotto*, *Bancarotta*, q. d. qui Bancum, Abacum, seu Mensam rupit (i. e.) rationes conturbavit, & foro decessit.

Wann, à Belg. **Wannen**, Execrari, Diris devovere, **Wan**, Dan. **Wande**, Dira Proscriptio, Denunciatio, Anathema, Execratio, v. **Wanes** & **Wannish**. Alludit Græco-Barb. Ἀβαρία, Calumnia, Criminatio, Delatio, quod & ipsum *ab* AS.cóq; Germ.& Goth. **Abannan**, Publicare deduci potest.

Wanner, *a* Fr. G. *Banniere*, It. *Banda*, *Bandiera*, C.Br. *Bannar*, sed nostræ, credo, originis, v. **Wand**, vexillum, suprà.

Wanneret, vox Anglica, & Franco-Gallica, à nom. *Banner*, q. d. Eques vexillarius. Olim enim fuit qui sub suo vexillo clientes, vel, ut nos loquimur, Tenentes suos in bello duxit, cum Eques Bacularius alienum vexillum sequeretur, Talis Eques stipendium duorum Bacullariorum, ut Bacularius duorum Armigerorum à Rege accepit. Nunc autem Equitem tempore belli ob eximium aliquod meritum in Castris sub vexillo seu Labaro Regio creatum significat, v. *Spelman* in Glossario.

Wannish, *ab* AS. Abannan, Mandare, Publicare, Denunciare, Geban, Edictum, Gebannian, Proclamare, Edicere, unde & Belg. **Wannen**, in Exilium Pellere, Teut. **Wann**, Proscriptio, Exilium, Fr.G. *Ban*, Edictum, *Bannir* in Exilium mittere, Relegare, Proscribere, It. *Bando* Edictum, *Bendire*, Exilio mulctare, Proclamare, Edicere, Promulgare, Proscribere.

to **Warb**, Barbam attondere, Novare, Expolire & Concinnare, quo sensu Barbare & Barbam facere, in usu esse cæperunt labente Imperio, v. *Salmas.* in Æl. Lamprid. vitâ Anton. Heliogabali Aug.

Warb, Fr. *un Barbe*, Equus Mauritanicus; recentioribus enim Mauritania Barbaria vocitatur.

Warbed, vox Fœcialium, videtur idem quod Auriculis vel Protuberantiis præditus, *a* Fr. G. *Barbè*, Barbatus.

Warbell, *a* Fr. G. *Barbel*, *Barbeau*, *Barbarin*, It. *Barbo*, *Barbello*, Dan. **Warbe**, Barbus piscis. *Minsheu* addit AS. Bapbe, & Bapble, sit fides penes Authorem, vocem nusquam invenio: vel, ut monet Doct. *Th. H.* *a* Lat. *Barba*, q. d. Mugil seu Mullus Barbatus, hinc secundùm Bellonium hic piscis Gr. *Mystacatus* scilicet à *Mystace* appellatur.

Warber, *a* Fr. G. *Barber*, Barbam tondere, *Barbier*, It. *Barbiere*, Tonsor; omnia *a* Lat. *Barba*, q. d. Barbæ Concinnator, Barbator, qui Barbam facit (i. e.) Attondet & Concinnat, ut Fr. G. dicunt *faire la Barbe*, It. *far la Barba*. Eodem sensu Barbator pro Tonsore, ut & Barbatorium pro Tonstrina in usu esse cæpit labente Imperio, v. *Salmas.* in Æl. Lamprid. vitâ Ant. Heliogabali Aug.

Ward, *a* C.Br. *Bardd*, Run. Dan. **Wark**, Poeta Antiquus.

Ward, *a* Fr. G. *Barder*, Equum ornamentis instruere, Bardes, Ornamenta E-

questria, It. nom. *Barde*, verb. *Bardare*, *Abbardare*. Nescio autem an It. *Barde*, Fr. *Bardes*, pl. deflecti jure possint, a Lat. *Paratus*, *Apparatus*. Certè *P*,& *B*, nec non *T* & *D* literæ valde cognatæ sunt, & facilè in se invicem convertuntur.

to **Bard**, *or* **Beard** *wooll*, Extremitates vellerum tondere, q. d. Barbam lanæ recidere, v. **Beard**.

Bardasho, vox nuper Civitate donata, *ab* It. *Bardascio*, Fr. G. *Bardache*, Draucus, Cinædus. Gr. etiam Βαρδὸς apud *Hesych.* & *Phavorinum* reperitur, & ab utroque κίναιδος redditur. Sed, unde, inquies, istud It. *Bardascio?* credo dictum quasi *Bardaccio*, hoc a *Bardo* pro *Bardato*, Equus Ornatus, & Instructus: Notum autem est Equitare apud multas gentes, præcipuè Gallicam, lascivo sensu usurpari, & nemo nescit turpes illos amatores sua καλδήνα studiosè & ambitiosè in delicias suas Ornare.

Bare, Dan. **Bar**, Nudus, **Barer**, Nudo, Denudo, AS. Bape, Nudus, Abapian, Nudare, Bæppor, Nudipes, Bæplice, Palàm, Belg. **Baer**, Apparens, Præsens, Nudus, Baervoets, Teut. **Barfus**, Nudipes. *Minshew* Gothicum esse **Bare**, nescio quo Authore, affirmat. Alludit Gr. φανὸς, Lucidus, Conspicuus à φάω, Lux, Nuda enim luci exposita & Conspicua sunt. Sed plusquam alludit Lat. *Pareo*, pro *Appareo*, quia Nuda maximè parent.

Bargain, Pacisci, a Fr. G. *Barguigner*, Licitari, Licitando cunctari, It. *Bargagno*, Pactum, *Bargagnare*, Pacisci, C.Br. *Bargen*, Contractus, Sponsio, sed, credo, nostræ originis. *Scaliger* in Festum à nescio qua antiqua voce Lat. *Bargenna* deflectit. Mallem *ab* It. *Per*, *Pro*, & verb. *Gagnare* pro *Guadagnare*, Lucrari; qui enim Licitatur, Lucrum quærit.

Barge, à voce **Bark**, quod *vide* infrà.

Bargecouples, vox Architectonica. Gwillim, pag. 56. exponit Tigna majora seu Tibicines ædium, quibus tota fabrica nititur, fortean est vox hybrida *ab* AS. Bup, Bupe, Conclave, & Fr. G. *Couple* (i. e.) Copula q.d. vinculum seu Firmamentum Conclavis.

Bark, a Teut. **Barcke**, Dan. **Barck**, Belg. **Berck**, Cortex hoc credo, a Teut. **Bergen**, Tegere, quia ut cutis humani corporis, ita est arboris totius Tegumentum.

to **Bark**, *ab* AS. Beopcan, Latrare, Býpce, Latratus, Vox credo ficta per onomatopœiam.

Bark, a Fr. G. *Barque*, It. *Barca*, Cymba, Linter, utr. fort. a Gr. Βάις, Navigium, q. d. Barica; Βᾶκη autem pro Ponsone apud *Arrianum* reperitur. Datur & eodem sensu Hisp. *Barca*, seu *Varca*, quod *Covarruvias* deflectit *ab* It. *Varcare*, vado transire: Occurrit & Græco Barb. Βάρκα ejusdem originis, hæc omnia *Martinius*, licèt, credo, non verè, tamen ingeniosè deducit à nostro **Bark**, quia sc. multæ Barbaræ gentes ex corticibus arborum sibi Cymbas parant.

Barken, vox in Comitatu Wilts usitatissima, Atrium, a **Yard** *of a House*, vel à verbo *to* **Barr**, vel à Germ. **Bergen**, Abscondere, AS. Beopgan, Munire, q. d. locus Clausus, respectu sc. Agrorum: Doct. *Th. H.* corruptum putat a **Barley**, *ab* AS. Bepe, Hordeum, v. **Beer**.

Barm, *ab* AS. Beopm, Beopma, Bapm, Dan. **Bermes**, **Bærme**, Belg. **Barme**, Fæx cerevisiæ, fermentum: nescio autem an **Barm**, ortum sit a Lat. *Fermen* pro *Fermentum*, à *Fervendo* seu *Effervescendo*.

Barn, *ab* AS. Bepn, Horreum, hoc fort. *ab* AS. Bepe, Hordeum, & Epne, Locus, q.d. Hordearium (i. e.) Hordei repositorium, hinc etiam Teut. **Barnen**, Præsepia fœni, fœnilia, fœni repositoria, translato aliquantum, ut usu fit, sensu.

Barnacle, *Adr. Jun.* Pastomis, Frænum, quod equino rictui injicitur ad cohibendam ejus duritiam, Βαρικάλε, credo a **Bear** & **Neck**, quæ *vide*, quia sc. Cervici injicitur. Eodem nomine, satis manifestâ & eleganti Metaphorâ, appellatur Ferrum Forcipi simile, quo fabri ferrarii Equis calcitronibus nares stringunt, ne se calceos eorum pedibus affigentes impetant; hoc enim ipsorum nares, ut Pastomis ora, cohibet.

Barnacle, a Fr. G. *Bernague*, Anser Scoticus ξυλόχορ&, seu ξυλοχοῦς, It. n. pl. *Bernacche* idem. Credo à nostro **Bearn**, Filius, Proles, & AS. Aac, Quercus, Robur, & secundariò quævis Arbor, v. *Hectorem Boetium*, *Jul. Scal.* & alios.

Baron, a Fr. G. *Baron*, Purpuratus, Regulus, vel fort. *ab* AS. Beopn, Princeps, Satrapa, Vir Masculus, Robustus, Fortis, vel *ab* AS. Wep, Vir, v. Voss. in Et. LL. voce *Baro*. Datur & Hisp. *Varon*, *Baron*, Vir, proculdubiò *ab* AS.

seu

seu ant. Germ. vel Goth. **Wer**. In LL. etiam Salicis Baro mulieri opponitur, Vir autem Regis idem notat quod Miles, Satelles, vel Beneficiarius Regis v. **Homage**.

Baron *and* **Femme**, vox fœcialium propria, antiquâ linguâ Franco-Gallicâ *Baron* & *Femme* (i. e.) Vir & Femina, v. **Baron**.

Baronet, v. Et. vocum For.

Barr, *a* Belg. **Baere**, Repagulum, vectis, Fr. G. *Barre*, *Barreau*, Vectis & Cancelli, Tribunalis, It. *Barra*, vectis, *a* Lat. voce *Vara*, apud *Vitruvium*, quod sc. Perticam seu Sudem signat. Datur & C.Br. *Barr*, vectis, nostræ, credo, originis.

Barrell, *a* Fr. G. & Hisp. *Barril*, It. *Barile*, C.Br. *Baril*, Cadus, nostræ, credo, originis. Nollem jurare ἀπὸ τῆς βαρύτητος, à Gravitate dici. Mallem deflectere, à nostro **Bear** vel **Beer**, It. *Bara*, feretrum, v. *a* **Bear**.

Barren, Sterilis, vel *ab* AS. Bape, Teut. & Belg. **Baere**, Nudus, vel fort. per Ellipsin, *a*. Belg. **Onbaerende**, Fr. Th. **Unbarig**, AS. Unbepens, non Pariens; **Baeren** enim Belgis Parere significat. Datur & Fr. G. *Brehaigne*, *Brehénne*, Sterilis, proculdubiò Germ. seu Anglicæ originis. Optimè alludit Gr. στερὸς, Mutilus, Mancus. *Mer. Caſ.* deflectit à Gr. Βαρὺς, Piscis Sterilis apud Ar. Lib. 4. Hist. An.

Barrester, nobis Causidicus, qui sc. ad Barram (i. e.) Cancellos Judiciales causas acturus admittitur, v. **Barr**.

Barretour, *a* Fr. G. *Baratter*, *Barater*, Fallere, Imponere, Circumvenire, Commutare, It. *Barattare*. Nobis autem Vitilitigatorem, Budæo φιλόδικον, qui lites de industria serit: signat, sc. qui Barram vel Tribunal vexat importunis litibus. Cocus deflectit *a* Fr. G. *Barret*, quod Litem importunam & altercatoriam ipsi notat, sed vox sanè mihi nusquam occurrit.

Barricade, *a* Fr. G. *Barriquer*, It. *Baricare*, Doliis terrâ aut lapidibus plenis, vel ligno munire, nom. Fr. G. *Barriquade*, It. *Baricata*, tale Munimentum: *Barriques* autem Fr. G. sunt Dolia terrâ plena. Fortean omnia *a* Fr. G. *Barre*, It. *Barra*, Repagulum, quia ictus tormentorum excipiendo hostes cohibet.

Barriers, *a* Fr. G. *Barres*, *Barrieres*, It. *Barriera*, Lusus Militaris, sic dictus quia sc. intra Cancellos exercetur, v. **Barr**.

Barrow, *or* **Wheel-barrow**, *ab* AS. Bepe-pe, vehiculum Trusatile, Fr. G. *Berroette*, It. *Burella*, *Borella*, *Barella*, omnia vel à verbo **Bear**, ferre, quod *vide*, vel *a* Lat. *Vehere*; sed prius longè verisimilius.

Barrowes, *ab* AS. Beopʒ, Tumulus.

Barrow hog, *a* **Barrow**, hoc *ab* AS. Beapʒh, Bepʒh, Farr. Aper, Belg. & Teut. **Barg**, Porcus Majalis. Datur & Hisp. *Barraco*, quod exponitur Aper Domesticus. Omnia fortean *a* Lat. *Porcus*, seu Verris, &, ejus productione Verricus.

Barter, *a* Fr. G. *Baratter*, It. *Barattare*, Permutare, fort. q. d. Perratare seu Proratare (i. e.) pro Rata portione merces commutare. Author Dictionarii Anglici anno 1658. editi, nescio quàm benè, *a* Lat. *Vertere* deflectit.

Barulet, vox fœcialium, diminutivum τῦ **Barr**.

Base, vel *a* Teut. **Bolʒ**, Malus, vel *a* Fr. G. *Bas*, It. *Basso*, Humilis, hoc *a* Gr. Βάσις vel à Βαιὸς, Parvus, vel à Πεζὸς, Humilis. *Mer. Caſ.* deflectit *a* Gr. Βάσις, quod apud *Hesych.* Ἀσχὺν exponitur, & Hebraicæ est originis. *Myl.* à Βάσις, Vallis.

Break, *ab* AS. Brecan, Abrecan, Brœcan, Breacan, Fr. Th. **Brechan**, Teut. **Brechen**, Belg. **Breken**, Frangere, AS. Gebrœcan, Elidere, Gebrec, Fragor, hinc Fr. G. *Bresse*, *Bresche*, It. *Breccia*, Ruina muri, & participia, Teut. **Gebrochen**, Belg. **Gebroken**, Fractus, & Dan. **Brecker**, Frango. Quis Criticus non juraret hæc omnia defluxisse *à* Gr. ῥηγνύω, ῥήγνυμι Rumpo, vel βράσσω Crepo, Strepo? v. **Brittle**.

Bream, *à* Fr. G. *Brame*, *Bremme*, Belg. **Braessem**, *Kiliano* & *Adr. Jun.* Cyprinus latus, Teut. **Brassen**, **Brasem**, It. *Abrame*, secundùm *Rondelet.* Aurata, χρυσόφρυς. Occurrit etiam Ἀβραμὶς piscis apud Oppianum, v. *Rondeletium* de Chalcide. It. autem *Abrame*, deflexum videtur *à* Lat. *Auramen*, ab *Aureo*, sc. colore. *Dhuezius*, Teut. **Brassen**, deducit à Gr. ὀραμὸς.

Breath, *ab* AS. Braðe, Odor, Spiritus. Critici fortean me laudarent si declinarem à Gr. Ἀναπ'ρέω Effluo, vel Ἀρσὴ, Æol. Βρίθη, Impetus, Strepitus; Ego tamen me riderem, sed quidni rideat qui ludit?

Breeches, *ab* AS. Brœc, Brœcce, Belg. **Broecke**, Fr. G. *Bragues*, It. *Braghe*, *Braghezze*. Subligacula, Braccæ. Fuit & vetus vox Gallica Braca pro Femoralibus, unde & ad Romanos defluxit, hinc fort. nostrum **Breech**, pro Sede, quæ hâc veste tegitur. *Fr. Jun.* Belg. **Broeck** deflectit *à* Gr. Βράκος vel Ῥάκος Vestis Lacera, Panniculus. Verùm Etymon vocis **Breech**, commodiùs deduci potest *ab* AS. Bryce, Ruptio, Ruptura, quia sc. in ano corpus in foramen quasi disrumpi videtur, v. **Break**.

Breed, Alere, Educare, *ab* AS. Bredan, Belg. **Broeden**, **Brueden**, Teut. **Brüten**, Fovere, Incubare, v. **Bread**.

Breese, *ab* AS. Briosa, It. *Brissio*, Teut. **Brem**, **Bremme**, **Breme**, **Bremse**, Dan. **Brems**, Belg. **Bremme**, **Bremse**, Asilus, Tabanus, Oestrum, fort. à verbo **Brummen**, Murmurare, Susurrare, sc. à sono quem edunt, vel à **Brennen**, Urere, quia sc. mordendo Uredinem excitant.

Breast, *ab* AS. Breost, Dan. **Bryst**, Belg. **Borst**, Pectus, **Borst-been**, Sternon, **Borst-plate**, Thorax, Teut. **Brüst**, Pectus, **Brüste**, pl. Mammæ, **Brust-plat**, Thorax seu Pectorale, præsertim Equi, Fr. Th. **Prusti**, Pectora, iro **Prustí**, sua Pectora. *Fr.* autem *Jun.* Belg. **Borst**, deflectit *à* Gr. στίδος, Anterior, q.d. pars Corporis Anterior.

Bret, *à* Fr. Norm. *Bertoneau*, quædam Rhombi species, nili malis *à* Teut. **Brett**, Tabula, Asser deflectere, & sanè figurâ latiori Tabulum refert: vel *à* Teut. **Breit**, Latus. Datur & Dan. **Bytte**, Rhombus lævis, *Higginio* nescio quàm benè, Passer Asper seu Squammosus exponitur.

Brew, *ab* AS. Brypan, Belg. **Bier Brouwen**, Teut. **Bräwen**, **Brauen**, Coquere Cerevisiam, AS. Gebroden, Coctus, Belg. **Brouwer**, Teut. **Bräwer**, Dan. **Brygger**, Zythepsa, Belg. **Brouwen**, Miscere, Confundere, cui postremo saltem alludit Gr. φυρδὸν, Misceo.

Brewes, Panis Jure intinctus, vel *à* Fr. G. *Abbreuver*, Rigare, Macerare, q. d. Panis Maceratus, vel potiùs *ab* AS. Bryy, Jusculum, hoc *à* verbo Bripan, Coquere, hinc & Teut. **Brey Puls**, Pappa, Pulmentum, **Brüh**, **Brühe**, Jus, Intinctus. *Fr. Jun.* deflectit *à* C. Br. *Briwhara*, Fragmenta panis, *à* verbo *Briwo* Discindere, Minutim Dissecare.

Bribe, Muneribus Corrumpere, non parùm deflexo sensu, *à* Fr. G. *Briber*, panem Mendicare, avidè Devorare, hoc *à* nom. **Bribe**, Frustulum panis quod mendico distribuitur; qui enim judicem muneribus sollicitant summâ importunitate, instar Mendicorum, ejus gratiam ambiunt & venantur. Nomini **Bribe** alludit Gr. Βραβῆον, Præmium, Βραβεύω, Dispenso, Moderor.

Brick, *à* Belg. **Bricke**, **Bricke**, Fr. G. *Brique*, Later, secundùm *Menagium à* Lat. *Imbrex*, unde Lat. Barb. *Brica*, à Casu Patrio, ut & verbum *Imbricare*.

Bride, *ab* AS. Bryd, Dan. **Brud**, Belg. **Bruyd**, Teut. **Braut**, Sponsa, AS. Brydguma, Dan. **Brudgom**, Belg. **Bruydegom**, **Bruydegom**, Teut. **Brautigam**, Sponsus, AS. Bryd-Bed, Teut. **Braut-bett**, Lectus Genialis, **Braut-ring**, Annulus Sponsalitius: fortean hæc omnia *ab* AS. Bredan, Teut. **Brüten**, **Brütteln**, Belg. **Broeden**, Incubare, instar Gallinæ Fovere; quia sc. Sponsa & à marito fovenda est, & communem prolem Fovere, Alere & Educare obligatur. Nostrum autem **Bridegroom** satis manifestè oritur *à* dicto **Bride** & **Groom**; quia sc. Sponsus die nuptiarum Sponsæ, saltem secundùm morem nostrum, inservit, v. **Groom**.

Brydge, *ab* AS. Bpicg, Bpiggc, Belg. **Brugge**, Teut. **Brücke**, Dan. **Bro**, vet. Br. & Gall. linguâ *Briva*, Pons. Noſtrum autem **Brydge**, & AS. Bpicgc, Bpiggc, non abſurdè deflecti poſſent *ab* AS. Obep, Super, & Rigc, Bpicg, Dorſum, q. d. Strues Lignorum vel Lapidum ſuper Dorſum fluvii ſtrata ſeu compacta: vel potiùs q. d. Obep-ig, (i. e.) Super Aquam, Ig enim idem quod Ea (i. e.) Aquam ſignare videtur. *Mer. Caſ.* deflectit *à* Gr. γέφυρα: nollem dictum, quis enim Pons duas tam diſſitas voces, ut γέφυρα & **Brydge** conjunxerit? nimis brevis eſſet ille Xerxis, qui Europam Aſiæ miſcuit. Verùm quoniam Ig apud *Somnerum* non Aqua ſed Inſula tantùm exponitur, ut omnibus ſatisfaciam poſſem deducere *ab* eodem Obep & Ig pro Inſula: Pons enim Inſulæ inſtar aquâ circundatur.

Bridle, *ab* AS. Ppibel, Bpibl, Bpidelr, Belg. **Breydel**, Fr. G. *Bride*, Hiſp. *Brida*, It. *Briglia*, Frænum, Habena, AS. Bpidlian, Belg. **Breydelen**, Frænare, omnia fortean *à* Belg. **Beryden**, **Beriden**, Equitare, v. **Ride**. *Mer. Caſ.* noſtrum **Bridle** deflectit *ab* Æol. βρυτὴρ pro ἡνὴ, Habena.

Brief, *à* Fr. G. *Bref*, *Brief*, Brevis, hinc & Teut. & Fr. G. **Brief**, Schedula, Epiſtola, Epiſtolium (i.e.) Breve ſcriptum: Brevis autem, vel Breve pro libello brevi, ſeu Schedula in uſu eſſe cœpit labente Imperio, v. Salmaſ. in Flav. Vopiſcum vitâ D. Aureliani Aug.

Brier, *ab* AS. Bpæp, Hiſp. *Abrojo*, Tribulus. *Minſevus* rediculè deducit *à* Gr. βειαιὸς, Validus. Credo autem AS. Bpæp contractum à Bpeacep, verbali verbi Bpeacan, Frangere, ídque quia Frangit (i. e.) Lacerat tum Cutem, tum Veſtes.

Brieze, Nautis noſtris Ventus Frigidiuſculus è mari ortus, qui in calidis regionibus circa meridiem per aliquot horas aſpirans, Aeris æſtum mirificè temperat, *ab* It. *Brezza*, *Brezn*, Ventus Frigidus, Fr. G. *Brize*, *Bize*, Hiſp. *Briſe*, Aquilo, It. *Briſciare*, Rigere, præ Frigore tremere. Alludit Gr. φρίκη, Horror, à φρίσσω, Horreo. *Somner* autem deflectit Fr. G. *Bize*, *ab* ant. Germ. in *Gl. Lipſ.* **Biſe**, Turba. Hujus proles Belg. **Byſter**, Immanis, Ferox hodierno uſu retinetur.

Brigade, Legio, vox Caſtrenſis, *à* Fr. G. *Brigade*, Sodalitium, It. *Brigata*, Turba, Sodalitium. Vel *à* Fr. G. *Brigue*, It. *Briga*, Lis, Jurgium & fortean ſecundariò Pugna, q. d. Legio Virorum pugnacium & bellatorum. Sed unde, inquies, It. *Briga?* fort. *à* Teut. **Brechen**, nobis *to* **break**, dum enim homines jurgantur, amicitia rumpitur & violatur.

Brigandine, *à* Fr. G. *Brigantin*, It. *Brigantino*, Myoparon, *Aur. Jun.* Liburnica, fort. *à* Fr. G. *Brigand*, pl. *Brigans*, Latrones; quia Piratæ his navigiis, utpote levioribus, eóque magis expeditis in latrociniis uti ſolebant, q. d. navis Piratica, ναῦς λῃστικὴ. Sed unde, inquies, Fr. G. *Brigand?* Fauchetus tract. de Militia deflectit *à* Germ. **Brig** vel **Brug**, Pons, quia ſc. Latrones ad intercipiendos viatores Pontes obſident. Nicotius dictum putat quaſi **Berggan**, (i. e.) homo per montes errans, *à* Teut. **Berg**, Mons, & **Gehen**, Belg. **Gaen**, Ire. *Menagius* deducit *à Brigantibus* olim Britanniæ Septentrionalis incolis Latrocinis infamibus. Sed quoniam idem vocem hanc *Brigans* olim Milites ſimpliciter ſignâſſe affirmat, mallem formare *à* Fr. G. *Brigade*, Cohors, Turma, Agmen militum, & ſanè inter graſſatores & milites parùm intereſt.

Bright, *ab* AS. Beophr, Lucidus, Bipihro, Splendor, Byphro, Byphniſſe, Claritas. *Minſevus* ſatis violenter deducit *à* C. Br. *Brith*, Glaſtum, quo ſc. antiqui Britanni corpora pingebant: Miror quòd non deflexerit à φαιδρότης, Claritas, *Fr. Jun.* derivat *à* C. Br. *Brith*, Pictus, potiùs, ut *Davieſius* exponit, Varius, Variegatus, Diverſicolor.

to **Brim** *as a Sow*, dicitur de ſue marem appetente, unâ voce Subare, neſcio an ab AS. Bpyne, Ardor, Æſtus, q. d. maximo cum Æſtu, ut ſolent iſta animalia, in Venerem prurire.

Brimm, *ab* AS. Bpymme, Ripa, Margo, Teut. **Brim**, **Gebrim**, **Gebremme**, Fimbria, Dan. **Bremme**, Inſtita, Limbus. Ego ſanè ferè Criticus eſſem ſi deflecterem *à* Gr. περίαμμα.

Brimſee, vox quæ apud *Higginium* ſolum occurrit, proculdubiò, *à* Belg. **Bremſe**, **Bremme**. Aſilus, Tabanus, *v.* **Breze**.

Brimſtone, Sulphur, q. d. **Brenne-ſtone**, Lapis Ardens, vel, quod eodem recidit, *ab* AS. Bpyne, Incendium & **Stone**, q. d. Lapis Incendii, Lapis Incendiarius, φλογιστός.

Brine, *ab* AS. apud Ælfricum Fire-bpyne, Bpyne, B. **Bryn**, Muria, utr. *ab* AS. Bpym, Salum, Æquor, Mare: hoc autem Bpym, ſi ſatis Græcus eſſem declinarem *à* βρύω,

Sca-

Scaturio, Defluo, Circumfluo, Plenus sum, q. d. Βρῦω, & sanè quid mari plenius,

Bring, *ab* AS. Bringan, Belg. **Brengen**, Teut. **Bringen**, Ferre, Afferre. AS. Bnohte, Teut. **Gebracht**, Allatus, AS. Gebnohr, Adductus.

Brink, v. **Brim**.

Brisk, nobis Color seu Sapor Acer, Pungens & Vividus, *à* Teut. **Frisch**, Alacer; **ein Frischer kerl**, Animosus Vir, hinc Fr. G. *Brusque*, Acer, Austerus. Datur & Hisp. *Brio*, animi Præsentia, *Courage*, unde *Brioso*, Animosus, Vividus, Alacer, Promtus. *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Ϛρεγγὸν. Apud *Martinium* solum invenio Lat. Bris pro Jucundum, quod deducitur *à* Βεσὸ apud *Hesychium* dial. Cret. pro γλυκὺ, sit fides penes Authorem quem v. in Et. LL. voce *Bris*. Sed unde, inquies, Teut. **Frisch**? proculdubio ab altero **Frisch**, Recens; Recentia enim & Juniora omnia Spiritu abundant, antiqua effæta & Vapida præ Spirituum exhaustu & inopia fiunt, v. **Fresh**. Satis feliciter alludit Gr. Ἀβρὶξ, apud *Hesychium* quod exp. Ἐγρηγόρως (i. e.) Vigilanter, hoc ab *a* priv. & Βρίζω, Dormio, & certè Galli pro nostro **Brisk man**, dicunt *un homme Esveillé*, (i. e.) homo Experrectus.

Brisket, Fr. G. *Brichet*, Pectus cæsi animalis, q. d. **Breskket**, terminatio autem **ket** minuit, v. **Breast**.

Brissle, *ab* AS. Bnirtl, Teut. **Borste**, **Borstel**, Belg. **Borstel**, Seta, Teut. **Saubörste**, Seta Suilla. Nescio an *à* verbo *to* **Burst** quod vide; Seta enim Cutem perrumpit & penetrat.

Brittle, fort. *ab* AS. Bnittend, Frians, Gebnittan, Friare, vel *à* verbo Βρύτω, Fr. Th. **Brettan**, **Brittan**, **Bruttan**, **Brutten**, **Bruzzen**, Frangere, unde & **Brotle**, Fragilitas, & **Brotle**, **Britte**, Frustum Cespitis, Dan. **Bryder**, Frango, hæc omnia *Fr. Jun.* *à* Gr. Βρυτὸς deflectit. *Minsevus* vult dictum quasi **Brickle** *à* verbo *to* **Break** quod vix probo, cum altera derivatio sit facilior.

Broach, *à* Fr. G. *Broche*, It. *Broccia*, Veru, Fr. G. *Brocher*, Veru transfigere, *mettre en Broche*, Vas Relinere, nobis *to* **Broach** *a Vessell*, Metaphorâ è Culina in Cellam transumtâ.

Broad, *ab* AS. Bnad, Bnade, Belg. **Breed**, **Breyd**, Teut. **Breit**, Latus, Fr. Th. **Gebreident sich** (i. e.) Diffundunt sese.

Broccado, vel potius **Brocado**, vox pura puta Hisp. sed quæ in Versione Mandelsloi Anglica frequens occurrit, significat autem Pannum auro & argento intextum, sic etiam It. dicitur *Broccato*, *ab* It. *Brocca*, Clavus, Tuber.

Brock, *ab* AS. Bnoc, It. *Burco*, *Buchio*, *Bucho*, Dan. ut nobis **Brock**, Taxus, Meles, nescio an *à* verbo *to* **Break**, quia sc. sævissimis morsibus hoc animal quidvis obvium frangit & conterit, unde vulgò dicimus *he bites like a* **Badger**.

Brocket, à Fr. G. *Brocart*, Cervus Bimus, cui prima erumpunt cornuum tubercula & quidem simplicia, *Plin.* Subulo, Ar. ϖαϛαλίας, utr. *à* Fr. G. *Broche*, nobis *a* **Broach**, Veru; quia tunc temporis cornua directa, & instar Veru in longitudinem protensa sunt.

to **Broyle** *for Eeles*, vox Piscatoria; fort. *à* Fr. G. *Broüiller*, Perturbare, Conturbare, Confundere: quia sc. in aqua Turbata & Confusa anguillæ facilius capiuntur, v. **Broil**.

Broil, à Fr. G. *Broüiller*, Confundere, hoc *à* vet. Fr. G. *Brueil*, AS. Bnoel, Sylva, q. d. Lignis cæsis Impedire, v. *Menagium*. Datur & It. *Imbrogliare*, Perturbare, *far Broglio*, Ambire (i. e.) *to* **Canvass**, hoc etiam ejusdem originis.

Broker, Pararius, Proxeneta, Conciliator, *à* verbo *to* **Break**, Decoquere, quoniam soli Decoctores ad hanc Artem olim admissi sunt. *Mer. Cas.* deflectit nostrum **Broker**, *à* Gr. ϖρᾶϰτηρ. Melius autem declinari posset per contractionem *à* nom. **Procurer**, q. d. Procurator.

Brood, *ab* AS. Bnedan, Fovere, Bnodiȝe **Henne**, Gallina Incubans, Teut. **Brüten**, **Brütten**, Belg. **Broeden**, **Bruyden**, Incubare ovis, hinc **Gebroedt**, Fotus, **een Gebroedt ey**, Ovum Pullescens, **Broed Ey**, Ovum Urinum, Run. Dan. **Brudin**, Femina, Teut. **Gebrüt**, Incubatus, nobis *à* **Brood**; Alludit Gr. Βρύω, Pullulo.

Brook, Pati, Sustinere, Tolerare, parùm deflexo sensu, *ab* AS. Bnucan, Digerere, Frui, Fr. Th. **Gebruchan**, Frui, Dan. **Bruger**, Utor, Teut. **Brauchen**, Uti, Possidere: Alludit Gr. Βρέχω, Irrigare, quia concoctio mediante humore, seu liquore peragitur. Alludit etiam Gr. ϖεριέχω, Contineo, Comprehendo, quoniam vis Comprehensiva Ventriculi ferè utramque paginam implet. *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Βύκω, Βρυχάω, Βρύκω, Edo.

Brook, *ab* AS. Bnoca, Rivus, Rivulus, Belg. **Broeck**, Palus, hoc *Fr. Jun.* deflectit

flectit à Gr. Βραγὲς, Heſychio Ἐλώδη. **Brook** autem Rivus à Βεργὲ, Pluvia. *Mer. Caſ.* deflectit *ab* Æol. βρύαξ pro ῥυαξ, Rivus, Doct. *Th. H.* AS. Bpoca deducit à verbo Bpeacan, Frangere; quia Rivus exiliens terram perrumpit.

a **Brook**, Apoſtema, Abſceſſus, Furunculus, à verbo *to* **Break**, vox agro *Lincoln.* uſitatiſſima, q. d. Eruptio.

Broom, *ab* AS. Bpom, Belg. **Brem**, Teut. **Pfriem. Pfriemen**, Geniſta.

Broth, *ab* AS. Bpoð, Bpiþ, Belg. **Broye**, **Brue**, Teut. **Brube**, Fr. G. *Brode*, It. *Brodo*, Hiſp. *Brodio*, Jus, Teut. **Brei**, **Brey**, Puls, Pappa, omnia à verb. AS. Bpipan, Coquere. *Mer. Caſ.* deflectit à Gr. βρυτὸς, Eſca.

Brothell, per Metatheſin, à Fr. G. *Bordel*, *Bordeau*, It. *Bordello*, Lupanar, vel à Fr. G. *Bord*, Margo, & *Eau*, Aqua, quia Lupanaria ad Ripas fluminis etiam apud Romanos olim conſtruebantur; vel à Fr. G. *Borde*, Domuncula, v. *Menagium.*

Brother, *ab* AS. Bpoðep, Bpoðop, Fr. Th. **Bruother**, Belg. **Broeder**, Teut. **Bruder**, Dan. **Broder**, C.Br. *Brawd*, Frater, ſed hoc noſtræ originis. Credo omnia deflexa à verb. *to* **Breed**, q. d. ſimul Fotus (i. e.) Educatus, *of the ſame* **Brood**, v. **Breed**, & **Brood**.

Brow, Frons, parùm deflexo ſenſu, *ab* AS. Bpæpe, Palpebra, Supercilium, Bpopa, Oþeþbpop, Supercilia, Belg. **Brauwe**, **Browwe**, Cilium, Teut. **Aug braun**, Supercilium, *Mer. Caſ.* noſtrum **Brow**, deflectit à Gr. Ὀφρύς.

Brow, *the* **Brow** *of a thing*, à Belg. **Brauwe**, Ora.

Brown, *ab* AS. & Fr. G. Bpun, Belg. **Bruyn**, Teut. **Braun**, It. *Bruno*, Fuſcus, Subniger, Bæticus, Pullus, Subaquilus.

Browſe, à Fr. G. *Brouſer*, It. *Bruſcare*, Folia & Germina depaſci, Fr. G. *Broſſe*, Virgultum, Alludit Gr. βιβρώσκω, Comedo, v. **Bruſh**.

Bruiſe, Contundere, *ab* AS. Bpyſed, Contuſus, vel à Fr. G. *Froiſſer*, Elidere, Collidere, Conterere, Contundere, Confringere, vel *a Briſer*, Frangere, in Fruſtilla Comminuere, hoc à Fr. Th. **Bruzzen**, Frangere, ſort. utr. à Lat. *Preſſare.* Etiam poſterioribus ſæculis *Briſare*, pro Exprimere uſitatum eſt, ut apud Cornutum in *Perſii* Sat. primam; hoc *Voſſius* flectit à Gr. βρίζειν, Impetum, facere, v. *Voſſ.* in Et. LL. voce *Briſa.*

Bruit, à Fr. G. *Brnit*, Strepitus, Bruire Strepere, hoc ſort. à Lat. *Furere*, vel à C. Br. *Bri*, Dignitas, Honor, Æſtimatio, quod *Fr. Jun.* nimis Criticè deflectit à βρίθειν, quia ſc. pondus habet (i. e.) plurimùm pollet. *Mer. Caſ.* deducit ab Æol. βυτὴς pro βυτήρ. Malłem à ſono Etymon petere.

Brunt, *to bear the* **Brunt** *of the day*; maximum prælii Impetum ſuſtinere, proculdubiò, à Teut. & Belg. **Brunſt**, Ardor, Fervor, Cajor, Æſtus (i. e.) *the* **Heat** *of the day*, v. **Burn**.

Brush, à Fr. G. *Breſſe*, *Broiſſe*, *Broſſe*, Scopula, primariò autem Virgulta, Frutices, Dumus, Dumetum, *Broſſer*, Scopulâ Verrere, Detergere, Purgare, vel ſecundùm *Minſevum*, à Teut. **Burſte**, Seta; olim enim è Setis conficiebantur, hinc **Brush-wood**, quod è Virgultis ſit, It. *Bruccioli*, Lignum tenue, quòd ſtatim accenditur, ſort. à verbo *Brucciare*, Urere, vel nobis dicitur **Brush-wood**, quia faſces ex eo confecti ob ligni tenuitatem Scopulis ſimiles ſunt. Sed unde, inquies, It. *Brucciare*? neſcio an à Lat. *Peruſtare*, hoc à *Peruſtum* part. verbi *Perurere.*

Brusk, quo nomine teſte *Gwillim*, nonnulli Fæciales colorem exRubro luteum, nobis **Tawny** dictum, appellant, à Fr. G. *Bruſque*, Acer, Vividus, Vegetus, q. d. Color Vividus. Eſt tamen hic color noſtris Fæcialibus ignominioſus.

to **Bruſtle**, *ab* AS. Bpaſtlian, Crepitare, Strepere, hoc per Metatheſin à verbo Bæpſtan, Rumpere, quia diſrupta crepant, vel ut ingeniosè divinat Doct. *Th. Henſh.* q. d. *to* **Briſtle**, (i. e.) Setas erigere, ut ſolent irati Erinacei & Hyſtrices.

Bubble, à Belg. **Bobble**, Dan. **Boble**, Bulla, **Bubler**, Bullio, Hiſp. *Babuja*, *Babuxa*, Bulla. Datur & Hiſp. *Borbolear*, Bullas emittere, & nom. *Borbollones*, Bullæ inter elixandum aſſurgentes, *Borbolear* autem hoc poſſem deflectere à Lat. *Foràs*, & *Bulla*, vel *Bullire*, q. d. Foràs Bullare, Bullire ſeu Ebullire.

Buck, à Teut. **Bauche**, It. *Bucata*, Fr. G. *Buée*, Lixivium Lotorium, Teut. **Bauchen**, It. *Bucatare*, Fr. G. *Buer*, Lixivio eluere. Neſcio an omnia parùm deflexo ſenſu à Lat. *Focus.*

Buck, Cervus, mirè detorto ſenſu, *ab* AS. Bucca, Belg. & Teut. **Bock**, Fr. G. *Bouc*, Hircus, Caper, AS. Buccan-Beapð, Tragopogon herba, Fr. G. *Biche*, Dama, Caprea, Gr. βὴκα, Caprea. *Martinius* deflectit à Teut. **Bochen**, Fr. G. *Buquer*,

Buquer, Tundere, Pulsare, quia cornibus impetit, & à Gr. πυγὴ, quatenus Pilum notat.

Bucket, à Fr. G. *Bacquet*, *Baquet*, Situla, Juvenali Hama, utr. fort. *ab* AS. Buc, Lagena, additâ terminatione Diminutivâ et. Doct. *Somner* deflectit à Lat. & Gr. *Bucalium*, quam vocem vide apud *Vossium* in Et. LL.

to **Buckle**, à Teut. **Bucken**, **Burken**, **sich Bucken**, se Inclinare, Demittere, hoc *ab* AS. Bugan, Gebugan, Flectere, v. *to* **Bow**.

Buckle, à Belg. **Bokel**, Umbo, Fr. G. **Boucle**, Teut. **Buckel**, Fibula, **Bückel**, **Buckel**, **Bocker**, Gibbus, credo omnia, præsertim illa quæ Fibulam designant, *ab* AS. Bugan, Teut. **Bucken**, Flectere, Fibula enim Flexu facilis est. Teut. autem **Buckel**, quatenus Gibbum signat, ortum est *ab* alt. **Buckel**, Fibula, quia sc. Fibulæ instar Gibberi protuberant.

Buckler, Clypeus, Fr. G. *Bouclier*, It. *Brocchiere*, *Broccoliero*, Belg. **Bokeler**, Fr. Th. **Bukelere**, Pelta. Invenitur etiam C.Br. *Bucled*, Clypeus, sed Anglicæ, credo, originis. Datur & Cimbr. **Bucklare**, Clypeus, quod *Fr. Jun.* deflectit à Belg. **Bocken Leer** (i.e.) Pellis seu Corium Hirci, ut Scutum à σκύτος, Corium. Credo potiùs ortum esse à dicto **Buckle**, Fibula, quia sc. Clypeus mediante Fibulâ brachio annectitur & aptatur.

Buckram, à Fr. G. *Bourgram*, *Bougran*, It. *Bucherame*, *Gouldmanno* nescio cujus Dei instinctu, Brandium. Olim inquit *Florius*, pro Lineo panno Subtilissimo, fortasse & Laneo usurpata est, & tum potuit deflecti à Fr. G. *Bourre*, Villus, seu Floccus Lanæ, & **Ozain**, v. **Ozogran**.

Bud, Germinare, à Fr. G. *Bouter*, prorsum Impellere, item Germinare *to* **Put** *forth*, Belg. **Botte**, Fr. G. *Bouton*, Gemma, Germen, *Mer. Cas.* deflectit *ab* AS. Blepꝺ, Efflorebit, & hoc à Gr. βλαστάω. *Menagius* autem verb. *Bouter*, deducit à Lat. *Pultare* freq. τῦ Pellere.

Budge, à Fr. *Bouger*, se Movere, utr. *ab* It. *Volgere*, & hoc à Lat. *Volvere*.

Budge-barrell, vox Nautica. Exponitur Dolium Centum Pondo pulveris Pyrii capax, marsupio coriaceo ad Apicem seu Epistomium occlusum, **Budge** autem, de quo solo dubitari potest, ortum est, vel à Fr. G. *Bouge*, Pera, AS. Bilig, Uter, Follis, utrumque tandem à Lat. *Bulga*, Gr. βολγὶς.

Budget, à Fr. G. *Bouge*, *Bougette*, It. *Bolgia*, *Bolza*, Marsupium, Pera, AS. Bilig, Follis, Uter, omnia à Lat. *Bulga*, & hoc à Gr. μολγὶς, μ more Æol. in β converso.

Buff, ab aliqua similitudine pellis Bubali, qui Fr. G. *Buffle*, It. *Buffalo* vocatur, secundùm *Minsevum* Pellis Tarandi, credo potiùs Alcis, militibus valdè expetita.

Buffet, Fr. G. *Buffe*, It. *Boffetto*, *Buffetto*, Hisp. *Bofetada*, *Boseton*, Alapa, Fr. G. *Buffeter*, Alapam impingere, omnia fort. à Teut. **Puff**, Sonus, seu Fragor, qui ab ictu editur, per Onomatopœiam.

Buffet-stool, vox agro Linc. usitatissima: est autem Sella levior portatilis, sine ullo Cubitorum aut dorsi Fulcro, credo, parùm deflexo sensu, à Fr. G. *Buffet*, Mensa, Abacus; Mensæ enim vicem satis commodè supplere potest. Sed unde, inquies, Fr. G. *Buffet*? nescio an *ab* AS. Bupan, Super, q. d. Mensa super quam vasa ponuntur, Repositorium.

to **Buffle** *or* **Puffle**, *ab* AS. Abyppan, Mutire, Belg. **Baffen**, Latrare, Teut. **Belffern**, Gannire, Latrare, omnia à sono ficta.

Buffle, à Dan. **Byffel**, Fr. G. *Beuffle*, *Buffle*, It. *Buffalo*, Bubalus, Bos quidam Sylvester. *A* **Buffle** *head*, Hebes, Fungus, q. d. capite Bubalino (i. e.) magno, & malè formato præditus; tale enim caput Physiognomis Bardum notat. Buffalo etiam Italis secundario sensu virum Hebetem & Bardum significat.

Buffoon, à Fr. G. *Buffon*, It. *Buffone*, Nugax, Nugivendulus, Dicax, Aretalogus, fort. *ab* It. *Buffare*, fortiter *Flare*, Fastum præ se ferre, ut illi ad risum movendum sæpe faciunt. *Salmasius* vult ideò Buffones dici, quòd instar Bufonum buccas inflent Ex. *Plin.* in Sol. Abr. autem Mylius, It. *Buffone* deflectit à Belg. **Boef**, Nebulo, sanè non illepidè.

Bugg *or* **Bugbear**, Larva, Manducus, Terriculamentum, μορμολύκειον, v. **Wig**, Doct. *Th. Hensh.* deflectit à nostro **Pug** vel *Pucke*, *a Devill*, v. **Pug**.

Bugg pro **Big**, ut ubi dicimus *he looks very* **Bug** *of it*, v. **Big**.

Bugger, *ab* It. *Bugerare*, *Bugierare*, puerum Inire, unde Fr. G. *Bougre*, primariò παιδεραστὴς, vulgò autem Sceleratus, μιαρὸς, Trifurcifer, nobis *a* **Rogue**. *Bougrerie*, Venus Præpostera, vel, secundùm *Menagium*, à gente *Bulgarorum*, qui olim Fr. G. *Bougres* appellati sunt, & tum Hæresi, tum Præpostera Venere Infa-

Infames fuerunt, vel *ab* It. *Bugio*, Buca Foramen.

* **Bugle**-*horn*, Cornu parvum, Corniculum, q. d. Buculæ seu Juvencæ Cornu.

Build, fort. *ab* AS. Býtlian, Fabricare, hoc *à* Bild, Teut. **Bild**, Belg. **Beeld**, Effigies, Imago, Statua, unde verb. Teut. **Bilden**, Belg. **Beelden**, Formare, Effingere, Sigillare, Pingere.

Bullfinch, Dan. **Bogfinck**, Fringilla. Doct. *Th. H.* dictum putat quasi **Bloodfinch**, & sanè Teut. **Blutfinch** dicitur, *Ridero Rubicilla, Dhnezio*, nescio quo Authore, Pyrrhula.

Bulk, Magnitudo, Crassities *ab* AS. Buce, Dan. **Bug**, Teut. **Bauch**. Venter, hinc Hisp. *Buche*, Ventriculus animalis, Belg. **Balche**, Thorax, *Mer. Cas.* nostrum **Bulk**, deflectit *à* Gr. Ὀλκὴ. Datur & Hisp. *Bulto*, Forma, Statura, vel Magnitudo corporis, unde verbum *Abultar*, Protuberare, Grandescere, Credo tamen hoc potius *à* Lat. *Vultus*.

Bulkar, vox agro *Lincoln.* usitatissima proculdubiò *à* Dan. **Bielcher**, n. pl. Trabes, **Bielche**, Tignum, Trabs.

Bull, *à* Belg. **Bolle**, **Bul**, Taurus. Nollem deflectere *à* Gr. Βοῦλος, Pullus. Mallem à Boatu proprio & naturali ejus sono sic dictùm.

Bull, Edictum Papæ, Fr. G. *Bulle*, It. *Bulla*, *à* Lat. *Bulla*, inquit *Salmasius*, quia veterum sigilla scriptis publicis, instar Bullarum, è Prætextatorum pectoribus dependentium, appensa sunt, vel *à* Gr. Βουλὴ Senatus, Concilium; quoniam fortasse, primitùs Senatusconsultum, vel saltem Edictum ab Imperatore in Senatu conditum, Posteà sigillo Augustali munitum signabat, unde Gr. recens Βῦλα, Sigillum defluxit, v. **Bill**.

Bull-*ee*, vel **Bullis**, Prunum Sylvestre, fort. à rotunditate Globosa sic dictum, *vide* **Bowl**, & **Bullet**. Doct. *Th. H.* ingeniosè, & ἐυστόχως, ut solet, dictum putat quasi **Bull**-*eyes*, à Taurinorum, scilicet, oculorum similitudine.

Bull-*begger*, Larva, Manducus, Terriculamentum, μορμολύκειον, q. d. qui tauros petit, quos uno tractu integros deglutiat, v. **Bull** & **Begger**. Doct. *Th. H.* ingeniosè, ut solet, dictum putat quasi **Bold**-*Begger*.

Bullet, à Fr. G. *Boule*, Globus, *Boulet*, Globulus, fort. *à* Lat. *Pila*, vel *Bolus*, Gr. Βῶλος, Gleba. Alludit Gr. πάλιν Verto, Verso.

Bullion, fortean *à* Lat. infimi Imperii *Bolus*, Gr. Βῶλος Gleba, quia Argentum hoc non signatum Glebarum forma conspicitur. Potiùs, nisi sensus nimis procul abiret, deflecterem *à* Fr. G. *Billon*, Moneta Vilior, Argentum viliori metallo adulteratum; vel *à* Gr. Barb. Βῶλα Sigillum, quia Sigillum seu Imaginem Principis recepturum est. *Minsevus*, nescio quo Authore, dicit olim **Billon**, Locum probandæ monetæ signâsse. Datur & Hisp. *Billon* vel *Vellon*, quod *Covarruvias*, exponit Moneda (i. e.) Æs Confusaneum, *Minsevus*, **Billon**, *or* **Copper** *to make Money of*.

Bullock, *ab* AS. Bulluce, Vitulus, diminutivum nom. **Bull**, quod *vide*.

* **Bully** *fellow*, vel q. d. **Burly**, vel q. d. **Bulky** (i. e.) Vir Liberaliori Victu probè Saginatus, vel q. d. **Bull**-*ey'd*, Gr. Βλωπὸς (i. e.) oculis Grandioribus & vividis præditus, v. **Bulk**, **Burly**, & **Bull**.

Bulrush, inquit *Minshew*, q. d. Juncus, Validior & Grandior; ut enim Βῶλος Græcis, sic antiquis Anglo-Saxonibus Taurus, **Bull**, significationem intendebat.

Bulwark, à Belg. **Bolwerck**, Teut. **Bollwerck**, Fr. G. *Boulevert*, It. *Baloardo*, Propugnaculum, *a* **Boll**, Globus, & **Werck**, Opus, Fabrica, q. d. Fabrica Globosa, Sphærica. *Menagius* deducit *à* Teut. **Bol**, Trabs, & **Werck**, Opus, q. d. Fabrica ex Trabibus constans, sed **Bol** hoc sensu nusquam mihi occurrit. *Salmasius à* Gr. Βῶλος, Βωλεὰς, q. d. Opus Cespititium. Datur & Dan. **Wold**, **Bolwerck**, Agger ejusdem prosapiæ.

Bum, Biga Natium seu Clunium, fort. *à* Belg. **Bomme**, seu **Bende**, Operculum Dolii, quia sc. nates Incumbentes ano operculi vicem præbent. Vir. Rev. deflectit *à* Belg. **Bodem**, Frisiis **Boem**, Fundus; est enim Fundus & quasi fundamentum corporis, eóque substratus ipsi anus nobis & Gallis **Fundament** dicitur.

Bumbast, *à* Fr. G. *Bombasin*, Tela ex Linteo & Gossypio facta, *à* Lat. *Bombex*, *Bombyx*, q. d. Bombycina; Veteres enim hoc nomine non tantùm Sericum, Bombycum vermium opus, sed etiam Gossypium seu Erioxylon, eóque quamvis languinem mollem & delicatam, texendis vestibus commodam appellabant, ut ex Plinio probat *Vossius* in Et. LL. voce *Bombyx*, *vide* & *Salmas.*

Not.

Not. *Plin.* in Sol. pag. 296.

Bumbaſt, nobis Linteum duplicatum ſtuppâ interjectâ conſutum, hinc **Bumbaſt** *words or Stile*, (i. e.) Sermo vel Stylus Inflatus, & quaſi ſtuppâ refertus, v. **Bumbaſin**.

Bumble, *or* **Humble** *Bee*, *à* Teut. **Hommelin**, vel **Hommlen**, It. *Bombare*, Lat. *Bombilare*, Gr. Βομβεῖν, omnia à ſono ficta. Datur & Βομβύλη, Βομβύλιον, Βομβύλιος, quod Apis quædam Strepera exponitur.

Bumkin, Colonus Inſubidus & Ineptus, neſcio an *à* Belg. **Boomken**, Arbuſcula, dim. ꝛc **Boom**, Arbor, Lignum, illis enim **ken**, ut nobis **kin**, minuit. Stultus autem etiam Latinis Stipes & Lignum dicitur. Doct. autem *Th. H.* dictum putat quaſi **Pumpkin** vel **Pumpion**, quî ſc. Peponibus, viliſſimo victu, veſcitur.

Bunch, Tuber, Racemus, *ab* It. *Bugno*, Tuber, Nodus, vel *à* Fr. G. *Boſſe*, Gibbus, Tuber, *Bogne*, Umbella in Plantis quæ ſemina continet, Faſciculus. *Minſheu* à Gr. βῶλος, Tumulus, declinat. Mallem It. *Bugno*, *à* Lat. *Pugnus*, Fr. G. *Boſſe*, à *Puſa*, *Puſula*, v. **Botch**, & **Boſs**.

to **Bunch**, Percutere, *à* Lat. *Pugnus*, q. d. Pugno Ferire, vel *à* Belg. **Boken**, **Boocken**, Fr. G. *Bugner*, Tundere, Pulſare, per Epentheſin ꝛ n. hoc autem **Boken**, ut & Fr. G. *Bugner* fort. declinari poſſet *à* Lat. *Punctare*, freq. verbi Pungere.

Bundle, *à* Belg. **Bondle**, **Bundel**, Teut. **Bundtel**, **Bündel**, Faſcis, Sarcina, Fr. G. *Buteau*, Faſcis, omnia *à* verbo **Bind**, quod *vide*.

Bung, *to nip a* **Bung**, in myſticâ ſc. Erronum linguâ, Crumenam ſecare, *ab* AS. & Dan. Punꝛ, Pera, Marſupium, Vidulus, Crumena, Loculi, Sacculus, Dan. **Pung-Snider**, Feſto Manticularius, Plauto Zonarius Sector, Crumeniſeca.

Bung, **Bung-hole**, *à* Belg. **Bonde**, **Bomme**, **Bom-gat**, Fr. G. *Bondon*, Obturaculum, Epiſtomium, *Fr. Jun.* deflectit *à* Gr. πῶμα.

to **Bungle**, *à* Fr. G. dial. Aurel. *Bongonner*, Ineptè rem aggredi, *a* **Bungler**, C. Br. *Bwngler*, Imperitus artis cujuſvis, ſed hoc credo potiùs noſtræ originis eſt, Fr. G. autem *Bongonner*, ortum videtur à nom. *Bongeon*, Sagitta grandior Capitata, nobis *a* **Bolt**, q. d. Obtuſiori Sagittâ Petere, hoc à *Bonge*, Exuberantia inſtar bulgæ. Poſſet & noſtrum **Bungle**, deflecti *à* Fr. G. *Bondir*, Reſilire; qui enim Ineptè rem aggreditur ſubinde confuſus Reſilit, & Meditabundus opus tantillum intermittit. *Daviſius* autem non *Bungler*, ſed *Bongler*, ſcribit, & deducit *à* C. Br. *Bôn y gler*, (i. e.) ultimus Muſicorum ſeu Poëtarum.

Bunn, *ab* Hiſp. *Bunuelo*, *Bunnelo*, Fr. G. *Bignet*, Placenta quædam, hæc *Minſheu*. Fr. G. autem *Bignet*, ortum eſt à *Bigne*, Tumor ab ictu, à ſimilitudine ſc. hujus Placentæ & talis Tumoris vel Tuberis, hoc autem *Bigne* deflecti poſſit *à* Lat. *Pignus* pro Nota; eſt enim Tuberculum illud ab ictu relictum Nota Plagæ & quaſi Pignus, & nos **Marks** vocamus. Poteſt & deduci *à* Lat. *Pugnus* ratione manifeſtâ. Hiſp. verò *Bunnelo*, non incommodè declinatur *à Bueno*, q. d. Lat. Bonulus (i. e.) Bellus, ſeu ſatis Bonus, quo etiam ſenſu noſtrum **Bun**, *quasi* formari poteſt *à* Fr. G. *Bon*, q. d. *le Bon Pain ou Gateau* (i. e.) Bonus Panis ſeu Bona Placenta: Bonum autem pro Jucundo omnibus recentioribus Europæ linguis uſitatiſſimum eſt.

Bunt, *the* **Bunt** *of a Sail*, vox Nautica, ni fallor, q. d. *the* **Bent** *of a Sail*, Flexura, Sinuatio, Κάλυμμα ſeu Ἐγκάλυμμα Veli, ſc. illa pars veli quæ vento prægnat (i. e.) Ventum pleno ſinu excipit.

Bunting, Alaudæ ſpecies, Ridero Rubetra, fort. *à* Fr. G. *Bondir*, Reſilire, Saltitare, quia hæc avis humi Subſilire, & Saltitare ſolet, quod eò veriſimilius ſit, quòd univerſum Alaudarum genus humi nidulatur.

Barbott, *à* Fr. G. *Barbote*, *Barboche*, Holothuria, Muſtela Fluviatilis. Invenio autem Fr. G. *Barboche*, non apud *Cotgravium*, ſed apud Kilianum voce Ael Quabbe, vide **Powt**. Rond. & Bellonius *Barbote*, non à Barba vel Arunco, ſed *à* Fr. G. *Bourbe*, Lutum deflectunt, quia ſc. Cœnum roſtro, Anſerum modo, commovet; hoc autem *Bourbe*, ſi Græculus es eſſuriens, potes declinare *à* Gr. Βιῤῥοεις.

Burden, *ab* AS. Byrðen, Teut. **Bürde**, Dan. **Byrde**, Onus, Sarcina, C. Br. *Burn*, ſed noſtræ originis. Affinis eſt antiqua vox Latina *Burdo*, quæ Mulus exponitur; eſt autem Mulus animal oneribus ferendis valdè idoneum. Et quidni **Burden**, à *Burdo*, cùm omnibus Criticis in confeſſo ſit, Onus *à* Gr. Ὄνος Aſinus deflecti? *Mer. Caſ.* *à* Gr. βαστάζω deducit.

Burganet, à Fr. G. *Bourguignotte*, Cassis quædam, q. d. Cassis Burgundica.

Burgeon, à Fr. G. *Bourgeon*, Germen, hoc fort. à *Bourre*, Lanugo mollis, Villus, pleraque enim Germina mollia & lanuginosa sunt.

Burger, à Teut. **Burger**, **Bürger**, Belg. **Borgher**, Civis, v. **Borough**.

Burglary, vox Forensis, sed vulgò nota, ergo hujus loci, AS. Burg-Bryce, Effossio, Perfossio Parietum, Τοιχωρυχία: Est autem vox hybrida *ab* AS. Burg, Arx, & Normannica terminatione **Lary**, **Lary** verò in compositione Latrocinium significat, à Fr. G. *Larron*, Latro, Larrecin, Latrocinium, q. d. Arcis seu Castelli Latrocinium; Domus enim est cujusque Arx, v. **Borough** & **Larceny**. Doct. *Th. H.* deflectit *ab* It. *Balcorare*, quod si ita sit, quod sanè non credo, cum alterum Etymon longè facilius sit, & nos non ab Italis sed Anglo-Saxonibus, & Normannis leges nostras acceperimus: hoc *Balcorare*, libenter deducerem à nom. *Balcone* Podium, item Patavinis & plerisque Longobardis Fenestra, quia tales Latrones per fenestras in ædes irrumpunt, &, interdum etiam uncis, res quas volunt extrahunt.

Burgrave, Teut. **Burggraff**, Belg. **Borgh-Graef**, vel **Grave** (i. e.) Urbis seu Oppidi Præses vel Præfectus, Eurip. & Synes. Πολιάρχης (i. e.) Ἄρχων seu Ἔπαρχος τῆς πόλεως, v. **Borough** & **Grave**.

to **Burl**, vox Lanificum propria. Sic autem Vigorniæ, si rectè memini, dicitur floccos lanæ recens factæ extantes Pectine ferreo Evellere, à Fr. G. *Bourre*, Flocci, Tomentum, Villi.

Burlesk, Poesis Jocularis Imitatoria, vox nuper, cum re ipsa, Civitate nostrâ donata, *ab* It. *Burlesco*, Jocularis, *Burlare*, Jocari. Datur & ejusdem originis verb. Fr. G. *Burler*, nom. *Burlesque*. Sed unde, inquies, It. *Burlare* & *Burla?* fort. à nom. *Parola*, Dictio, vocabulum, omnino ut Dicterium à Dicendo, vel à Lat. *Ferula*, q. d. Ferulare (i. e.) Sannâ verberare.

Burley, a **Burley man**, nobis Grandis, & Obesulus, q. d. **Boorlike** (i. e.) Agricolæ similis; Agricolæ enim propter labores & inde plenum victum corpore grandiores sunt. Nisi malles ortum à Teut. **Gebührlich**, Decens, Decorus, hoc à verb. **Gebühren**, Decère, quia sc. Εὐσχημία cum aliqua, sed non enormi, pinguedine viro decora est, feminæ indecora.

Burn, *ab* AS. Bærnan, Byrnan, Belg. **Bernen**, **Burnen**, **Brunden**, Teut. **Brennen**, Fr. Th. **Brennan**, **Brennen**, **Brinnen**, Fr. G. *Brenyr*, Dan. **At-brænde**, Ardere, Urere, Ustulare, Torrere, Brænder, Uro. AS. Bærning, Brenning, Ustio, Brynerð, Ardens, Birned, Combustus. Datur & Fr. Th. **Brandaa Silber**, Argentum igne probatum, à verbo **Brennan**, Urere, quod *Fr. Jun.* deflectit à Gr. πυρ. Mallem omnia hæc declinare à Lat. *Furnus*, q. d. Furnare, (i. e.) Furno immittere.

Burnet, Pimpinella herba ideò, inquit *Minsheu*, sic dicta, quia ad Ustiones efficax est, quod an verum sit nescio. Certè Vulneraria & ἰκαμικὸς est; vel fort. à vet. Angl. **Bourn** vel **Burn**, Rivus, vel Fons, quia circa rivos & fontes potissimùm nascitur.

Burnish, à Fr. G. & Hisp. *Brunir*, It. *Brunire*, Expolire, putà Arma, credò à verb. *to* **Burn**, quia arma accuratè polita, & vernisò, ut loquimur, illita, adeò intensè splendent, ut quasi Ardere videantur. Hinc Poetis Gladii Micantes & Coruscantes dicuntur. Doct. autem *Th. H.* cui sanè assentior, sic dictum existimat quia argentum postquam Alcali incoctum est album instar nivis apparet; postquam autem Tutiâ expolitum est lævigatâ superficie obscurius redditur.

Burr, Lappa, Lappula, à Fr. G. *Bourle*, Flocci, Tomentum, Lanugo, sc. à semine tenero, molli, levi, & lanuginoso, quod instar seminum Jaceæ nigræ, vento difflatur.

Burr, sic dicitur Radix Cornu Cervi junioris jam cornua proferre incipientis, à Fr. G. *Bourre*, Tomentum, Lanugo; quia principio est mollis & quasi Tomentosa.

Burrelly, Tabanus, μύωψ, elegans sanè vocabulum, à Fr. G. *Bourreau*, Carnifex, *Bourreler*, Excarnificare, Torquere, Vexare, quia sc. misera jumenta æstate excarnificat, & quasi in furorem adigit. *Menagius* de Etymo τοῦ *Bourreau* desperat, & ignorantiam fatetur. Quid mihi misello sperandum restat? Non tamen magnum scelus esset deflectere à Lat. *Forulare*, pro *Forare* & inde, AS. Borian, Belg. **Boren**, Terebrare; quia sc. corpora damnata gladio perforat, confodit & concidit.

Burrow *of Rabbets*, v. **Conyberry**.

Burse, à Belg. **Borse**, Fr. G. *Bourse*, Basilica, seu Locus ubi, mercatores con-

conveniunt, sed primariò Crumena, Marsupium, sic dictum fort. quia eò conveniunt pleni marsupia (i. e.) Divites, vel potius, ut mihi quidem videtur, *à* Teut. **Burſch**, Societas, Sodalitium, hoc *ab* AS. Boꝛg, Boꝛh, Teut. **Bürg**, Fidejussor (i. e.) Sodalitium mutuâ Fidejussione & stipulatione munitum.

Burſer, Dispensator, *à* Fr. G. *Bourſier*, Marsupii custos, **Bourſe**, Crumena, v. **Purs** & **Bowſer**.

Burſt, *ab* AS. Bupꝛtan, Bæꝛꝛtan, Beoꝛꝛtan, Rumpere, Abeꝛꝛtan, Rumpere & Rumpi, Belg. **Burſten, Barſten, Boꝛſten, Berſten**, Teut. **Bꝛeſten, Berſten, Bꝛüſten, Fü ſten**, Crepare, Disrumpi, AS. Boꝛꝛten, Ruptus. Nescio an hæc omnia *à* Fr. G. *Efforcer*, vel potiùs *ab* AS. Boꝛan, Perforare; quia sc. quæ fatiscunt & rimas agunt, & perforantur.

Bury, *ab* AS. Biꝛian, Byꝛꝛgean, Byꝛꝛgan, Bebyꝛꝛgean, Bebyꝛꝛgean, Sepelire, Byꝛꝛgeb, Sepultus, *à* nom. Beoꝛꝛ, Tumulus, Acervus, Fr. Th. **Berge**, Dan. **Bierg**, Teut. **Berg**, Mons: vel, inquit *Minſhew à* Teut. **Bergen**, Tegere, vel q. d. **Be-Groen**, hoc est terrâ Condere, v. **Berough**. Nec tantùm Anglo-Saxones sed & veteres Romani Lapidum moles & terræ aggeres in Sepultorum memoriam erexerunt, ut in voce Tumulus liquidò apparet.

Bury, in terminationibus Urbium & Oppidorum idem quod **Boꝛough**, quod *vide*.

Buſh, fort. *à* Belg. **Buſch**, Fr. G. *Bois*, It. *Boſco*, Sylva, Teut. **Buſch**, Fr. G. *Buiſſon*, Dumus, Vepres, *Bouchon*, Hedera, seu Signum Oenopolii, hoc fort. nostræ originis. *Fr. Jun.* deflectit *à* Gr. βύσσω, ut Nemus *à* νέμω. Mallem cum viro Rev. deducere *à* Lat. *Arbuſcula*.

Buſhel, *à* Fr. G. *Boiſſeau*, Modius. *Menagius*, nescio quàm benè deflectit *à Boſſe*, Tuber. Mallem *à* Teut. **Büſchel, Büſchlein**, Fascis, Fasciculus, Manipulus, hoc fort. corruptum *à* Lat. *Pugillus*.

Buſk, *à* Fr. G. *Buſc*, *Buc*, *Buſq*, *Buſt*, Fulcrum Vestiarium feminarum, fort. *ab* It. *Buſto*, Truncus corporis, hoc *à* Lat. *Buſtum*, quia sc. Trunco corporis (i.e.) Pectori applicatur. Et sanè mira est sensûs translatio *à* Lat. *Buſtum* pro loco ustionis funebris, ad It. *Buſto* pro *Trunco*, ideò autem sic dictum puto, qui corpora olim urere solebant, quasi Ambustum sc. corpus, vel Truncus.

Buſkin, *à* Belg. **Bꝛoſeken, Bꝛoſken**, Fr. G. *Botine*, *Brodequin*, It. *Bꝛzacchino*, *Bottino*, Cothurnus, Gr. pl. Βυσσίνε. Invenitur apud *Hesychium*, Βοηθητικὲ ἐπὶ τὸ κατὰ ἀνδρῶν γυναικὸς, fort. *à Beronicâ Regina*, Titi Augusti Amasia, quæ Cothurnata incessit, vel *ab* alia ejusdem nominis. Fr. G. autem *Brodequin* fort. ortum duxit *à* verbo *Broder*, Auro seu Argento consuere seu Intexere, Aureo seu Argenteo filo arte Phrygionià pingere: *Broder* autem factum est per Metathesin *à Border*, Fimbriam adsuere, hoc *à Bord*, Ora, Margo, seu Fimbria vestis, quia olim apud Romanos Patricii Adolescentes togam tantùm limbo Purpureo seu Aureo prætextum gestabant. Fr. *Botine*. It. *Bottino*, manifestè orta sunt, *à* Fr. G. *Bote*, Ocrea, q. d. Ocreola, reliqua ab his duobus *Brodequin* & *Botine* corrupta sunt, v. **Boid, Bꝛoder**, & **Boots**.

Buſs, *à* Belg. **Boeſen, Bouſen**, Fr. G. *Baiſer*, Hisp. *Beſar*, It. *Baſciare*, omnia *à* Lat. *Baſiare* (i. e.) Osculari.

Buſtard, *à* Fr. G. *Biſtarde*, *Otarde*, *Outarde*, *Oſtarde*, Hisp. *Abutarda*, It. *Bucciavio*, *Gallo-Pavo* Sylvester, *Adr. Jun.* Tarda, Tetrax, ἄπε, Ridero Asio, Fr. G. autem *Biſtarde*, satis aptè flecti possit *à Bis* & *Tardus*, q. d. avis valdè Tarda, quoniam præ nimia magnitudine & gravitate difficillimè se in aerem tollit, & sublata Tardiùs volat.

to **Buſtle**, v. **Bꝛuſtle**.

Buſy, fort. *ab* AS. Byſgian, Abyſgean, Occupare, Gebyſgoð, Occupatus, Belg. **Beſich, Be-Sich**, Occupatus, Fr. G. *Beſogne*, It. *Biſogno*, Opus, Negotium, Fr. G. *Beſogner*, Laborare, Negotiari, Operam dare, It. *Biſigare*, *to be* **Buſy** *or Meddle with any thing*. Invenitur & in *Gl. Lipſ.* Biſa, Turba, & cognatum Part. AS. Abyſgoð, Turbatus, & nos etiamnum dicimus, *troubled with* **Buſineſs** (i.e.) Negotiis turbatus, ubi quis multis occupationibus districtus est, v. *Somner Gl. Lipſ.*

But, ut ubi dicimus *none* **but** *he*, *ab* AS. Buꝛe, Buꝛan, Præter, Nisi, Sine; hinc levi flexu, postea cæpit, loco antiqui Anglo-Saxonici Ac, Sed, designare. Buꝛe autem & Buꝛan, tandem deflecti possunt *à* præp. **Be**, Circa, vel Beon, Esse, & Ute vel Utan, Foris.

But, *à* Fr. G. *Bout*, Extremitas, Finis, Punctum, *Aboutir* ad Finem tendere, Accedere, Acuminari. **But** etiam in re Nautica Extremitatem alicujus rei signat, manifestè Franco-Gallicæ originis, v. **Abutt**.

Butcher, *à* Fr. G. *Boucher*; It. *Beccaro*

Lanio, fort. sic dictus, quòd Capros, qui Fr. G. *Boucs*, It. *Becchi* dicuntur, occidit, vel potiùs; secundùm *Menagium*, quòd carnem in Bucceas seu frustra concidit, quasi Buccearius.

Butler, *à* Fr. G. *Bouteillier*, It. *Bottigliere*, *Bottegliere*, Promus seu Custos utrium, Lat. Barb. *Buticularius*, v. **Bottle**, & **Butt**.

Butt, *ab* AS. Buttɛ, Bỳttɛ, Belg. **Botte**, **Butte**, Teut. **Biete**, **Bitte**, **Bütte**, Fr. G. & It. *Botte*, Cupa, Dolium.

Butt, piscis è Passerum genere, vel *à* Teut. **Butte Dhuetzo**, Passer piscis sole tostus, vel potiùs *à* Belg. **Bot**, **Bot-bisch**, Passer piscis, v. **Halibut** & **Oelpowt**.

to **Butt**, cornu Impetere, Κυείζειν, Κερύζειν, *à* Belg. **Botten**, Pulsare, Teut. **Pochen**, Percutere, Belg. **Kupchen**, Fr. G. *Bucquer*, *Bucquer*, Pulsare, Concutere, *Bocquer*, Irruere, Impingere, item It. *Botta*, Ictus, vel potiùs *à* Fr. G. *Bouter*, It. *Buttare*, prorsùm Impellere, Protrudere, hæc duo postrema *à* Lat. *Pultare*, freq. verbi Pellere.

Butter, *ab* AS. Buttɛpe, Belg. **Boter**, Teut. **Butter**, Butyrum, Belg. **Botermelck**, Teut. **Butter-milch**, Lac Butyraceum seu Ebutyratum, Serum Butyratum. *Vossius* & *Hoffmannus* hanc vocem à Germanis, mediantibus Scythis & Thracibus, qui Germanicâ sc. linguâ usi sunt, in Græcam linguam transsumtam putant; Græci enim Βύτυρον appellant. Imò potiùs credo ἀμέλγω, à Gothis maris Euxini accolis eóque vicinis manâsse.

Butter-bump, Onocrotalus avis, fort. *à* lævitate ferè *Butyraceæ* pennarum, & sono quem edit: vel ab eodem sono **Bump**, & Belg. **Butoor**, Ardea Stellaris, v. **Buzzard**.

Butter-fly, *ab* AS. Buttɛp-flɛge, Teut. **Butter-fliege**, Belg. **Boter-vliege**, Papilio, nobis sic dictus ob lævitatem ferè Butyraceam Alarum hujus animalculi, quæ sc. Microscopio utenti, Plumularum densâ serie instructæ & stipatæ apparent.

Buttery, Cella Penaria, Promptuaria, Promptuarium, Armarium, vel *à* nostro **Butter** quod vide, q. d. locus ubi Butyrum asservatur, vel potiùs Fr. G. *Bouter*, Ponere, q. d. Repositorium, v. **Put**.

Buttock, Clunis, Natis, *à* Belg. **Bout van Been**, Ossis, sc. Femoris, Obex seu Repagulum (i. e.) q. d. Anglicè, *the* **Bolt** *of the bone*, vel *à* Fr. G. *Bout*, Extremitas, Extuberantia, *Abontir*, Acuminari, q. d. Carnes, seu Musculi Extuberantes, & est sanè valdè insignis musculorum Gloutæorum Extensioni femoris inservientium Protuberantia. Doct. *Th. H.* deflectit *à* dicto *Bout*, & AS. Hoh, nostro **Hough**.

Button, *à* Fr. G. *Bouton*, It. *Bottone*, Sphærula Vestiaria, Fibula, utr. *à* Fr. G. *Bouter*, It. *Buttare*, Foràs seu Prorsum Impellere, Protrudere, quia sc. Protuberat. *Menagius* utr. deflectit *à* Lat. *Pultare* pro *Pulsare*.

Button, in plantis *à* Belg. *Botte*, Fr. G. *Bouton*, Gemma, Germen, Oculus, v. *to* **Bud** & **Button**.

Buttress, Tibicen, Fulcrum, Ridero Anteris pl. Antes, vel *à* Fr. G. *Abontir*, Protuberare, Acuminari, quia extra ædes, quas fulciunt, sitæ sunt, vel *à* Lat. *Fultare* frequentativo verbi Fulcire, vel, non parùm deflexo sensu, *à* Fr. G. *Bretteſſe*, Pinnæ murorum, hoc autem *Bretteſſe* ortum est *à* part. *Brettè*, instar Serræ incisus seu denticulatus; Pinnæ enim dentes Serræ figurâ referunt. Sed unde, inquies, Fr. G. *Brettè*? fort. *ab* AS. Bpỳtan, Frangere, Run. Dan. **Bryttia**, Dissecare, Laniare.

a **Buttwinc**, Ridero Capella avis. Nescio an sic dicta *ab* AS. Butɛ, Extra, & verbo Wincian, Nivere, fort. à frequenti istius avis Nictitatione.

Buxom, *ab* AS. Bocsum, Obédiens, Tractabilis, hoc *à* verbo Bugan, Flectere, q. d. Flexibilis, quod eò confirmatur quòd apud *Chaucerum* **Buxumnes** exponitur **Lowlineſs** (i. e.) Humilitas, ταπεινοφροσύνη.

Buy, *ab* AS. Bỳcgean, Bebỳcgean, Emere & Vendere, Abohr, Bohre, Bebohr, Bixen, nobis **Bought**, Emtus, *Minsevus* deflectit a Belg. **Bieden**, Licitari, v. *to* **Bid**.

to **Buzz**, verbum à sono petitum.

Buzzard, Accipitris species, *à* Fr. G. *Buſard*, *Buzart*, *Buiſſart*, dialecto Sabaudicâ, *Bonſart*, It. *Buzzago*, Teut. **Bushard**, **Busert**, quibusdam Tinnunculus, *Hes.* πτέρυξ, κιγκίλος. Omnia fortasse *à* Lat. *Buteo*, quam vocem vide apud *Voss.* in Et. LL.

By, *ab* AS. Bi, Big, Fr. Th. **Bi**, Teut. rec. **Bey**, Belg. **By**, Propè, Juxtà, unde Belg. **Byname**, Agnomen.

By, terminatio Nominum, Pagorum & Oppidorum innumerorum, *ab* AS. Bỳe, Habitatio, hoc *à* verb. Byan, Fr. Th. **Boûmen Been**, Habitare, Teut. **Bauen**, Belg. **Bouwen**, Ædificare, Incolere,

lere. Datur & Dan. Bygger, Ædifico, & Bye, Urbs, Oppidum, quod ad noſtrum ſenſum etiam quàm AS. Bÿe propiùs accedit.

By By, vox nutricum infantes ad ſomnum provocantium. *Mer. Caſ* deflectit *à* Gr. Βαύζω, Dormire, Sopire, eſt autem manifeſtè vox ἀνοματοποιητική.

By-word, *ab* AS. Biworð, Proverbium, q. d verbum ſeu ſermo quem ſemper in vicino (i. e.) ſemper promtum & in ſummis labris habemus, v. By & Word.

C

Cabbage, *à* Fr. G. *Cabus*, ut *Choux Cabus*, It. *Cabuccio*, *Capuccio*, Belg. Kabuys, Teut. Capiskraut vel Cappiskraut, omnia *à* Lat. *Caput*, q. d. Braſſica Capitata.

Cabbin, nobis Cubiculum in navi, parùm deflexo ſenſu, *à* Fr. G. *Cabane*, Hiſp. *Cabanna*, It. *Capanna*, C.Br. *Caban*, Caſa, Gurguſtium, Tugurium, omnia *à* Lat. *Cavana*, *Cavea*, unde & ortum eſt AS. Copa, Cope, quod idem ſignat. *Menagius* deflectit *à* Gr. Καπάνη, quod Præſepe & genus quoddam Vehiculi notat. *Salmaſ.* autem, quod eodem recidit, *à* Lat. *Cabana*, & hoc *à* Gr. Καπίνη, Præſepe quod *à* verb. κάπτειν, Edere, declinat, vide Not. *Plin.* in Sol. pag. 1205.

Cabbinet, *à* Fr. G. *Cabinet*, It. *Cabinetto*, Arca Secretior, Repoſitorium, utr. ἀμίονος, Diminutivum vocis Cabbin, mediatè, ut dictum eſt, vel *à* Lat. *Cavea*, vel *à* Gr. Καπίνη.

Cable, *à* Belg. Cabel, Fr. G. *Chable*, *Cable*, Rudens, fort. utr. *à* Gr. Κάλως vel Κάμιλος idem ſignantibus.

Caboſhed, vox Fœcialium (i. e.) Scutum Capitibus Taurinis inſignitum, *ab* Hiſp. *Cabeça*, vel potiùs Fr. G. Dial. Picard. *Caboche*, Caput, quod qui *ab* Hiſp. *Cabo*, It. *Capo*, & tandem Lat. *Caput*, deſcendere qui non videt cæcus eſt.

Caburn, vox Nautica, exponitur Funis tenuis ex filo netili quo colligantur Rudentes, vel *à* Fr. G. *Chaperon*, Calantica ſeu Capitium mulierum, vel *à* Fr. G. *Chevron*, Hædus, quia reſpectu majoris Rudentis quem ambit, Pullus vel infans videtur. Tὸ *Chaperon* autem *à* Lat. *Caput*, ut *Chevron*, ἀμίονος, *à* Fr. G. *Chevre*, cujus Διπλοκεντητὸν eſt, mediatè *à* Lat. *Caper* ſidens declino.

to **Cackle**, *à* Belg. Kaeckelen, Gaghelen, Gaghen, Fr. G. *Cagneter*, It. *Cacchierare*, *Chioccolare*, Hiſp. *Cacarear* primariò. Glocitare inſtar Anſeris, ſecundariò Garrire, Blaterare, omnia à ſono ficta.

Cackrell, ſecundùm Rondeletium Romanis & Liguribus Menola, Maſſilienſibus Mendole, quibuſdam Cagarel, Mæna, vel Mænis piſcis ſic dictus *à* *Cacando*, quia alvum movet.

Caddis, v. Codmorm.

Cade, *a* Cade *lamb*, Agnus domi Educatus, It. *Caſiccio à Caſa*, Domus. Cade autem, credo, oritur *à* Fr. G. *Cadel*, diminutivo antiquæ vocis *Cade* quæ jam obſolevit; *Cadel* autem exponitur Mollis, Delicatulus, hinc verb. *Cadeler*, Blandè & Delicatè Alere, tum autem *Cade*, tum *Cadel* contracta videntur *à* Lat. *Delicatus*, *Delicatulus*, *Delicatellus*.

Cage, *à* Fr. G. *Cage*, It. *Gaggia*, Gabbia, omnia *à* Lat. *Cavea*.

Cafoll, vox nuper Civitate donata, *à* Fr. G. *Cageoler*, *Cajoler*, It. *Gazzolare* primariò ſonum edere inſtar Graculi, ſecundariò Garrire, Blaterare, It. *Gazzola*, *Gazza*, Graculus, Monedula. Doct. *Th. H.* deflectit *a* Fr. G. *Cage*. Mallem *à* dictis It. *Gazzola*, *Gazza*, & hæc *à* Lat. *Graculus*, vel à ſono naturali quem edunt Graculi, per onomatopœiam, & nos dicimus *to* Chatter, tum de Homine, tum de Graculo vel Monedula Garriente.

the **Caining** *of a rope*, vox Nautica ſic dicitur ubi Rudens attrahentem ſequitur, q. d. *the* Gaining *of a rope*, quo etiam ſenſu uſurpatur *Purchaſing*; dicunt enim nautæ *a* Rope *Purchaſes*.

Caitiff, *a* Fr. G. *Chetif*, It. *Cattivo*, propriè, Captivus, Servus, & per tranſlationem, Miſer, Perditus, Malus, Nequam, Subdolus, Sceleratus; Servi enim plerique omnes Aſtuti & Furaces ſunt, ut etiam à Comicis Græcis & Latinis ferè ad proverbium obſervatur.

Cake, *à* Dan. Kag, Belg. Koeck, Teut. Kuch, Placenta, Libum, C.Br. *Caccen*, Arab. *Caac*, Daviſius à *Coquendo* deflectit, v. Cook.

Calamanco, Pannus quidam. *Salmaſius* dicit Pilea rotunda, mediis ſæculis Calamancos eſſe appellata. Quid ſi deflecterem *à* Gr. Καλὸν, & Lat. *Mantum*, Gr. μαντὸν, q. d. Pannus Palliis conficiendis idoneus, v. Mantle.

Calamary *fiſh*, *ab* It. *Calamaro*, primariò Attramentarium, Melanotheca, Calamotheca, ſecundariò Loligo, Polypus, & Sepia piſcis, ſic dictus vel quòd Atramentarium figurâ refert, vel potiùs quod iſte

iſte piſcis atrum liquorem fundit. Vox autem apud ſolum Riderum occurrit.

Calendar, *à* Fr. G. *Calendrier*, Faſti, q. d. Lat. *Calendarium* (i. e.) *Calendarum* totius anni Enumeratio.

to **Calender**, *à* Fr. G. *Calendrer*, Lævigare, Polire pannum, fort. utr. *à* Gr. Καλλύνω.

Calf, *ab* AS. Calf, Belg. **Kalf**, Teut. **Kalb**, Vitulus, AS. Calfian, Belg. **Kalfken**, **Kalven**, Teut. **Kalben**, Fœtare. Veteres Galli, authore *Suetonio*, Vitulum *Kalba* appellârunt. *Goropius Becanus à* Cimbrico *Cal*, Pulcher, & *Lef*, Vita deflectit, vide *Minſhew*, hinc *the* **Calf** *of the Leg*, Gaſtrocnemium, q. d. Cruris Vitulus (i. e.) Crus minus, ut Pollex reſpectu manûs dicitur Ἀντίχειρ, quaſi Altera vel minor Manus.

Calver, *à* Fr. G. *Calibre*, Tormentum Bellicum majus, utr. *ab* Æquilibrio deflectit *Minſhew*; *Calibrer* enim Æquiparare ſignificat, & Qualibre Calibre primariò proportionem Sclopetti, & internam Cavitatem denotat; q. d. Æqua, Libra, (i. e.) Tormentum ſecundùm exactam proportionem elaboratum.

Calk, *to* **Calk** *a ſhip*, navem Reſarcire, *à* Fr. G. *Calage*, Stuppa, & alia Materia quâ Reſarcitur & Reparatur navis. Neſcio an hoc *à Calce*, vel potiùs *à Calcando* (i. e.) Inculcando materiam arcendæ aquæ idoneam. Veriſimillimum autem omnium Etymon eſt *ab* AS. Cæle, Carina, q. d. *Calage* vel *Keelage* (i. e.) materia quâ Carina reſarcitur; Carinam autem pro nave per Synecdochen uſurpari etiam pueri nôrunt, & vulgò *to* **Carine** *a ſhip*, pro navem Reparare dictitamus.

Call, *à* Dan. **Kalder**, Voco, **til Kalde**, Advoco, unde & Belg. **Kallen**, Dicere, Colloqui, Plerique omnes deflexum putant *à* Gr. Καλέω, & eſt ſanè fœlix ἀντίφρασις. *Cardano* etiam teſte *Col* Indicè & Hebraicè, & *Caul* Arabicè Vocem deſignat.

Card. de rer. Var. lib. 17. cap. 96.

Callico *cloth*, Tela quædam molliuſcula ſic dicta *à Calecuto* celebri Indiæ citerioris Urbe, & Emporio, unde in Europam advehuntur hujuſmodi Telæ.

Calm, *à* Belg. **Kalm**, Fr. G. *Calme*, It. & Hiſp. *Calma*. *Minſhew à* Gr. Καλύπτω, Sudum deflectit, Cov. *à* Gr. Κῶμα, quia ſc. ubi Venti flare deſinunt, aer æſtuat.

Caltrops, *ab* AS. Colcpæppe, Tribulus ſeu Carduus Stellatus, item, propter ſimilitudinem Inſtrumentum Bellicum quo Equorum pedes intercipiuntur, & vulnerantur, pl. Lat. *Murices*, Gr. Τρίβολοι; vel, ut optimè monet *Minſhew*, *à* Fr. G. *Chauſſe-trappes*, vel *Chauſſe-attrappe* ſic dicti, quòd veſtibus hærent, iiſque ſe affigunt, vel, ut ſcitè divinat Ἐνυάλιος, *Th. Henſh.* Arm. q. d. *Cheval-attrappe* (i. e.) Gr. ἱππάγρα, à nom. *Chauſſes*, Caligæ, Calcei, item Subligacula, *Cheval*, Equus, verbo *Attrapper*, Arripere, Comprehendere, Irretire, Implicare, *vide* **Hoſe** & **Trap**.

Calvery, vox Fœcialium. **Croſs Calvery** (i. e.) Crux, ſuper gradus inſtar Scalæ *Jacobi* erecta, inquit *Morgan*: q. d. Crux Calvariæ ad memoriam Crucis Chriſti in montem Calvarium per Scalas evectæ.

Cambrick, Teut. **Kammertuch** vel **Cammertuch**, q. d. Tela Cameracenſis ab Urbe *Cameraco*, quæ Belg. **Kammertick**, Teut. **Kammerich**, Fr. G. *Cambray* appellatur, v. **Cambric** in *Et. On.*

Cambring, vox Nautica præſertim Fabrorum navalium propria, *ab* ant. Fr. G. jam obſ. *Chambrè*, Lat. *Cameratus*, Concameratus, Gr. Καμαρωτὸς, omnia *à* Καμάρα, Fornix, q. d. Fornicatus, v. **Manwaring** in Dictionario Nautico.

Camerade, *à* Fr. G. *Camerade*, It. *Camerata*, Hiſp. *Camarada*, Sodalitium, Contubernium, deflexo etiam parùm ſenſu, tum nobis tum Gallis Contubernalem notat, *à* Fr. G. *Chambre*, It. *Camera*, Cubiculum, v. **Chamber**.

Camiſade, *à* Fr. G. *Camiſade*, It. *Camiſciata*: dicitur ubi milites noctu ex improviſo invadunt hoſtes Induſiis ſuper arma contecti, ut meliùs ſe invicem dignoſcant, *ab* It. *Camiſcia*, Fr. G. *Chemiſe*, Induſium, Camiſcia autem labente Imperio in uſu eſſe cœpit; ut enim *Scaliger* obſervat, invenitur apud *Paulum* Juriſconſultum, nec non apud D. *Hieron.* Epiſt. ad *Fabiolam* de Habitu Sacerdot. vocem idem *Scaliger* deflectit *à* Barb. Hiſp. quod etiamnum Hiſpanis in uſu eſt, *Cama* pro Lecto brevi & humili, & hoc *Iſidorus* deducit *à* Gr. χαμαὶ. v. *Menag.* voce *Chemiſe*.

Cammock, *ab* AS. Cammoc, Cammec, Cammuc, Peucedanum vel potiùs Reſta Bovis ſeu Ononis herba. *Minſhew* ſatìs violenter, ne dicam ridiculè, *à Camo* deflectit, quia ſc. equos Arantes, inſtar Cami, impedit.

Camp, Caſtra, *ab* AS. Camp, Campe, Belg. **Kamp**, Teut. **Kampff**, Certamen, Bellum, AS. Campdom, Militia, Belg. **Kampen**, Teut. **Kämpffen**, Certare, Hiſp. *Campear*, Militare, Bellari, unde fort. Angl.

Angl. & Fr. G. **Champion**; fortasse omnia à Lat. *Campus*, hinc & Fr. G. *Camper*, Castra metari nobis *to* **Incamp**.

Can, *à* Belg. **Konnen**, Posse, Teut. **Können**, Scire, Posse, **ich kan**, Dan. **kand**, Possum, Alludit Gr. Ἴσχυς εἰμι.

Canary-bird, Ridero Vireo, Chloris, q. d. Avis Canarienſis, ſc. ex Canariis ſeu Inſulis Fortunatis advecta, Gr. φαλαιὸς, φαλιὸς, & colore viridi χλοηὶς, Avis μελωδοτάτη. Est autem quædam linaria ſpecies.

Cancell, Delere, Rescindere, *à* Fr. G. *Canceller*, It. & Lat. Barb. *Cancellare*, q. d. lineis Cancellatim ductis ſcriptum Delere.

Candlemaſs, Purificatio B. Mariæ Virginis, Lustratio, Gr. λυχνοκαὶη λυχνοκαυσία, Fr. G. *la Chandeluſe*, *la Feſte de la Chandeleur*, Teut. **Liecht-meſs**, q. d. Candelaria, vel Missa Candelarum, sic dicta quia multis luminibus accensis celebratur.

Candy, *Sugar*-**Candy**, vel *ab* Insula Candia seu Creta, vel *à Gandia* loco Hispaniæ Taraconensis ubi Saccharum copiosum nascitur, vel *ab Elkende*, *Elkendit* quod Arab. Saccharum simpliciter notat, vel, secundùm *Menagium*, à verbo sequioris sæculi *Candire* (i. e.) Dealbare, Purificare, unde Saccharum Canditum (i. e.) Defæcatum, Depuratum, vel secundùm *Salmasium*, *à* Gr. Κανδὶν, Κανδίον, quòd, cum frangatur, in partes dissiliat angulatas, Κάνθος autem etiam antiquis Græcis oculi Angulum signabat, unde It. *Cantone*, Fr. G. *Canton*, Gr. Barb. rec. Καντῶνι, pro Angulo ortum duxerunt, *v. Salmaſ.* in Sol. p. 1022.

Cane, Arundo, *ab* It. & Lat. *Canna*, quæ vox etiam apud Columellam reperitur.

Canker, It. *Canchero*, Fr. G. *Chancre*, vulgò quodvis Ulcus exedens seu Ἐσθίωμενον, præsertim si phlegmone obsessum sit, propriè autem & primitivè, ut ipse sonus docet, *Cancer*. Videtur etiam vulgò interdum Gangrænam significare, & tum, ni fallor, à *Gangræna* ortum ducit.

Canne, *ab* AS. Canne, apud Ælfricum, Dan. **Kande**, Teut. & Belg. **Kanne**, **Kan**, *Dhuezio* etiam **Kante**, Poculum, utr. fort. *à* Lat. *Cantharus*, *Dhuezius*, non illepidè deflectit *à* Teut. **Kahn**, Dan. **Kane**, Navicula, Scapha, à forma Scaphæ, prorsus ut Lat. *Cymbium* à Cymba.

Cannell, Doct. amico, cui soli acceptum refero, exponitur Carbo quidam in agro Lanc. frequens, nescio an *ab* AS. Cene, Acer & Ælan seu On-ælan, Accendere, Inflammare à vehementi sc. igne quem concipit, q. d. Carbo Accensu facilis, Εὐκαυστος, Εὐφλεκτος.

G. Rogers M.D.C. M. L.S.

Cannell-bone, Clavicula, q. d. os juxta Canalem, sc. Guttur, situm.

Cannions, *à* Fr. G. *Canons des Chauſſes*, *Minſeov* Perizomata, Ridero, Braccalia. *Canons* autem idem signat quod nostrum *Boothose tops*, & Gr. ὑπερκνημίδες vocari possunt: Fr. autem *Canons* dicuntur, quia intra cavitatem summitatis ocreæ undique complicatæ sinum efficiunt, quælibet autem Cavitas teres Fr. G. *Canon* dicitur, *à* Lat. *Canna* (i. e.) Arundo.

Cannon, *à* Fr. G. *Cannon*, It. *Cannone*, Machina Bellica, Ignivoma major, q. d. Magna Canna (i. e.) Magnus Tubus, seu Lituus à similitudine Cannæ seu Tubi, *vide* **Cane**. *Somner* in *Gloſſ.* ingeniosè sanè, ut solet, credo vix rectè contr. & corr. putat *à* **Mangonel**, Lat. Barb. *Manganum*, Catapulta bellica quæ usum Tormentorum præcessit, v. **Mangonel** in Et. *vocum Ant.*

Canon, *à* Fr. G. *Chanoine*, Lat. Barb. *Canonicus*, hoc *à* Gr. Κάνων, Regula, q. d. Regulis astrictus, Regularis.

Canopy, *à* Fr. G. *Canopée*, utr. *à* Gr. Κωνωπεῖον, quod propriè notat Rete quoddam ad excludendos culices in lecto jacentium faciebus obtendi solitum, *à* Gr. Κώνωψ, Culex; Nobis autem, non parùm deflexo sensu, Lecti ὑπερίπεμα, seu Prætentum & Umbellam, Umbraculum, Cælum aut ἱρασίσκιον, Principum capitibus in Pompis imminentem significat.

Canow, Cymba, μονόξυλον, vox vel Barbaræ Americanæ originis, vel potiùs *à* Teut. **Kahn**, Dan. **Kane Linter**, Navicula hoc fort. *à* dicto **Cane**, Canna, Arundo; Navicula enim instar Arundinis longa est & Cava.

to **Cant**, *or to use* **Cantiag** *language*, (i. e.) sermone Occulto, vulgò ignoto, & tantùm ex pacto significante uti. Nescio an *à* Teut. **Tand**, Vanum & Inane inventum, ridiculum Phantasma, vel *à* Lat. *Cento*, Centones, q. d. Certones vocabulorum malè cohærentium & ἀσύμων, vel *à* Belg. **Kond**, Notus, q. d. vocabulis conditis sensa animi sibi invicem nota facere. Vir rev. deflectit à *Cantando*, quia sc. errones isti Cantillando apud vulgus Lucellum sibi quærunt. Potest & formari *ab* AS. Geneat, Colonus, Rusticus, q. d. Sermo Rusticus, qui sc. à cultioribus ut Nobilibus,

M. H. SS. Th. D. Eccl. Cath. Linc. Decanus.

Au-

Aulicis ut urbium incolis non intelligitur. Sed nihil horum satisfacit.

Cant, à Belg. **Kant**, Angulus, v. **Canton.**

Cantle, à Fr. G. *Eschantillon*, *Chanteau*, Segmentum Angulatum, non, ut vult *Minshew*, à Lat. *Quantillum*, sed à Fr. G. *Canton*, It. *Cantone*, Angulus, & Gr. Κάνθος, v. **Candy.**

Canton, à Fr. G. & Hisp. *Canton*, It. *Cantone*, Angulus, fort. utr. à Gr. Κάνθος, oculi Angulus. Helvetis autem sic appellantur Provinciæ suæ vel Respublicæ Fœderatæ, q. d. Regionis Anguli, v. **Candy** & **Cantle.** Covarr. Hisp. *Canton* deflectit à Gr. Κάμπτω, Flecto.

Canton, vox Fœcialium Figura Quadrangularis, à Fr. G. *Canton* idem signante, sic dicta quia solum Scuti Angulum occupat, v. alt. **Canton.**

Cantred, apud Cambro-Britannos idem significat quod nobis *a Hundred*, Centuria, à C. Br. *Cant*, Centum, *Minshew.*

Canvass, à Fr. G. *Canevas*, It. *Canevaccio*, *Canevazzo*, hæc ab It. *Canapa*, *Canevo*, Fr. G. *Chanvre*, Lat. *Cannabis*, omnia à Gr. Κάνναβις ἡ, q. d. Pannus Cannabaceus seu Cannabinus.

to **Canvass**, à Fr. G. *Canabasser*, rem Excutere, Explorare, Inquirere, Examinare, Ventilare, Metaphorâ fort. à percutiendo vel excutiendo Cannabim sumtâ. Dicitur & *to* **Canvass** pro Ambire, Disceptare, acriter de Electionibus suffragia captare, & factiones hinc inde studiosè excitare & Fovere, secundùm eandem, ni fallor, Metaphoram; nihil enim hoc ambitu laboriosius.

Cap, *ab* AS. Cæppe, Pileus, Cappa, Caracalla, Coppe, Apex, Belg. & Teut. **Kappe**, It. *Cappa*, Capitium, Pileus, à Lat. *Caput.* Datur & C. Br. *Cap*, sed à nobis credo mutuatum. Cappa etiam apud Isidorum pro Pileo occurrit. *Fr. Jun.* Belg. **Kappe**, suo more, deflectit à Gr. Καπάω, quod Hesychio exponitur πιλέω κυνῆ. Datur & Dan. **Kappe**, Bardocucullus, item Pallium. Ejusdem originis est Gr. Barb. Κάππα, quod Gr. Καλύπτρα, Lat. *Ricinus* seu Ricinium exponitur.

Capable, à Fr. G. *Capable*, Capax, q. d. Capabilis; lapsâ enim cum Imperio linguâ Romanâ, Capare pro Capere dicere cœperunt.

Cap-a-pe, *Arm'd* **Cap-a-pe**, à Fr. G. *Cap a piè* vel *pied*, q. d. à Capite ad pedem Armatus (i.e.) Cataphractus, Clibanarius, vide Æl. Lamprid. vitâ Alexandri Severi Aug.

Caparison, à Fr. G. *Caparasson*, It. *Caparisone*, Ornamentum Bellicum Equorum, Fr. G. *Caparassonner*, It. *Caparisonare*, Equum insternere, suis Ornamentis & Ephippiis instruere, à Lat. *Caput*, & *Paratus* pro Apparatus, q. d. Caput Parare (i.e.) Ornare, vel quasi Campi seu Campestris Apparatus (i.e.) Ornatus Bellicus. Menagius autem vocem *Caparasson* deflectit *à Cappe Pallium*, q. d. magnum Equi Pallium, v. eundem voce *Cappe.*

Cape, à Fr. G. *Cap*, It. *Capo*, Hisp. *Cabo*, Promontorium, q. d. Caput terræ seu Littoris, quia sc. ultra reliquum littus, Capitis instar, protenditur.

Cape, *the* **Cape** *of a cloak*, Ἐπιχειρώτιον, vel per Synecdochen, *ab* AS. Cæppe, Fr. G. *Cappe*, Dan. **Kappe**, Pallium, Chlamys, Lacerna, Penula, Bardocucullus, vel *ab* It. *Capo*, Lat. *Caput* (i.e.) Caput vel Summitas Pallii.

Caper, à Fr. G. *Capriole*, *Capriot*, It. *Capriola*, Hisp. *Cabriola*, Saltus in quo pedes in aere variè motitantur, sic dictus ab imitatione & similitudine Saltûs Caprorum, Gr. Σκιμαχίς, Σκιμαντίς, Σκιμαυδαλίς dicitur, unde & verb. Σκιμαντίζω, *to cut a* **Caper**, hoc à verbo Σίω, Calefacio, quod ista Saltatio, utpote valdè violenta, vehementer Calfacit quod vide, vide & Athenæum lib. 14. p.m. 629.

a **Caper**, Pirata, vox Belgica sed nobis nimis nota, à *Capiendo* (i.e.) Diripiendo naves onerarias Mercatorum. Interim tamen nec **Kaper**, nec **Kaeper** hoc sensu apud Kilianum occurrit, credo igitur novam esse vocem à Studioso aliquo recèns è Latino fictam.

Capers, à Fr. G. *Capres*, It. *Cappari*, Fructus, à Lat. *Capparis*, Gr. Κάππαρις.

Capitall, vox Architectonica, *ab* It. *Capitello*, Fr. G. *Chapiteau*, olim *Chapitel*, (i.e.) Capitulum seu Epistylium Columnæ.

Capot, Fr. G. etiam *Capot*, terminus Chartis pictis, præsertim Picqueto ludentibus, frequens, fort. à Fr. G. *Cappot*, Hisp. *Capote*, Pallium Pastoritium. Sed quâ, inquies, Analogiâ is qui alium tanto intervallo in hoc ludo superat ipsi Pallium dare dicitur? Analogiâ credo & Metaphora à Pugna & ictibus sumtâ, quâ qui alium probè cædit, aut fustibus dedolat, Ictibúsque quasi onerat ipsi crassum Pallium arcendo frigori induere dici potest.

the **Capstow**, **Capstand** *or* **Capstan** *of a ship*, à Fr. G. *Cabestan*, Higg. Ergata, hoc autem

autem *Cabeſtan*, & noſtrum **Capſtan**, fort. deflecti poſſet *ab* AS. Cop, Caput, & Stæng, Vectis.

Captain, *à* Fr. G. *Capitain*, It. *Capitano*, Centurio, Dux, Lat. Barb. *Capitaneus*, *à* Lat. *Caput* (i. e.) Belli ſeu Militiæ Caput, hinc etiam orta eſt vox κεφαλίς, quo nomine Græci ante annos 700 ſuum Calabriæ & Apuliæ Præfectum appellabant.

Capuchin, Religioſorum, ut loquuntur, ex ordine ſeu Inſtituto Divi Franciſci genus, *à* Fr. G. *Capucin*, It. *Capucino*, hæc fort. *à* Fr. G. *Capuchon*, Monachorum Cucullus, omnia à voce Latina ſequioris ſæculi Capitium, hoc *à Caput*.

* **Caravan**, *à* Fr. G. *Caravane*, It. *Caravana*, vox Mercatoribus omnibus, & qui de rebus Turcicis vel Anglicè legerunt notiſſima, à voce Turcica *Kervan*, Turba Mercatorum cum Præſidio militum peregrinantium.

Caravel, *à* Fr. G. *Caravelle*, It. *Caravella*, Hiſp. *Caravela*, *Adr. Jun.* Dromas, Dromon navis genus, vel q. d. Carrus velis inſtructus (i. e.) Carrus Marinus, v. **Carrack**, vel præſertim Hiſp. *Caravela*, *ab* Hiſp. *Carabo*, Caravo, Navigii ſeu Cymbæ genus, hoc Covarruvias deflectit, *à* Gr. Καράβιον, quod apud illum & Spelmannum ſolos occurrit, & Navicula exponitur. Spelman etiam vocem LatinamCarabus eodem ſignificatu citat, utr. fort. *à* Gr. ant. Καραβος, Cancer, ſc. ab aliqua Cancri ſimilitudine.

Carbonado, *à* Fr. G. *Carbonade*, It. *Carbonata*, Hiſp. *Carbonada*, Fruſtum carnis ſuper Carbones aſſum, omnia *ab* It. *Carbone*, Lat. *Carbo*. *Adr. Jun.* Carnem ſic toſtam σαβανον vocat.

Carcaſs, *à* Fr. G. *Carquaſſe*, Cadaver, q. d. Caro Caſſa, ſc. Vitâ Caſſa.

Card, *à* Belg. **Kaerde**, Pecten Carminatorium, **Kaerden**, Teut. **Karden**, Carminare, It. *Carti*, Fr. G. *Cardes*, *Eſcardes*, Hami Carminatorii, *Carder*, Carminare, *to* **Card**, pro Carminare, fort. derivatur à *Cardno*, ſc. Fullonum, ſeu Dipſaco, It. & Hiſp. *Cardo*, cujus, ſc. capite lana pectitur, v. *Salmaſ.* in Sol. *Voſſius* Carduum à Carendo (i. e.) Carminando dictum putat. Cárere autem verbum ant. περὶ τὸ κείρειν pro ξαίνειν deflectit.

Card, *a mariners* **Card**, vox Nautica, ſic autem dicitur Tabula Chorographica littorum, q. d. Charta Chorographica.

Cardinal, *à* Fr. G. *Cardinal*, It. *Cardinale*, Lat. *Cardinalis*, vel *à Cardine*, quòd Cardo ſit Præcipua & Summa pars rei, unde dicitur Virtus Cardinalis, vel quòd in Cardines urbis, hoc eſt, regiones munerum ſuorum olim diſtributi ſunt, vel quòd Eccleſiæ alicui Incardinati (i. e.) Inſerti erant, & hæc vox in Epiſtolis Divi Gregorii occurrit; quondam nudi Presbyteri & Diaconi non tantùm Romæ, ſed in omnibus aliis Diœceſibus, qui jus ſuffragii in eligendo Epiſcopo habuerunt, nunc ſolius Diœceſeos & urbis Romanæ Presbyteri & Diaconi, Titulorum, ſc. ſeu Parœciarum veterum, addítis Epiſcopis ſeptem Suburbicariæ regionis, qui olim cum Populo, nunc excluſo Populo, per ſe Epiſcopum Romanum eligunt, eíque à Conſiliis ſunt, quíque ex pauperibus Epiſcopis, Presbyteris & Diaconis, nunc auctâ in immenſum potentiâ Romani Pontificis, Purpurati Principes, & ferè Regibus pares evaſerunt: vide *Spelman* & *Voſſ.* in Et. LL. voce *Cardo*.

Cards, *à* Fr. G. *Cartes*, It. *Carte*, q. d. Chartæ luſoriæ, omnia *à* Gr. χάρτης ὁ.

Care, *ab* AS. Cane, Ælfrico Capa, unicæ vocalis mutatione *à* Lat. *Cura*, hinc & AS. Carfull, Sollicitus.

Careſs, *à* Fr. G. *Careſſer*, It. *Carezzare*, *Accarezzare*, Hiſp. *Acariciar*, Comiter & Benignè Excipere, Adblandiri, φιλοφρονεῖσθαι, nom. Fr. G. *Careſſes*, It. *Carezze*, Blanditiæ, Blandimenta, non ut *Fr. Jun.* invito Apolline contendit, *à* Gr. καταψύχειν, καταψύξειν, Demulcere, nec à χαρίζεσθαι, ſed ſatis manifeſtè *à* Lat. *Carus*, q. d. Caritia, Carities (i. e.) Caritas, & inde Caritiare, Accaritiare (i. e.) Charitate proſequi.

Carfax, vox illis ſolis nota quibus Oxonium innotuit, *à* Fr. G. *Carrefour*, *Quarrefour*, Quadrivium, q. d. Quatuor Fora, vel, ſi mavis, *Quatre Faces* (i. e.) Quatuor Facies, Proſpectus vel Frontiſpicia. Ibi enim decuſſantibus ſe invicem duabus magnis Plateis, quæ urbem conſtituunt, in quatuor vicos, eóque totam urbem jucundus ſatis Proſpectus datur.

Cargaſon, *à* Fr. *Cargaiſon*, Hiſp. *Cargaſon*, Onus navis, & ſecundariò Oneris ſeu rerum nave contentarum Index ſeu Catalogus, vox Mercatoria, à verbo Fr. G. *Carguer*, *Charger*, It. *Caricare*, Onerare, omnia *à* Lat. *Carrus*, v. **Charge**.

Cariage, *à* Fr. G. *Cariage*, It. *Cariaggio*, Impedimenta, v. *to* **Carry**. Occurrit & apud Treb. Poll. vitâ D. Claudii & Flav.

Unable to display this page

quis autem AS. Cnæt Cræt malit deflectere à vet. Gallo-Lat. Rheda non repugno; *Fr. Jun.* deducit à Gr. Κάρτος pro Κάρρος.

a **Cartel** *of defiance*, à Fr. G. *Cartel*, *Cartée*, It. *Cartello*, Schedula quâ quis altum ad singulare certamen seu Monomachiam provocat, à Lat. *Charta*, Chartula Chartella, supple, Provocatoria.

Cartouch, vox Architectonica, Exponitur autem Vitta quædam quâ Coronis seu exterior superiórque ora columnæ circundatur & ornatur, à Fr. G. *Cartoche*, *Cartouche*, idem signante, v. **Cartridge**, & Dictionarium Angl.

Cartridge, *or* **Cartage**, à Fr. G. *Cartouche*, It. *Cartoccia*, Charta pulvere Pyrio plena, Tormento explodendo immissa, utr. à Lat. *Charta*, Gr. χάρτης.

Carve, *ab* AS. Ceorfan, Belg. **Kerven**, **Korven**, **Scharven**, **Scherven**, Teut. **Kerben**, Secare, Incidere, **Kerb**, Incisio, omnia fort. à Lat. *Carpere*. *Mer. Cas.* deflectit à Gr. Κερὰς & Ἐγκερὰς Hes. Pictus. Datur & Teut. **Zerkerben**, gladio Dissecare, vel in variis locis cæsim Ferire, Alludit & nostro **Carve**, pro Insculpere, Incidere, Gr. γλάφειν.

a **Case**, Theca, Loculus, parùm deflexo sensu, à Fr. G. *Casse*, Cista, utr. à Lat. *Capsa*.

a **Casemat**, Stephanio exponitur Fornices, Cryptæ, vox Castrensis, à Fr. G. *Casemate*, It. *Casamatta*, Hisp. *Casamata*, Fenestra, seu Foramen Speculatorium in Muro seu Propugnaculo. *Minsheu* deducit à *Casa*, Domus, & Hisp. *Matar*, Occidere, hoc à Lat. *Mactare*, q. d. Domus ex quâ quis ex occulto occidit.

Casement, Fenestra, deflexo non parùm sensu, *ab* It. *Casamento*, Fabrica, Domuncula; in multis enim antiquæ fabricæ Ædibus, præsertim Magnificentioribus, Fenestræ tantùm in Projecturis ædium & quasi Podiis statuebantur, adeò ut alteræ quasi Domunculæ domibus adjunctæ viderentur, hinc Patavinis, aliísque Longobardis Italis Fenestra *Balcone* dicitur.

Casement, vox Architectonica quæ Doctissimo *Evelino* exponitur Trochlea & Scotia, & est Cavitas apparens proxima Toro, tertio & supremo membro baseos, fort. q. d. Lat. Cavamentum.

Cash, Thesaurus, Pecunia numerata, parùm deflexo sensu, à Fr. G. *Casse*, *Caisse*, It. *Cassa*, Cista, hinc Fr. *Caissier*, *Quaissier*, It. *Cassiere*, nobis a **Cashier**, q. d. Capsarius (i.e.) qui Capsam custodit, omnia à Lat. *Capsa*.

to **Cashier**, Exauctorare milites à Fr. G. *Casser*, utr. à Lat. *Cassare*, sc. secundùm Typum Teutonicum, qui verbis à Latina lingua desumptis terminationem iren adjungunt, ut in **Communiciren**, Communicare, & aliis innumeris.

a **Cashier**, v. **Cash**.

Cashings, Stercus Siccum Jumentorum quod pauperes agri Lincolnienses ad usum, focorum colligunt, à Teut. **Koth**, Fimus, Cœnum, q. d. *Cothings*. Alludit Gr. κόπρος.

Cask, Galea à Fr. G. *Casque*, Hisp. *Casco*, q. d. Cassica, utr. à Lat. *Cassis*, Hisp. etiam *Casco* Testam notat, & quid aliud Cassis quàm Capitis Testa.

Cask, Fr. G. *Caque*, à Lat. *Cadus*, vel à Fr. G. *Casse*, It. *Cassa*, Capsa, q. d. Cassa, Capsa, Cassica, vel Capsica vini.

Casket, Cistula à Fr. G. *Casse*, *Cassette*, It. *Cassa*, *Cassetta*, utr. à Lat. *Capsa*, Capsula, additâ term. nostrâ diminutivâ **ket**, & **ette** vel **etta**, v. **Cask**.

Caskets, vox Nautica, v. **Case**, **Casket**, & **Wanwayring** in Dictionario Nautico.

Cassock, à Fr. G. *Casaque*, It. *Casacca*, Hisp. *Casaca*, Tunica longior, q.d. Tunica Rustica seu in Casa indui solita. Vossius deflectit à vet. Gallo-Lat. *Caracca*, seu *Caracalla*. Notum autem est *r* in *s* facillimè transire, ut ubi olim Papilius Fulius, &c. posteà Papirius, Furius dicebatur.

Cast, Jacere, Projicere, à Dan. **Kaster**, Jacio, Jaculor. *Minsheu* deflectit à Fr. G. *Chasser*, Expellere, Abigere.

Castanietters, vox Chorêas ducentibus satis nota *ab* Hisp. *Castannetas*, It. *Castagnette*, idem signantibus, q. d. parvæ Castaneæ; globulis enim ligneis Castanearum similibus digitis interpositis crepitant.

Cat, à Teut. **Katz**, Fr. G. *Chat*, It. *Gatto*, Hisp. *Gato*, Lat. Barb. *Catus*, hoc vel à Fr. G. *Gueter*, It. *Guatare*, Speculari, Observare, vel à Lat. Barb. & It. *Captare*, pro Captare, unde & Fr. G. *Gueter*, & It. *Guatare*, derivantur, vel à Teut. **Wachten**, Excubare, Speculari. sic dictus quia sc. observat & venatur mures, v. **Wait**, C.Br. item Felis dicitur *Cath*, sed nostræ, credo, originis, vide *Salmas.* in Sol. pag. 1009. Hujus

ejusdem originis est Gr. Barb. apud Portum Κάτης, apud Suidam Κάτλας, quod utrobique Ἅλμῃ & γαλῇ exponitur.

Cat, *to play at* **Cat**, à Teut. **Kutte**, Fossula seu Scrobiculus in terra Lusorius, Assula enim cujus inferiori extremo pila advolvitur, quo etiam baculo percusso pila in aerem excutitur, Scrobiculo seu fovæ intruditur.

Catipan, *to turn* **Catipan**, Deficere, Transfugere Ἀποστατῶν, ut aliqui volunt, à Catipanis qui sc. Græcorum Imperatorum nomine olim ante 700. vel 800. annos Calabriæ & Apuliæ præfuerunt, & propter perfidiam apud vicinos omnes malè audierunt. Catapanus autem à Lat. *Capitaneus*, manifestè corruptum est.

a **Catch**, Navicula fort. sic dicta à verb. *to* **Catch**, vel quia ob parvitatem facilimè Capitur, vel contrà, quia propter agilitatem & levitatem alias facilè Capit, vel, quod Doctissimo *Th. H.* placet à à Belg. **Ketsen**, **Kitsen**, Cursare, Cursitare, Discurrere, q. d. navis Cursoria, Celox. Felicissimè etiam alludit Gr. Ἀκάτη, Ἀκάτιον.

to **Catch**, Arripere. Corripere, fort. vel à Fr. G. *Chasser*, vel à Belg. **Ketsen**, Sectari, Consectari, Venari, Discursare, Discurrere, vel potiùs *ab* It. *Cattare*, hoc à Lat. *Captare*. Alludit Gr. κιχάω, Invenio, Assequor, Comprehendo, & κατέχω, Detineo, quod *Mer. Cas.* pro Etymo habet.

a **Catch**, Gr. ni fallor, σκόλιον apud Athæneum Carmen, quod non ab omnibus simul, sed alternatim in orbem cantatur, ideò dictum quòd alius ab alio quasi arripit (i. e.) alter alteri canendo per vices succedit. *Every one* **Catches** *it from another*, v. *to* **Catch**.

Catchpoles, Lictores seu Apparitores sic dicti quod sc. capita (i. e.) Personas Capiunt seu Comprehendunt, v. **Catch** & **Poll**.

Caterpillar, Eruca, *Minsheu* deducit à Fr. G. *Chatte-peleuse*, Hoc autem secundùm *Cotgravium*, non Erucam, sed Curculionem significat. *Dhuez.* tamen Onisicum seu Millepedem exponit, & tum facilior est corruptio, utpote in cognatis animalculis, eóque Etymon speciosius. Dicitur autem *Chatte-peleuse*, ab Hirsutie istius Animalis, Felis simili, q. d. Felis Pilosus. Doct. *Th. H.* dictum putat quasi *Chair peleuse* (i. e.) Caro Pilosa.

Cates, Dapes, fort. contractum à voce **Delicates**, q. d. Cibi Delicati. *Minsheu* declinat à Goth. **Cates**, idem signante, hinc oritur nostrum **Cater**, vel **Caterer**, quod Obsonatorem signat. Sunt qui scribunt Acates, quod si rectè fiat, possim deflectere à Fr. G. *Achept*, *Achet*, vel *Achapt*, Emtio, à verb. *Achepter*, *Acheter*, Emere, quod sc. in Foro emitur, hoc autem *Achepter* ortum est à Lat. *Adcaptare*. Alludit Gr. κωμῳδὸν, Edule, à verbo Κάπτω, Edo, Comedo.

Cathirpings, vox Nautica sic autem dicuntur parvi quidam Rudentes in nave, credo à Belg. **Katerrol**. **Katerolle**, Trochlea, Rechamus, Rotula Striata, Rotula Trochleæ, **Katerrel Hoozde**. Funis Ductarius, v. **Wantwayring** in Dict. Naut. Sed unde **Katerrol**? à **Katte**, & **Rol**, nobis **Kewl**, q. d. Felis Versatilis.

the **Cattings** *of Walnut-trees*, Belg. **Kattekens**, Teut. **Katzleins**, Fr. G. *Chattons*, Juli Juglandium, à Lanugine Pilorum Felinorum simili sic dicti.

Cattel, Jumenta, Armenta, *Minsheu* violenter, ut solet, detorquet à Gr. Καπηλάω, καπηλεύω, Compello. Mallem à Lat. *Capita*, deflectere, q. d. Capitalia, quia ad Caput (i. e.) Personam jure pertinent, v. **Chattels**.

Catterwawl, à **Cat** & **Wawl**, voce sono fictâ. Doct. *Th. H.* putat dictum quasi **Gutterwawl**, quia sc. catulientes Feles inter imbrices horrendum illum ejulatum edunt.

Cavalcade, Pompa Equestris, v. **Cavalier**.

Cavalier, à Fr. G. *Cavailler*, Eques, *Chevalier*, It. *Cavaliere*, Hisp. *Cavallero*, Eques Titulatus, hæc à Fr. G. *Cheval*, It. & Hisp. *Cavallo*, Equus, omnia à minùs usitato Latino vocabulo *Caballus*, Gr. Καβάλλης, olim non quivis propriè, sed Vilior Equus & Clitellarius, fort. à Gr. Κατακάλλειν, tales enim Equi plerumque Cespitantur, hinc Fr. G. *Cavalcade*, It. *Cavalcata*, Pompa Equestris, à verb. *Cavalcare*, Equitare, & Fr. G. *Chevalerie*, Ordo Equestris, Fortitudo, *Cavaliere*, It. & Hisp. *Cavalaria*, Equitatus.

Caudle, Higginio non satis bene κυκεών; Est autem Confectio ex Ovis, Vino, Pane, Saccharo cum Aromatis, à Fr. G. *Chaudeau*, Belsensibus *Chaudelée*, hoc à Fr. G. *Chaud*, Lat. *Calidus*, q. d. Potio Calida, Calida enim semper sumitur.

Cave, *à* Fr. G. *Cave*, utr. *à* Lat. *Cavum*, *Caverna*, nobis autem Specum, Cavernam, Franco-Gallis tantùm Cellam Vinariam Subterraneam seu Hypogæum Vini repositorium designat.

Cavers, vox Metallica (i.e.) Fossorum Scaptensularum propria, videtur autem fures Scaptensularum signare, *ab* AS. Cope, Copa, Cavea, q.d. Cavearum Expilatores.

a **Cavesson**, *or* **Cavesson**, *Minshew* deflectit *à* Fr. G. *Cavessane*, *Cavecon*, *Cavesson*, It. *Cavezzane*, *Cavezzone*, hoc *à* simplice *Cavezzo*, quod Capistrum signat, & ab eo ortum duxit. Doct. autem *Th. H*, ab Hisp. *Caveza*, Caput deducit.

Caviary, *or* **Caviare**, It. *Caviaro*, Ova Acipenserum seu Sturionum sale condita, à Volga seu Rha Sarmatiæ, seu Muscoviæ fluviò advecta. Sunt qui *à* Lat. & Gr. Garum declinant. Sed credo potiùs vocem cum re ipsa à Sarmatis seu Moscovitis ad nos transmissam esse.

Caul, Reticulum Crinale mulierum, & Omentum, Doct. *Th. H.* priore sensu *ab* It. *Capelli*, *Cavelli*, *Minshew* à *Capillis* deflectit, vel fort. ortum est *ab* AS. Cylla, uter, vel *à* Belg. **Kovel**, Calantica. Datur & C.Br. *Caul*, Cylla Stomachus, præsertim lactentium, credo *à* Lat. *Coagulum*, cujus usum præbet & à quo contractum est. Omentum autem **Caul** dicitur ob similitudinem Retis. Non incommodè autem **Caul** pro Reti formari potest *à* Lat. *Caveola*, est enim Rete piscium Caveola & Carcer, v. **Gael**.

Cauldron, Lebes, *à* Fr. G. *Chauderon*, *Chaudron*, *Chaudiere*, It. *Caldaro*, *Caldara*, *Calderone*, Lebes, Cortina, Ahenum, *à* Fr. G. *Chaud*, It. *Caldo*, Calidus, q. d. Caldarium, Calidarium.

Causey, Via, λιθόστρωτος, *à* Fr. G. *Chaussée*, It. *Calzata*, Hisp. *Calçada*, q. d. via Calce strata, vel quòd gratiâ Calceatorum potiùs quàm Ocreatorum, sc. Peditum quàm Equitum viæ hæ Silicibus stratæ sunt.

Cease, *à* Fr. G. *Cesser*, utr. *à* Lat. *Cessare*.

a **Cellar**, Belg. **Keller**, **Kelder**, Teut. **Keller**, Cella Vinaria, omnia *à* Fr. G. *Celier*, Gallis Cella Vinaria super terram, subtus enim dicitur **Cave**, & hoc *à* Lat. *Cellarium*, Cella. Occurit & in Gl. Lipsi. Germ. ant. **Kellara**, Promptuaria, Dan. **Keller**, Cella Penaria seu Promptuaria, Catoni Promptuarium, & Hypogæum; Antiqui enim rudioribus illis seculis vinum & cerevisiam in locis super terram asservabant, priusquam Hypogæa excavandi artem invenerunt. Occurrit autem in Versione antiqua Bibliorum Franco-Gallica *à* Doct. *Th H.* mihi communicata *Celier*, nostro planè sensu pro Hypogæo.

Censer, q. d. **Incenser**, *à* Fr. G. *Encensoir*, Hisp. *Encensario*, It. *Encensorio*, Thuribulum, q. d. Incensorium (i. e.) Vas quo Thus Incenditur, v. **Incense**.

Centry, pro **Sanctuary**.

Centry, v. **Sentinel**.

Certain, *à* Fr. G. *Certain*, Certus, q. d. Certanus hinc verb. *Acertener*, *to* **Ascertain**, Certiorem facere.

to **Chafe**, *à* Fr. G. *Chauffer*, *Eschauffer*, utr. *à* Lat. *Calefacere*, *Calfacere*, nobis præsertim fricando Calefacere. Item translato longiùs sensu *to* **Chafe**, pro Irâ Excandescere usurpatur.

a **Chafer**, Ahenum, Caldarium, *à* Fr. G. *Eschauffer*, Calefacere, q. d. Vas Calefactorium.

a **Chafer**, *or yellow Beetle*, *ab* AS. apud Ælfricum Ceafor, Belg. **Kever**, Teut. **Käfer**, Scarabæus. Est autem in nomm. **Kever**, **Käfer**, nom. Scarabæi vestigium; Scaliger, si bene memini, *à* Gr. Κάραβος Cancer, seu Locusta piscis in Hist. An. Ar. deflectit, quoniam sc. corporis tegumento seu Armaturâ Cancrum seu Locustam Astacúmve æmulatur. Alludit Gr. Κάραβος.

Chaff, *ab* AS. Ceaf, Belg. **Kaf**, Stipula, Palea. *Martinius* deflectit *à Cavando*, quia Palea semine excusso velut Excavatus est Utriculus, *Fr. Jun.* longè ingeniosiùs, nescio an verius, *à* κῦφος Levis, mallem igitur deducere *ab* AS. Ceaf, Agilis, Celer, quia sc. ob levitatem paleæ velociter in aere moventur.

to **Chaffer**, nobis Permutare, Negotiari, *à* Teut. **Kauffen**, Emere, hæc enim antiquissima omnium Negotiatio. *Mer. Cas.* deflectit nostrum **Chaffer**, *à* Gr. Καπηλεύω, v. alt. **Chasser**.

Chaffer, *good* **Chaffer**, (i. e.) Probæ Merces, *ab* AS. Ceaf, Merces Bona, Belg. **Koopen**, Teut. **Kauffen**, Emere.

Chaffern, Gouldmanno, apud quem solum occurrit, non minus mirabilibus vocibus Lat. quarum Authores laudare debuit, Scutra & Fervorium exponitur credo *à* Fr. G. *Eschauffer*, Calefacere, q. d. Vas Calefactorium, hoc autem *Eschauffere*, *à* Lat. *Excalfacere* ortum esse nemo, nisi Musis invisus, dubitaverit.

Chaffinch, *Adr. Jun.* Fringilla, σπίζα, Teut. & Belg. simpl. **Finck**, **Vincke**, nescio an *ab* AS. Ceaf, Agilis, Celer, Strenuus, & **Finch**, quod in Germanicis

cis dialectis est nomen multis avibus commune, *vide* **Finch.**

Chafingdish, Batillum Focarium, *à* verb. *to* **Chafe**, q. d. *Batillum* Calfactorium, *vide* **Chafe.**

Chain, *à* Fr. G. *Chaine*, utr. contractum *à* Lat. *Catena.*

Chair, *à* Fr. G. *Chaire*, utr. contr. *à* Lat. *Cathedra*, Gr. Καθέδρα

Chalbot, Gwillim dicit Piscis genus Fœcialibus significare, vox tamen in Dictionario Fr. G. non occurrit, v. *Gwillim* pag. 170. Occurrit tamen vox valdè cognata, si non eadem nobis per Epenthesin consonæ i aucta *Chabot* piscis, qui Cotgravio *a* **Gull, Bullhead**, vel **Millers thumb** exponitur, credo *à* Lat. *Caput*, q. d. Capito piscis, sic dictus à magno, quo à Natura instructus est, Capite, propter quam eandem causam Mullus piscis, Lat. & Fr. *Cephalus*, It. *Cefala*, dicitur.

Chalice, *à* Fr. G. *Calice*, Teut. **Kelch**, omnia *à* Lat. *Calix*, & hoc *à* Gr. Κύλιξ.

Chalk, Creta satis detorto sensu *à* Fr. G. *Chaulx*, Lat. *Calx.*

Challenge, *à* Fr. G. *Chalenger*, *Chalanger*, *Calanger*, sibi Vendicare, Asserere, alium Accusare, postremo hoc sensu *à* Lat. *Calumnia*, Calumniari.

Chamber, Cubiculum, Tentorium, *à* Fr. G. *Chambre*, It. *Camera*, Teut. **Kammer**, omnia, parùm deflexo sensu *à* Gr. Καμάρα, Fornix, Testudo.

Chamber, vox Nautica. Est autem Tormentum Musicum Festivum in Festivitatibus ad testanda publica gaudia usurpari solitum, q. d. Tormentum Cameratum seu Concameratum, Gr. Καμαρωτὸν, (i. e.) Fornicatum, v. alt. **Chamber.**

Chamberlain, *à* Fr. G. *Chambellan*, It. *Cambellano*, *Ciambellano*, *Ciamberlano*, Teut. **Kammerling**, *à Cubiculo Cubicularius*, ut Semibarbarè loquuntur, Camerarius.

Chamblet, *à* Fr. G. *Camelot*, Hisp. *Camelote*, *Chamelote*, It. *Ciambellotto*, *Camelotto*, *Zambellotto*, hoc vel *à* Lat. & Gr. *Camelus*, q. d. ex pilo Camelino, vel potiùs ab orientali voce *Zambellot*, vel, ut Busbequius vult, q. d. pannus Cymatilis, sive Undulatus. Conficitur autem reverà Pilis Caprinis.

Chamfer'd, *à* Fr. G. *Chambrè*, *Cambrè*, Curvatus, Fornicatus, Striatus, Sulcatus, hinc Fr. G. *Chanfrain*, Stria, Canaliculus Striatus, q. d. Cameratus (i. e.) Fornicatus, Καμάρα enim Fornicem significat; vel, secundùm *Menagium*, à Latina voce, apud *Virgilium Camurus* pro Curvus, & hoc *à* Gr. Καμπύλος, Curvus, tandem *à* verb. Κάμπτω, Flecto.

Chamois, vox Fr. G. It. *Camuccia* seu *Camoccia*, Hisp. *Camuza*, *Gamuza*, Pellis cujusdam Capri delicata, ut vult Bellonius, *à* Gr. Κεμὰς, quod Cervi Hinnulum, ut rectè monet *Cæsar Scaliger*, signat, Covarruv. autem exponitur Hisp. *Gamuza*, Caper Alpester seu Montanus.

Chamomil, *à* Fr. G. *Camomille*, It. *Camomilla*, Lat. *Chamæmelum*, omnia *à* Gr. Χαμαίμηλον (i. e.) Pomum Humile, ab odore sc. Pomorum odori simili.

Champ, Masticare, nescio an *à* Fr. G. *Champayer*, Depascere vel Depasci agrum, hoc *à* Fr. G. *Champ*, Lat. *Campus*, vel *à* Gr. Κάπτω, avidè Devoro, Edo, vel *à* Γαμφαὶ, Malæ, Maxillæ, hoc *à* Κάμπτω, Flecto, vel *à* Κεμείω, Crepito, Crepitum edo, qualem Aper Acuens seu Collidens dentes, vel, quod verisimilius est, à sono crepitantium, dum quis validè masticat, dentium.

Champain, *a Point* **Champain**, vox Fœcialium, & est nota ignominiosa illius qui sine ulla necessitate captivum ipsius fidei se permittentem occidit, *à* Fr. G. *Champaigne*, Campus, q. d. qui hostem in Campo se humiliter submittentem crudeliter interficit, v. *Gwillim.*

Champion, *à* Fr. G. *Champion*, It. *Campione*, Athleta, hæc *ab* AS. Cempa, Miles, Agonista, Camp, Campe, Belg. **Kamp**, Teut. **Kampff**, Pugna, AS. Campian, Belg. **Kampen**, **Kempen**, Teut. **Kämpffen**, Pugnare, AS. Campdom, Militia; fort. omnia *à* Lat. *Campus*. Alludit Gr. Κάμνω, Laboro.

Champion *ground*, *à* Fr. G. *Champaigne*, It. *Campagna*, locus Campestris, seu Aperta Planities πεδιὰς, πεδίον, *à* Lat. *Campus.*

Chance, *à* Fr. G. *Chance*, Casus, hoc *à Cheance*, verbali verb. *Cheoir*, Cadere, q. d. Cadentia, hinc & It. *Ciauza*, *the* **Hazard** *at Tennis.*

Chancell, *à* Franco-Norm. *Chancel*, Odêum, Sacrarium, seu, ut loquuntur, Chorus Templi, *à* Lat. *Cancelli*, quia olim Cancellis dissepiebatur à reliquo Templo. Datur & Teut. **Cantzel**, Suggestus seu Suggestum. Ἄμβων, seu Cathedra concionatoris, ejusdem originis.

Chancellour, *à* Fr. G. *Chancelier*, It. *Cancelliere*, Lat. Barb. *Cancellarius*, hinc **Chancery** per contractionem *à* Fr. G. *Chancelierè*, Cancellarii curia. Olim Can-

Cancellarius tantùm Notarium seu Scribam Imperatoris in inferiori Imperio signabat, ideò quod Notarii intra Cancellos ad vitandam turbam sederunt, & acta curiæ conscripserunt, postea Prætorem, seu æqui bonique Judicem supremum significavit, & νομοφύλακι Apocrisiario &, in orientali Imperio, λογοθέτη respondet, apud nos summo Justitiario successit, vide *Casaub.* & *Salmas.* in Flav. Vop. vitâ Carini Aug.

Chance-*Medley*, vox Forensis pro Cæde Fortuita, à Fr. G. *Chance*, Casus, & & *Meſler*, Miscere, Attingere, q. d. Fortuitus Occursus, Fortuita Cædes.

Chandler, à Fr. G. *Chandelier*, λυχνοπώλης, q. d. Candelarius, à Fr. G. *Chandelle*, Candela.

Change, Mutare, Permutare, à Fr. G. *Changer*, It. *Cangiare*, *Cambiare*, *Scambiare*, utr. à Lat. *Cambire*, hinc *to* **Counterchange**, à Fr. G. *Contrechanger*, It. *Contracambiare*: item a **Changeling**, Puer, ut vulgus credit, à Dæmonibus terrestribus subditus, seu suppositus loco genuini filii ab iisdem subrepti, eóque deformis, Stupidus & Stultus.

Channell, v. **Kennell**.

Chant, à Fr. G. *Chanter*, utr. à Lat. *Cantare*, nobis autem potiùs Cantillare designat, hinc *Chanterie* It. *Canteria*, ᾠδεῖον, (i.e.) locus in quo Cantatur, ubi sc. Missæ pro defunctorum animabus concinuntur.

Chantecleer, à Fr. G. *Chanter*, Canere, Cantare & *Clair*, Clarus, q. d. avis seu Gallus Clarum Canens.

Chanter, à Fr. G. *Chantre*, It. *Cantiere*, Præcentor, Symphoniarcha, q. d. Cantor, κατ' ἐξοχήν.

Chanter, nomen Canis *Ridero*, Hylactor, Hylax, qui sc. Sylvas cantu (i. e.) Latratu suo implet.

Chantry, v. **Chant** suprà.

to **Chap**, Debiscere, Hiare, corruptum à **Gape**, quod *vide*.

Chape, à Fr. G. *Chappe*, Rostrum vaginæ Ridero, mallem Vaginæ Lorica, seu Vaginæ Mucro ferreus, fort. *ab* It. *Cappa*, Pileus (i. e.) Tegumentum Vaginæ. Datur & Hisp. *Chapa*, Lamina Metalli.

Chaplet, à Fr. G. *Chapelet*, Sertum, Corona, à Lat. *Caput*, q. d. Capitis Redimiculum.

Chapman, Emptor, *ab* AS. Ceap-man, Teut. **Kauffman**, Belg. **Koopman**, Mercator, v. **Cheap** & **Chaffer**. *Mer. Cas.* deflectit nostrum **Ch p man**, à Gr. Κάπηλος.

Chappel, à Fr. G. *Chapelle*, It. *Capella*, Sacellum, hinc a **Chaplain**, à Fr. G. *Chapelain*, Sacellanus, utr. secundum *Menagium*, vel à vet. Fr. G. *Chape*, Toga, vel à *Cappa* Sancti Martini, quam olim Reges Francorum in bello pro Insigni, & Victoriæ Omine circumferebant, vel, quod *Spelmanno* placet, à *Capsa*, Capsella, extritâ, propter Euphoniam, literâ p, quoniam in Sacello Capsellæ reliquiarum asservatæ sunt, & inde Sacerdotes Capsellani (i.e.) Sacræ Capsæ Custodes dicti sunt.

Chaps, *ab* AS. Ceaplaſ, Fauces, seu potiùs Mandibulæ Rictus, hoc à Ceaſl, Rostrum, unde It. *Ceffo* ortum ducit. Alludit Gr. Κάπτω, Comedo.

Chapter, pro Confessu Sacerdotum, seu ut loquuntur, Præbendariorum Ecclesiæ cujusvis Cathedralis, q. d. Conventus Capitum seu Primariorum Ecclesiæ, vide *Spelman*.

the **Chapter** *of a pillar*, à Fr. G. *Chapiteau*, Epistylium, Vitruvio Modulus utr. à Lat. *Capitulum*, quæ vox eodem sensu apud eundem Vitruvium occurrit.

a **Chapter**, à Fr. G. *Chapitre*, hoc à Lat. Barb. *Capitulum*, omnia à Lat. *Caput*.

Char, Opus. Pensum, vel à nom. **Charge**, vel *ab* AS. Cape, *Cura*, v. **Charge** & **Care**. **Char**-*woman* etiam pro muliere Mercenaria deflecti potest à Belg. **Keren**, **Keeren**, Verrere (i. e.) mulier ad Everrendam domum conducta.

Char, Pisces Lacui *Winander Mere* in agro Lanc. dicto frequens, vide Authoreni libri *the Compleat Angler* dicti. Nescio autem an liceat hoc **Char** deflectere, *ab* AS. Ceppan, Vertere, quia hic pisces rapidè & celeriter se in aqua vertit.

Charcoal, Carbo Lignarius, seu per Ustionem paratus, Fossili oppositus, secundùm *Minsheu* à Belg. **Kar Kolen**, Carbones Carro advecti, cum fortasse illis omnes Carbones fossiles tantùm navibus ex nostra Anglia, soli Carbones lignarii Carro afferantur: vel *ab* Angl. **Char**, Opus, Pensum, & **Coal**, Carbo, quia ob luculentiorem, vehementiorem, & puriorem, quem exhibet, ignem pluribus operibus vel Artificiis accommodus est quàm Fossilis, verbi gratiâ Chymicis Operationibus, Braſio parando (licèt non optimè) Metallis fundendis & purgandis, &c. quibus fossilis Carbo prorsus ineptus est.

Chard, *the* **Chard** *of an Artechoke*, vox Hortulanorum propria, à Fr. G. *Chard* idem signante, utr. à Lat. *Cardunt*. Est autem

tem Hortulanis, *the* **Chard**, id quod è radicibus veterum Scolymorum vel Cynararum succrescit.

Chardon, vox Hortulanorum propria, *à* Fr. G. *Chardon*, It. *Cardone*, Cynara, seu Scolymus terrâ sepultus, donec albidior & tenerior, eóque esui delicatior evadat, *à* Lat. *Carduus*, q. d. magnus Carduus.

Charge, *à* Fr. G. *Charge*, It. *Carico*, Onus, Munus, verb. Fr. G. *Charger*, It. *Caricare*, Onerare, omnia à Lat. *Carrus*, v. **Carry**.

Charger, *à* Teut. **Kabz**, *Dhuezio* Gabata seu Patina profunda, vel à nostro **Charge** sc. ab Onere, quia graviorum seu onerosiorum ferculorum capax est.

Chariot seu **Charret**, *à* Fr. G. *Chariot*, Currus, utr. *à* Lat. *Carrus*.

Charitable, *à* Fr. G. *Charitable*, It. *Charitevole*, *Caritevole*, φιλάνθρωπος, Munificus in Egenos, Charitate præditus, q. d. Charitabilis.

Chark, vox agro Linc. cum re ipsa nimis usitata; Dicitur autem de Musto cerevisiæ ubi diutiusculè in vase aperto aeri exponitur donec aliquem aciditatis gradum adipiscatur, quò clarior & citiùs potui apta reddatur, nescio an *ab* It. *Chiaro*, Clarus, q. d. *Chiarigare* (i. e.) Clarificare seu Depurare. Sed quoniam vox est Cerevisiæ, potùs Italis ignoti, coctorum propria mallem, si occurreret, è Germ. fonte Etymon petere. Quid si *ab* AS. Acÿppan, Teut. **Kehren**, Belg. **Keeren**, Vertere, ut dicimus ubi potus coacescit *it turns*.

a **Charlatan**, *à* Fr. G. *Charlatan*, It. *Ciarlatano*, *Ciaratano*, Circulator, hoc vel *ab* It. *Ciarlare*, Garrire, Nugari, vel *à Cæreto* oppido Umbriæ quod tales Circulatores olim abundè suppeditavit, q. d. Cæretanus. Sed unde, inquies, It. *Ciarlare*? credo dictum quasi Garrulare (i. e.) Garrire.

Charm, *à* Fr. G. *Charme*, It. *Charma*, Carmen, Fr. G. *Charmer*, It. *Ciarmare*, Incantare, omnia *à* Lat. *Carmen* (i. e.) Carmen Magicum.

a **Charnell**-*house*, *à* Fr. G. *Charnier*, Ossuarium, *à Carne*, quòd eò omnis Caro (i. e.) omnes Mortales tandem deveniunt, vel q. d. Craniale (i. e.) Craniorum Sceletorum Apotheca, Recondirorium seu Repositorium.

Charter, Diploma Regium, *à* Fr. G. *Chartres*, *Chartre*, Acta seu Commentarii publici, Archivæ, utr. *à* Fr. G. *Charte Carte*, & hæc *à* Lat. *Charta*, Gr. χάρτης.

Charterhous, *à* Fr. G. *Chartreux*, It. *Certosa*, Carthusianorum Monasterium, Certosini ordo Monachorum, severissimo sanè omnium vitæ instituto utentes, à Pago *Chartreuse* in Delphinatu Galliæ sito, vel *à Carthusia* monte juxta Gratianopolim Allobrogum, in quo Bruno instituti Author primus sedem fixit, primúmque hujus ordinis cœnobium condidit, vel, si mavis, *ab* ant. Fr. G. *Chartre*, quod olim Carcerem signavit, & *à* voce *Carcer* ortum duxit, quia sc. hi monachi in cœnobio suo, tanquam in Carcere clauduntur, & omni ferè societate humani generis prohibentur, v. *Menagium*.

Charter-*partie*, vox Forensis, sed vulgò nota, *à* Fr. G. *Charte*, seu *Carte Partie*, (i. e.) Charta Partita, ubi sc. Syngrapha utrique contrahentium reciprocè traditur, v. *Cowell*.

Charp, Cautus, fort. vel *à* Lat. *Carus*, vel potiùs *ab* Angl. *to* **Care**, q. d. Lat. *Accuratus*.

Chase, *à* Fr. G. *Chasse*, It. *Caccia*, Hisp. *Chaça*, Terminus Reticulo ludentium, *Covarruv.* autem Hisp. *Chaça* deflectit *à Jacendo*.

Chase, *à* Fr. G. *Chasser*, It *Cacciare*, Abigere, Persequi, Venari, omnia fort. vel *à* Lat. *Captare*, vel præsertim quatenus Abigere designat, *à* Lat. *Exactare* frequentativo verbi Exigere.

Chase, **Chased** *Plate*, vox Aurifabrorum propria, significat autem Argentum Argento Obducere seu Incrustare, contractum *ab* **Inchase** quod *vide*. Credo hæc vasa Ἀργυρόστικτα vel Ἀργυρόκολλητα dici posse, Argento Ferruminata diceret Petronius, vide *Salmas.* Schol. in *Treb. Poll.* vitâ D. *Claudii* 2. *Aug.*

Chasten, v. **Chastise**.

Chastise, *à* Fr. G. *Chastier*, utr. *à* Lat. *Castigare*. Ab eodem fonte derivatur & verbum *to* **Chasten**.

to **Chatt**, Garrire, *à* Belg. **Kouten**, Fabulari, Nugari, Fr. G. *Caqueter*, unde etiam nostrum *to* **Chatter**, It. *Chiacchiarare*, Garrire, *Gazzolare*, Garrire instar Monedulæ, *Gazzola*, *Gazzuola*, Monedula, *vide* **Jay**. Pro **Chat** etiam in Lincolniensi agro dicitur *to* **Chattle**, cui optimè alludit Gr. κατταύω, Garrio, quod *Mer. Cas.* pro Etymo habet.

Chattels, vox Forensis sed vulgò nota, *à* Belg. **Kathepl**, Pecus, Pretiosissimum Domesticum, aut aliud Ornamentum, vel Supellex, Bona mobilia, quæ Fr. G. *Cateul*, *Catheux*, Wallonicè *Cattel*, Norm.

Norm. *Chatel* vocantur, Spelmanno q.d. Capitalia, quoniam ad Caput, (i. e.) Personam, non ad hæredes, nili ex designatione pertinent.

Chatter, præ Frigore Tremere, *à* Belg. **Citteren**, **Sitteren**, Teut. **Zittern**, Tremere, omnia à stridulo sono, quem Trementes dentibus emittunt,

Chatter, *à* Fr. G. *Cacqueter*, *Caqueter*, Garrire instar avium, omnia à sono ficta.

Chaudron, Mensura quædam grandior, præsertim Carbonum, Bis mille Pondo constans, nescio an *à* Fr. G. *Chauderon*, nostro **Caldron**, Caldarium, tot sc. Carbones, quot magnæ cortinæ seu Aheno calfaciendo sufficiunt.

Chavender, Piscis idem cum **Chevin** & **Chub**, fort. *à* Fr. G. *Chevesne*, Cephalus, seu Capito piscis è Mugilum genere, hoc *ab* ant. **Chef**, Caput, q. d. Capanus.

Cheap v. **Cheapen**.

Cheapen, *ab* AS. Ceapan, Beceapan, Aceapian, Belg. **Koopen**, Teut. **Kauffen**, Emere, **gutt Kauff**, Vili pretio, AS. Ceap, Pretium, Bona, Merces, Belg. **Koop**, Emtio, AS. Ceapman, Belg. **Koopman**, Teut. **Kauffman**, Mercator, AS. Ceapstop, Forum Mercatorum, unde nostrum **Chepstow**, Urbs Walliæ. Quid si omnia *à* Lat. *Captare*, deflecterem, ut Fr. G. *Achepter*, *Acheter*, ab *Adcaptare*?

Chear, v. **Cheer**.

Chearful, Alacer, Hilaris, q.d. It. *Chi a buona Ciera*, *he that is of a good Cheer*, (i. e.) qui læto Vultu est; v. **Cheer**.

Cheat, Imponere, fallere, Circumvenire, *ab* AS. Cetta, Circumventiones, Astutiæ, vel *à* Fr. G. *Achet*, Pactum, Conventum, Emtio, hoc à verb. *Acheter*, *Achepter*, Emere, q.d. Adcaptare, à Cattare, & hoc *à* Lat. *Captare*, adhuc enim proverbialiter dicimus, ubi nos Circumventos sentimus, *We are Bought and Sold*.

Check, Teut. **Schach**, Fr. G. *Eschec*, It. *Scacco*, Latrunculi in ludo Latrunculorum, hinc Fr. G. *Eschecquier*, Tabula Latrunculorum, **Check-Mate**, It. *Scacco Matto*, Incitæ, Salmasio Calculus Incitus, à voce Persica *Schach*, Rex, & *Mata*, Mortuus est, ut vult *Menagius*, It. *Scacco a Pedina*, *a* **Check** *with a Pawn*, *Scacco Rocco*, **Check** *with a Rook*, v. **Chess**. *Spelman* deflectit *à* Teut. **Schach**, Rapina, Latrocinium, sed utinam laudâssset authorem, vocem enim hoc sensu nec audivisse nec legisse memini, nec hucusq; in ullo Dictionario occurrit. *Salmasius*, **Check Mate**, deducit à dicto *Scacco* Calculus, & ant. Lat. *Mattus* Subactus, hoc *à* Gr. μάττω Subigo, *vide* eum Notis in Flav. Vop. vitâ Proculi Tyranni.

to **Check**, Cohibere, Comprimere, Reprimere (i. e.) Efficere ut vlteriùs se promovere nequeat: Metaphorâ eleganti è ludo Latrunculorum sumtâ, v. alt. **Check** & **Chess**.

Checker, *to plant Trees in Checkerwise*, arbores in Quincuncem digerere, vel dirigere (i. e.) formâ Areolarum, seu Stationum in Tabula Latrunculorum, *vide* **Check** & **Chess**.

Checkle, vox Fœcialium, *à* Fr. G. *Eschiquetté*, It. *Inscaccato*, *Inscacchiere*, ni fallor, Tessellatus, *vide* **Check**. Datur & Teut. **Schäck**, Equus Varius, **Schäcken**, Coloribus variare, ejusdem, credo, originis.

Checkin, It. *Zecchino*, Hisp. *Cequi*, Aureus Venetus, *ab* It. *Zecca*, Officina Monetaria. *Covarruvias* autem deflectit Hisp. *Cequi*, *ab* Arab. *Cequi*, Nummus, Moneta. Datur & Hisp. *Seca*, locus ubi Moneta excuditur, quod *Minshew* deducit *à Secando*. Pater Guadix *ab* Arab. *Seca*, Moneta.

Cheek, *ab* AS. Ceoca, Checc, Ceac, Gena, Mala, Belg. **Kaecke**, Maxilla, Mala, Bucca, Gena.

Cheer, *à* Fr. G. *Chere*, *Caire*, *Care*, It. *Ciera*, *Cera*, Hisp. *Xira*, *Cara*, Flandr. ant. **Ctere**, Vultus, fort. *à* Gr. χαρά, χάιρω, vel ubi Convivium notat, *à* Lat. *Caro*.

Cherish, *à* Fr. G. *Cherir*, Fovere, utr. *à* Lat. *Charus*, q. d. Charare (i.e.) Charum habere, tanquam Charum & Dilectum blandè & benignè Accipere, v. **Carest**.

Chern vel **Churn**, Ridero Fidelia, Comenio Clava Butyracea *ab* AS. Cepene, idem signante, Cepnan, lac Agitare, Belg. **Kernen**, *à* Fr. G. *Cerne*, Circulus, Orbis, *Cerner*, in orbem Rotare, vel fort. *à* Lat. *Cernere*, (i.e.) Separare, quoniam in hoc vase Butyracea pars lactis à Sero secernitur, vel potiùs *ab* AS. Cyppan Ceppan, Teut. **Kehren**, Belg. **Keeren**, Vertere, Versare, quia ad separandum butyrum clava huc illuc valide circumagitur.

Cherry, *à* Fr. G. *Cerise*, It. *Ceregia*, *Ceriegia*, Fructus, *Ceregio*, *Ceriegio*, Arbor, omnia *à* Lat. *Cerasum*, Fructus, *Cerasus*, Arbor, Gr. Κεράσιον, Κέρασος.

Chesip vel **Chesselip**, Authori Dictionarii

Anglici Vermiculus qui sub tegulis plerumque stabulatur, Higginio Asellus, Cutio, Multipeda, sed, ni fallor, perperam, hoc enim Animalculum vulgò Sowes, vocamus, nescio an *ab* aliqua hujus bestiolæ & Ventriculi, quod AS. Ceosol dicitur similitudine, v. **Cheslop.**

Cheslop, Coagulum, *ab* AS. Ceosol, Ventriculus, Ceselib, Cyrlib, Coagulum, fort. hoc *à* Cese, Caseus, quia Lactentium animalium Ventriculi lac coagulant, ut inde caseus parari possit, & **Lip**, *à* Teut. **Leuffen**, Currere, quia statim incurrit (i.e.) se insinuat intimis lactis particulis, & Heterogeneas ab invicem separat, Homogeneas congregat.

Chess, *à* Belg. **Schaeck**, Teut. **Schach**, Fr. G. *Eschec*, It. *Scacco*, Hisp. *Escaque*, Latrunculi, quæ *Salmasius*, *à* Lat. *Calculus* deflectit, hinc Fr. G. *Eschequier*, Tabula Latruncularis, Græcis rec. testibus Salmasio & Casaubono Ζατρίκιον; Persis *Xatreng*, Hispanis *Axedres*, Persicæ enim est originis. Persæ primi hujus lusûs inventores, & etiamnum omnes alias gentes solertiâ & artificio in hoc incruento martio, Umbratili ingenii exercitio, longè superant, *vide* **Check-Mate**, Menagium in voce *Eschecs*, & Salmas. & Cas. Notis in Flav. Vop. vitâ Proculi Tyranni.

Chest, Cest, Teut. **Kast**, **Kist**, *à* Lat. *Cista*, Gr. Κίστη; **Chest** etiam secundario & translato sensu Pectus notat, quia ambitus Sterni & Costarum Cistæ seu Capsam satis aptè refert.

Chester vel **Cester**, frequens in terminationibus Urbium *ab* AS. Ceaster, Urbs, hoc *à* Lat. *Castra*.

Chestnut, *à* Fr. G. *Chastaigne*, It. *Castagna*, Ælfrico Cyrtel vel Cyrtbeam, Castanea Arbor, *à* Lat. *Castanea*, supple nux, Gr. Κάσταν, Καστανέαν, supple Κάρυον, à Κάστανα, cujus nominis urbes duas invenio, alteram in Thessalia, alteram in Ponto, utra nomen huic fructui dederit, nescio.

Cheveril, idem quod **Chamois**, *à* Fr. G. *Chevreul*, Caper Sylvester It. *Ciavarello*, Hœdus, q. d. Lat. Caprillus, Caprellus, Capreolus, v. **Chamois**.

Cheveron, vox Fœcialium, Fr. G. primariò Tignum domûs Transversum majus significat, ab altero *Chevron*, Hœdus: hoc Tignum etiam Vitruvio appellatur Capreolus, ab aliqua Hœdi seu Capreoli similitudine quam sanè ego hebes non capio, hinc *Chevronel* alia Fœcialium vox (i. e.) parvus Capreolus.

Chevin, *à* Fr. G. *Chevesne*, It. *Cefalo*, Gr. Κίφαλος, Mullus seu Mugil piscis, fortè ita à Capitis magnitudine dictus, q. d. Capito, Βαχίφαλος.

Chew *or* **Chaw**, *ab* AS. Ceopian, Belg. **Kauwen**, **Kauwen**, Teut. **Kauwen**, **Kauwen**, Mandere, Masticare. Alludit Gr. χάσκω, Hisco, & Κάτω, Comedo.

Chick, *ab* AS. Cicen, Cicene, Belg. **Kieken**, **Kuycken**, Teut. **Küchlein**, Pullus, diminutivum à **Cock**, q. d. Gallulus. *Mer. Cas.* nostrum **Chick**, *à* Gr. Κύκλος, *Hesychio* Gallus deducit; possem & deflectere ab Hisp. *Chico*, Parvus. Sed unde, inquies, *Chico?* *à* Lat. *Cicus*, vel *Cicum* quod Festo exp. Membrana tenuis mali Punici interior quæ grana discriminat.

Chide, *ab* AS. Cidan, Rixari, Contendere, Objurgare, Cidde, Increpitus, Cid, Contentio, Cidere, Reprehensor, Teut. **Schelten**, Reprehendere; Alludit κῦδος i, Convitium, Probrum, κυδάζω, Convitior. *Mer. Cas.* deflectit nostrum **Chide**, *à* Gr. σκύζομαι, σκύθομαι, Irascor.

Chief, Primarius, Princeps, *à* Fr. G. *Chef*, *Chief*, utr *à* Lat. *Caput*, Alludit Gr. Κεφαλή.

Chieftain, vel **Cheftain**, Dux, Lat. Barb. *Capitaneus*, v. **Chief** & **Captain**.

Chilblain, Pernio, q. d. Ulcus Frigidum, quoniam *à* Frigore contrahitur sc. membris à magno algore nimis properè & intensè calefactis, v. **Chill** & **Blain**.

Child, *ab* AS. Cild, Belg. **Kindt**, Teut. **Kind**, Infans, **Kinder**, Infantes, Filii, AS. Cild-had, Infantia, Cildisc, Infantilis. Alludit Gr. γίγ & γεννάομαι.

Chill, *à* Belg. **Koltgh**, Alsiosus, hoc *ab* AS. Cele, Algor, Celan, Algere, v. **Cold**.

Chimes, *à* Fr. G. *Gamme*, Moduli seu Numeri ad quos Campana pulsatur, Κωδωνοσυμφωνία τὰ μετρούντα, hoc fort. *à* musica voce Game nobis **Gammuth**, Arabicæ originis. Perperàm deflectit *Minshew à* Lat. *Cimbalum*. Doct. *Th. H. ab* It. *Chiamare*, quia iste sonitus ad Ecclesiam invitat, feliciter sanè & ingeniosè ut solet.

Chimney, *à* Fr. G. *Cheminée*, Hisp. *Chemenéa*, Præfurnium, Furnarium, Caminus, quæ vox etiam in hoc sensu Latina est, parùm deflexo sensu *à* Gr. Κάμινος Fornax.

Chin, *ab* AS. Cinne, C. Br. *Gen*, Belg. **Koon**, Teut.

Teut. **Kinn**, Mentum, Dan. **Kinder**, Genæ. Proclive est deducere *à* Gr. γένυς, Mentum, Fr. Junius certè minùs probabiliter deflectit *à* γαῦρος, item alibi *à* κινῶν, quia sc. Mentum sermocinantium & manducantium in perpetuo motu est. *Mer. Cas.* à Κίννος, Menti Barba apud Lucianum. Ego autem meo more & optimo, ut mihi quidem videtur, jure fidens declino *ab* AS. Cinan, Dehiscere, Hiare, quia dum Mentum diducitur Os aperitur, hoc autem Cinan, si Græcus es, *à* Gr. χάινω per me, formes, licet.

Chinch, vox Nautis, qui calidiores regiones frequentant usitatissima, *ab* Hisp. *Chinche*, Cimex, hoc *à* Lat. *Cimice*. Oh nos beatos qui hanc pestem nescimus!

Chin-cough, Lincolnienſibus **Kin-cough**, *à* Belg. **Kienkhoest**, **Kich-hoest**, Tussis Sicca & Vehemens pueris frequens, hoc à verbo **Kinchen**, **Kichen**, Anhelare, difficulter Spirare, & **Hoest**, Tussis, nobis **Cough**, q. d. Tussis Anhela, seu Asthmatica. Alludit Gr. Κιχράω.

Chine, Dorsum, vel *à* Fr. G. *Eschine*, *Chesnon*, *Chignon*, *Chinon*, Spina Dorsi, ῥάχις, vel *ab* It. *Schiena*, Dorsum, quæ omnia proculdubiò *à* Lat. *Spina*, ortum ducunt. *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Ἄχνη seu χνῆσις potiùs Ἄκανθος vel Κνῆσις, Spina dorsi, satis sanè violenter.

a **Chink**, *ab* AS. Cine, Belg. **Kinche**, Rima, AS. Cinan, Dehiscere, Cinende, Hiulcus, Cinene, Rimosus. Alludit Gr. χαίνω, Hio, Hisco, quod *Fr. Jun.* pro Etymo habet.

to **Chink**, Tinnire, vox à sono ficta.

Chink, *à* Fr. G. *Quinquailles*, Numni Viles Cuprei vel Ferrei qui vix quicquam præter Tinnitum ex collisione in loculis præstant, proculdubiò à Tinnulo sono sic dicti.

Chip, Assula, aliquantùm detorto sensu *ab* AS. Cyp, Trabs, verbum *to* **Chip**, vel ab eodem nom. **Chip**, vel *à* Fr. G. *Couper*, Scindere, vel *Chapeler*, *Chappeler*, *Chapler*, in Frusta Discindere, *Copeaux*, *Compeaux*, It. *Schiappe*, *Schidia*, Scobs Assulæ. *Minshew à* Gr. κόπτω deflectit. Sed primum Etymon maximè probo, reliqua pro Allusionibus habeo.

Chirp, vox à sono ficta.

Chisel, Scalprum, Cælum, *à* Fr. G. *Ciseau*, It. *Cisello*, utr. *à* Lat. *Scindere*, *Scissio*, q. d. Scissellum.

Chisel, *à* Teut. **Kiesel**, Siliqua, Gluma.

Chit, *Minshew* deflectit *ab* It. *Cito*, Puellulus, Hisp. *Chico*, Parvus, hoc sort. *à* Lat. *Cicus*, *Cicum*, v. **Chicken**. Doct. *Th. H.* dictum putat quasi **Kitten** (i. e.) Felis Catulus, Feliculus, sanè ingeniosè & κυσίχους, ut solet.

Chit, Lentigo in facie vox quæ mihi hoc sensu apud solos *Goldmannum* & *Minsevum* occurrit, qui eo etiam nomine Anglicè Cicer Legumen, vulgatiùs **Chich-peas** dictum, appellat, q. d. **Chich**. Eodem enim jure quo Romani hoc exanthema Lentiginem à Lente, Græci φακὸν vocârunt, nos Cicer denominavimus, non minùs enim Ciceri quàm Lenti simile est.

Chitterlings, Intestina. Higginio exponitur Faliscus, Venter vel Ventriculus Fartus, sed, ni fallor, perperàm. *Minshew* deflectit *à* Belg. **Schyterlingh**, Angl. **Shitterling**, quia Excrementa iis continentur. Mallem deducere *à* Teut. **Kutteln**, vel **Kuttelo**, Intestina.

Chivalry, *à* Fr. G. *Chevalerie*, Ordo, Fortitudo, Dexteritas & Decor Equestris, vox fabulis militaribus, Romanis vulgò dictis, usitatissima, v. **Cavalier**. In nostro Jure exponitur Servitium Militare, *Knights Service*, v. **Romance**.

Chives *or* **Cives**, *à* Fr. G. *Sive*, *Cive*, Ceves, Cæpa minor, utr. *à* Lat. *Cæpa*.

Chocolate, *ab* Hisp. *Chocolate*, *Chocolate*, Confectio Americana Roborans Cardiaca, & Aphrodisiastica, sic dicta à nuce *Cacao*, quæ Confectionis basis est, omnia Barbaræ Americanæ originis. Possem & deducere *à* Lat. *Succus*, q. d. Succulata, à multis enim Succolata appellatur, quia sc. Succum nutritium corpori affatim suppeditat.

Choke, Suffocare, Occurrit AS. Aceocob, Suffocatus, licet autem verbum Ceocan, Aceocan, non inveniatur apud *Somnerum*, non dubito tamen quin olim extiterit. Datur & Teut. **Kotzen**, Vomere, Hisp. *Ahogar*, Suffocare. Vir Rev. nostrum **Choke**, deflectit *ab* AS. Ceoca, Mala, Maxilla, quia laqueus quo rei strangulantur Maxillæ subjicitur.

Mich. Honywood, SS. Th. Dr. Eccl. Cath. *Linc.* Decanus.

Choose, *ab* AS. Ceosan, Belg. & Teut. **Kiesen**, Fr. G. *Choisir*, Eligere, *Chois*, Electio, Dan. **Kyser**, Eligo, hoc sort. *à* Lat. *Colligere*. Alludit etiam Gr. γεύω Gustare, quia, priusquàm Eligimus, Gustamus.

Chop, Findere, Diffindere, credo *à* Belg. **Kappen**, Conscindere, Concidere minutim, vel *à* Fr. G. *Choper*, *Chopper*, Offendere, Impingere, vel *Couper*, Scindere,

Scindere, ſed priùs præfero. *Minſheu* deflectit *à* Gr. Κόπτω.

Chop, Permutare, *à* Belg. **Koopen**, Emere, Permutatio enim antiquiſſimum Commercii & Emtionis genus fuit, v. **Cheapen**.

Chopins, vel ut nos efferimus, **Chopeens**, *ab* Hiſp. *Chapin*, Soccus, ſeu Solea altior. *Covarruvias* deflectit *à Capiendo*, mallem *à Chapa*, *Bractea* metalli, quia ſc. fort. Auri ſeu Argenti Bracteis ornari vel ſolent, vel ſolebant.

Chopping Boy, quod dicimus de Puero Grandiuſculo, & pro ætate Robuſto, fort. *ab* AS. Cap, Agilis, Celer, Strenuus, q. d. Capinz. Vir Rev. deflectit *à* Belg. **Koopen**, Emere, q. d. Puer Vendibilis, Venditioni aptus, & ſervilibus miniſteriis maturus.

Choogh, *ab* AS. Ceo, Fr. Picard. *Caue*, *Cauette*, *Cauvette*, item *Choucas*, *Chouca*, mas, *Choucette*, Cornix, item *Chouette* & *Chouquette* & *Chue*, Dial. Sabaud. femina, It, *Ciacula*, *Cutta*, *Scotta*, Cornix, *Adr. Jun.* Pyrrhocorax, omnia vel *à* C. Br. *Gawa*, Corva, *Gawci*, Pyrrhocorax, vel *à*? Belg. **Kae**, **Kauw**, Monedula, quæ *Fr. Jun.* more ſuo deflectit *à* χαίνω, Hiſco, vel *à* γαίω, Glorior, Exulto. Mallem omnia deducere à ſono naturali quem avis edit.

Chowſe, Imponere, Decipere, vel *à* Fr. G. *Gauſſer*, *Goſſer*, Irridere, Illudere, quod *à* Lat. Barb. *Gaviſare* deflectit *Menagius*, vel *ab* It. *Goffo*, Stultus, q. d. Stultum facere, ut nos dicimus, *to make a Fool of a man*, ſed prius longè præfero. Datur & Teut. **Koſen**, Garrire, unde ſaltem nom. *a* **Chowſe**, quod Stultum notat; Garruli enim Stulti ſunt, vel *à* Fr. G. *Joucher*, Blandiri, Adulari, Blandiendo circumvenire, Metaphorâ, ni fallor, à piſcatoribus ſumtâ, qui Junceis naſſis piſces intercipiunt. Doct. *Th. H.* dictum putat à Turcico *Chiaus*, Nuncius ſeu Legatus Imperatoris Turcici; hujuſmodi enim, cum viles aulæ ſervi ſint, & indocti oratoribus Chriſtianorum collati Stulti habentur.

Chriſten, *ab* AS. Cpiꝛtnian, Fr. G. *Chreſtionner*, Baptizare, Gecpyꝛtnad, Baptizatus, q. d. Chriſtianum facere, ut & nos noſtrâ linguâ vulgò dicimus.

the **Chriſtian**, *or Boon* **Chriſtian** *Pear*, Fr. G. *Bon Chreſtien*, It. *Buon Chriſtiano*. *Adr. Jun.* Pyrum librale ex *Plinio* vocat, *Panciroll us* de deperditis titulo de Fructibus idem putat eſſe cum Pyris Cruſtuminis, quæ olim meritò in deliciis erant, & per corruptionem nominis *Cruſtumini* ſeu *Cruſtumiani*, Chriſtiana dici.

Chriſtmaſs, Natalis, q. d. Chriſti Miſſa.

Chub, Ruſticus ſeu Agricola Inſubidus, *ab* AS. Cop, Caput, q. d. Capito, magno enim Capite præditi plerumque ſtulti ſunt, v. **Jolthead** & **Jobbernewl**.

Chub *or* **Chevin**, Cephalus, Capito, ni fallor, piſcis, *ab* ant. Angl. **Cop**, Fr. G. *Chef*, Caput. Hic piſcis Fr. G. *un Villan* dicitur, ſc. quia Vilis & nullo modo expetendus videtur, & **Chub** etiam nobis Villicum ſeu Ruſticum ſignat.

to **Chuckle** *with laughter*, It. *Gongolare*, *Scucchierare*, Belg. **Schaecken**, **Schachen**, in Cachinnum erumpere, omnia à ſono ficta.

Chuff, *a Country* **Chuff**, Ruſticus, Agreſtis, Inſubidus, neſcio an *ab* AS. Cyꝛ, Cÿꝛe, Teut. **Kuffe**, Belg. **Kuype**, Dolium, Cadus, omnia *à* Lat. *Cupa*, certè ſatis eleganti Metaphorâ, præſertim ſi, ut ſuſpicor, primitùs de Ruſtico Grandi, Ventrioſo, & tam Gulæ, quàm temulentiæ dedito dictum fuit, omninò ut de Bonoſo Tyranno à laqueo pendente luſit vulgus, amphoram pendere non hominem; vel, ſi malis, *ab* AS. Ceaꝛl, Roſtrum, q. d. Porcus Ruſticus, quo ferè ſenſu Itali Brutto Ceffo uſurpant, vel *a* **Chub**, quod v. ſuprà.

Church, *ab* AS. Cÿꝛic, Ælfrico Cirice, Belg. **Kercke**, Teut. **Kirch**, **Kirche**, Eccleſia, Templum, q. d. εἰκὰς Κυριακὰ (i. e.) Ædis Dominica, hinc AS. Cÿꝛicean Ealdoꝛ, Oeconomus Eccleſiæ, *a* **Church-warden**.

Churl, *ab* AS. Ceoꝛl, Agricola, Ceoꝛliꝛc, Cirliꝛc, Ruſticus, Cÿrliꝛcneꝛꝛe, Ruſticitas, Capl, Maſculus, Belg. **Kaerle**, **Keerle**, vir Fortis vel Grandis, It. *Alla Carlona*, Ruſticè, Inſubidè, C. Br. etiam *Carl*, Ruſticus, ſed credo, *ab* AS. ortum. *Mer. Caſ.* deflectit *à* Gr. Κεῖρω.

Churn, v. **Chern**.

Churrworm, Muſſeto Gryllotalpa, neſcio an *ab* AS. Ceꝛꝛan, Cÿꝛꝛan, Vertere, quia hic Vermis præ aliis celeriter ſe vertit.

Cinders, reliquiæ Carbonis exuſti, parùm deflexo ſenſu, *ab* AS. & Dan. Sindeꝛ, Scoria, Spuma metalli, Caries, item Putredo, Syndran, Scoriæ, Teut. **Sinder**, Scoria ferri, vel *à* Fr. G. *Cendre*, It. *Ceneri*, utr. *à* Lat. *Cinere*, ſed prius longè præfero. Hoc autem Sindeꝛ, ut & Sÿndꝛan, fort. ortum eſt *ab* AS. Sÿndꝛian, Separare, quia Scoria à me-

metallo Separatur ejúsque est quasi recrementum, seu potius secrementum.

Cinque, in aleis, *à* Fr. G. *Cinq*, Hisp. *Cinco*, It. *Cinque*, omnia nimis manifestè à Lat. *Quinque*.

Cipher, *à* Fr. G. *Chiffre*, *Chifre*, *Sifre*, It. *Zifra*, *Cifera*, *Cifara*, Hebraica & Arabica vox Numerationem signans, *Hesychio* σίγλαι, Cifræ.

Cipress, *à* Fr. G. & Hisp. *Cyprès*, Lat. *Cupressus*, Gr. Κυπάρισσος.

Cipress, corruptum *à* Fr. G. *Crespe*, Tela Serica tenuissima, Nebula Bombycina, q. d. Tela Crispa, quæ sc. ob mollitiem & tenuitatem facilè crispari (i.e.) Complicari potest, nisi malis *à Cypro* Insula, ubi primùm Opificium illius claruit, deducere.

Citadel, Arx, *à* Fr. G. *Citadelle*, It. *Cittadella*, q. d. Civitatula; Arx enim est Civitatis quasi Epitome.

Citron, *à* Fr. G. *Citron*, Lat. Barb. *Citrum*, Pomum Citrium, Malum Medicum seu Assyrium, vox, credo, ut res ipsa, Barb. Persicæ seu Mauritanicæ originis, v. *Salmas.* Not. Plin. in Sol. p. 954.

Cittern, *ab* It. *Ghitarra*, *Cetara*, utr. corruptum *à* Lat. & Gr. *Cithara*.

City, *à* Fr. G. *Cité*, It. *Città*, utrumque contractum *à* Lat. *Civitas*, Civitate.

Civet, *à* Fr. G. *Civette*, *Sivette*, It. *Sibetto*, *Zibetto*, Lat. *Zibethum*, vox proculdubiò Barbaræ Africanæ, seu Indicæ, originis.

Clack, *à* Belg. **Klack**, Fissura, Fragor, **Klacken**, Impingere cum Fragore, Fr. G. *Claequer*, *Cliquer*, *Claqueter*, C. Br. *Cleccian*, Stridere, Crepare, Crepitare, Fr. G. *Clac*, Crepitaculum, C. Br. *Clecc*, Stridor, Crepitus, omnia à sono ficta. Alludit Gr. Κλάζω item λακέω, Dorice λακίω, Sono, Crepitum seu Strepitum edo, λάκος, Sonitus, Strepitus, Crepitus.

Clack, *à* Teut. **Klatschen**, Deblaterare; Blaterare, **Klatsche**, Lingua Garrula, Linguacula, vel *à* **Klaffen**, **Klaffern**, Garrire, omnia à sono ficta.

Clack *Geese*, Anseres Scotici ξυλογενεῖς, alio nomine **Barnacles** dicti, fort. à sono quem edunt.

Claim, *à* Fr. G. *Claim*, publica Assertio, seu Vindicatio rei, *Clamer*, Asserere, Vindicare, hoc, parùm variato sensu, *à* Lat. *Clamare* (i. e.) Clamando sibi Vindicare.

Clammer *or* **Clamber**, v. **Climb**.

Clammy & **Clam**, v. **Clean**.

Clamps, vox Nautica, exponitur Trabes validæ mediam navem firmantes, *à* Belg. **Klamme**, **Klampe**, Retinaculum, Uncus, Harpago.

Clan, inter Scotos occidentales Monticolas & Hibernos Tribus, nisi, quod credo, Scoto-Hibernicæ sit originis: fortasse deduci posset *à* C. Br. *Llann*, Area, q. d. qui in eadem Area vel agro simul habitant.

Clap, *ab* AS. Clappan, Palpitare, Palpare, Belg. **Klappen**, **Kleppen**, **Klippen**, Teut. **Klapffen**, **Klapperen**, Crepare, Crepitare, Belg. **Klapperen**, Fr. G. *Clappeter*, Plaudere, manu Pulsare, Belg. **Kloppen**, Teut. **Klopffen**, Pulsare, Ferire, Belg. **Klop**, C. Br. *Clap*, Ictus, Belg. **Klopper**, Teut. **Klopffer**, **Klepper**, nobis *a* **Clapper**, Cornix Pulsatoria, Teut. **Klapff**, Sonitus, Strepitus, Dan. **Klapper** sammen, Complodo, **Clapper**, Demulceo, Palpo, omnia à sono ficta. Alludit Gr. Κελαπ-έω, Tundo, Percutio, & inde Κλαπ-ός.

a **Clap**, Infectio Venerea. Doct. *Th. H.* deflectit *à* Fr. G. *Clapoir*, Bubo, propriè dictus, quia sc. in inguine oritur. Sed unde, inquies, Fr. G. *Clapoir*? credo à voce Chirurgica *Clapiers d' ulcere* (i. e.) Sinus Ulceris, hoc *à Clapier*, Vivarium seu Septum Cuniculorum, omnia *a Lapin*, Cuniculus, & ist-hoc *à* Lat. *Lepus*, q. d. parvus Lepus; Animalia enim valdè cognata sunt Lepus & Cuniculus.

Clap, vox quæ mihi in solo Dictionario Angl. occurrit, & est, ut Author perhibet, vox ἰδιοσυγκράσιον propria, exponitur Inferior pars Rostri Accipitris: nescio an *ab* AS. Clappan, Motitari, sola enim inferior pars rostri movetur, vel *à* Lat. *Labium*, *Labrum*, est enim quasi Accipitris Labium.

Claret, *à* Fr. G. *vin Clairet*, *Claret*, quod est Vinum ex uvis albis & rubris simul mixtis confectum, utr. *à Clair* & *Clarus*, q. d. Vinum Claro (i.e.) Splendido colore præditum; significat etiam Vinum Hippocraticum seu Aromatites, quod per manicam Hippocratis Claratur (i. e.) transcolando depuratur.

Clarion, *à* Fr. G. *Clairon*, It. *Clarino*, Hisp. *Clarin*, Instrumentum Musicum, Tuba minor, fort. *à Claro*, quem edit, sono, q. d. Lat. *Clario*.

Clark, Presbyter, Sacerdos, *à* Fr. G. *Clerc*, utr. *à* Lat. *Clericus*, hinc **Clergy**, *à* Fr. G. *Clergé*, Ordo Cleri, Ordo Sacer, **Clark** autem nobis frequentiùs Scribas seu Scriptores formularum Forensium significat; quia olim Clerici

soli

ſoli Inſtrumenta publica conſcripſerunt, Rudibus ſc. illis ſæculis cum primùm literæ cum Chriſtiana religione apud Anglo-Saxones propagari cœperunt: hinc magna illa indulgentia jure noſtro iis qui Latinos pſalmos legere poſſunt conceſſa, ut ſc. primùm crimen, alioqui Capitale ipſis, inuſtâ tantùm manu, remittantur.

Clash, *à* Belg. **Klets**, **Kletſe**, Ictus reſonans, Fragor, **Kletſen**, Reſono, Ictu Verberare, Gr. Κλάζω, Clamo, Clango, omnia à ſono ficta.

Claſp, *à* Belg. **Gheſpe**, Fibula, **Gheſpen**, Fibulâ nectere. *Mer. Caſ.* noſtrum **Claſps** deflectit *à* Gr. Κύκλωσις, Κύκλωμις; Mallem autem noſtrum **Claſp**, ſeu potiùs **Clapſe** deducere, *ab* AS. Cleopan, Cleapan, Adhærere; mediante enim fibulâ veſtes cohærent & conjunguntur.

Clatter, *ab* AS. Clatpunge, Cleadup, Crepitaculum, Belg. **Klateren**, **Klatteren**, **Kleuteren**, **Kletteren**, Strepere, Strepitare, **Kletten**, Strepitus, hinc noſtrum **Clutter**, omnia à ſono ficta. Alludit Gr. Κέλαδος, Strepitus, & Κελαδίζω, Strepito, Murmuro. *Mer. Caſ.* deflectit noſtrum **Clutter**, *à* Gr. Κρότος.

Claver, *or* **Clover** *graſs*, *ab* AS. Clæpep pŷpt, Belg. **Klaver**, Teut. **Klee**, Medica, Trifolium Pratenſe; fort. autem AS. Clæpep pŷpt ortum duxit, à Clæpa, Violæ, quia flores hujus herbæ odoris ſuavitate violas æmulari videbantur.

Claw, Unguis, *ab* AS. Clapan, Belg. **Klauwen**, **Klouwen**, Scalpere, Scabere, Teut. **Krauwen**, Scabere, Fricare, Dan. **Klaaer**, Frico, Scabo, Prurio, Teut. **Klauben**, Rodere, Deglubere, AS. Clapu, Ungues, Belg. **Klauw**, **Kluyve**, Teut. **Klauw**, Dan. **Klow**, Unguis, Ungula, Teut. **Klove**, **Klode**, Pruritus. Alludit parùm Gr. Κλάω, Frango, meliùs χήλη, Forceps Cancri. Alludit & verbo *to* **Claw** Gr. χταίω, leviter Saucio, cutim tantùm Perſtringo. Noſtrum verbum **Claw** *Mer. Caſ.* deflectit à Gr. Κναίω, v. **Cleyes**.

Clay, *à* Belg. **Kley**, **Kleye**, Argilla, C. Br. *Clai*, Lutum, Cœnum, ſed noſtræ originis; **Clay**, autum & **Kley**, *à* Fr. G. *Croye*, Lat. *Creta*, ortum ducere videntur, facili tranſitu τῆ *R* in *L*. *Daviſius* deflectit C. Br. *Clai*, *à* Gr. χάλιξ, Parvus Lapillus, Cæmentum, *Fr. Jun. à* Κάλιχις, *Heſ.* Lapides quorum fruſta, dum cæduntur, decuſſa cæmentis inſerviunt.

To Cleam, vox agro Lincoln. uſitatiſſima, Lat. Agglutinare, Glutino affigere, *ab* AS. Clæmian, Beclæmian, Oblinere, unde noſtrum **Clammy**, Viſcoſus, AS. Clam, Plaſma, Emplaſtrum, Dan. **Klitner**, Glutino. Neſcio autem an verbum Clæmian, & nom. Clam orta ſint, *à* Lat. *Limus*; Limus enim propter Lentorem admotis corporibus adhæret.

Clean, *ab* AS. Clæne, Mundus, Purus, Clænpian, Mundare, Clænpepe, Mundator, Clænpaþ, Clænþoþ, Aclænpuþ, Beclænþoþ, Mundatus, Clæneſſe, Munditia, Clænlic, Mundus, Purus, Clænan pin, Merum, Belg. **Kleynſen**, **Klenſen**, Percolare, *Mer. Caſ.* noſtrum **Clean** deflectit, *à* Gr. Κοθὸς. Mallem, ſi ſatis Græcus eſſem, *à* Καθάρω.

Clear, *à* Fr. G. *Clair*, utr. *à* Lat. *Clarus*. *Fr. Jun.* deflectit *à* Gr. χαρίεις. Serenus, Splendidus, v. *Voſſ.* & *Martinium* in Et. LLa voce *Clarus*.

Cleave, *ab* AS. Cleopan, Adhærere, vel, quod eodem redit, *à* Belg. **Kleven**, **Klyven**, Figere, Glutinare, Teut. **Klaben**, **Kläben**, Conglutinare, Hærere, **Kletben**, Gypſare, **Kläb**, **Kläbe**, Viſcum; Hæc autem omnia credo orta à noſtro **Clay**, Belg. **Kleye**, **Kley**, Argilla; Argilla enim madefacta lentore ſuo corporibus quibus incutitur, pertinaciter adhæret, v. **Clay** & **Cleam**.

Cleave, *ab* AS. Cleopan, Belg. **Kloven**, **Kluven**, **Kliven**, Findere, Dan. **Kloffver**, Findo, part. AS. Cloþen, Fiſſus, Belg. **Gekloofd**, Biſulcus, hinc **Clough** Inciſura ad montis Declivum. Teut. **Klufft**, terræ Hiatus, Chaſma, Barathrum, Vorago, Abyſſus.

a **Cleft** *or* **Clift**, Rima, *à* verb. *to* **Cleave**, quod *vide*, q. d. Fiſſura.

Clergy, *à* Fr. G. *Clergé*, It. *Chieresia*, Ordo Sacer Clericalis, Clerus, Fr. G. *Clergie*, Scientia ſc. Clerica, It. *Chierico*, Clericus Sacerdos, omnia *à* Lat. *Clericus*, & hoc *à* Gr. Κλῆρος, Sors, Patrimonium, ſc. Dei, v. *Voſſ.* in Et. LL. voce Clericus.

Clericords, Hiſp. *Clavicordio*, Inſtrumentum quoddam Muſicum, q. d. Clavichordium, *à* Lat. *Clavis* & *Chorda*, *Minſheu*.

Clever & **Cleverly**, Dextrè, Agiliter, *à* Fr. G. *Leger*, q. d. *Legerly*, *Legerement*, Leviter (i. e.) Velociter & Celeriter, v. **Legerdemain**.

a **Clew** *of thread*, *ab* AS. Clŷpe, Clope, Belg. **Klouwe**, **Kloen**, Teut. **Klawel**, **Klewel**,

Klewel, Glomus. Alludit Gr. Κυλίω, Volvo, Voluto.

Cleves, *the* Cleves *of a Lobster*, *Minsheu* deducit *à* Gr. χηλαὶ, Forcipes, v. Claw.

Click *or* Clink, *à* Belg. Klick, Ictus Resonans, Klicken, Crepitare, Klincken, Klingen, Clangere, Tinnire, Klinckende, Tinnulus, Teut. Klingen, Klingeln, Resonare, Fr. G. *Cliqueter*, *Cliquer*, Clangere, Tinnire, Gr. Κλάζειν, *vide* Clock, omnia à sono ficta.

Clicket, *à* Fr. G. *Cliquet*, Cornix Pulsatoria, hoc *à* verb. *Cliquer*, *Cliqueter*, Strepere, Strepitare. Dict. Angl.

Clift, *ab* AS. Clip, Cliop, *Clif*, *Cliof*, Dan. Klippe, Belg. Klif, Teut. Klipp, Scopulus, Rupes, non *à* Lat. *Clivus*, ut multi volunt, sed *ab* Angl. verbo *to* Cleave, q. d. Rupes, Prærupta, vel Præfissa. Datur & Run. Dan. Kleif, *Wormio* interprete Terra Acclivis quod postremum, si rectè expositum sit, malim *à* Lat. *Clivus* deflectere.

Climb, *ab* AS. Climan, Belg. Klemmen, Teut. Klimmen, Scandere, Klemmen, Repere, Adrepere, Perrepere, Reptando scandere item Constringere, Premere, Comprimere, & ratio est manifesta, quia qui scandit sursum repit, & totus Scandendi motus validâ constrictione & compressione arboris perficitur. Datur & Dan. Klyffver, Klaffver, Scando. Alludit Gr. Κλίμαξ, Scala.

Clinch, manu Stringere, *Minsheu* deflectit *à* Lat. *Clingere* apud Festum pro *Cingere*.

Cling, *à* Dan. Klynger, Klynger ved, Hæreo, Adhæreo, hoc fort. *à* Lat. *Collinere*. Alludit & Gr. Κλίνω, Accelino.

Clip, *ab* AS. Clippan, Clyppian, Beclippan, Amplecti.

Clip, *Minsheu* deflectit *à* Belg. Knippen, Knippen, Resecare, Præcidere, Knipen, Arctare, Stringere, Klippen, Resonare, Knippen, digitis Concrepare, Dan. Klipper, Tondeo, Alludit Gr. Κόπτω, Suffuror, Surripio, v. *Vossium* in Et. LL. voce Clepere.

Cloak, Pallium, malè deducit *Minsheu*, *à* Καλύπτω, Tego, & *à* nom. Clock, quoniam sc. rotunda est instar Campanæ; satius fuisset ignorantiam fateri, vel vocem transilire. Nullus dubito quin ortum duxerit *ab* AS. Lach, Chlamys, Fr. Th. Lachan, quod nescio quamobrem, *Junius* scribit Lahhan, Pallium, Sagum, hinc fort. Belg. Laecken, Pannus, & Dan. Lagen, Toral, Toralium.

to Clock, *ab* AS. Cloccan, Belg. Klocken, Teut. Kluckkzen, Gluckzen, Fr. G. *Glocer*, *Glosser*, *Closser*, It. *Chioccciare*, Glocire, Glocitare, Teut. Glock oder, Kluck-henne, Hisp. *Clueca*, Gallina Glociens vel Incubatrix. Datur & Dan. Klucker, Glocio, & C. Br. *Cloccian*, Pipire, & Gr. Κλώζω, vox Graculorum propria, omnia à sono ficta.

a Clock, Horologium, parùm deflexo sensu, *ab* AS. Clugga, Belg. & Dan. Klocke, Teut. Glocke, Fr. G. *Cloche*, Campana. Datur & C. Br. *Cloce*, Horologium, *Cloch*, Campana, utrumque, credo, Anglicæ originis.

a Clock, Anglis Borealibus Scarabæus, Polonis *Krowka*, credo sic dictus à sono quem, instar Horologii pulsantis, edit.

Clod, Cespes, Gleba, item Sanguinis Grumus, parùm deflexo sensu, vel *ab* AS. Clud, Tumulus, quia sanguinis Grumus in quendam quasi tumorem assurgit, vel potiùs *à* Belg. Kluyte, Klot, Klont, Gleba, Massa, Klotteren, Klonteren, Coagulari, Grumescere, & Sanguis Grumescens, nobis Clotted-*blood* dicitur, *à* Belg. Klot, Klotte, Klonte, Massa. Teut. Kloss von Erden, Gleba, Cespes, hinc Clouted-*milk*, ἀμίσις, *à* Belg. Klotter melck, Lac Coagulatum, hoc *à* verbo Klotteren, Klonteren, Conglobare, Concrescere, Densare, Coagulari.

Clog, Præpedire, Gravare, fort. *à* nom. Log, Truncus; q. d. Truncis objectis Impedire, vel Truncis humeris impositis Onerare, v. Cumber.

Cloister, *à* Dan. Kloster, Fr. G. *Cloistre*, It. *Chiostro*, utr. *à* Lat. *Claustrum*.

Close, *ab* AS. Clyran, Beclyran, Fr. G. *Clorre*, Claudere, hinc *a* Close, *à* Fr. G. *un Clos*, Ager Clausus, Septus, omnia manifestè *à* Lat. *Clausum*, *Clausare*, *Claudere*.

a Close, v. Close.

Close *by*, quàm Proximè, q. d. quod simul in eodem loco, vel foramine cum alio clauditur, v. alt. Close.

Closet, Conclave secretius, ubi pretiosa quæque κειμήλια reconduntur, *à* verbo Close, q. d. locus Clausus, Abditus, additâ sc. terminatione Dimin. et.

Closet, vox Fœcialium, q. d. Spatiolum inter duas lineas mediam Aream seu, ut loquimur, Campum transeuntes clausum, v. Close suprà.

Cloth, *ab* AS. Claþ, Dan. Klæde, Pannus, cui nostrum participium Clad, Vestitus maxime

maximè consonat, Belg. **Kleedt, Kleyd**, Vestis, Dan. **Klæde**, Vestitus; Belg. **Kleeden, Kleyden**, Vestire, Datur & Dan. **Kleeder**, Vestio. Alludit Gr. Κλώθω, Neo.

Clotted *blood*, v. **Clod** suprà.

Clotter, *à* Belg. **Klotteren, Klonteren**, Coagulari, Grumescere, v. **Clod**.

Cloud, Nubes, *Minshew* deflectit *à Claudo*, quia Percludit & intercipit nobis solem. *Somner a* **Clod** & **Clodded**, quia sc. est Vapor Concretus, sed utr. violentum est. *Mer. Cas.* tamen longè violentiùs deducit *à* Gr. Ἀχλύς. Quid si deducerem *ab* AS. Clut, Pannus, nobis **Clout**, quia, instar Panni, solem obtegere videtur. Sed nihil horum satisfacit. Mallem igitur *à* Belg. **Kladde**, Macula, Litura, **Kladden**, Maculare, Fœdare, & sanè omnino ut maculæ seu lituræ chartam puram; ita nubes aerem fœdant & deturpant, hoc tandem ab alt. **Klot**, **Klotte**, nobis **Clod**, Grumus, formare fortean non absre esset.

Cloves, *ab* AS. Clufe, Spica, *a* **Clove** *of Garlick*, Allii Nucleus, Caput. Unguis, It. *Chiodo d' Aglio*, q. d. Clavus Allii.

Cloves, Caryophylli Aromatici, *à* Fr. G. *Clou de Girofle*, Hisp. *Clavo de Especias*, It. *Chiodo di Girofano*, q. d. Clavus Caryophylli, ob luculentam satis *Clavi* similitudinem; vel, si mavis, *ab* AS. Clufe, Spica, sed prius præfero. Ab eadem Clavorum similitudine Germani **Nageln**, Belgæ **Gerofle-nagelen** appellitant.

Clough, *ab* AS. Clough, Rima quædam seu Fissura ad montis clivum seu declivum, *à* verbo *to* **Cleave** quod *vide*. Datur & AS. Clud, Rupes.

Clout, *ab* AS. Clut, Pittacium, Sutura, Geclutod, Consutus, Resartus, Interpolatus, Teut. **Lod**, Frustum panni aut telæ, Belg. **Klupte**, Gleba, Massa.

Clouted *milk*, v. **Clod**.

Clouted *shoon*, Vir Rusticus, *à* Fr. G. *Clouet*, Clavulus, seu parvus Clavus diminutivo τῦ *Clou*, Clavus, & inde *Clouettè*, q. d. qui calceos parvis clavis confixos habet, vel *ab* AS. Clut, Pittacium, Sutura, q. d. cujus calcei multis Pittaciis interpolati & consuti sunt.

Clouterly *fellow* (i. e.) Magnus & Inhabilis, Ineptúsque, Belg. **Kloete**, homo Obtusus, Hebes, Stupidus, sed primariò Stipes, Caudex, Truncus, Contus, Latini etiam Bardum Stipitem vocârunt, vel *à* **Klupte**, **Klont**, **Klonte**, **Klonter**, Massa, q. d. inepta & absurda Carnis Massa.

Clown, proculdubiò contractum *à* Lat. *Colonus*.

Cloy, Saturare, ad Nauseam Implere, *à* Fr. G. *Encloyer*, Obturare, Obstruere, Opplere, Offercire, hoc *à* Lat. *Claudere*, Includere.

Club, fort. *à* Teut. **Kolb**, Belg. **Kluppel, Kleppel, Kolf, Kolve**, Baculus, Clava, **Kloppen**, Pulsare. *Minshew* deflectit *ab* AS. & Goth. Clubbe, sed ego neutrum invenio. Datur & C. Br. *Clwppa*, Clava, Baculus Capitatus, nostræ, credo, originis, omnia *à* Lat. *Clava*. Alludit & Gr. Κολάπτω, Percutio.

Club-*law*, inter Compotores jus, ἐστιατικὸν jus, ut ita dicam, Symbolare, non à nostro **Club**, Clava, sed *à* verb. AS. Cleopan, Cleapan, Findere, uti sc. Symposii sumtus in æquales portiones seu symbolas finditur seu scinditur.

Clumps, Ignavus, Ineptus, Ἀμφιαιεσηρὸς, vox agro Linc. usitatissima, *à* vet. Fr. G. *Cloppe*, Claudus, vel *à* Belg. **Klonte, Klonter**, vel potius **Klompe**, Teut. **Klump**, Massa, q. d. Carnis Massa, Spiritûs & ingenii expers, vel *à* Belg. **Lompsch**, Stupidus, Piger, hoc fort. *a* **Lompe**, **Clompe**, Massa, ob rationem jam dictam, vel fort. **Klumps** contr. & corr. est *à* nostro **Clownish**. Alludit Gr. χαλίνως.

Clung, Macie Confectus, præ Macie ossibus hærens, Strigosus, *ab* AS. Clungan, Marcere, Palp Clungu, Semigelatus, Fame seu Frigore Semimortuus.

Cluster, *ab* AS. Clufter, Ælfrico Clyster, Racemus, Belg. **Geklupstert**, Impeditus, **Klupster**, Sicambricè, Obex, Claustrum, **Klupsters**, Compedes.

Clutches.

Clutter, v. **Clatter.**

Coach, *à* Fr. G. *Coche*, Hisp. *Coche*, Teut. **Kutsche**, It. *Cocchio*, Rheda seu Currus recentiorum, nobilibus usitatus, *Minshew* declinat *ab* Ungarico *Kotczy*, idem signante, quia hoc genus Currûs primùm apud Ungaros inventum est. Est etiam fortuita quædam Consonantia, seu συμπλοκὴ inter **Coach**, & antiquorum Cisium. Doct. *Th. H.* deflectit *à* Fr. G. *Carosse*, It. *Carroccia*, idem signante; hæc *à* Lat. *Carruca*.

Coal. *ab* AS. Col, Teut. **Kol, Kohl**, Belg. **Kole**, Dan. **Kul**, Carbo. Alludit Gr. Κελαινὸς, Niger. *Vossius* autem deflectit *à* Gr. Καλὸς, Urens, Calidus, Splendidus, vide in Et. LL. voce Caleo. Mallem **Coal**, *à Calendo*, ἀμέλει deducere, hoc sanè à dicto Καλὸς.

the

the **Coamings** *of the Hatches*, exponitur illa Tabula, seu Asser qui foros navis exteriores, nobis **Hatches**, dictos, supra tabulamentum seu forulos navis inferiores, nobis **Decks** dictos attollit vel elevat; nescio an *à* Fr. G. ant. *Combe*, AS. Comb, Comp, Convallis, Vallis, montibus seu acclivitatibus utrimque obsita, v. *Manwayring* in Dictionario Nautico.

Coast, *à* Fr. G. *Coste*, It. *Costa*, Littus, unde verb. *Costoyer*, It. *Costeggiare*, Littus legere, omnia *à* Latino tonte, q. d. Littoris seu Maris *Costa* (i.e.) Latus.

Cot, *ab* AS. Cote, Cyte, Belg. **Kot**, Casa, Gurgustium, fort. *à* Lat. *Cors*, Cohors, v. **Court**. *Minshew* deflectit *à* Gr. Κύτη Cubile, mallem à dicta voce *Casa*, *a* in *o* & *s* in *t* mutando, quorum utrumque oppidò frequens est.

Coat, *à* Fr. G. *Cotte*, It. *Cotta*, Tunica, utr. secundùm *Menag.* per contractionem *à* Lat. *Crocota*, Gr. Κροκωτὴ ἐσθὴς, hinc, *a Coat of Arms*, Fr. G. *Cotte d' Armes*, σαυνιὰς, & Hisp. *Cota de Malla*, *a* **Coat** *of Mail*. Alludit Gr. χιτὼν, Tunica. Datur & Teut. **Kotze**, Teges, Gausape, Torale, Toral.

to **Coath**, vox Lincoln. agro familiaris, Animo Linqui, Deficere, *ab* AS. Coðe, Morbus, Deopt Coða. *Somnero* Cardialgia, crediderim etiam Lypothymia, Syncope. Ejusdem Stirpis est, ni fallor Teut. **Kotzen**, Vomere, qui enim Vomunt, magnâ ventriculi anxietate laborant.

Cob *or Sea* **Cob**, Comenio Gavia avis, fort. *ab* AS. Coppe, Apex, Culmen, vel Teut. **Kopff**, Caput, à Fastigiato sc. Capite.

the **Cob** *of a Herring*.

Cobirons, *Gouldmanno* Crateuterium, *ab* AS. Cop, Caput. Apex, Teut. **Kopff**, Caput, & **Irons**, q. d. Ferramenta Capitata, vel quod eodem recidit, *ab* AS. Coppe, Apex, Fastigium, q. d. Ferramenta Apicibus prædita, Fastigiata.

Cobler, Cerdo, Sutor Veteramentarius, *à* Belg. **Koppelen**, utr. *à* Lat. *Copulare*, (i.e.) Veteramenta consuere, hinc & Dan. **Kobler**, Calceos resarcio.

Cob-nut, Lusus Puerilis, *à* Teut. **Kopff**, Caput, vel AS. Coppe, Apex, q.d. Nux Primaria seu Victrix.

Cobs, vox quæ mihi non nisi in Janua Linguarum occurrit, & exponitur Globuli seu Turundæ, quibus anseres in corte saginantur, proculdubiò *à* Fr. G. *Gob*, *Gobeau*, Offa, Gober, Devorare, Deglutire.

Cobweb, *à* Belg. **Kop-webbe**, Aranea, hoc *à* **Kop**, **Koppe**, Araneus, & **Webbe**, Tela, v. **Web**. Belgicum autem hoc **Kop**, Araneus, fort. ortum est *ab* AS. Coppe, Apex, Fastigium, Culmen, quia sc. in Culminibus ædium plerumque fabricatur & texit.

Cochineal. Lat. Barb. *Cochinilla*, *à* Fr. G. *Cochenille*, Hisp. *Cochinillo*, It. *Cocciniglia*, q. d. Coccinula *à* Gr. Κόκκος βαφικὸς, Granum Infectorium, Tinctorium; sic enim dicitur Vermiculus quidam, qui in Grano Tinctorio, fructu Ilicis Coccigeræ, vel potiùs in Ficu Indica nascitur, quique splendidissimum purpureum colorem exhibet.

Cock, *ab* AS. Cocc, Dan **Kock**, Fr. G. *Coq*, Gallus. Sunt qui à Clocitare seu Glocitare deflectunt: Credo à sono seu Cantu, quem edit sic dictum. *Minshew*, *à* Κοκκύζω deducit, hinc **Cockscomb**, Crista Galli, q. d. Galli Pecten, & sane Pecten inciliuris suis satis graphicè exprimit.

Cock, Epistomium sic dictum quia formâ Cristæ Galli effigiari solet.

the **Cock** *of a Gun*, *or to* **Cock** *a Gun*, parùm deflexo sc. ab Arcubus veteris militiæ, ad Tormenta recentioris instrumenta, Sensu, *ab* It. *Cocca*, Crena Sagittæ, *Coccare*, *Accoccare*, Sagittam Arcui aptare.

Cock *of Hay*, Doct. *Th. H.* putat sic dictum quasi *a* **Cop** *of hay*, quod etiamnum pro eodem in Cantio usurpatur, hoc autem **Cop** proculdubiò oritur *ab* AS. Coppe, Apex, q. d. Apex seu Meta fœni.

Cockal, Astragalismus, lusus Talorum puerilis, **Cock** autem vulgatissimè pro Victore usurpatur, Metaphorâ à Certamine Gallorum sumtâ, vel q. d. **Cop all**. *ab* AS. Cop, Apex, Caput (i. e.) qui Primas obtinet.

Cockapparrel, vox agro Linc. usitatissima (i.e.) Magna Pompa, Magnus Fastus, in parva re, *à* Fr. G. *Quelqu Appareil*, (i. e.) Aliquis Apparatus. Sed unde inquies, *Quelques?* certè *ab* It. *Qualche*, idem signante, hoc *à* Lat. *Qualis*, q. d. Qualicus. Tὸ *Appareil*, autem verum Etymon quære voce **Apparrel**.

Cockatrice, *à* Fr. G. *Coquatris*, Basiliscus fort. à fabula illa de generatione hujus Serpentis ex ovo Galli, & non minùs absurda Pictura ipsius tanquam Animalis inter Serpentem & Avem ambigentis. Particulatim *à* **Cock**, & AS. Ættep, Belg. & nostro **Adder**, Vipera, q. d. Gallo Vipera.

Cock-boat, Scarburgensibus *a* **Coggle**, aliis etiam **Cobble**, It. *Cocca*, *Cucca*, Fr. G. *Coquet*, Scapha, nescio an à Rostro quod aliquo modo Galli Cristæ simile est, vel, ut optimè monet Doct. *Th.H.* à Fr. G. *Coque*, Concha Marina, hoc credo etiam deflexum à Lat. *Concha* elisio *n*, & **Coggle** à diminutivo *Conchula*.

to **Cocker**, à Fr. G. *Coqueliner*, infanti Colludere, Adblandiri, hoc fort. à *Coque*, Cochlea, q. d. Cochleis ludere, vel à *Coucher*, *Accoucher* (i. e.) semper ferè in Lecto detinere, ut, qui molliter infantes habent, solent.

Cocket, vox Mercatoria. Est autem Schedula quâ vectigalium Mancipes seu Publicani testantur vectigal mercium à Mercatore persolutum esse, nescio an *à* **Cockboat**, q. d. Schedula seu Apocha Cymbæ, v. **Cockboat**.

Cocket, dicimus autem *he is very* **Cocket**, de homine valetudinario qui jam Meliusculè se habet, & Convalescere incipit, q. d. est instar Galli Alacer, non ut priùs Languidus; vel *à* Fr. G. *Coqueter*, Glocitare instar Galli gallinas suas vocantis, vel Superbè incedere instar Galli in suo Sterquilinio.

Cockle, *à* Fr. G. *Coque*, *Coquille*, Concha, Conchula, seu Cochlea, unde oritur immediatè, mediatè *à* Gr. κόχλος, κόχλιας, κόγχες, Cochlea, hoc à verbo κόχλω, Gyro.

Cockle, *ab* AS. Coccel, Zizania, Lolium, hoc credo à verbo Ceocan, Aceocan, Suffocare, quia sc. segetes strangulat.

Cockney, vel **Cockneigh**, Vir vel Puer Urbanus rerum Rusticarum prorsùs ignarus, vel *a* **Cock** & **Neigh**, de quo nota fabula est, reverâ fabula, vel potiùs à verbo *to* **Cocker**, quod *vide*, q.d. Puer in Urbe (i. e.) Molliter & Delicatè Educatus. Doct. *Th. H.* sagaciter, ut solet deflectit *à* Fr. G. *Accoquiné*, Ignaviæ deditus, Iners, vita enim Urbana præ Rustica valdè sedentaria & Laboris expers est; *Accoquiner*, autem credo ortum à præp. *Ad* & *Coquin*, Mendicus, quia sc. Mendici laboribus insueti sunt. *Mer. Cas.* deducit *à* Gr. Ὀκνηρός.

Cockquean vel **Cotquean**, q. d. **Cock-quean**, dictum de viro rem Culinariam nimis curante. vel quòd se pro fœmina Coqua gerit, vel quod Coquum agit inter mulieres. Cpen, enim AS. olim simpliciter Mulierem significavit, vel *à* Teut. **Kochin**, Coqua. Doct. *Th. H.* deflectit *à* Fr. G. *Coquine*.

Cock-strive, vel potiùs, ut in agro Linc. efferunt, **Cockstrinde**, ut optimè monet Doct. *Th. H.* à dicto **Cock**, & AS. Stpind, Stirps, Genus, hoc à Stpýnan, Gignere, Procreare, quia sc. Galaxiæ è semine Galli orti vulgò, licet perperam, creduntur.

Cock-swain, (i. e.) Cymbæ Præfectus, à nostro **Cock** pro **Cockboat**, & **Swain**, Servus, v. **Cock-boat** & **Swain**.

Cod, *ab* AS. Ceod, Codde, Belg. **Kodde**, Teut. **Hoden**, **Hode**, Testiculus, Testes, omnia *ab* AS. Codde, Pera, Marsupium, Saccus, &, hoc sensu præcipue Scrotum quod Testium quasi Sacculus est, signat. hinc vox Eboracensis agri, seu potiùs totius Septentrionalis Angliæ propria **Cod** pro Pulvino seu Pulvinari; quid enim aliud est Pulvinar quàm Saccus paleâ vel plumis infartus? *Fr. Jun.* deflectit *à* Gr. Κώδια quod, teste Etymologo, σφαιρίον notat, quo etiam sensu Belgis **Kloot**, (i. e.) Globus dicitur. Possem &, si Græcus essem, declinare *à* Gr. Κώας, Κῶς, & inde Dim. Κωδίον, Κώδιον, Pellis ovina Villosa.

Cod-fish, Asellus, Ὀνίσκος Piscis, nescio an *ab* AS. Codde, Pera, Marsupium, ab aliqua sc. Peræ seu Marsupii similitudine. Hoc piscis genus Fr. G. *Merlus*, vel *Merluz*, It. *Merluzzo*, dicitur, q. d. Lucius Marinus.

a **Codniack** *of Grapes*, (i. e.) Confectio seu Conditum crassius succi uvarum *à* Fr. G. *Codigniat*, Cydoniatum, vel Diacydonium, vel, ut nos barbari loquimur, Miva Cydoniorum, sic dictum, quia Cydoniatum crassiore consistentiâ refert, v. *the French Gardiner* p. 291.

Codlins, *or* **Codale**, **Codlin** autem dicitur Pomum quoddam Præcox Acidum, quod ad temperandam, credo nimiam aciditatem non nisi coctum editur, q. d. Pomum Coctile à verbo *to* **Coddle**, q. d. Coctulare, vel Coctiliare.

Cod-peece, Ὀχεβόλιον, *Rablais* habet vocem *Gaudipisse* in eodem sensu, sed videtur ex nostra Lingua depromptum, q. d. Tegmen seu Panniculus Testium, hoc *ab* AS. Codde, Marsupium & nostro **Piece**, Pars Braccæ Marsupialis, quia olim instar Marsupii, protuberavit.

Cod-worm, vel **Caddis**, Vermis Troctæ esca, nescio an *ab* AS. Codde, Pera, Marsupium, sc. ab aliqua Marsupii similitudine.

Coe, vox Metallica (i. e.) Fossorum Scaptensularum propria. Est autem, ni fallor, Subterraneum Fossorum Tectum,

ab

ab AS. Cope, Copa, & hoc *à* Lat. *Cavea.*

Cokers, vox Architectonica, pars Cymatii dicti, inferior pars tecti coronæ, *à* Fr. G. *Coffre*, idem signante, item primariò Capsa, Cista, quoniam in iis Rosæ, Mala Punica & Flores, coronæ ornamenta, sculpuntur.

Coffee, vox ante aliquot annos Civitate nostrâ donata. Est autem Fructus Euonymi Ægyptii, Incolis *Bon* dicti, Fructus autem hic Ægyptiis *Choava* appellatur, teste *Prospero Alpino*, vox Arabicæ originis.

Coffer, *ab* AS. Corrpe, Cista, Capsa, utr. *ab* AS. Cope, Copa, apud *Somnerum*, qui Antrum, Speluncam, Caveam exponit, & fort. *à* Lat. *Cavea*, ortum duxit. Capsa enim Cista cava est, & in ea tanquam Caveâ Supellex conditur & asservatur, satis feliciter alludit Gr. Κόφινος, Corbis.

the **Cofferer** *of the Kings houshold*, Magni Oeconomi seu Dispensatoris Regis, **Controller** dicti, Vicarius, cujus Munus est aliis Familiæ Regiæ Servis vel, ut nos loquimur, Officiariis sua Salaria seu Stipendia erogare, *à* nom. **Coffer**, quod v. q.d. Præfectus seu Curator Cistæ seu Capsæ Regiæ.

Coffin, *à* Fr. G. *Cofin*, It. *Cophano*, *Cofano*, Arca seu Capsa Libitinaria, Sandapila, Capulus Feralis, sed primariò Cista, Capsa, q.d. Capsa Funerea, omnia *ab* AS. Cope, Copa. Cavea, q.d. Cavina, v. **Coffer**, Sunt qui deflectunt *à* Gr. Κόφινος, cui sanè conjecturæ admodum favet quod datur etiam vox Hisp. **Cofin**, quæ idem quod Κόφινος (i.e.) Corbem notat.

to **Cog**, *à* Fr. G. *Coquelincr*, Infanti Adblandiri, hoc ni fallor, à nom. *Coque*, & ejus diminutivo *Coqueline*, Cochlea (i.e.) cum puero Cochleis ludere, Pessimè *Minsheu à* Gr. Καχὸς detorquet.

the **Cog** *of a Mill wheel*, Vir Rev. dictum M. H SS. Th. D. putat à sono quem circumgy- Eccl. C. L. D. rando edit.

Cogle-stone, *ab* It. *Cuogolo* idem signante, utr. *à* Lat. *Calculus*, & hoc *à* Gr. χάλιξ Lapis minutus, q. d. Caliculus. Datur & Καχλὰς & Κάχλιξ & Κάλιξ pro eodem.

Cognisance, *à* Fr. G. *Connoissance*, q. d. Cognoscentia, Cognitio, à verb. *Connoistre*, Cognoscere.

Coif, *à* Fr. G. *Coiffe*, It. *Cuffia*, Hisp. *Cofia*, Calantica, Lat. Barb. Gufum, Gofum Vestis quædam villosa Ἀμφίμαλλος seu utrinque Hirsuta; *Minsevius à* Gr. Κεκρύφαλος, Reticulum crinium seu Capitium mulierum, deflectit. *Menagius* autem invenit in antiquo Lexico Hebraico Cupha pro veste quam mulier capiti suo superimponit. Pater Guadix Hisp. *Cofia*, declinat ab Arab. *Qyebf*, Caput, & inde *Quebfia*, res ad Caput pertinens, v. *Covarruv.* in Et. L. Hisp.

to **Coil**, vel **Quoil** *a Cable*, rudentem Glomerare, Convolvere in Spiram seu Circulum, *à* Fr. G. *Cueillir*, It. *Cogliere*, utr. *à* Lat. *Colligere.*

Coil, *to keep a* **Coil**, Tumultuari, Rixari, Jurgari, fort. *à* Teut. **Kollern** seu **Kollern**, Increpare, Objurgare, hoc à nom. **Koller**, Collare, q. d. aliquem Collari Prehendere, quod minantis & pugnaturientis est.

Coin, *à* Fr. G. *Coin*, It. *Conio*, Moneta, Æs Signatum, vel, quod *Spelmanno* & *Menagio* placet, *à* Lat. *Cuneus*, quia argentum signandum in Cuneos scinditur, vel, quod Cironio placet, *à* Gr. Ἔκτυπον, Εἰκὼν, Imago, Imaguncula, sc. Principis, quam nummus gerit, sed prius Etymon longè præfero. *Minsheu* perperam *à* Fr. G. *Coing*, quia angulatim olim scindebantur, & *à* Gr. Κοινὸς declinat. Datur & Hisp. *Cunnar*, *Acunnar*, Monetam cudere, seu signare, *Cunno de Moneda* (i. e.) Ferrum quo excuduntur nummi ejusdem originis. Alludit & Gr. Κόμμα.

Coines, vox Architectonica, *Adr. Jun.* Prothyrides seu Ancones, *à* Fr. G. *Coing*, Angulus q. d. domus Anguli, hoc *à* Lat. *Cuneus*, nisi malis deflectere à voce Vitruviana *Ancones*, quod sanè mihi satis verisimile videtur. *Abr. Mylius* Fr. G. *Coing*, deducit *à* Gr. γωνία.

Coke, vox agris Linc. & Nott. usitatissima, est autem Carbo Fossilis ad modum ligni, quo purior & accensu facilior reddatur igne suppressionis exustus, quo Βύρσαι siccant, nescio an *à* Lat. *Coquere*, q. d. carbo Coctus.

Cokers, magnæ Ocreæ Rusticorum & Piscatorum, *ab* AS. Cocep, Belg. **Koker**, Theca, q. d. Theca Crurum, v. *Minsheu.*

Cokes, Stultus, fort. *ab* Hisp. *Coco*, quæ est vox quâ terrent infantes, hinc *hazer Cocos*, hoc modo Terrefacere, quia sc. Stulti facilè terrentur, vel *à* Fr. G. *Cochon*, Hisp. *Cochino*, Porcellus, & nos dicimus *a* **Silly Hog**, vel quod mihi verisimilius fit, *à* Teut. **Gauch**, **Geck**, Stultus.

Cold, *ab* AS. Cole, nobis **Cool**, Belg. **Koel**, Teut. **Kalt**, **Kühl**, Frigidus, Subfrigidus, AS. Colian, Colan, Acolian, Refrigerare, Frigescere, Cælan, Teut. **Kühlen**, Refrigerare, AS. Celan, Algere,

Cealb, Dan. Kold, Kaalb, Belg. Kaudt, Kaud, Kond, Kont, Frigidus, Koelen, Subrefrigerare, AS. Celinꝛ, Refrigeratio, Dan. Kuld, Frigus. AS. autem Cælan, fort. à Lat. *Gelu* & *Gelare* ortum duxit.

Cole *or* **Colewort**, *ab* AS. Capl, Caplpÿpt, Belg. Kool, Koole, Teut. Kohl, Kol, Dan. Kaal, Fr. G. *Choux*, *Caule*, It. *Cavoli*, *Caoli*, *Coli*, Hisp. *Col*, Brassica, omnia à Lat. *Caulis*, Gr. Καυλὸς, q. d. Caulis per excellentiam, saltem Catone Judice.

Cole-mouse, Ridero, nescio quàm benè, Ficedula avis, *a* Caule, seu Brassica & Mouse, q. d. avis quæ Brassicas arrodit seu depascitur.

Cole-staff, Higginio Baculus, Bacillum, vix benè. Potiùs exponerem Bajulus, Gr. *Salmasio* teste, Βακὸς, Lignum quo Bajuli onera sua portant, *a* Cole & Staff, q. d. Lignum quo carbones bajulantur. Doct. *Th. H.* scribit Cowl-staff, & monet hujusmodi vas mediante baculo hoc à duobus bajulatum Cowl vulgo appellari, idque inquit fort. quia Zythepsæ in hoc vas è Lebete Zythum transfuderunt ut inde refrigisceret.

Collet *of a ring*, Umbo seu Pala Annuli, *à* Fr. G. *Colet*, *Collet*, Gula, Gurgulio, hoc *à* Col, Collum, additâ terminatione Dimin. et, q. d. Collulum, sic dictum quia est pars Annuli, instar Colli, vel Gurgulionis protuberans.

Coll, v. **Cull**.

Collation, *à* Fr. G. *Collation*, Merenda, nimis manifestè *à* Lat. *Collatio*, quod collatis omnium symbolis procuratur.

Collar, *à* Fr. G. *Collier*, Hisp. *Collar*, Torquis, utr. *à* Lat. *Collare*, quia Collum ambit.

the hawk **Calleth**, *Ridero* **Collineat**, *Gouldmanno* **Annuit**, utinam ulteriori interpretatione dignati fuissent, ego sanè hebes & rei Aucupariæ prorsus imperitus nondum satis intelligo, nescio an *à* Fr. G. *Col*, Lat. *Collum*, q. d. Collum seu Cervicem prorsum flectit.

Collegue, Blanditiis tentare, parùm deflexo sensu, *à* Lat. *Colloqui*, vel, si à Germanica origine deducere malis, *a* Teut. Kosen, Garrire, & Kügen, Belg. Kogen, Mentiri, q. d. Kosiogen elisio propter Euphoniam s, q. d. Blandis Mendaciis imponere.

Collop, *Minshew* deflectit à Κολάπτω, Incido, vel *à* Belg. Kole, Carbo & Op, Super, ut idem sit quod Fr. G. *Carbonade*, vel *à* Κίλλω, Corium durius in Cervicibus & dorsis boum, aut ovium, vel *à* Κῶλον, Cibus, vel *à* Κολαβὸς, quod *Vossio* in Et. LL. exp. Buccea, Offula.

Colly-flower, (i.e.) Flos Caulis seu Brassicæ, v. **Colewort**.

Coloter, vox origine Græca, sed in libris Anglicis Græcas res describentibus frequentissima, *a* Græco-Barb. Καλόγηρος, Monachus, Καλόγηρος autem ortum est à Gr. Καλὸς, Pulchrum, & γῆρας, Honor, Præmium, q. d. valdè Honoratus, vel quem magnum Præmium apud Deum manet, cui magna merces in altero mundo debetur; vel ut Doct. *Th. H.* placet, *à* Καλὸς & Γῆρος.

Colonnel, *à* Fr. G. *Colonnel*, It. *Colonello*, Tribunus, Chiliarcha, non, quod *Minshew* vult, quòd sint quasi Columnæ exercitûs, sed fort. quod Duces Tribuni seu Phylarchæ primùm in Coloniis dicti sunt *Coloniales*, quod posteà nomen in militum copias traductum est.

Colt, *ab* AS. Colt, Pullus Equinus. *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Κῶλος.

a **Colter**, *ab* AS. Cultop, Belg. Kouter, Fr. G. *Coutre*, *Coultre*, It. *Coltro*, *Coltello*, Dens seu Dentale Aratri Ζυγὸς, omnia *à* Lat. *Culter*.

Comb, *à* Belg. Kammen, Kemmen, Teut. Kämmen, Pectinare, Belg. & Dan. Kam, Teut. Kamm, Pecten, hinc Haenen Kam, Crista Galli, Dan. Kemmer, Como, Pectino. Alludit Lat. *Coma*, Gr. Κόμη, & Κομέω, Curo, Curam gero.

Comb, *à* Dan. Kam, Crista Galli. Alludit Gr. Κόμβος, Ornatus, quia est Galli Ornamentum, v. **Comb** & **Cock**.

Comb in terminationibus frequens, *ab* AS. Comb, Comp, *à* C. Br. eóque ant. Gallico *Kum*, *Cumm*, unde defluxit Fr. G. recens *Combe*, Vallis utrinque Collibus obsita. Alludit Gr. Κόμβος, Cavus Recessus.

Combat, *à* Fr. G. *Combat*, Pugna, *Combatre*, It. *Combattere*, Pugnare, *à* Lat. *Con* & *Batuere*, Pugnare, Percutere.

Combatant, vox Fœcialium, *à* Fr. G. *Combatant*, part. verbi *Combatre*, Pugnare, Dimicare (i. e.) Pugnans.

Comber, *à* Belg. Kommer, Komber, Teut. Kummer, Infortunium, Molestia, Damnum, Belg. Kommeren, Komberen, Teut. Kümmern, Molestare, *vide* **Encomber**. *Menagius à* voce Lat. Barb. *Combrus*, vel Fr. G. vet. *Combre*, quæ Lignorum Concædem significat, deflectit, q. d. Lignis cæsis viam intercludere, Guyetus probabiliùs à vet. *Combre* recentioribus *Comble*, quod Cumulum notat, deducit, unde

de *to* **Incomber**, q. d. Incumulare, hoc est Cumulo rerum Impedire. Ejusdem originis est, & It. *Ingombrare*, Impedire, *Sgombrare*, Expedire, & Dan. **Kommer**, Tristitia. Alludit, idque satis feliciter, Gr. Barb. γόμος, Onus, Pondus, credo *ab* ant. γομάριον, dim. τὸ γόμος, Onus navis, hoc *a* verb. γέμω, Plenus seu Onustus sum.

Come, *ab* AS. Coman, Cyman, Fr. Th. **Cuman**, **Coman**, Belg. **Komen**, Teut. **Kommen**, Venire. Datur & Dan. **Kommer**, Venio, **Kommer nær til**, Appropinquo. Alludit Gr. Κωμάζω, quod inter reliquos significatus, apud Euripidem & Herodotum Eo, Meo, me Confero exponitur.

Comely, Decorus, *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Κομψός. Mallem *à* verbo **Become**, quod *vide*.

Comfit, *à* Belg. **Konfit**, Bellaria arida, Hypotrimmata, Tragemata, utr. *à* Fr. G. *Confit*, Intinctus, Maceratus, Confitures, Bellaria, omnia *à* Lat. *Confectio*, Conficere.

Comfort, Solari, Consolari, *à* Fr. G. *Conforter*, It. *Confortare*, q. d. consiliis Roborare, Munire, Instruere, Datur &, ut monet Doct. *Th. H.* ant. Fr. G. *Comfort*, Consolatio.

a **Coming-wench**, Puella Lepida, Ingenio Alacris & Læta, *ab* AS. Cpeman, Placere omnino ut Fr. G. *Aggreable*, *à* verbo *Aggreer*.

Command, *à* Fr. G. *Command*, *Commandement*. It. *Commando*, Jussum, Imperium, Fr. G. *Commander*, It. *Commandare*, Jubere, Imperare, *à* Lat. *Con*, & *Mandare*.

Commence, *à* Fr. G. *Commencer*, It. *Cominciare*, Incipere, fort. utr. *à* Lat. *Con* seu *Cum*, & *Initium*, q.d. Coinitiare seu Cominitiare: *Com* etiam apud Latinos interdum pro *Con* usurpatur, ut in Comitium.

a **Commendum**, *à* Fr. G. *Commende* (i. e.) Beneficium Ecclesiasticum vacans viro idoneo, donec suppleatur, conereditum & Commendatum, manifestè *à* Lat. *Commendare*.

Commonalty, *à* Fr. G. *Communauté*, *la Commune Plebs*, Populus, q. d. Communalitas, ut nos dicimus Plebeios, **Common** *people*, & **Commons** (i.e.) homines Communes, utpote Nobilibus, Titulatis, eóque supra vulgus evectis, oppositos.

to **Commune** *or* **Common**, Colloqui, Sermones conferre, q. d. Sermones Communicare.

Company, *à* Fr. G. *Compagnie*, It. *Compagnia*, Societas, Fr. G. *Compagnon*, It. *Compagno*, Socius, Fr. G. *Accompagner*, It. *Accompagnare*, Comitari, omnia vel, secundùm Caninium, *à Con*, & *Pagus*, q. d. Compaganus, vel, secundùm Lipsium, *à* verbo *Combino*, vel *à Combenno* apud Festum (i. e.) qui eodem curru utitur, vel, quod longè verisimilius, *à Con*, & *Panis*, q.d. Companio, quia sc. de eodem Pane participat, omninò ut Gr. ὁμοσιτῶν, Sodalis, Convictor, *à* σὺν & σῖτος.

Comparison, *à* Fr. G. *Comparaison*, utr. nimis manifestè *à* Lat. *Comparatio*.

Compartiment, vox primariò Architectonica, secundariò autem Fœcialibus usurpatur, *a* Fr. G. *Compartiment*, Quadra, Tabula, Area, quædam æqua Divisio, *à* verbo *Compartir* in Æquas partes dividere, q. d. Compartiri, v. *Morgan*.

Compass, *à* Fr. G. & Hisp. *Compas*, It. *Compasso*, Circinus, Fr. G. verb. *Compasser*, It. *Compassare*, Ambire, passibus Circuire, Circumcingere, Circumsidere.

Compassion, *à* Fr. G. *Compassion*, It. *Compassione*, Miseratio, verb. Fr. G. *Compassioner*, It. *Compassionare*, Misereri, Miseratio enim est quædam cum aliis συμπάθεια, quâ, sc. dolores alienos participamus, alienis malis Ingemiscimus.

Complain, *à* Fr. G. *Complaindre*, *Plaindre*, Conqueri, q. d. Complangere, Plangere, unde verbale **Complaint**, Querela, q. d. Complanctus.

Complement, *à* Fr. G. *Compliment*, It. *Complimento*, hæc *à* verbo *to* **Comply**, q.d. **Complyments**, (i. e.) Verba quibus alienam gratiam captamus, v. *to* **Comply**. **Complements** autem reddi fortasse Latinè possint verba Officiosa, Blanda, humanitatis & demissionis plena, aut, ut Horatius scitè exprimit, Publica verba; vel *to* **Complement**, reddi potest φιλοφρονεῖν (i. e.) Blandis & Benignis tum Verbis, tum gestibus Excipere, operosè Amicitiam & Honorem contestari.

Complice, *à* Fr. G. *Complice*, Conjuratus, q.d. Complex (i.e.) eadem conjuratione Complicatus seu Fœderatus.

Complot, *à* Fr. G. *Complot*, Conjuratio, *Comploter*, Conjurare, secundùm *Menag.* q. d. Completum, quod idem sonat quod Complexum, vel fort. *à Con*, & *Peloter*, Pilâ ludere, Metaphorâ à lusu Pilæ ubi plures simul, quasi fœderati, contra alios certant, desumtâ.

Comply, vel *à* Fr. G. *Complaire*, It. *Compiacere*, q. d. Complacere, vel *à Complicare* (i. e.) alieno ingenio se Accommodare,

dare, Assentiri, vel potiùs Assentari, Aliena verba loqui, Alienis moribus vivere.

Componed & Countercomponed, à Fr. G. *Componè*, *Contrecomponè*, vox Fœcialium q. d. Fimbriâ ex duobus coloribus, vel ex duobus coloribus contrario modo collocatis compositus.

to **Comport** *himself* (i. e.) *to Behave himself*, à Fr. G. *se Comporter*, It. *Comportarsi* (i. e.) se Gerere benè, vel malè, q. d. Lat. Comportare. Eodem etiam ferè sensu dicimus, *he* **Carried** *fair with him.*

Compose, à Fr. G. *Composer*, vel à Lat. *Componere*, vel potiùs à *Con* & *Pausa*, q. d. Compausare (i. e.) simul in Quiete Collocare, hoc à Gr. πάυειν παύσαι, v. **Repose**.

Comprise, Comprehendere, à Fr. G. *Compris*, *Comprins*, part. verbi *Comprendre*, utr. à Lat. *Comprehendere*.

Compromise, à Fr. G. *Compromettre*, It. *Compromettere*, utr. à voce Forensi labentis Imperii *Compromittere* (i. e.) Arbitris rem Permittere, Ἐπιτρέπειν.

Compt, v. **Count**.

Conceive, à Fr. G. *Concevoir*, It. *Concepere*, *Concepire*, utr. à Lat. *Concipere*.

Concern, à Fr. G. *Concerner*, Pertinere, utr. à Lat. Barb. *Concernere* (i. e.) Spectare ad aliquem.

to **Cond** *or* **Con**, vox Nautica, exp. Gubernatorem docere quomodo temonem dirigat. *Manwayring* in Dictionario Naut. deflectit à Lat. *Conducere*. Mallem *ab* AS. Cunnan, Scire, Noscere (i. e.) activo sensu, *to give to Understand*, vel *to make one Understand*, vel, quod eodem ferè redit, *a* Belg. **Kond**, Teut. **Kund**, Notus, & inde verbis **Konden**, **Kunden** pro **Kondigen**, **Kundigen**, Notum facere.

Conduct, *sæpe* **Conduit**, Præsidium militum qui Hostem fide publicâ ab omni vi tuentur, Commeatus, Fr. G. *Sauf Conduit* ou *Conduict*, It. *Salvo Condotto*, q. d. Salvus Conductus.

Conduit, Aquæ ductus, à Fr. G. *Conduite*, Conductio, q. d. aquæ Conductio, Teut. autem, elegantissimo vocabulo vocatur **Wasser-dovt**, à *Wasser*, Aqua, & **Thetten**, Partiri, Dispartiri.

Confront, Conferre, Comparare, Committere, à Fr. G. *Confronter*, It. *Confrontare*, à *Con* & *Front*, hoc est Frontem fronti objicere.

Congy, Venerabunda corporis Inflexio seu Inclinatio, à Fr. G. *Congè*, It. *Commiato*, Venia, Licentia, Fr. G. *Prendre Congè*, It. *Accommiatarsi* bona cum Venia Discedere, Valedicere, omnia à Lat. *Commeatus*, sc. quatenus Commeatus licentiam huc illuc Commeandi significat; nobis, parùm detorto, sed non invenusto sensu, quoniam plerumque descedentes honorifico corporis flexu amicos salutamus, tanquam Veniam seu Licentiam abeundi orantes.

Conn, Memoriæ mandare, parùm deflexo sensu *ab* AS. Connan, Cennan, Scire.

Conn, hoc est Contractis Pugnis, vel Digitis Percutere. Si Græcus essem jurarem ortum à Gr. Κόνδυλος, Articulus seu Nodus digiti, Κονδυλίζειν, Pugnis cædere. Mallem tamen deflectere *ab* AS. Compian, Pugnare, vel, quod omnium verisimillimum est, à Fr. G. *Coigner*, Percutere, propriè instar Cunei Incutere seu Adigere, hoc à *Coin*, omnia à Lat. *Cuneus*.

Conn, *I* **Conn** *you thanks*, non ut vult *Verstegan*, à Teut. **Gunnen**, Favere, sed *ab* AS. Connan, Cognoscere, omninò Græco Idiotismo, ut χάριν οἶδα, χάριν γινώσκω, vel à Fr. Th. **Bonden**, Indicare (i. e.) Profiteri.

Conquer, à Fr. G. *Conquerir*, It. *Conquistare*, Subjugare, Fr. G. *Conqueste*, It. *Conquisto*, Victoria, omnia à Lat. *Conquirere*, Conquisitum præsertim bello, q. d. Conquisitare.

Constable, à Fr. G. *Conestable*, *Connestable*, It. *Cônestabile*, *Contestabile*, q. d. Comes Stabuli, nobis & Franco-Gallis Magister Equitum, vel Summus totius militiæ & Exercituum Dux, Græcis inferioribus Κομησταύλος seu Κομεσταύλος. *Verstegan* minùs verisimiliter deflectit *ab* AS. Cyning seu Cunning, Rex & **Stable**, q. d. Rex Stabuli. Eodem nomine appellatur, Præfectus Vigilum, forte an quia magni Contestabilis seu summi militiæ Ducis olim Vicarius fuit.

Constrain, à Fr. G. *Contraindre* olim *Constraindre*, Cogere, q. d. Constringere, **Contraincte**, Coactio, q. d. Constrictio.

a **Contoze**, Abacus, à Belg. **Kontoor**, **Komptoor**, Fr. G. *Komptoir*, Mensa; Tablinum (i. e.) Mensa super quam tum rationes scripto supputantur, tum ipsa pecunia numeratur, v. **Account**, **Count**, & **Counter**.

Contrive, à Fr. G. *Controuver*, Excogitare, Fingere, *a Con*, & *Trouver*, Invenire; violentissimè *Guyetus* deflectit hoc *Trouver*, vel, ut interdum scribitur, *Treuver*, à Gr. Ἐυρεῖν, Longè mallem de-

deducere *à* Teut. **Treffen**, Attingere, **Betreffen**, Offendere, Invenire.

to **Control**, ad Calculum revocare, Examinare, Contradicere, parùm deflexo sensu, *à* Fr. G. *Contre-rolle*, q. d. Contra-Rotula, Exemplar, seu Apographum Rationum, **Contre-roller**, Observare, Inspicere, Corrigere rationes, *Contre-rolleur*, Rationarius, rationum Subductor, **Controller** *of the Kings houshold*, Fam. Stradæ Aulæ Censor, *vide* **Rowl**.

Convey, Deducere, Representare, parùm deflexo sensu, *à* Fr. G. *Convoyer*, Comitari, Stipare, q. d. Conviare seu Convehere.

Convoy, *à* Fr. G. *Convoy*, salvus Conductus, Commeatus, *Convoyer*, Deducere, Prosequi, vel, q. d. Conviare, quod mihi magis arridet (i. e.) in Via vel itinere Comitari, vel, quod *Menagius* præfert, *à Convehere*.

Cony, *à* Belg. **Konin**, Fr. G. *Counil*, *Conin*, It. *Coniglio*, Teut. **Kanin**, **Kaninchen**, omnia *à* Lat. *Cuniculus* animal.

Cook, *ab* AS. Coc, Belg. & Dan. **Koek**, Teut. **Koch**, It. *Cuoco*, C. Br. *Cóg*, omnia *à* Lat. *Coquus*. Alludit, sed tantùm alludit, Gr. Κυέω, Misceo, licèt sanè meliore jure possem ipsum *Coquo* flectere *à* Κυέω, quam alii *à Cogo Coago*, alii *à Coagmo* vel Κίγω apud *Theocritum*, quod Scholiastes exponit "ρον ἀφρῶν (i. e.) Humorem abunde fluentem, nedum ut *Nunnesius* ridiculè *à* Gr. σίτλω.

a **Coom**, *or* **Comb** *of corn*, Mensura quædam Frumenti vulgò notissima *à* Fr. G. *Comble*, utr. *à* Lat. *Cumulus*.

Coop, Columellæ, Cors vel Cohors. *Minshew* deflectit *à* Lat. *Cooperio*, mallem *ab* AS. Copa, Cope, Cavea, vel *ab* It. *Cuba*, avium Caveola, & hoc vel *à* Lat. *Cubare*, vel *à Cavea*, quippe aves Cortales seu Cohortales Caveis includuntur, ut citiùs pinguescant. Potest & non incommodè deduci *à* verbo *to* **Keep**, quod *vide*, q. d. Custoditorium (i. e.) locus ubi aves Custodiuntur.

Coop vel potiùs **Coope** vel **Cooped**, vox Fœcialium, *à* Fr. G. *Coupè*, Scissus, participio verbi *Couper*, Scindere.

Cooper, *à* Belg. **Kuyper**, Teut. **Kuffer**, **Kieffer**, **Küfer**, Doliarius, Victor, hoc *à* **Kuype**, Teut. **Kufe**, Cupa, Tina, Dolium, vel fort. *à* Fr. G. *Coupeur*, q. d. Scissor, quia circulos scindendo adaptat, vel, si Anglicam originem malis, *à* nom. **Hoop**, q. d. **Hooper**, sed primum Etymon longè præfero.

Coot, *à* Belg. **Koet**, **Maer Coet**, Fr. G. *Cotée*, Fulica, It. *Cutta*, quod Florius, credo malè, Cornicem vertit, *Higginio* Glaucium dicitur. Credo hæc omnia à sono avis proprio ficta esse.

Cop, *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Κεφαλή, Mallem *ab* AS. Cop, Teut. **Kopff**, Apex, Caput, & hoc *à* Lat. *Caput*, hinc etiam oritur Teut. **Kaupper**, Putator arborum.

Cop *of hay*, vox agro Cantiano usitata, est autem Meta fœni *ab* AS. Cop, Caput, q. d. Caput fœni, vel, quod ferè eodem redit, *à* Coppe, Apex, q. d. Apex fœni, quia sc. in altum assurgit, v. *a* **Cock** *of hay*.

Cope, Contendere. *Minshew* deflectit vel *à* Teut. **Kopff**, Caput, sc. capitibus mutuò se impetere, vel *à* Gr. Κίπτω, Cædo. Alludit & Κόπος, Labor, vel *à* Lat. *Competere*, vel, quod omnium verisimillimum est, *ab* AS. Cempa, Miles, & inde AS. Compran, Campran, Belg. **Kampen**, Teut. **Kampffen**, Pugnare, Certare, Dimicare.

the **Cope** *of heaven*, Fr. G. *la Chappe du Ciel*, It. *la Cappa del Cielo*, *à* Fr. G. *Chappe*, It. *Cappa*, Lat. Barb. *Capitium*, Capitis tegmen, hoc *à* Lat. *Caput*; est enim Cœlum reliqui mundi quasi Capitium & Calantica, v. **Cop**, vel q. d. Lat. sub Cavo Cœli.

to **Cope** *together*, Committere, *à* Fr. G. *Coupler*, *Accoupler*, It. *Coppiare*, *Accopiare*, omnia *à* Lat. *Copulare*, vel *a* **Cope**, Contendere, quod *vide*.

Cope, *ab* AS. Cæppe, Cop, Ependytes, Armilausa, Ἐπωμὶς, v. Cl. *Salmas.* Schol. in Treb. Poll. vitâ D. Claudii 2^di^ Aug. item Pallium, Vestis Sacerdotalis, Cappa, Caracalla, Belg. **Kappe**, Fr. G. *Chape*, *Cappe*, It. *Cappa*, Ἐπωμὶς Sacerdotalis.

Cope, vox Metallica (i. e.) Fossorum Scaptensularum propria. Est autem Vectigal à Fossoribus Domino fundi pendi solitum, fort. *ab* AS. Cop, Caput, q. d. Tributum Capitale (i. e.) quod à singulis capitibus seu Personis exigitur, v. **Poll-money**.

Coping, vox Architectonica. Sic autem vocatur Summitas ædium in Versione nostra Bibliorum primo Regum cap. 7. versu 9. *ab* AS. Coppe, Apex, Culmen, Fastigium, hoc *à* Cop, *Caput*.

Copper, *à* Belg. **Koper**, Teut. **Kupffer**, Dan. **Kobber**, Hisp. *Cobre*, Fr. G. *Cuivre*, Cuprum, Belg. **Kopren**, Teut. **Kupfferen**, Cupreus, q. d. Æs Cyprium, Lat.

Lat. Barb. *Cuprum*, Cyprus enim Insula, ut ex Galeno, & multis aliis notissimum est, scaptensulis Æris, celeberrima olim fuit. Datur & Teut. **Kupfferig**, facie Rubicundus, **Kupfferigt angesicht**, **Kupfferige nase**, Nasus seu Vultus Rubicundus, Gutta Rosacea, apud Jul. Capitol. vitâ Æl. Commodi Veri Aug. Facies Gemmata dicitur, v. *Is. Cas.* notas in eundem locum.

Copperas, *ab* Hisp. *Caparrosa*, *Caparossa*, Fr. G. *Coupperouse*, *Couperouse*, Chalcanthum, credo sic dictum, quasi Cuprum Rosum (i. e.) ab Uligine, seu præsertim quovis Acido liquore corrosum, & solutum; nihil est enim propriè, nisi Rubigo seu, ut Chymici loqui amant, Vitriolum Cupri, & secundariò Ferri, nisi malis dictum quasi **Copper Rust**, vel q. d. Fr. G. *Rosée de Cuivre* (i. e.) Ros Cupri.

a **Copse** *or* **Coppis**, Sylva Cædua, vel *à* Fr. G. *Couper*, quod *Minsevo* placet, vel, ut *Helleniſtis* placeret, *à* Gr. Κόπτω, Scindo.

Copy, *à* Fr. G. *Copie*, It. *Copia*, Exemplar, *Copier*, Describere, *Vossius* rectè monet ortum esse hanc vocem *à* phrasi *Copiam facere* exscribendi.

a **Corbell**, vox Architectonica. *Minsheu* deflectit *à* Fr. G. *Corbeau*, utr. *à* Lat. *Corvus*. Mallem *ab* It. *Corbella* idem signante, vel *à* Fr. G. *Corbeille*, It. *Corbella*, Calathus, hæc *ab* It. *Corba*, Corbis, q.d. Corbiculus, *vide* **Basket**.

Cordelier, Ordo Religiosorum D. *Francisci* Institutum observantium, *à* Fr. G. *Cordelier* idem signante, hoc *à* Fr. G. *Corde*, Chorda, seu Funis quo pro Cingulo utuntur.

Cordwainer, Sutor Calcearius, à Belg. **Kordewaen**, Fr. G. *Cordouan*, It. *Cordovano*, Hisp. *Cordovan*, Corium Hispanicum, seu Cordubense, **Kordewanier**, Fr. G. *Cordonnier*, It. *Cordovaniere*, Sutor Calcearius.

Core, *the* **Core** *in fruit*, Locellus seminum, Volva. *Adr. Jun.* etiam Gr. Καρδία, *à* Fr. G. *Cœur*, It. *Core*, *Cuore*, utr. *à* Lat. *Cor*, q. d. Cor fructûs, quoniam instar Cordis in medio situm est.

Cork, *à* Belg. **Kork**, Hisp. *Corcho*, Dan. **Korcke**, Teut. **Gorck**, **Gorch**, Suber, omnia *à* Lat. *Cortice* per contractionem; est enim revera arboris Cortex. *Fr. Jun.* more Criticorum, qui nihil magnificum putant nisi quod difficile est, & longè petitum, deflectit *à* Gr. Κερκυγὴ, Strepitus, quia sc. Suber crepidis suppositum, aures crepero sonitu lædit. Datur & Hisp. *Alcorque*, Soccus seu Solea Suberea ejusdem originis.

Cormorant, *à* Fr. G. *Cormorant*, Mergus, avis Piscivora, q. d. Corvus Marinus; ut enim Corvus segetes, ita & Mergus pisces avidè vorat.

Corn, *ab* AS. Corn, Dan. **Korn**, **Kierne**, Belg. **Koren**, **Kozne**, Teut. **Kern**, Granum, Nucleus, item **Korn**, Granum, Frumentum, AS. Gecornas, Sale conditus. Martinius per Metathesin *à* Lat. *Granum* declinat cui prorsus assentior, *Fr. Jun.* deflectit *à* Gr. Κεγχρος, Satio.

Corn, *à* Fr. G. *Cor*, Clavus, vel Gemursa morbus, credo sic dictum quia durum est instar Cornu. Datur & C. Br. *Kyrn*, ejusdem tribûs.

Cornelian, It. *Cornelino*, Sarda lapis, Lat. Barb. *Carneolus*, sic dictus *à* Rubore *Carneo*, vel, ut ingeniosè divinant Doct. *Th. H. à* colore *Corni* fructûs.

Cornel *or* **Cornelian**, *à* Fr. G. *Corneille*, utr. *à* Lat. *Cornum* fructus, *Cornus* arbor.

Corner, *à* Fr. G. *Corniere*, C. Br. *Cornel*, Angulus; Anguli enim instar Cornuum, protuberant. Datur & Dan. **Hiorner**, ni fallor, Anguli ejusdem familiæ.

Cornet, *à* Fr. G. *Cornet*, It. *Cornetta*, *Adr. Jun.* Buccina *à Cornu*, q. d. Cornulus (i. e.) Cornus Instrumentum Musicum.

Cornet, Equitum Signifer, *à* Fr. G. *Cornette*, Serica Ἔπαρμα, Insigne Ductoris, quale insigne fort. olim etiam hi Signiferi gestârunt, *vide Minsheu*, fortean etiam deflecti posset *à* nom. **Cornet**, Sertum, quòd olim Signiferi Sertis capita redimiti incesserunt,

a **Cornet** *fish*, Buccinum piscis, sic dictus *à Cornu*, seu Buccinæ similitudine.

a **Cornet** *of paper*, Fr. G. *un Cornet de papier*, *Adr. Jun.* Cuculus est autem Involucrum Chartaceum, quo institores & propolæ pulveres condunt, sic dictum *à* figura instar *Cornûs* protuberante.

a **Cornish**, vox Architectonica, *à* Fr. G. *Corniche*, *Cornice*, ni fallor, Frons, seu Projectura Columnæ vel Muri, hæc *à* Lat. *Corniculum*, quia, instar Corniculorum, prominent. Doct. autem *Evelino* nostrum **Cornish Coronis** dicitur, credo mendum typorum subesse, ipsum Cornix scripsisse, vel saltem Coronis.

Cornub, *I* **Cornubbed** *him*, *à* C. Br. *Cernod*, Alapa, vel potiùs *à* Belg. **Keeren**, Propulsare, & **Knoop**, **Knobbel**, Nodus, q.d.

q. d. Condylis seu internodiis digitorum Pulsare seu Tundere.

Coroner, Cædis Quæsitor, q. d. Coronæ Procurator, quia sc. nomine Coronæ seu Regis in Cædem inquirit.

a **Coronet**, *ab* It. *Coronetta*, Sertum, q. d. Coronula.

Corporal, *à* Fr. G. *Corporal*, It. *Caporale*, Decurio, *à* Lat. *Caput*. Sic enim appellatur, quòd Manipulo Vigilum, qui in recenti militia corpus custodiæ, *Corps de Garde*, dicitur, præest (i. e.) Decuriæ caput est.

a **Corporation**, *or* **Company**, Corpus Politicum certis legibus fœderatum, *a* **Company** *of Tradesmen*, *or a Town indowed with Priviledges, Magistracy and Power of making Laws within themselves*. In illis sæculis in quibus puritas Sermonis Latini viguit, dictum est Collegium: labente autem Imperio Corpus dici cœpit. Ælius enim Lampridius vitâ Alexandri Severi Aug. scribit hunc Principem constituisse Corpora Vinariorum, Caligariorum & omnino omnium artium.

Corps, *or* **Cors**, Cadaver, *à* Fr. G. *Corps*, Corpus sc. mortuum, quum enim *Corps* dicimus vocis Franco-Gallicæ scripturam, quum autem **Cors**, dicimus pronunciationem sequimur. Datur & Dan. etiam **Crop**, Corpus per Metathesin.

Corrant, *à* Fr. G. *Courante*, It. *Corranta*, Tripudii genus à *Currendo*, q. d. Tripudium Currens seu Cursorium.

Corsary, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, exponitur autem Veredarius *à* Fr. G. *Coursier*, Cursor, potiùs Cursorius. Credo autem, si Author hanc vocem unquam legit vel sando audivit, quod valdè dubito, ipsum in ejus expositione errare; vox enim potiùs orta videtur *à* Fr. G. *Coursaire*, It. *Corsaro*, *Corsale Pirata*, seu navis Piratica, non à dicto *Coursier*.

Corse, v. **Corps** suprà.

Corslet, *ab* It. *Corsaletto*, Lorica. hoc parùm deflexo sensu, *à* Fr. G. *Corslet*, Corpusculum (i.e.) Armatura Corporis, prout sc. Artibus & capiti contradistinguitur. **Corslet**, autem manifestè est Diminutivum nom. **Corps**, Corpus.

Cortouzes, vox Architectonica, *ab* It. *Cortoccio* idem, sed primariò Metam chartæ signante, v. **Podilions**.

to **Cosen**, Imponere alicui, Fallere. *Minshew* deducit à nom. Fr. G. & Angl. **Cousin**, It. *Cugino*, Cognatus, q. d. aliquem per speciem affinitatis decipere. Ego tamen mallem deflectere *à* Fr. G. *Gosser*, *Gausser*, Irridere, Illudere, Teut. **Kosen**, Garrire, v. *to* **Chowse**.

Cost, *à* Teut. **Kost**, Belg. **Kost**, **Onkost**, Sumptus, Teut. **Kostlich**, Belg. **Kostelick**, Sumptuosus, Belg. **Kosten**, Fr. G. *Couster*, It. *Costare*, *Constare*, Belg. **Kostvry**, Teut. **Kost frey**, à Sumptibus Immunis, omnia *à* Lat. *Constare*.

Cost, vox Fæcialium & est Benda seu Fascia minor, *à* Fr. G. *Coste*, Lat. *Costa*, quia instar Costæ ambit.

Costardmonger, μηλοπώλης, Καρποπώλης, Institor Pomarius, à nom. **Costard**, genus Pomi, & **Monger**, Permutator, Negotiator, v. *Minshew*: Hoc autem **Costard**, nescio an ortum sit à **Cost**, Sumtus, *to* **Cost**, Constare, quod v. quia sc. præ aliis fructibus magno olim pretio Constitit; vel potiùs à voce antiqua **Coster**, Caput, quia Caput humanum rotunditate suâ refert. Vir Rev. deflectit *à* Belg & Teut. **Kost**, Cibus & Belg. **Kerd**, Teut. **Art**, Natura, q. d. Cibus Naturalis sponte è terra proveniens, hoc autem **Kost**, *à* Teut. **Kosten**, & hoc *à Gustando*, ortum ducit. *M.H. SS.Th. D.Eccl Cath. Linc. Dec.*

Coster, Caput, fort. vel *ab* AS. Coppe, Apex, vel Teut. **Kopff**, Caput, q. d. **Copster** vel **Copsster**.

Costive, Alvo adstrictus, q. d. Constipus, vel Constipatus sc. Alvo. Vir. Rev. deflectit *à* Belg. **Kost**, Cibus, & **Stif**, Fortiter, Firmiter, quia tales Cibum (i. e.) Cibi retrimenta Fortiter retinent. *M.H. SS Th. D Eccl.Cath. Linc. Dec.*

Costrel, Vas Oenophorum, *Minshew* deflectit *ab* It. *Guastada*, nescio an *à* **Coster**, Caput, quod *vide*, q. d. Vas Capitatum.

Cottage, Casa, *ab* AS. Cote, Domuncula, Belg. **Kot**, Casa, Tugurium, Attegia, **Kot**, Cavum, Latebra, v. **Cote**, *Mer. Cas.* AS. Cote, deflectit *à* Gr. Κοιτὼν, Κοίτη.

Cotarels, *à* Fr. G. *Cotereaux*, Clientes seu Beneficiarii omnium vilissimi à nostro **Cote**, Tugurium, Gurgustium, Casa, q.d. Casularii.

Cottice, *à* Fr. G. *Cottice*, q.d. *Costice*, vox Fæcialium propria (i.e.) Benda seu Fascia minor, seu, ut *Morgans* vult, Bendæ seu fasciæ Quadrans seu Quarta pars, v. **Cost**.

Cotton, *à* Fr. G. *Cotton*, It. *Cottone*, C. Br. *Cotwn*, Lana Xylina. Sic autem dicitur à similitudine Lanuginis quæ adhæret Malis Cydoniis quæ It. *Cotogni*,

appellantur. *Cotogni* autem *à Cydonio* manifestè ortum ducit.

to **Cotton**, fort. duriusculum esset deducere *à* Teut. **Schicken**, Convenire, Quadrare, Congruere, mallem *à* Lat. *Coadunare.*

Cottyer, *à* Fr. G. *Cottier*, Rusticus, Villicus, hoc *ab* AS. Cote, Casa, q.d. Casæ Incola, v. **Cote, Cottage** & **Court.**

Covart, vel potiùs **Covert** vox Accipitrariorum propria, *à* Fr. G. *a la Couverte*, (i. e.) sub tecto vel in loco cooperto, v. *to* **Cover.**

Couch, *à* Fr. G. *Coucher*, It. *Coricare*, *Colicare*, *Colcare*, Discumbere, Cubare, *Vossius* & *Menagius*, *à* Lat. *Culcita* deflectunt, q. d. Culcitare, (i. e.) in Culcitam se Condere. Hinc & Hisp. *Colcha*, *Culcita*, *a* **Quilt.**

Couchant, vox Fœcialium *à* Fr. G. *Couchant*, participio verbi *Coucher*, Jacere, Cubare, (i. e.) Jacens vel Cubans, v. **Couch.**

Couch-grass, v. **Quitch-grass.**

Covenant, *à* Fr. G. *Convenant*, *Convenance*, Pactum, *Convenancer*, Paciscì, utr. *à* Lat. *Conventum* (i. e.) quod inter paciscentes Convenit.

Covent, *à* Fr. G. *Convent*, Cœnobium, Monasterium, Ἀσκητήριον q. d. Conventus Monachorum.

Cover, *à* Fr. G. *Couvrir*, It. *Coprire*, Tegere, Operire, utr. *à* Lat. *Cooperire.* Datur & **Covert** ab eodem fonte verbale.

Coverlet, *à* Fr. G. *Couvre-lict*, It. *Copraletto*, Stragulum sic dictum à Cooperiendo Lectum, v. **Cover.**

Covet, *à* Fr. G. *Convoiter*, Appetere, Concupiscere, q. d. Convotare (i. e.) omnibus votis Prosequi, *Convoiteux*, Avidus, nobis **Covetous.** Datur & It. *Covidigia*, pro Avaritia, hoc, credo, quasi Cupidigia, *à* Lat. *Cupidus*, *Cupiditas* autem pro Avaritia occurrit apud *Treb. Poll.* vitâ inclytæ illius Heroinæ Zenobiæ Palmyrenorum Reginæ, v. *Salmas.* in Schol.

Cough, *à* Belg. **Huch**, Tussis, **Huchen**, **Kichen**, Anhelare, Tussitare, Belg. **Giighen**, **Hitghen**, Anhelare, omnia à sono ficta.

a **Covie**, *à* Fr. G. nom. *Couvée*, It. *Covata*, Pullities avium putà Perdicum seu Phasianorum, à verb. Fr. G. *Couver*, It. *Covare*, Incubare, q. d. Pulla unius partûs seu Incubatûs, quot sc. simul Incubantur (i.e.) Foventur & Educantur, omnia *à* Lat. *Cubare.*

Counsel, *à* Fr. G. nom. *Conseil*, It. *Consiglio*, verb. Fr. G. *Conseiller*, It. *Consigliare*, omnia, *à* Lat. *Consilium*, Consulere.

Count, *à* Fr. G. *Comte*, *Conte*, It. *Conte*, utr. *à* Lat. *Comes*, Comite, unde Fr. G. *Comtè*, *Contè*, Comitatus, **Contesse**, It. *Contessa*, Lat. Barb. *Comitissa*, Comitis uxor. Vox autem hæc videtur tempore, Diocletiani & Maximiani Augg. in Latinam Linguam cooptata, & labente Imperio, quem nos Consiliarium appellamus, quia assiduus Imperatoris Comes fuit, signavit. Vide *Marcellinum* & alios illorum sæculorum Scriptores Passim.

to **Count**, *or* **Compt**, *à* Fr. G. *Conter*, *Compter*, It. *Contare*, rationes Subducere, omnia *à* Lat. *Computare*, ut & Fr. G. *Conte*, *Compte*, It. *Conto*, *à* Lat. *Computum.*

Countenance, aliquantùm deflexo sensu, *à* Fr. G. *Contenance*, Vultus, Aspectus, Gestus, q. d. Continentia sc. Vultûs, à risu aut aliis minùs severis gestibus & motibus, *Contenancer*, nobis *to* **Countenance**, Favere, vultu sc. propitio & favorabili intueri.

Counter, *à* Fr. G. *Comptoir*, q. d. Computatoria, supple, mensa (i. e.) Mensa Rationaria, super quam pecuniæ numerantur, v. *to* **Accompt**, & **Contoze.** Datur & **Counter**, Calculus Computatorius ejusdem originis, v. *to* **Count.**

Counterband *goods*, vox Mercatoria, *ab* It. *Contrabando* (i. e.) *Bona*, *Banno*, *Bando*, seu Edicto prohibita, &, si deprehendantur, fisco addicenda, q. d. Bona contra Edictum Principis advecta, v. **Banes** & **Bannith.**

Counterfeit, *à* Fr. G. *Contrefaire*, It. *Contrafare*, Imitari, Fingere, Simulare, falsam monetam Cudere, Adulterare, *Contrefait*, falsa moneta, Nummus Adulterinus, q. d. Contrafacere, Contrafactus. Eodem planè sensu Ἀντίτυπος apud *Sophoclem* ad exemplar alterius fictus exponitur.

Counterpain, Contraschedula, Antapocha, fort. q. d. Contra Pannus; Pannus autem facili Metaphorâ sequioribus sæculis Membranam seu Pellem signare cœpit, unde ortum est Fr. G. *Panne*, Membrana, v. **Empannel.**

Counterpoint, *à* Fr. G. *Contrepointe*, *Coittepointe*, It. *Contrapunto*, Instratum, Stragulum, q. d. Contrapunctum, (i. e.) contrariis seu se invicem decussantibus futuris Compunctum, seu Consutum.

Counterpoise, Vitruv. Saconia, Gr. σίκυος, *à*

à Fr. G. *Contrepoit*, idem signante q. d. Contrapondium, v. **Poise.**

Counterpoison, *a* Fr. G. *Contrepoison*, Antidotus, q. d. Antipharmacum (i. e.) Alexipharmacum, *à* Fr. G. *Contre*, Contra, & **Poison**, quod *vide*.

Counterscarf, *à* Fr. G. *Contrescarpe*, It. *Contrascarpa*, Scarpa, *Steph.* exponitur Labrum seu Lorica viæ coopertæ, vox Castrensis. *Escarpe* autem parvum Murum intra magnum Propugnaculum significat, nescio autem an hæc vox *Escarpe ab* AS. Ceopran, Teut. **Kerben**, Belg. **Kerven, Scharven**, Scindere, Incidere, orta sit, certè, cum pleraque omnia Propugnacula incidentis Ligonis opera sint, satis verisimile est, v. **Carve**, utr.

Countrey, *à* Fr. G. *Contrée*, It. *Contrada*, *Contado*, Rus, Regio, *Contadino*, Rusticus, q. d. Lat. Conterrata (i. e.) Tractus terrarum proximè invicem sitarum, vel, ut nos loquimur, Adjacentium.

Coupe, Terminus Fœcialium, v. **Coop.**

Couple, Par, *à* Fr. G. *Couple*, Teut. **Kuppel** vel **Koppel**, It. *Coppia*, omnia *à* Lat. *Copula*, Datur & It. *Coppola*, canum duorum Vinculum, ejusdem originis.

Courage, Fortitudo, *à* Fr. G. *Courage*, It. *Coraggio*, q. d. Coratio seu Cordatio (i. e.) Cordis Robur, & Erectio.

Coorant, Narratio, Nuncius Scriptus, *à* Fr. G. *Courant*, Currens participio sc. verbi *Courir*, Currere, q. d. *les nouvelles Courantes* (i. e.) *the* **Currant** *newes.*

to **Coure**, *ab* It. *Covare*, Fr. G. *Couver*, Incubare, hoc *à* Lat. *Cubare*, Metaphorâ sumtâ à Gallinis ovis incubantibus. Significat autem Genibus inflexis, instar mingentium sc. mulierum, subsidere, quod Italicè dicitur *Star Coccolone*, *Accoccolone*, hoc credo *à Coccola*, Cucullus monachi, q. d. formâ Cuculli extensâ stolâ & divaricatis Cruribus subsidere.

Cours, Vilis, Levidensis, vel *à* Fr. G. *Corps*, **Course** enim opponitur subtili, & sub maximo corpore vel quantitate minimum pretii habet, contrà Subtile, q. d. Corpulentum, vel mutatione unius literulæ facillimâ & Metathesi *à* nom. Ὄχλος, quod *vide*, vel contractum à nostro **Currish** (i. e.) **Cur**, & canibus solis dignum vel Asperum instar pilorum Caninorum. Si Græcus essem deflecterem *à* Gr. χόος, Incultus, Asper, propriè autem à Græcis de Terra dicitur, nobis de panno. Alludit & κόμη, Crinis, q. d. similius Criminibus quàm Lanæ aut Velleri.

Cours, *à* Fr. G. *Cours*, *Course*, It. *Corso*, utr. *à* Lat. *Cursus*, hinc **Courser**, *à* Fr. G. *Coursier*, It. *Corsiere*, Equus Cursor, item *a Horse-***Courser**, Equorum Mango, ἱππόκαπηλος, quia tales Equos vendunt, vel equos ad Cursum instruunt.

Courses, *womens* **Courses**, q. d. Fr. G. *les Cours*, *vel le Cours de femmes* (i. e.) Cursus seu Fluxus Muliebris, *vide* **Flowers.**

Court, *à* Fr. G. *Cour*, *Court*, It. *Corte*, Aula, *à* Lat. *Cohors*, *Salmasio* Area muro cincta ad villam adjuncta, non *à* Lat. *Curia*, omnia à *Cors*, *Cors* autem *à* Gr. χίρτος, Septum quo cincta est Cors, v. *Salmas.* Ex. Plin. in Solinum p. 310. unde & hortum deflectit, hinc & Belg. **Hoert**, Area, Cors.

Courteous, *à* Fr. G. *Courtois*, It. *Cortese*, Civilis, Humanus, Fr. G. *Courtesie*, It. *Cortesia*, Humanitas, Urbanitas, q. d. ad Aulicos mores compositus, Aulicis moribus præditus.

Cousin, *à* Fr. G. *Cousin*, It. *Cugino*, Cognatus, alii à *Consanguineus*, alii à *Congenius* deflectunt. Alludit Gr. κάσις, Frater, Soror, Consobrinus.

Cow, *ab* AS. Cu, Dan. **Ko**, Teut. **Kuh**, **Kuhe**, Belg. **Koe**, **Koeye**, Vacca, Belg. **Melck Coe**, Vacca Lactaria, vix credo *à* Gr. Κύω, in Utero gero, Concipio, sc. ab Animalis Fœcunditate, vel, quod *Fr. Jun.* autumat, quia fertilitas Vaccarum maximum apud priscos emolumentum habitum est.

to a **Cows** *thumb*, ad Amussim, Ἀκριβῶς, parùm deflexo sensu, q. d. Fr. G. *Selon la Coustume*, vel *a la Coustume* (i. e.) pro More, **Fashionably.**

Coward, *à* Fr. G. *Couard*, Hisp. *Cobarde*, *Covarde*, It. *Codardo*, q. d. *chi hà tutto il suo Ardire nella coda*, & nos dicimus, *he has his heart in his heels*, vel q. d. Amplâ Caudâ præditus, quod Physiognomis timiditatis signum est, vel q. d. qui Caudam crebrò ostendit. Sin malis à Vernacula origine petere *à* nostro **Cow**, Teut. **Kuh**, Belg. **Koe**, & Germ. **Aerd**, **Art**, Natura, q. d. Indole seu Ingenio Vaccino præditus, nihil enim Vaccâ timidius. Potest & non incommodè deduci *à* Teut. **Kuh Hirt**, nobis **Cowheard**, Bubulcus, q. d. omnis generositatis & magnanimitatis non minùs, quàm vilissimi hominum Bubulci, expers, *Cov.* Hisp. *Covarde*, deflectit *ab* Hisp. *Cueva*, Antrum, Specus, quia sc. pusillanimus Latibula quærit, *Cueva* autem satis manifestè, *à* Lat. *Cava* pro *Caverna* defluxit.

Cowcumber, à Fr. G. *Concombre*, vel *ab* It. *Cocomere*, utr. *à* Lat. *Cucumis*, *Cucumer*.

Cowheard, Bubulcus, *ab* AS. Cu, Vacca, & Þeopð, Þiopð, Paſtor, item Grex, Teut. **Hirt**, Paſtor, Belg. **Koe-Herder**, Bubulcus. AS. autem Þiopd, & Teut. **Hirt** deflecti poſſunt à verbo AS. Þipan, Þÿpan, Þÿpian, Conducere, q.d. Servus mercede Conductus, ut curam gregum agat, v. **Cow** & **Heard**.

Cowl, *ab* AS. Cuzle, Belg. **Kovel**, Cucullus. AS. autem Cuzle, contractum eſt à voce Martialis & Juvenalis Cucullus, quod vel à Κύκλος propter Rotunditatem, vel, quod veriſimilius eſt, *à* C.Br. & ant. Gall. *Cucul*, Pallium flectit *Voſſius*. **Kovel** autem Belg. fort. contractum eſt *à* Lat. *Caveola*, q. d. Caveola vel Orbiculare Tegmen capitis, ſeu Theca.

Cowle, v. **Cole-ſtaff**.

Cowſe, vox Nautica, *à* Fr. G. *Cours*, Lat. *Curſus*, v. *Mauwayring* in Dictionario Nautico.

Cowſlip, *ab* AS. Cuſlippe, Flores ſeu herba Paralyſeos, ſic dicti quoniam iis Vaccæ delectantur, vel, ut aliis placet, à ſimilitudine Labiorum Vaccæ. Doct. *Th. H.* dictum putat ab odore ſuavi animæ Vaccarum æmulo, cujus ſc. odor talis eſt qualem Vaccæ ore & labiis expirant.

Coxcomb, Stultus, credo *corr.* *à* Fr. G. *Cochon*, Porcellus; nihil enim ſtupidius Porcino genere, & nos Stultum, *a* **Silly hog** appellamus. **Cochon** autem *à* Fr. G. *Cancher*, Incubare, Fovere, & hoc *à* *Coucher* ortum ducit, v. **Couch**. Verùm quoniam **Coxcomb** propriè Stultum affectatum, & de ſe magnificè ſentientem notat, mallem ſimpliciùs deflectere à **Cock** & **Comb**, quia ſc. criſtam, inſtar Galli ſuperbientis, erigit.

Coy, nobis Moroſam puellam, Severitatem, Caſtitatémque nimiùm præ ſe ferentem ſignificat. *Minſhew* ſatis ſcitè derivat *à* Fr. G. *Quoy*, Quid? quod Moroſulæ hæ ſæpe indignabundæ repetunt. Poteſt & declinari *à* nom. *Quoy*, *Coy*, Quietus, ſc. quæ Taciturna ſedet, & omni loquelâ & geſticulatione, præſertim Laſciviori, ſtudiosè abſtinet. Poſſit & non incommode deflecti *à* Belg. **een Schouw peerd**, Teut. **ein Schew pferd**, Equus Meticuloſus, Vitabundus, facili Metaphorâ ab Equis ad Feminas ductâ, v. **Skew** & **Eſchew** item **Shy**.

Coy, Belg. **Hoghel Hoye**, *à* nom. **Hoye**, Cavea, Septum Aviarium, item Avis Pellax, Illex, πολύφημα, **Hoye** autem vel *à* Lat. *Cavea*, vel *à* Fr. G. *Coy*, Quietus oritur; quia ſc. ſumma cum Quiete & Silentio ibi ſtandum eſt, ne aves abſterreantur, v. alt. **Coy**.

Crab, *ab* AS. Cpabba, Belg. & Dan. **Krabbe**, Teut. & Dan. **Krebs**, **Kreſſt**, Cancer, Pagurus, fort. omnia *à* Gr. Κάραβος, Cancer quidam. Datur & Dan. **Krabben**, Cancer in Cœlo, ejuſdem tribûs.

Crab, Pomum ſylveſtre, fort. *à* Belg. **Schrabben**, Teut. **Schrappen**, Radere, Mordicare, ſc. à Mordicante, acido & auſtero ſapore.

Crabbat vel potiùs **Crabat**, Sudarium linteum Complicatum viatoribus & militibus uſitatum, vox, cum re ipſa, nuper Civitate noſtrâ donata, vel, quod mihi veriſimillimum fit, *à* Fr. G. & Angl. **Crabat**, *Croata*, ſeu è *Croatia* oriundus, quia ſc. fort. *Croatæ*, qui in nupero bello Bohemo-Germanico ſub Cæſare militârunt, hoc Collaris genus primi uſurpârunt, q. d. Collare Croaticum; vel, ſecundò, deduci poteſt *à* Fr. G. *Rabat*, Collare Deciduum ſeu Demiſſum, *a Falling Band*, quod opponitur Collari Rigido protuberanti nobis *a* **Ruff** dicto, hoc verb. *Rabatre*, Remittere, Demittere. Poteſt & deflecti *à* Fr. G. *Crabbat*, Decorus, Aſpectu jucundus, Lepidus, Gratus, Commodus, quia ſc. hoc genus Collare præ reliquis Decere viſum eſt. Sed unde, inquies, **Crabbat**? credo per Metatheſin & Metaplaſmum ſatis tralatitium *ab* It. *Garbato* idem ſignante, hoc *à* *Garbo*, Gratia, Decor, v. **Garb**. Sed primo Etymo maximè fido.

Crabbed, Moroſus, Iracundus, Δύσκολος, fort. à noſtro **Crab**, quatenus Pomum ſylveſtre ſignat, q. d. Durus, Metaphorâ ſumtâ à Duritie & nodoſitate iſtius Ligni præ aliis, vel potiùs *ab* Aſperitate & Auſteritate Pomi ſylveſtris, q. d. Pomo ſylveſtri Aſperior, & Auſterior.

Crack, Dehiſcere, fort. *à* Teut. **Klecken**, **Kleckwerden**, Rimas agere, ſe Aperire, ut naves & alia vaſa lignea præ ariditate, vel ab altero **Crack**; quæ enim præſertim violenter, dehiſcunt ſeu diſſiliunt ſtrepitum & fragorem edunt. Alludit Gr. Κραγῆναι.

Crack, *à* Belg. **Kraeck**, **Krack**, Teut. **Krach**, Fr. G. *Crac*, Strepitus, Crepitus, Fragor, Belg. **Kraecken**, inter Frangendum Crepare, **Kraecken**, Crepare, Glo-

Gloriari, Teut. Kracheen, Fr. G. *Craquer*, *Criquer*, *Craqueter*, Crepare, Strepitare, Crepitare, Fragorem edere, omnia à sono ficta. Alludit Gr. Ἐρράγλω, Aoristus pass. verb. ῥήγνυμι, ῥηγνύω.

to **Crack** *a nut*, à Fr. G. *Croquer*, cum Crepitu dentibus Confringere, vox à sono ficta, v. alt. **Crack**.

Crackle, v. **Crack**.

a **Crackling**, à Belg. **Craeckelinck**, Fr. G. *Craquelin*, Spira, Collyra panis in orbem contorta, v. **Cracknel**.

Cracknel, *Minsheu* deflectit à Fr. G. *Craquelin*, Belg. **Kraeckelinck**, Placenta quædam quæ, dum frangitur, Crepitum edit, *Adr. Jun.* Spira dicitur, v. **Crackling**.

Cradle, *ab* AS. Cpadele, Cpadole, Cpadl, *Ælfrico* Cpadol, C. Br. *Crûd*, Cunæ. Alludit Gr. Κραδάινω, Moveo, Agito. Mallem autem AS. Cpadele deflectere *ab* AS. Cpæt, Carrus, additâ term. dim. q. d. Carrulus (i. e.) Vehiculum Infantile, v. **Cart**.

Craft, *ab* AS. Cpæft, Ars, Cpæftig, Artifex, Fr. Th. **Craft**, **Kraft**, Teut. **Krafft**, Vis, Potestas, C. Br. *Crefft*, Ars, propriè Mechanica, hoc Anglicæ, credo, originis, item **Cráff**, Perspicax. Teut. autem **Krafft** pro Potestate alludit Gr. Κράτος, Vis, Κερτέω, Vinco, & Κράω, Effectum reddo. *Mer. Cas.* longè violentiùs deflectit à Κράζω.

Crag, Collum, Cervix, à Belg. **Kraegbe**, Jugulus, vel fort. a Teut. **Kragen**, Collare vestis sc. Thoracis, Diploidis, seu Pallii, item Collare Rugatum seu Striatum, a **Ruff**.

Crag, Rupes Prærupta. *Minsheu* à Gr. ῥήγνυμι deflectit, propiùs à C. Br. *Craig*, Petra, Rupes, sed quis spondebit hoc *Craig* à nostro fonte non fluxisse? Mallem igitur deducere à Belg. **Kraegbe**, Jugulus, Cervix, ut Summitas montium, quæ sæpiùs præruptis rupibus obsita est, Latinis Jugum, Græcis eodem planè sensu Ἀκρὰς & Λόφος dicitur.

Cram, *ab* AS. Cpamman, Farcire, Saginare, v. **Cram**, *Mer. Cas.* deflectit à Gr. Κράω.

Cramp, à Dan. & Belg. **Krampe**, Spasmus, Torpor, Teut. **Krampff**, Fr. G. *Crampe*, It. *Granfo*, *Granchio*, Spasmus Flatulentus, omnia à Belg. **Krampe**, Fr. G. *Crampon*, Hamus, Fibula, quia instar Hami vel Fibulæ partem convulsim attrahere videtur, hinc **Crampirons**, Ansæ ferreæ.

Crampirons, v. **Cramp**.

Cranage, Tributum pendi solitum pro usu Gruis seu Tollenonis machinæ ad attrahendas è nave merces, v. **Crane**.

Crane, *ab* AS. Cpæn, *Ælfrico* Cpan, C. Br. *Garan*, Belg. **Kraene**, Teut. **Kran**, **Kranich**, **Kranch**, Grus, & Machina Elevatoria, Sucula, Tolleno, Grus Tractoria, nobis etiam *a* Crane dicta, fort. omnia à Gr. γέρανος, Grus animal, & Grus machina. Sic autem utrâque linguâ dicitur machina propter longitudinem ejus colli Gruis æmulam.

Crank, Sanus, Integer, sunt qui derivant per Antiphrasin à Belg. & Teut. **Kranck**, quod prorsus contrarium sc. Ægrum significat. Ab istis autem Antiphrasibus totus abhorreo. Mallem igitur deducere *ab* **Un** vel **Onkranck** (i. e.) non Æger omissâ per injuriam temporis initiali syllabâ. Alludit Gr. Κραντὸς, Perfectus, à Κράω, Perficio.

Crank, vox Nautica exponitur ubi navis ob angustiam infimi tabulamenti ampliori velo facilè subvertitur, credo à Belg. **Kranck**, Æger, q. d. navis Infirma, v. *Manwayring* in Dict. Naut.

a **Crannp**, nobis Rimula, secundùm *Minsh.* à Fr. G. *Cren*, *Cran*, It. & Lat. *Crena*, Incisura, putà Calami, vel Arundinis. Nimis violenter tamen idem à Gr. Κρίνω, detorquet, ut sit sc. Fissura per quam aqua transire possit, meliùs à verb. *Cernere*, sed nec hoc probo. In Verlione autem antiqua Bibliorum Franco-Gallica, à Doct. *Th. H.* mihi communicata Fr. G. *Creneau*, ut nobis, Rimam signat, & huic postremo Etymo præcipuè fido, hoc autem *Creneau* à dicto *Crena* ortum ducit.

Crapnel, vox Nautica, credo à Fr. G. *Crampon*, Harpago, Uncus, additâ term. Dim. el, q. d. **Crampnel**, *vide* **Grapple**.

Crash, dentibus Stridere, fort. à Belg. **Verbrantsen**, dentibus Frangere, Comminuere, vel potiùs à Fr. G. *Escraser*, Conterere, *Croissir*, *Croquer*, Crepitare; *Minsheu* deflectit à Teut. *Rauschen*, Strepitum edere, omnia à sono.

Crasy, Valetudinarius, Cassarius, à Gr. Κράσις, q. d. Δύσκρατος, vel malæ Crasèos, vel, si malis, à Fr. G. *Escrasé*, part. verbi *Escraser*, Conterere, Contundere, q. d. morbis attritus. Suspicor tamen, quia hæc vox etiam ab Accipitrariis usurpatur, ortum esse à Fr. G. *Craye*, Creta, morbus Accipitrum.

a **Cratch**, à Fr. G. *Creicche*, *Creschc*,

Præ-

Præsepe, hæc, ni fallor, à Lat. *Cratica*, *Craticula*, *Crates*.

Crabe, *ab* AS. Cpaꝑian, Rogare, Dan. **Krefver**, Postulo. *Minsh.* à Gr. Κραυγὴ, Clamor declinat.

Craven, *Minsheu* deducit à Κραυγὴ, ut qui sc. profugiens præ metu clamorem edit, sed ninis coactum est. Mallem deflectere *à* verbo *to* **Crave**, quia statim sc. ab hoste veniam petit, licèt nec hoc satisfaciat, vel fort. aliquantò meliùs declinari potest, *ab* AS. Cpeopan, Repere, Serpere, part. Cpeopens, Serpens, q.d. animal Reptile qui, instar vermis, cujusvis pedibus se advolvit. Vir. Rev. dictum putat quasi **Crave hen**, Veneri sc. quàm Marti addictior.

M H. SS. Th. D. E. C. L. D.

Craw, à Dan. **Kroe**, Ventriculus, seu Ingluvies avis, *Minsh.* deflectit *à* Belg. **Krargbe**, Jugulus, Ingluvies. Alludit Gr. Κραίνω, Perficio pro Concoquo.

Crawl, Repere, Serpere, *à* Belg. **Krielen**, Scatere, præsertim vermibus, hoc *à* nom. **Kriel**, **Krielken**, Parvulus, Pumilus, nescio an *à* Lat. *Grallari* pro *Gradulari* (i.e.) Gradatim seu Pedetentim ire.

the **Cray**, *a* Fr. G. *mal de Craye*, morbus Accipitrum, hoc *à* Fr. G. *Craye*, Creta, *Minsheu*.

Cray-fish, vel potiùs **Crevice**, Astacus Fluviatilis, quibusdam, minùs propriè, Cancer Fluviatilis, *à* Fr. G. *Escrevice*, Belg. **Kreest**, Astacus, omnia fort. *a* Gr. Κάραβος, Cancer quidam.

Cream, *à* Fr. G. *Creme*, It. *Crema*, AS. Ream, Belg. **Koom**, omnia *à* Lat. *Cremor*, supple, Lactis.

Crease, *à* Lat. *Creta*; est enim Linea seu Nota cretâ ducta, vel *à* Teut. **Kreis**, Circulus. Huic **Kreis**, alludit Gr. Κίρκος.

the **Creaunce** *or* **Creyance** *of a hawk*, vox Accipitrariorum propria, *à* Fr. G. *Creance*, Funiculus, quo accipiter ligatur, hoc, ni fallor, *à* verbo *Croire*, Credere, q. d. Credentia (i. e.) Funiculus cui accipitrem custodiendum & detinendum credimus.

Credit, *à* Fr. G. *Credit*, It. *Credito*, Existimatio, Fama, Fides, *à Credendo*, q. d. Creditum.

Creed, Symbolum Apostolorum, Analogia Fidei Christianæ, AS. Cpeve, satis manifestè *à* Lat. *Credo*.

to **Creek** *or* **Creak**, Belg. **Kreke**, **Krick**, Crepitus, Fragor, **Kricken**, Fr. G. *Cricquer*, *Craquer*, Crepare, omnia *à* sono, Alludit Gr. Κρίκω, sonitum Strepentum & Stridulum edo, & Κράζω, Sono, Crepo.

a **Creek**, *ab* AS. Cpecca, Crepido, Sinus, *Minsheu* deflectit à verbo *to* **Creek**, quoniam allisus aquarum Strepitum facit; violenter, ut solet. *Mer. Cas.* nostrum **Creek**, deducit *à* Gr. Κρίκος Mallem *à* Teut. **Kriechen**, Repere, Serpere, quia sc. Mare seu fluvius inter littus proserpit, eique se ingerit.

a **Creek** *in the neck*, Spasmus seu Tetanus levior cervicis à sero tenui & mobili, vel à flatu sic dictus fort. quia cervix, durante hoc dolore, videtur quasi disrumpi & dissilire, v. **Crack**.

Creengles, Funiculi quidam in navi, vox Nautica, v. *Dictionar.* Nauticum, nescio an hi funiculi sic dicti sint quasi **Kingles** (i. e.) parvi Annuli, à rotunda sc. & Annulari forma.

Creep, *ab* AS. Cpeopan, Belg. **Kruypen**, **Kriepen**, **Krepen**, C. Br. *Croppian*, Teut. **Kriechen**, Fr. G. *Grapir*, *Grimper*, Repere, Serpere, It. *andar Carpone*, *Carpare*, omnia *à* Lat. *Repere*. *Vossius* Belg. **Krappen**, deflectit *à* Gr. Κρύπτω, quia qui serpit seu adrepit Κρύφα (i. e.) Clam accedit, v. in Et. LL. voce Segestris. Datur & Dan. **Krybet**, Repo, ejusdem stirpis.

Crenelle, *a chief* **Crenelle**, vox Fœcialium *à* Fr. G. *Crenelé*, quod *Cotgravio* exponitur *Imbattel'd*, hoc *à* nom. *Cren*, *Crenau*, Incisura, *à* Lat. *Crena*, & certè figurâ pinnas murorum refert.

Crescent vel **Cressant**, *à* Fr. G. *Croissant*, q. d. Luna Crescens, vox Fœcialium propria.

Crest, *à* Fr. G. *Creste*, utr. nimis manifestè *à* Lat. *Crista*.

Crevase, *or* **Crevis**, *à* Fr. G. *Crevasse*, Rima, utr. *à* Lat. *Crepare* (i. e.) Dissilire, Dehiscere.

Crevet, *or* **Cruset**, v. **Creiwet**.

Crevis, **Crevice**, *or* **Crevish**, quod vulgatiori nomine vocatur **Crayfish**, & eandem agnoscit originem, v. **Crayfish**.

Crew, Sodalitium. *Minsheu* deflectit *à* Fr. G. *Creu*, *Accreu*, Auctus, q. d. Augmentum, sc. numeri. *Mer. Cas.* deducit *à* Gr. Κρότος. Mallem *à* Belg. **Kroegben**, Cauponari, Potare, Inebriari, q. d. Conventus, Combibonum seu Bacchi nepotum, hoc à nom. **Kroegh**, Amphora, Dolium, Oenopolium, v. vocem seq.

Crewet, *à* Teut. **Krug**, Fr. G. *Cruche*, Vas Fictile, Urna, Urceus, v. **Cruse**,

Higginio

Higginio noſtrum **Cruſe**, exponitur; Nimbus Vitreus item Simpulum.

Crib, *ab* AS. Crybbe, Dan. **Krybbe**, Belg. **Kribbe**, **Krobbe**, Teut. **Krippe**, **Kruppe**, It. *Greppia*, Fr. Th. **Cribbe**, **Cripe**, **Krippa**, Præſepe quod *Fr. Jun.* à Gr. Κράββατος deflectit, *Mer. Caſ.* à Κάνη.

Crible, *ab* It. *Crivello*, utr. *à* Lat. *Cribellum*, *Cribrum*, & hoc *à* Κρίνω, Cerno pro Secerno Διακρίνω.

Crick, It. *Cricca*, *Cricco*, Januæ ſeu rotæ ſe convertentis Strepitus, vox à ſono ficta, unde verb. *Cricchiare*, hoc modo Strepitare. Alludit Gr. Κρίκος, Pectine ſeu Radio Pulſo ut Citharam, Citharâ ſono, item ſonum Moleſtum & inſuaviter Creperum ſeu Stridulum edo, Κρίκος, talis ſonus, item Κρίζω, Stridorem edo, omnia à ſono ficta, v. **Creek**, & **Crack**.

Cricket, Sella humilior, Scamnulum, credo *à* Teut. **Krietchen**, Repere, q. d. Sella humi repens, χαμαιπετὴς.

Cricket, Ludus, *à* Fr. G. *Croſſer*, hoc Ludo exerceri, *Croſſe*, Baculus ille obliquus quo pueri ludunt.

Cricket, à Belg. **Krekel**, Gryllus, hoc à **Kreken**, **Kricken**, Strepere, vel *à* Gr. Κρίζω vel Κρίκος, Strido, certè à ſono quem edit, *vide* **Creek**.

Crie, Exclamare, Flere, Ejulare, *à* Fr. G. *Crier*, It. *Gridare*, *Cridare*, q. d. Quiritari, hoc eſt Quiritum fidem implorare, hinc & Dan. Græder, Lachrymo, Fleo, Belg. **Kriſch**, Teut. **Schrey**, **Geſchrey**, Clamor, Belg. **Kriſchen**, Teut. **Schreyen**, Clamare, Exclamare, Belg. **Krijten**, Teut. **Greinen**, Flere, Plorare. Datur & C Br. *Cri*, Clamor, *Crio*, Clamare *Criwr*, Præco, ſed noſtræ originis. *Minſhew* perperam *à* Gr. Κράζω, deflectit. Alludit etiam parùm Κλαίω. Ploro, Fleo λ in ρ mutato, facili ſanè mutatione, *Fr. Jun.* deducit *à* Κείζω, Stridere, & Κείκω quod *Heſychio* exponitur ἠχέω, φωνέω. Occurrit & in verſione antiqua Bibliorum Franco-Gallica mihi à Doct. *Th. H.* communicata.

Crier *mercy for to* **Crie** *mercy*, omninò eodem ſenſu quo nos utimur, q. d. miſericordiam obnixè & cum Clamore petere, *Abr. Mylius* Belg. **Krijten**, declinat à Gr. Κυρίευε.

Crimſon, *à* Fr. G. *Chermiſin*, *Cramoiſi*, It. *Chermeſi*, *Chermeſino*, *Cremeſino*, *Carmeſino*, Hiſp. *Carmeſi*, *Carmeſino*, Purpureus, hoc *à* Fr. G. *Cherme*, Ilex Coccigera, cujus glans Κόκκος βαφικὸς ſeu Granum Infectorium inde dictum eſt, quòd purpuream tincturam exhibet, omnia *à* voce Arab. *Chermes* ſeu *Kermes* Ilex Coccigera, v. **Cocheneal**. *Salmaſius* ſanè non malè, noſtrum **Crimſon**, & Fr. G. *Cherme*, deflectit *ab* ant. Fr. G. *Guermes* hoc eſt Lat. Vermes, v. **Vermilion**, v. & *Salmaſ.* Not. Plin. in Sol. pag. 1214.

Cringe, demiſſo & inclinato corpore ſerviliter Venerari, fort. *à* Teut. **Kriechen**, Repere, Serpere.

Crinkle, *à* Belg. **Kronckelen**, Corrugare, Sinuare, v. **Rumple**.

Cripple, *à* Belg. **Krepel**, **Kreupel**, **Krepel**, C.Br. *Crupl*, Claudus, hæc *à* Belg. **Kriepen**, **Krepen**, **Kruppen**, Serpere, Repere, ſc. q. d. qui manibus pro pedibus utens, humi ſerpit, v. **Creep**.

Criplings, vox Architectonica, Authore Dictionarii Anglici, apud quem ſolum occurrit, exponitur Tigna brevia latera ædium, neſcio an corruptum *à* Belg. **Gzentel**, Obex, Repagulum, Repages.

Criſoms, potiùs **Chriſoms**, Sic dicuntur Infantes ante Baptiſmum mortui, multum detorto ſenſu *ab* It. *Creſima*, utr. *à* Gr. Χρῖσμα, Unctio quâ baptizati infantes illinuntur, q.d. Chriſmatis ſeu Bapiſmi Candidati.

Critch, vox quæ apud ſolum *Higginium* occurrit, *à* Fr. G. *Creſche*, *Creiche*, Præſepe, hoc *à* Lat. *Crates*, q. d. Cratica.

Crock, Olla, *Mer. Caſ.* deflectit *à* Gr. Κάρυκος Pera, v. **Cruſe** ubi verum Etymon invenies.

the **Crock**, morbus Accipitrum, eſt autem quidam Spaſmus, *à* Fr. G. *Croc*, Uncus, Harpago, quia ſc. inſtar Unci membra attrahit & convellit, v. **Cramp**.

Croft, *ab* AS. Cropt, Cruft, Ager, præcipuè cultus, prope domum Ruſtici, *Minſhew ab* AS. Cræft, Ars, deflectit. quoniam magnâ arte & labore excultus eſt. *Spelman* autem declinat *à* Græco-Lat. *Crypta*, q. d. Ager Abſconditus ſeu Clauſus, v. **Cloſe**, Belg. etiam **Kruſte**, **Kroſte**, Cryptam notat

Croiſade, *à* Fr. G. *Croiſade*, Expeditio Bellica à Papa, religionis ergò, indicta, in qua quilibet miles ſignum crucis in Tunica gerit, in teſſeram Sacræ Militiæ, *à* Fr. G. *Croix*, Crux.

Croiſes, vox quæ mihi in ſolo Dictionario Angl. occurrit. Exponitur Peregrini religionis ergò, item Equites Religioſi ordinis Sancti *Joannis Hieroſolymitani*,

mitani, à Fr. G. *Croiſez*, Cruce inſigniti, quia Crucem Religioſæ Peregrinationis & Sacræ Militiæ ſignum veſtibus geſtabant.

to **Croke**, *ab* AS. Cpacettan, It. *Crocare*, Fr. G. *Croaquer*, *Croüaſſer*, *Croaſſer*, Coaxare, Crocitare, omnia à ſono ficta.

a **Crome, Cromb** *or* **Cozm** *of iron*, à Belg. **Krom**, Teut. **Krum**, Curvus, Uncus, Aduncus, hæc *Minſheu*.

a **Crone** *or old* **Crone**, Anicula Decrepita; Aſtuta, *Verſtegan* deflectit à vet. AS. vel Teut. Cpone, **Crone**, quod Oviculam ſignificavit, vocem tamen hanc in nullo Lexico invenio. Mallem deducere à Belg. **Kronie** Kiliano, Adaſia, Ovis Vetula, Rejicula. Alludit Gr. χρόνος, Tempus, vel Κρόνος, Saturnus, vel κρύος, Senex Moroſus & Malefi-cus.

Crony, vetus Amicus, vox Academica, vel à Gr. χρόνος, vel contractum à Congerro, ſeu Caſu Ablativo Congerrone.

Crook, *ab* AS. Cpýcce, Lituus, Fr. G. *Croc*, Uncus, Harpago; *Crochu*, Uncinatus, Curvus, Belg. **Kroken, Kroocken**, Plicare, Curvare, C.Br. *Crweca*, Curvus, ſed noſtræ originis. *Mer. Caſ.* deflectit à Gr. Κλίνω.

Crooked, à Dan. **Kroget**, Obliquus, Diſtortus, Gibboſus, vel à Fr. G. *Crochu*, Uncinatus, Curvus, *Croc*, Uncus, Harpago. Datur & C.Br. *Crych*, Criſpus, hoc *Fr. Jun.* deflectit à Gr. Κερχνάδης vel Κερχνώδης quod Erotiano exponitur Aſperas prominentias habens, v. **Crook**.

a **Crop**, *ab* AS. Cpoppar, Spicæ, *Ælfrico* **Crop**, Cima, Fr. G. *Crope*, *Croupe*, Cacumen, Apex, hinc *to* **Crop**, Belg. **Kroppen**, Decerpere, Abſcindere, præſertim Racemos. *Minſheu* deflectit à Lat. *Carpere*. Parùm alludit Gr. Κρόμμυον, Falx. *Mer. Caſ.* noſtrum **Crop** deducit à Καρπὸς & à Κορυφή.

the **Crop**, à Belg. **Krop**, **Kroppe**, Teut. **Kropff**, C.Br. *Croppa*, Ingluvies avis. Invenitur & apud *Ælfricum* Cpop, quod, neſcio quo vocis monſtro, *Rien* exponitur, credo idem cum noſtro **Crop** voluiſſe.

a **Croſier** *ſtaff*, à Fr. G. *Croſſe*, Pedum Epiſcopale, Lituus, hoc à nom. *Croix*, Crux, cujus imaginem in Capite habet.

Croſlet vel **Croſſet**, vox Fæcialium, à Fr. G. ant. jam. obſ. *Croiſelet* jam *Croiſette*, parva Crux.

Croſſet, Frontale mulieris, ſic dictum quòd tranſverſim, ſeu decuſſatim (i. e.) formâ Crucis capiti alligatur.

Croſs, à Fr. G. *Croix*, It. *Croce*, AS. Cpuce, omnia à Lat. *Crux*, *Cruce*.

Croſs, Decuſſatim, Tranſverſim, ideò dictum quòd duo ligna eo ſitu poſita crucem conſtituunt. Alludit Gr. Κάρηϑ, Obliquus.

a **Crotchet** *for a humour or Extravagant fancy*, à Fr. G. *Peindre à la Croteſque vel Groteſque*, miro, ridiculo, rudi & inartificioſo modo Pingere, *Groteſques* tales Picturæ, ſic dictæ quia hoc modo ſolent in Cryptis pingere, ut me monuit Doct. *Th. H.* Occurrit & apud *Dheuz.* in Dictionario Gallo-Teutonico vox *Croteſque* & *Groteſque* noſtro ſenſu, exponitur enim Mirus, Mirabilis, Ridiculus. Eſt autem elegans Metaphora ab arte Pingendi petita; abſurda enim phantaſmata ſunt abſurdis & ineptis rerum figuris ſimillima.

Crotchet, à Fr. G. *Crochet*, Modulus Reciprocus Libratus, & in ſe recurrens, Modulus Multiplicatus, vox Muſica. Neſcio autem an hoc **Crotchet**, ortum ſit ab altero **Crotchet**, Uncus, quia fortaſſe nota hujus moduli Unco ſimilis fuit, **Crochet** autem Dimin. eſt nom. **Croc**, Magnus Uncus.

Crotelis *or* **Croteying**, exponitur Stercus Leporis, à Fr. G. *Crottes*, Lutum, Cœnum, item Fimus animalium minorum, ut ovium, Cuniculorum, Caprorum, Leporum, &c. *Crottés* autem, ni fallor, ortum eſt *ab* It. *Corrotto*, Lat. *Corruptum*. Dict. Angl.

Crouch, à Fr. G. *Crochu*, Curvus, v. **Crook**, *Croupir*, ſe Incurvare, vel à Teut. **ſich Kauchen**, Deſidere, Conquinifcere. Parùm alludit Gr. Κύπτω.

a **Crow** *of iron*, Vitruvio Vectis, v. **Crane**, quid ni enim huic æquè ac machinæ Tractoriæ avis nomen tribui potuit? vel *a* Fr. G. *Eſcroüe*. Alludit Gr. Κρίω, Pulſo.

to **Crow**, *ab* AS. Cpapan, Teut. **Krähen**, **Krehen**, Galli more Cantare; hoc, parùm detorto ſenſu, à nomine AS. Cpape, Belg. **Krape**, Teut. **Krae**, Corvus, Cornix. Alludit Gr. Κορώνη, Κόραξ, Corvus, etiam Κράζω, Clamo, Crocito, Κράζω, Crocito, nili malis omnia à ſono petere. *Fr. Jun.* deflectit à Gr. Κραυγή, Clamor. Datur & AS. & Fr. Th. Dancpeb, Gallicinium, ejuſdem ſtirpis.

Crow, *ab* AS. Cpape. Belg. **Krape**, Dan. **Krage**

Crage, Teut. **Kraë**, **Kraêhe**, Cornix, v. *to* **Crow**.

Crowd, *ab* AS. Cpuð, Turba Confertiſſima. Alludit Gr. Κρέω, Pulſo, Collido, quia ſc. in Turba conferta homines ſe mutuò pulſant & trudunt, & mutuò colliduntur.

a **Crowd** *of muſick*, à C.Br. *Crwth*, Fidicula, *Crythor*, Fidicen, utr. fort. à Gr. Κρέω, vel *ab* ejus propagine Κροτέω, Pulſo, Κρότος, Pulſus. *Spelman* videtur flectere *ab* Hiſp. *Guerda*, Chorda. Mallem *ab* AS. Cpuð, *Crwth*, Turba, q. d. fidicinum Turba.

Crown, à Belg. **Kruyne**, Vertex, Fr. G. *Couronne*, Corona, quoniam vertex Coronâ tegitur.

Crucible, Lat. Barb. *Crucibulum*, It. *Croſolo*, Fr. G. *Croiſet*, *Croiſelet*, ſort. à *Cruciando*, quia in eo metalla quaſi Excruciantur (i.e.) valido igne eliquantur, funduntur, & in cinerem rediguntur, vel ut Chymici loqui amant, calcinantur. Doct. *Th. H.* animi credo gratiâ deflectit à Gr. χρυσὸν βάλλειν, ſed Chymici non ſunt adeò Græcæ linguæ periti, nec βάλλειν pro Fundere Græcis uſurpatur.

Cruell, à Fr. G. *Cruel*, utr. à Lat. *Crudelis*, q. d. qui adeò efferus eſt ut non graveretur etiam crudâ hoſtis carne veſci, quòd Barbaris Americanis ſolenne eſt. Vel quòd crudâ ſanguine diffluunt, q. d. Sanguinolentus. Eâdem Analogiâ Gr. ὠμὸς, & Crudum & Immeſericordem ſignat.

Cruel, ſeu potiùs **Crewell**, à Teut. **Klawel**, **Klewel**, Belg. **Klouwe** **Kloen**, Glomus fili, **Klouwen**, Glomerare fila, ſeu in Globum vel **Glomerem**, Convolvere. Credo autem Teut. **Klawel** contractum & corruptum eſſe, à Lat. *Globulus*.

Crum, *ab* AS. Cpuma, Belg. **Kruyme**, Teut. **Krûme**, **Krummel**, Dan. **Krumme**, Mica Panis, AS. Acpuman, Acpymman, Belg. **Kruymelen**, Teut. **Krummeln**, in Micas frangere, Friare, nobis *to* **Crumble**. AS. Cpamman, Farcire nobis *to* **Cram**, Acepummen, Fartus, neſcio an hæc omnia à Lat. *Grumus*.

Crump, Incurvus, Gibboſus, *ab* AS. Cpump, Cpumm, Belg. **Krom**, Teut. **Krumm**, Curvus, Incurvus, Belg. **Krimpen**, Contrahere, **Krommen**, Teut. **Krummen**, Curvare. Datur & C.Br. *Crwmm*, Curvus, Recurvus, ſed Anglo-Saxonicæ proculdubiò originis. *Mer.Caſ.* noſtrum **Crump** deflectit à Gr. Κάμπτω.

Crumple, *ab* AS. Cpump, Curvus, Cpompelnyꝛ, Tortilis, Gecpympt, Calamiſtratus, Belg. **Krimpen**, Contrahere, Arctare, Dan. **Krumpen**, Strigoſus, v. Crump.

Cruppee, à Fr. G. *Croupiere*, *Croppiere*, It. *Cropiera*, *Croppa*, *Groppa*, Hiſp. *Grupera*, Candalæ, Succaudæ, *Adr. Jun.* Poſtilena, *Menagius* ſatis violenter deflectit à Gr. ἐγκύκλιον. Alludit & Gr. Κρηπὶς, Baſis, Fundamentum; Caudalè enim eſt quaſi Baſis, & Fundamentum ſellæ.

Cruſe, à Belg. **Kruys**, Fr. G. *Cruche*, Scyphus, Vas Fictile, AS. Cpocca, Teut. **Krug**, Belg. **Kroegh**, **Kroegh**, C. Br. *Crochan*, Dan. **Krucke**, Olla Fictilis, Vas Fictile, Urna, Urceus, Teut. **Kraus**, Culullus, Poculum Terreum aut Ligneum. Malè derivat *Menagius* à Gr. χευσίς, χρυσὸν σιδῆραι; palàm enim eſt vocem eſſe Germanicæ originis, & materia hæc omnium viliſſima eſt, Aurum pretioſiſſima. Fœlicius longè alludit Gr. Κρωσσὸς, Hydria.

to **Cruſe** *up and down the ſea*, huc illuc Diſcurſare, Curſum Oliquare, vox Nautica, neſcio an à Teut. **Krauſen**, Belg. **Kruyſen**, Criſpare, **Kraus**, **Kruys**, Criſpus, vel à Belg. **Kruys**, Crux, ut & nos dicimus, *to* **Croſs** *up and down*: Et hoc eò magis confirmatur quòd Fr. G. *Croiſer*, eodem ſenſu paſſim in literis Gallicis res geſtas narrantibus occurrit, ut me monet Doct. *Th. H.* cui tum hoc *Croiſer*, tum Belg. **Kruyſen** novæ voces videntur.

Cruſh, à Fr. G. *Eſcraſer*, *Eſcrager*, Exprimere. Parùm alludit Gr. Ἐκθλίβω, Effringo, Erumpo. Poteſt & deflecti à Lat. *Crucio*, nullus enim Cruciatus arctâ compreſſione aut eliſione major eſt. Nec quicquam flagitii eſſet ſi Fr. G. *Eſcraſer*, deducerem à Lat. *Excruciare*, vel *Exraſare* pro *Eraſare* Freq. verbi Eradere.

Crutches, *ab* AS. Cpicce, Teut. **Krycke**, **Krücke**, Fr. G. dial. Turonenſ. pl. *Ecrioches*, It. *Croccie*, *Crocciole*, *Crocciette*, Scipio, Claudi Fulcimentum, It. *Crocchiare*, inſtar Claudorum, aſcititiis è ligno pedibus ſuffultum, Incedere, Καλοβατῶν, Credo ſic dicti quia in Crucis modùm bifurcantur. Alludit parùm Gr. Κρατέω, Retineo, Contineo. *Mer.Caſ.* deflectit à Gr. χάραξ, Vitis Fulcrum.

Cub, Catulus Urſinus, vel Vulpinus. *Minſheu* deflectit à Lat. *Cubare*, quia

intùs Cubat, nec, ut adultiores, prædatum egreditur, vel, detorto aliquantùm sensu, à Lat. *Cubus*, Animal è Simiarum genere, quod Gr. Κῆβος dicitur.

Cubbridge-*head*, vox Nautica, exponitur autem Septum in nave ex asseribus structum, q. d. **Cut-bridge** *head* (i. e.) quasi Pons inter diversas navis contabulationes.

Cucking-*stool*, Sella Urinatoria, supplicium mulierum Clamosarum, malè corruptum à **Ducking-*stool***, vel q. d. **Choaking-*stool***, quia hoc modo demersæ aquis ferè suffocantur, v. **Choke**. Doct. *Th. H.* à Fr. G. *Coquine*, Mendica deflectit, quia Mendicæ convitiatrices hâc sellâ abluuntur.

Cuckold, Adulteræ Maritus, à Fr. G. *Cocu*, Cuculus & Cornutus; Cornuti autem tales dicuntur, quia digito in modum Cornu erecto, tanquam irrisione digni, indicantur. *Spelman* & *Menagius* vocem **Cuckold** satis ingeniosè deflectunt à Fr. G. *Cougourde*, Cucurbita, præsertim rotunda, *r* in *l* mutato, q. d. Capite Cucurbitino (i.e.) Grandi præditus, Capito; Capitones autem vulgò Ignavi, Stupidi & Stolidi habentur, nec minùs Stulti existimantur qui conjugalem suum lectum ab Adulterorum invasione tueri non possunt. Certum autem est nostrum **Cuckold**, non à Cuculo ortum duxisse; tales enim non Cuculi sunt, sed Currucæ, non sua ova aliis supponunt, sed, è contrà aliena sibi supposita incubant & fovent. Duriusculum esset, sed à Criticorum more non abhorrens, si affirmarem, aut saltem divinarem corruptum & contractum esse à Lat. *Curruculo*, sc. extritis mediis literis, & primis cum ultimis copulatis. Simpliciss̄imum autem est & facillimum Etymon à nostro **Cuckow** & **Hold**; quia infelix iste, instar Currucæ, Cuculi (i. e.) Adulteri sui pullos seu liberos tenet (i. e.) sustinet, alit & educat.

Cuckow, *ab* AS. Gaec, Geac, Gæc, Teut. **Guck-gauck**, **Cuckuck**, Belg. **Kuyck-kuck**, **Kuyck-kuyck**, **Kock-kock**, Dan. **Gog-gog**, C.Br. *Cóg*, Fr.G. *Cocu*, *Coucou*, It. *Cucco*, Lat. *Cuculus*, Gr. Κόκκυξ, omnia à sono, quem avis illa edit, manifestè ficta.

Cud, *ab* AS. Cuð, Ruma, Rumen, hinc *to chaw the* **Cud**, Ruminare.

Mr. H. 85. Th. D E. C.L D. Vir. Rev. dictum putat quasi **Chewed**, quia cibus ruminando quasi bis masticatur; & sanè nullus dubito quin AS. Cuð, ortum sit à verbo Ceopan, Mandere.

Cudgel, Fustis, à Belg. **Kudse**, **Kodse**, Clava Nodosa, Stipes Nodosus. *Mer. Cas.* nostrum **Cudgel** deflectit à Gr. Κορυνίζειν.

Cuerpo, *to walk in* **Cuerpo** (i. e.) sine Pallio incedere *ab* Hisp. *Cuerpo*, Corpus, q.d. solo Corpore, sine Pallio obtegente ambulare.

Cuff, vel *ab* It. *Schiaffo*, Alapa, vel, parùm deflexo sensu, à *Zuffa*, Pugna, *Zuffare*, *Azzuffarsi*, Pugnare, manus Conferere. *Minshew* deflectit à Gr. Κύλαφος, & hoc à verbo Κολάπτω, Percutio, pro more suo, satis violenter. Proclivius est longè formare à Gr. Κόπτειν, quod non tantùm Scindere, sed & Ferire & Verberare designat. Sed unde, inquies, & *Zuffa* & *Schiaffo*, credo tum illa tum nostrum **Cuff** à sono ficta.

Cuffs, μανίκια, valdè detorto sensu, à Fr. G. *Coeffe*, *Coiffe*, Calantica mulierum, item Reticulum & Omentum, fort. autem veterum μανίκια Reticulata (i. e.) maculis seu vacuis interstitiis, instar retis, distincta erant, *vide* **Coiff**.

Culdees, Monachi quidam in Insula *Jia* vel Scona *Scotiæ*, q. d. Colidei (i. e.) Dei Cultores.

Cull, Seligere, à Fr. G. *Cueillir*, It. *Cogliere*, *Corre*, omnia à Lat. *Colligere*. Alludit parùm Gr. χυλίζω, χυλόω, Succum elicio seu separo.

Cull vel **Coll** *about the neck*, à Fr. G. *Accoller*, aut ab ant. jam obs. *Coler*, nunc *Coleter*, Amplecti utr. à nom. *Col*, Collum, q. d. Collare (i. e.) Collum brachiis ligare seu Vincire.

Cullender, à Fr. G. *Couloir*, vel potiùs *Coulandiere*, utr. à Lat. *Colum*, *Colatorium*, & à verbo *Colo*, hoc, ni fallor, à Gr. χυλίω, Succum exprimo.

Cullers, *Higginio* Oves Rejiculæ, fort. sic dictæ, à verb. *to* **Cull**, quia è grege seliguntur & ejiciuntur.

Cullion-*head*, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, Author idem cum **Bastion** signare asserit, & est vox Bellica, nescio an sic dicta ab aliqua Testium similitudine, figurâ sc. rotundâ.

Cullis, à Fr. G. *Conlis*, Jus Colatum, utr. à *Colando*.

Cullot, Authori Dictionarii Angl. apud quem solum occurrit exponitur Pulvinus Equestris cui insident Veredarii, à

Fr.

Fr. G. *Cullot*, idem signante, hoc à *Culot*, parvus Culus, q. d. Culus alter, seu aliæ nates natibus sessoris subjectæ; notissimum enim est nates Pulvini naturalis vicem præbere.

Cully, *ab* It. *Coglione*, Stultus, hoc à *Coglione*, Testiculus, quia fort. Stulti Testiculis & pene largioribus præditi sunt, ut Asinus inter Bruta animalia.

Culver, *ab* AS. Culppe, Columba, Wud-Culppe, Palumbes; nescio an hæc omnia deflectere liceat à Lat. *Columbra*, pro *Columba*, vel à Dim. *Columbula*. Certè est aliqua παρήχησις, sed vix tanta cui tutò possim fidere.

Culvering, à Fr. G. *Coleuvrine*, *Couleuvrine*, It. *Colubrina*, genus Machinæ Bellicæ, à Fr. G. *Couleuvre*, Lat. *Coluber*, sic dictum sc. vel à forma *Colubri*, vel propter ingentem, quam edunt, stragem, ut Serpentum pernicioſissimi, quâ eâdem ratione aliæ Machinæ bellicæ *Drakes* & *Serpentines* vocantur.

Culvertail, vox Architectonica. Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit exponitur Asserum per artificiosos articulos Conjunctio. Nescio an hæc vox corrupta sit, à vet. Fr. G. *Couple-orteil* vel *Couple-artail*, hoc à verbo *Coupler*, Conjungere, Copulare, Coaptare, & nom. *Artail* seu *Orteil*, quod olim quemvis Articulum nunc, deflexo non parùm sensu, Digitum pedis signat. *Artail* autem & *Orteil* manifestè ortum ducunt à Lat. *Articulus*.

Cumble, Authori Dict. Angl. exponitur Mensura plena, à Fr. G. *Comble*, Cumulus, q. d. Mensura Cumulata seu Accumulata.

Cunn, *ab* AS. Connan, Teut. **können**, Scire. Alludit Gr. γνῶ, Scio, & longè fœliciùs Κοννῶν, quod *Hesychio* exponitur σοφίσαι, Ἐπίστασθαι.

Cunning, Astutia, Artificium, Solertia, *ab* AS. Cunning, Peritia & Peritus, hoc *à* verbo *to* **Cunn**, *and to* **Kenn** quæ *vide*.

Cunt, à Fr. G. *Con*, Lat. *Cunnus*, AS. Cpiꝺ, Belg. **Kutte**, Gr. Κύσος, Κυσὸς, Κύδος, Pudendum Muliebre, Gr. item Verile, Nates, Podex, *Vossius* deflectit vel, ut suprà à Κύσος, Κύδος, vel à Κύος ut pro Κύημα, Fœtus, hoc à verbo Κύω, Κυέω, Utero gestare, vel à Κύπρος, quod *Hesychio* exponitur πύγον, ὀπίσω, χάσις, vel à Κοννῶν, σοφίσαι, Ἐπίστασθαι. Mallem declinare à Gr. γονὴ, Genitura, Semen, Fœtus, Fructus, γόνος Generatio, Semen, Proles, γονὶς Fœcundus, item, substantivè, locus Fœcundus, γονεῖ apud *Hipp.* Partes Genitales.

Cup, *ab* AS. Cuppe, Belg. **Kop**, Fr. G. *Coupe*, It. *Coppa*, C. Br. *Cuppan*, Gr. Κύπελλον, Κύπη, Scyphus, hinc & Cupula, quæ Lat. Barb. *Capula* glandis scribitur, nobis *an Acorn cup*. Datur & Lat. *Capis*, Capula, pro Poculo in Sacrificiis olim usitato. *Salmasius* ait Cupellam signare Vas Exiguum, quod nos *a* **Taster**, Græci γλωσσίδιον vel γλωσσιεῖον appellant. *Vossius* in Glossis Philoxeni Cupillum pro γλωσσιδίῳ invenit. Si autem *Salmasio* fides sit, Cuppa duplici p Scyphum notat, oritúrque *à* Gr. Κύκκα, apud *Hesych.* Dial. Æol. pro Κύμβα, Cymba, unde Lat. *Cymbium*, Poculi genus, sic dictum à Cymbæ similitudine, v. *Salmas.* Not. in Jul. Cap. vitis Maximini utr. Impp.

Cupola vel **Cuppola**, vox Architectonica. Est autem Turris rotunda Fornicata Italis valdè frequens, vox, licèt pura puta Italica, tamen nunc omnibus, etiam nostris Architectis nota, *ab* It. *Cupo*, Altus, Profundus & simul Tenebrosus; tales enim turres Lucem parcè, & non nisi in fastigio per Centrum vel Umbilicum admittunt. Doct. *Evelinus ab* It. vet. & Lat. *Cupa* deflectit.

Cupping-glasses, à Dan. **Koppe**, Cucurbitula, vel simplicius à nostro **Cup**, quia figurâ suâ Poculis Vitreis seu Phialis assimiles sunt.

Curass, Lorica, à Fr. G. *Cuirasse*, It. *Coraccia*, *Corrazza*, vel à Fr. G. *Cuir*, Pellis, q. d. Coriacea, vel *ab* It. *Cuore*, Cor, quia Thoracem & Cor tegit, hinc *a* **Curassier**, Fr. G. *Cuirassier*, Cataphractus, sed prius Etymon longè præferendum est.

Curate, nobis Sacerdotis Vicarius, quia sc. certâ mercede operam Sacerdoti locat & concionando aliâque ejus munia exequendo vices ejus agit, aliquantum detorto sensu, à Lat. Barb. *Curatus*, Fr. G. *Curè* quod non, ut nobis, Conductitium sacerdotis Vicarium, sed ipsum Sacerdotem, Presbyterum seu Curionem notat. Sic autem dicitur quia, ut nunc loquimur, Curam animarum habet (i. e.) Cura pascendi & gubernandi gregem seu plebem suam ipsi incumbit.

Curb, Cohibere, Frænare, à Fr. G. *Courber*, Flectere, q. d. Curvare, hinc & Fr. G. *Gourmer*, equum Frænare, ut nobis *to* **Curb**, *Gourmette*, Lupatum.

to **Curd** *or* **Curdle**. *Minsheu* deducit à Belg.

Cruyden, Compellere; quod nusquam invenio in hoc sensu, sed apud Kilianum pro Aromatibus condire. Fortean derivari possit per Metathesin, à verbo *to* **Crowd**, (i. e.) Premere, Stipare, Cogere, q. d. **Crowdle**.

Curfew, à Fr. Norm. ant. *Corfeu* idem significante, hoc *a Couvrefeu* (i. e.) Ignes Cooperi vel Extingue, nobis Campana octavâ vel nonâ horâ nocturnâ sonans, quæ monet Cubitum ire, extinctis Lucernis & Ignibus, q. d. Ignitegium

Curl, vel, ut Sagaciter pro solito divinat Vir Rev. à Belg. **Krollen**, Capillos Vibrare, Intorquere, Crispare, vel *ab* It. *Ciurlare*, *Zurlare*, Circumrotare, in orbem Versare, hoc à Lat. *Gyrulus*, dimin. à Gyrus, q. d. Gyrulare (i.e.) Gyrare, in Gyros contorquere, v. *to* **Whirl**, vel, quod cæteris mihi probabilius videtur, *ab* AS. Cyppan, Teut. **Keeren**, Belg. **Keeren**, Vertere (i.e.) *to* **Turn** *up*. Suspicor autem olim extitisse verbum AS. Cyplan, pro Crispare, quod jam propter inopiam librorum Anglo-Saxonicorum non occurrit.

Curl, Sericum tenuissimum à verbo *to* **Curl**, quia sc. facilè Crispatur (i. e.) Complicatur & Convolvitur.

Curlew, à Fr. G. *Corlieu*, *Courlis*, *Charlot*, It. *Carlotta*, Terlino, Arab. *Corli*. *Menagius* existimat & Fr. G. *Corlieu*, & Arab. *Corli* esse à sono, quem avis edit, ficta. *Ridero*, nescio quo Authore, *Curlinus* hæc Avis dicitur.

Curr, Canis Vilior seu Gregarius, Canis Degener, à Belg. **Korre**, Canis Villaticus, hoc vel à Teut. **Kirren**, Frendere, vel à **Kürr**, *Cicur*, vel à *Curando*, quia tales canes hybridæ plerumque ad custodiam ovium adhibentur. Datur & Hisp. *Cachorro*, Catulus.

Curr-fish, Ridero Cuculus piscis, q. d. Piscis Canis, v. **Curr**.

Currans, Passulæ minores, q.d. uvæ Corinthiæ seu Corinthiacæ.

Currant, Numisma probum, Nummus Legitimus, Gr. secundùm *Salmas.* Not. Plin. in Sol. p. 1093 Ἀργύριον σεσηκὸς, à Fr. G. *Courant*, q. d. Currens, qui sc. in Commercio ab uno ad alterum transfertur.

a Current, à Fr. G. *Courant*, Flumen, sc. Currens, vel Cursus fluvii citatior & rapidior.

Currier, à Fr. G. *Courrier*, It. *Corriere*, Cursor, Veredarius, à *Currendo*, vel à *Curru*.

Curry, à Fr. *Conroyer*, corium Subigere, q. d. Lat. *Coriare* (i.e.) Corium Præparare.

Curry, equum Destringere, vel Strigile defricare ut rectè monet Doct. *Th. H.* hoc à Fr. G. *Curer*, Purgare, Emundare, à *Curando* (i. e.) Curam habendo; hinc & **Curry-comb**, Strigil, nisi malis hoc à nom. Escurie, Stabulum, q.d. Pecten Stabularium, v. Querry. Alludit satis feliciter Gr. Κτείω, Verro, Purgo.

to **Curry** *favour*, Blandiri, Gratiam captare, *ab* ant. Fr. G. *Querir*, Lat. *Quærere*.

Curs, *ab* AS. Cuppan, Maledicere, Cuppe, Maledictio, utr. à verbo Cuppan, Plectere, Cruciare, vel secundùm. *Minsheu* à Fr. G. *Courrous*, It. *Corruccio*, *Corroccio*, Ira. Cuppan autem revera ortum est à Lat. *Cruciare*, q. d. Cruciatibus, seu Diris omnibus devovere. *Fr. Jun.* invitis omnibus Musis deflectit à Gr. Καταρᾶσθαι.

Curst, à Belg. **Korsel**, Iracundus, Morosus, Contumax, utr. fort. à verbo *to* **Curs**, (i.e.) qui ex levi quavis occasione in Diras & Execrationes prorumpit.

Curtain, à Fr. G. *Courtine*, It. & Hisp. *Cortina*, omnia à Lat. vet. *Cortina*, sed, detorto valde sensu, licèt in hoc ipso sensu tum apud D. *Hieron.* tum eo Authore, apud *Ridernm* & *Cooperum* reperiatur; nobis autem, Italis, & Gallis supparum, Aulæum & παραπέτασμα significat, fort. à nostro **Court**, Aula, omninò ut Lat. Aulæum ab Aula, v. **Court**. Potest & **Curtain** deflecti à Fr. G. *Couverte*, It. *Coperta*, Operimentum additâ term. dim. *ine* vel *ina*, contractum sc. à Fr. G. *Convertine*, It. *Copertina*, q. d. Lat. Cooperta, Coopertina, v. **Cover**, vel *ab* It. *Culccina*.

Curtal, vel **Curtail**, à Belg. **Kertelen**, Incidere, vel à Fr. G. *Escourter*, Abbreviare, secando Decurtare, It. *Accortare*, vel ἀμύω à Lat. *Curtus*, q. d. Curtulare, vel est vox hybrida, à Fr. *Court*, Brevis & nostro **Tail**, quod *vide*.

Curtelase, à Fr. G. *Contelas*, It. *Coltellaccio*, Sica, Ensis brevior, q. d. Cultelliacus, vel Cultellaceus.

Curtezan, à Fr. G. *Courtisane*, It. *Cortegiana*, q. d. Aulica, vulgatiùs autem pro Meretrice accipitur; quia tales Urbanæ plerumque & ad Aulicos mores compositæ sunt.

Curvet, *ab* It. *Corvettare*, *Corbettare*, Saltitare, *Corvetta*, Saltus, sic dictus quia equus,

equus, frænum attrahendo ad hunc motum excitatur, v. **Curb**. Hæc omnia Doct. *Th. H.* deflectit *ab* It. *Corbetto*, Corvus, Corvulus, idque quoniam equus hoc modo saltitans, sublatis duobus cruribus, omnino instar Corvi saltitantis, se erigit.

Cushinet, *à* Fr. G. *Conssinet*, It. *Coscinetto*, *Cucinetto*, q. d. Pulvinulum, v. **Cushion**.

Cushion, *à* Belg. **Kussen**, Teut. **Küssen**, Fr. G. *Conssin*, It. *Coscino*, *Cucino*, Pulvinus, Pulvinar, ἀμίον *ab* It. *Coscia*, Femur, omnia *à* Lat. *Coxa*, q. d. Coxina; quia Coxis (i. e.) natibus substernitur. *Abr. Mylius* satis Criticè Belg. **Kussen**, deflectit *à* Gr. Κυσὸς, Podex, q. d. Pulvinus podicis.

Cuskin, *Higginio*, Cissybium, Poculi genus; videtur autem hæc vox vel corrupta à dicto Cissybium additâ term. Dim. **kin**, vel *à* Fr. G. *Gousse*, Cortex seu Folliculus cujusvis Leguminis. *Cortex* autem Cavitate suâ Poculo satis similis est.

Custard, Artogala Rosatum, Oogala, q. d. **Gustard**, *à Gustando*, inquit *Minsh.* Datur & eodem sensu, C. Br. *Crostart*, sed nostræ originis. Potest & deflecti *à* Belg. **Kost**, Cibus & **Aerd**, vel Ard, Natura, q. d. Cibus per Antonomasiam, Cibus κατ' ἐξοχήν.

Custom, Mos, Consuetudo, *à* Fr. G. *Coustume*, It. *Costume*, Hisp. *Costumbre*, omnia *à* Lat. *Consuetudine*, per contractionem, hinc verbum Fr. G. *Accoustumer*, It. *Accostumare*, Hisp. *Acostumbrar*, Assuefacere. **Custom** item secundario sensu Tributum, Vectigal seu Portorium Principis quod à mercatoribus pro mercibus peregrinis in Angliam importatis exigitur, designat, q. d. Vectigal quod pro recepta consuetudine Regi penditur, unde & **Customer**, qui sc. Vectigal hoc à Rege certo pretio redimit, Manceps Regius.

Cut, Scindere, Secare, *à* Fr. G. *Couteau*, *Cousteau*, *Culter*, quod credo olim fuit scriptum *Coulteau*, *à* Lat. *Cultellus*, vel à verbo *Couper*, Secare, hoc *à* Gr. Κόπτω. Datur & Hisp. *Acuchillar*, Scindere, Vulnerare, à nom. *Cuchilla*, *a* **Cleaver** *or* **Chopping-knife**. Nec absurdum esset si nostrum **Cut**, deflecterem *à* Lat. *Curtare*, elisâ propter aspritatem litterâ illâ Caninâ *r*.

Cute, *or* **Cut**, *à* Fr. G. *Vin Cuit*, It. *Vin Cotto*, (i. e.) Vinum Coctum, sc. Vinum Generosum ad Mulsum coctum, quod aliis vinis inditum ipsis vigorem addit.

Cutle-fish, *à* Belg. **Cuttel-visch**, Teut. **Kuttel-fisch**, Hisp. *Choco Sepia*, fort *à* Lat. *Cutis*, est enim Piscis ferè Excarnis & sanguinis simul & pinguedinis expers, eóque nihil nisi nuda & sola Cutis.

Cutler, *à* Fr. G. *Coustelier*, *Coutelier*, *à Cousteau*, Culter, Gladius, q. d. Cultellarius, Μαχαιροποιὸς seu Artifex Cultrarius.

Cutwater, vox Nautica, est autem acuta navis Projectura quæ aquam scindit, v. **Cut**, & **Water**

D.

to **Dabb** *on*, Inspergere, Incutere, Ἐπιπάσσειν, *à* Fr. G. *Dauber*, *Dober*, Percutere, v. **Dawb**. Sed unde, inquies, hoc *Dauber?* Si satis Græcus essem, deflecterem *à* Gr. Τύπτω, Ferire, vel Δαπτὼ, Fragorem edere; Ictus enim, præsertim validus, Fragore semper stipatur. Mallem tamen deducere à nostro **Do**, & AS. Up, Teut. **Auff**, Super, per Apostrophum, ut in **Don** & **Doff**, & nos eodem sensu dicimus *to Lay it on*.

to **Dabble**, nobis Aquam manu Commovere, manus Aquæ crebrò Immergere, parùm deflexo sensu, *à* Belg. **Dabbelen**, **Dabben**, Lutum manibus Contrectare, Versare & Subigere, vel *à* C. Br. *Diblo*, Oras vestium Collutulare, hoc *à* nom. *Dibl*, Ora vestis.

Dace, fort. *à* Fr. G. *Derceau*, *Ridero* Apua, sed, ni fallor, malè. In agro Lincolniensi appellantur **Dares**; mallem exponere Haleces seu Mænas Fluviatilis, ob manifestam sc. Halecum similitudinem. Cum Fr. G. *Derceau*, magnam habet affinitatem *Derceto*, secundùm *Plinium*, *Joppes*, secundùm Diodorum Siculum, *Ascalonis Dea*, Sacræ Scripturæ *Dagon*, Philistæorum. Fortean **Dace**, contr. est à nostro **Dares** hoc *ab* AS. Dape, Noxa, quia sc. insalubris victus existimatur.

Dacker, vox in agro Lincoln. usitata: Significat autem Vacillare, Nutare, parùm deflexo sensu, *à* Belg. **Daeckeren**. Motari, Mottari, Volitare, hoc à nom. **Daeck**, Nebula; Vapores enim Nebulosi huc illuc vel minimo venti afflatu impelluntur, v. **Stagger**.

Dad, vox Infantilis, quâ Patres compellant

pellant C. Br. *Tâd*, Fr. G. *Bab*, It. *Dada*, *Dadda*, *Pappo*, *Pappa*, *Tata*, *Tato*, *Pater*, Hebr. *Dod*, nomen à sono fictum, hæc *Minſhew*. Datur & Gr. Τίτλα Compellatio Juniorum ad Seniores, vox ſc. Balbutientium & loqui incipientium puellorum, v. *Tata* apud *Voſſ.* in Et. LL.

a **Dag** *or* **Rag** *of cloth*, vel mutatione unius literæ à dicto **Rag**, vel quoniam iſta mutatio eſt admodum rara, *ab* AS. Dazȝ, Sparſum Pendens ſeu Dependens, q. d. Pannus Lacerus eóque à reliquo panno pendens ſeu penſilis.

Dagger, à Dan. **Daggert**, Belg. **Dagge**, It. *Daga*, Fr. G. *Dague*, Hiſp. *Daga*, Sica, Pugio, Enſis brevior, Teut. **Dägen**, **Degen**, Gladius. Author. Dict. Angl. **Dag** & **Dagger**, à *Dacis* gente nobili dicta putat, quod unde reſciverit neſcio. Satis feliciter alludit Gr. Θάγω, Acuo.

Daggle, humi Trahere, Collutulare, *ab* AS. Daag, Dazȝ, Sparſum, Laxè Dependens, vel à verbo **Dabble** quod *vide*, vel quod mihi veriſimilimum fit, *ab* AS. Deazan, Tingere, Intingere.

Daign, à Fr. G. *Daigner*, It. *Degnare*, utr. à Lat. *Dignari*,

Dainty, à Fr. G. vet. *Dain*, Delicatus, hoc neſcio an à Fr. G. *Dain*, *Daim*, Dama, Capreolus, cujus caro ſemper, & ubique gentium in maximis deliciis fuit. *Minſhew* à Lat. *Dente* deflectit, *Mer. Caſ.* à Gr. Δαὶς, Δάιτη, Δαίνυσθαι, hinc a **Dainty**, Pulpamentum, Cibi deliciæ.

Dairy, Columellæ, Caſeale, γαλακτίειον, locus in quo caſei conficiuntur, à Fr. G. *Derriere*, q. d. Domuncula Poſtica, v. *Minſh.*

Daſh, *or* **Dazȝ**, Bellis. *Minſhew* deflectit à Gr. Δαΐζω, Divido, Findo, quia ejus radia & flores multifidi ſunt, ſed hoc nimis violentum eſt. Idem alibi **Daſh**, ſeu **Dazȝ**, à Δυσεία difficultate Spirandi deducit, quoniam ſc. Bellis Dyſpnææ efficax remedium eſt; ſed dupliciter errat, tum in Grammatica, tum in Medicina; nam nec Δυσεία, Denſitatem Spirandi, quod innuit, ſignificat, quum non ſit Subſtantivum, ut Δυσεὶς, ſed Adjectivum femininum, nec Bellis ad Dyſpnæam commendatur, imò, cum Stypticæ facultatis particeps ſit, pulmones arctando in illo affectu noceret potiùs quàm prodeſſet. Doct. *Th. H.* dictum putat quaſi **Daps ey**, & hoc etiam Etymon invenio apud *Chauc.* in Prol. Leg. de Feminis probis fol. mihi 185. pag. 2. Col. 2. Mallem deducere à Fr. G. *Daiz*, Cœlum, ſeu Umbella Penſilis, quæ Principum capitibus obtendi ſolet, a **Canopy**, propter aliquam in flore talis Umbellæ ſimilitudinem, hoc, ſi Græcus es deducere licet à Gr. Δάσκιος.

a **Daker** *hen*, Ridero Crex avis, neſcio an à Belg. **Dack**, Tectum, quia ſc. in Tecto nidulatur, vel à Teut. **Dauchen**, **Tauchen**, Immergere, q.d. avis Urinatrix.

Dale, à Belg. **Dal**, **Delle**, Teut. **Thal**, **Tahl**, Dan. **Dall**, Vallis, Teut. **Dell**, **Delle**, Locus Declivis. Optimè ſaltem alludit Gr. Θάλλω, Vireo: Floreo, quia valles ubique montibus fertiliores ſunt.

to **Dally**, Blandiri, Colludere, parùm detorto ſenſu à Belg. **Dolen**, **Dollen**, Delirare, Inſanire, Nugari, à nom **Dol**, **Dul**, Inſanus; ludendo enim Ineptias infantum imitamur, vel ſi **Dally** obſcœno ſenſu ſumatur, hoc Etymon longè aptiùs quadrat; res enim Venereæ Medicis Græcis, præſertim *Simeoni Seth*, τὰ Ἀφροδίσια, & Venere uti Ἀφροδίσιον dicuntur. Alludit & Gr. Θάλεια, Δηλ. Θάλεια, item Θάλειος pro Θαλερὸς, quod exponitur Feſtivus, Floridus, à verbo Θάλλω, Floreo; Ætas enim Florens utrovis ſenſu maximè ludibunda eſt. Doct. *Th. H.* feliciter, ut ſolet, deducit à verbo *to* **Delay**, q. d. Ludendo Morari.

Damask, à Fr. G. *Damas*, *Damaſquin*, It. *Damaſchino*, *Damaſco*, Linteum ſic dictum, utr. *ab* Urbe Syriæ celeberrima & antiquiſſima *Damaſco*. Significat autem *Damas* & Urbem, & omnia ad Urbem pertinentia, ut **Damask** *Roſe*, Roſa Damaſcena, **Damask** *Linnen or Satin*, Linteamina ſeu Holoſericum more *Damaſceno* elaborata.

Dame, à Fr. G. *Dame*, It. *Dama*, *Domina*, à quo ipſo per contractionem ortum ducit.

Damm, *ab* AS. Demman, Fopedemman, Belg. **Dammen**, Teut. **Dammen**, **Demmen**, Obturare, Obſtruere, Aggeribus fluctus Excludere, Belg. **Dam**, Cataracta, Arca Aquaria, **Dam dick**, Agger Obliquus aquis objectus, Teut. **Damm**, Dan. **Dæmning**, Agger, ejuſdem Stemmatis. Alludit Gr. Δαμὰω, Domo, quia tales Aggeres fluctus Edomant.

Damm, pro Matre in Brutis. *Minſhew* optimè deflectit à Fr. G. *Dame*, Domina; quælibet enim Mater dominium in prolem ſuam habet, præſertim ex principiis

cipiis Hobbianis: nec mirum honorificum Domini nomen, olim tantùm Diis & Regibus tributum, jam ad Bruta ipsa transiisse; videmus enim Sire quod in Linguâ Franco-Gallicâ Regum est proprium, & proculdubiò originariò Dominum signat, jam Patrem in Brutis, jubente usu, notare; v. Sire, & Sir. *Somner* deducit *ab* AS. Tyman, Parere, Team, Soboles.

Dammage, *à* Fr. G. *Dommage*, Dial. Picard. *Dammage*, *à* Lat. *Damnum*. Alludit Gr. Δάνος, Macedonibus, teste Plutarcho, Mors; Mors enim summum omnium Damnum est.

Damp, *à* Belg. & Dan. **Damp**, **Domp**, Teut. **Dampf**, Vapor, Dan. **Damper**, Vaporo, Evaporo, Halo, hinc verb. *to* **Damp**, Teut. **Dämpffen**, **Dempffen**, Sedare, Suffocare, Sopire, Compescere, q. d. Vapore Suffocatorio, qualis subinde in Scaptensulis exoritur, Suffocare.

Damsel, *à* Fr. G. *Damoiselle*, It. *Damigella*, *Donzella*, Femina Nobilis non titulata, *a* **Gentlewoman**, q. d. Dominicella (i.e.) parva Domina; olim enim non ipsas Matronas nobiles, sed Nobilium Filias signabat, v. *Menagium*.

Damson, *à* Fr. G. *Damaisine*, q. d. Prunum Damascenum. *Ab* his autem Prunis longè diversa sunt nostra Medicorum *Damascena*, sed fort. tum hæc tum illa primitùs *à Damasco* Syriæ in Europam traducta sunt.

Dance, *à* Fr. G. *Danser*, It. *Danzare*, Hisp. *Danzar*, Teut. **Tantzen**, C. Br. *Dawnsio*, Saltare, Tripudiare. *Menagius à* Lat. *Densare*, sc. gressus, derivat, vel ut ipse posteà corrigit, *ab* Arab. *Taaza* idem signante, v. *Menag.* Add. secundis *Covarruv.* Hisp. *Danza*, pro Tripudio dictum putat, quasi *Ducanza*, sc. *à Ducendo*. Possem & non incommodè, saltem Teut. **Tantzen**, deflectere *à* nom. Teut. **Tand**, Vanum & Ineptum Phantasma, seu Inventum, & inde Belg. **Danten**, Ineptire, quia veterum Tripudia cum ineptis & ridiculis gesticulationibus peragebantur.

Dandepzat, nobis Pumilio, Homuncio, detorto parùm sensu, fort *à* Belg. **Danten**, Ineptire, & **Pzat**, Nugæ, Fr. G. *Dandin*, Stultus, *Dandiner*, Nugari, Ineptire, omnia *à* Teut. **Tand**, Phantasia, Vanum & Inane Inventum, λῆρος, Nugæ, Gerræ Siculæ; vel **Dandepzat** deflecti potest ἀμαθὴς, *à* nostro **Dandle**, Fr. G. *Prest*, Promtus, Aptus, Idoneus, q. d. adeò parvus, ut, instar Infantis, ulnis circumgestari posset.

Dandle, nobis Puero Colludere, Puerum in ulnis Motitare, Jactare, *à* Teut. **Dinsen** vel **Densen** in Brachiis Gestare, & Circumferre vel Bajulare, Ἀγκαλίζεσθαι, Ἐναγκαλίζεσθαι, Ἀγκὰς φέρειν seu φορεῖν, hoc *à* verbo **Dantzen**, **Tantzen**, ut nobis *to* **Dance** *a child*, vel, parùm detorto sensu, *à* Fr. G. *Dandin*, Stultus, *Dandiner*, Ineptire, Nugari, Belg. **Danten**, Ineptire, omnia *à* Teut. **Tand**, Delirum Phantasma, q. d. Infantem Ineptiis, ut faciunt qui ipsis colludunt, se accommodare.

Dandriff, Sordes Capillorum Furfuraceæ, Furfures, πιτυρίασις, *à* AS. Tan, Scabies, Tinea, & Dpop, Sordidus, Cœnosus, q. d. Scabies sordida; Tan autem Lat. *Tinea* ortum debere videtur.

Danger, *à* Fr. G. *Danger*, Periculum, hoc credo *à* Lat. *Damnum*, q. d. Damniarium. *Menagius* ab *Angarium* deflectit, *Minsevus à* Δάνος quod, Macedonibus, teste *Plutarcho*, Mortem significat.

Dangle, q. d. **Hangle**, Dependere, v. **Hang**. Datur & It. *Ciondolare à Ciondoloni*, **Danglingly**, *Ciondoli Sfiolet*. **Dangle** etiam per Syncopen syllabæ *gen* vel *ang* deflecti potest *ab* AS. Dun vel Dunehangan (i. e.) Deorsum Pendere. Sed unde, inquies, It. *Ciondolo* & *Ciondolare*? nescio an *ab* Adv. *Ci*, Hîc, Illic, & verbo *Ondolare*, q. d. Huc illuc instar fluctuum Undulare, Remeare, Reciprocari.

Dangwallet, Affatim, Abundè, usque ad Excessum & Satietatem, quod sc. præ nimia copia Ascoperam seu Hippoperam degravat, efficitque ut dependeat, v. **Dangle** & **Wallet**.

Dank, Semisiccatus, Subhumidus, Humidiusculus, parùm deflexo sensu, *à* Teut. **Duncken**, Intingere, Immergere, vel, quoniam eodem sensu etiam **Damp** dicitur *a* **Damp**, Vapor, qua sc. humida, dum siccantur, multum Vaporem emittunt, Teut. autem **Duncken** fidens declino *à* Lat. *Tingere*.

Dapper, Vir Exiguæ Staturæ, sed Animosus & Agilis, *à* Belg. **Dapper**, Teut. **Dapffer**, **Dapffer**, Strenuus, Fortis, Agilis, Dan. **Dapperhed**, Fortitudo. *Minsevus*, violenter, ut solet, *à* Lat. *Toper*, Celeriter, vel *à Dapifer* deducit.

Dapple, Color Equorum Varius seu Variegatus, seu Color unus altero interstinctus,

ſtinctus, & quaſi Maculatus, fort. *à* Teut. **Apffel**, nobis **Apple**, Pomum, q. d. inſtar Pomi Curtipenduli, maculis Variegatus, hinc **Apffel-grau** quod *Dhuezio* exponitur Scutulatus. Eodem etiam ſenſu eadémque ratione hic color Fr. G. *Pommelé* dicitur.

Dare, *ab* AS. Deappan, Dýppan, Belg. **Derren**, Teut. **Dozſſen**, **Dürffen**, Audere, AS. Dýpꝛtiȝ, Audax, inde noſtrum **Durſt**. *Minſhew à* Gr. Δεῖδω, Δειδαίνω deflectit. Poſſim & per Metathelin *ab* It. *Ardire*, v. **Hardy**.

Darken, *ab* AS. Deopc, Tenebroſus, Obſcurus, Abeopcian, Obſcurare. Alludit Gr. ταραχὴ, Perturbatio, Conſternatio, *à* verb. ταράσσω, Perturbo, Terreo; Tenebræ enim timorem mortalibus incutiunt. Peſſimè *Martinius* deflectit *à* Δέρκω, Video, per Antiphraſin, quid enim Etymologo & Grammatico indignius puerili illâ figurâ Antiphraſi? melius *Mer. Caſ.* deducit *ab* Ἀδερκὴς, Inviſibilis.

Darling, Deliciæ, *ab* AS. Deoplinȝ, Dýplinȝ, Amaſius, q. d. **Dearling** (i. e.) Charulus, ſeu Amiculus, *vide* **Dear**.

Darnix, Panni quidam ex Belgio advecti, ſic dicti *ab* urbe Belgii celebri **Doornick**, Fr. G. **Tournay**, Lat. Barb. *Tornacum* dictâ, ubi concinnantur q. d. Panni Tornacenſes.

Dart, *à* Fr. G. *Dard*, It. & Hiſp. *Dardo*, C. Br. *Dart*, Jaculum, ſed hoc credo *à* nobis profectum. Alludit parùm Gr. Δαίω, Δάω, Verbero, Percutio, unde verbale Δαρτὸς. *Fr. Jun.* deflectit *à* Gr. Δαρδάνω quod *Heſychio* exponitur, βάλλω. Sed contra ego non dubito quin hoc Δαρδάνω, ut & multa alia Heſychiana, Germanicæ ſit originis.

Dash, Contundere, Allidere, fort. *à* Dan. **Dask**, Ictus, **Mund Dask**, Colaphus, hinc & Teut. **Maultaſchen**, einen **Maultaſchen**, Colaphum infligere, **Maultaſche**, Colaphus, Alapa, *a* **Dash** *in'h mouth. Minſhew* deflectit *à* Belg. **Derſchen**, **Dorſchen**, Triturare, utr. *ab* Hebr. **Daſh**, **Doſch**, Trituravit, credo omnia à ſono ficta.

Dash, fort. unius literulæ mutatione, *à* Fr. G. *Gaſcher*, Conſpergere ſeu Perfundere, puta aquâ vel luto, Incutere lutum. *Minſhew* deflectit *à* Gr. Δῦσις, Δύσερα, *Suida* & *Euſtathio* Humor & Stercus, q. d. Humore & Stercore Conſpergere, vel *à* Δαΐζω, Δάζομαι, Divido. Mallem *ab* alt. **Dash**, Percutere, quia aqua vel lutum hoc ſenſu vi quadam & impetu aſpergitur, vel *à* Fr. G. *Tacher*, Maculare, nom. *Tache*, Macula, utr. *à* Lat. *Taxare*, vel *Tallare*, frequentativo verb. *Tangere*.

Dash, Terrore confundere, vel *à* noſtro **Dazle**, hoc *à* Belg. **Duyſelen** animo Perturbari, Attonitum fieri, Vertigine laborare. Sed unde, inquies, Belg. **Duyſelen** & **Duyſigh**? credo *à* **Duyſter**, AS. Dýſtpe, Dýſtpo, Obſcurus, Belg. **Duyſteren**, Caligare, quia ſc. Vertiginoſis oculi caligant, vel, quod reliquis longè præfero, *ab* AS. Dpæȝ, Belg. **Dwaes**, Stupidus, q. d. Attonitum, Stupidum & Conſilii inopem præ timore reddere.

Daſtard, Puſillanimus, *ab* AS. Abꝛtpiȝan, Deterrere, hoc *ab* AS. Dpæȝ, Stupidus, & Belg. **Aerde**, Natura, detorto parùm ſenſu eſt metu Obſtupefactus. *Ab* AS. Dpæȝ, ortum eſt Belg. **Dwaes**, Stultus.

Date, *à* Fr. G. *Datte*, *Daite*, *Datil*, Hiſp. etiam *Datil*, It. *Dattero*, Palmula, omnia *à* Lat. *Dactylus*, Gr. etiam apud *Dioſcoridem* & *Suidam* Δάκτυλος pro fructu Palmæ uſurpatur, fort. ab aliqua Digitorum ſimilitudine vel in fructu, qui aliquantùm oblongus eſt, vel potiùs in Theca vel Vagina fructûs, qui Ἐλάτη, ωάδη & Gal. κ, ῆ, ακίνιον appellatur.

Daughter, *ab* AS. Dohtop, Belg. **Dochter**, Fr. Th. **Dohter**, Dan. **Daatter**, Teut. **Tochter**, Filia. *Minſhew* omnia deducit *à* Syriaco *Dachtira*, Filia, ſed licèt etiam ipſa nimis longè abſit, tamen multò vicinior eſt Græcia quàm Syria. Mallem igitur *à* Gr. Θυγάτηρ deflectere, ſin hoc è Syria literarum Græcarum parente petere libeat, per me licet. Sed quorſum tam procul peregrinamur, cum fort. deflecti poſſit *à* Lat. *Dos*, q. d. Dotaria; Puella enim ſine *dote* vix elocari poteſt.

Davitt, vox Nautica, exponitur Tignum ſeu Aſſer alterâ extremitate inciſum, è quâ, mediante altero ligno apprehenſo, anchoram ſuſtollunt, fort. *à* Belg. **Daveren**, Nutare, Vacillare, Tremere, Contremiſcere, vide *Manwaying* in Dict. Naut.

Dauncette, *double* **Dauncette**, vox Fæcialium, *à* Fr. G. *Danche*, fort. olim *Danchette*, Dentatus, v. *Gwillim*, p. 54.

Daunt, nobis Terrefacere, Confundere, magnâ audaciâ ſeu minis ad ſilentium adigere, fort. *à* Fr. G. *Domter*, Domare, hoc immediatè *à* Lat. *Domitare*; vel noſtrum

Unable to display this page

Carus, Pretiosus. Alludit Gr. θηράω, Consector, Capto, Venor, quia quæ Pretiosa sunt omnes captant.

Debase, à Fr. G. *Desbaisser*, It. *Dibassare*, Pretio minuere, Deprimere, Vilem reddere, v. **Base**, & **Abase**.

Debate, à Fr. G. *Debat*, It. *Dibatto*, Altercatio, Contentio, Fr. G. *Debatre*, It. *Dibattere*, Altercari, Contendere, à Lat. *De* & *Batuere*, v. **Beat**, & **Abate**.

Debauch, moribus Corrumpere, Vitiare, hinc a **Debauch**, magna vini Ingurgitatio, à Fr. G. ant. *Desbaucher*, cujus part. *Desbauchè*, apud *Cotgravium* occurrit, & Dissolutus, Prodigus, Nepos exponitur, unde & vox etiamnum usitatissima *Desbauché*, *faire une Desbauche*, omnia à Lat. *Debacchari*. Potest & **Debauch**, nec non **Deboist**, deflecti ab alt. *Desbaucher*, Seducere, Corrumpere, Pervertere, Confundere, hoc à Præp. insep. *Des* Lat. *Dis*, & nom. *Bauche*, Ordo Lapidum seu Laterum; vox autem hæc ab Architectura facili sanè Metaphorâ traducta est, ut nos dicimus *he* **Disorders** *himself*, *he lives very* **disorderly**. Sed unde, inquies, istud Fr. G. *Bauche*, credo à Lat. *Abacus*, q. d. series lapidum seu laterum juxtâ positorum Mensiformis.

to **Deboist**, *or rather* **Debase**, Confundere, Pudefacere, à Fr. G. *Desbaisser*, It. *Dibassare*, Deprimere, q. d. animos Dejicere, vel q. d. **Debash**, à verbo **Abash**, & nom. **Bashful**, q. d. Verecundiam incutere, v. **Abase**, **Base**, **Abash** & **Bashful**. Reliquis autem omnibus præfero, tanquam & simplicius & facilius Etymon à Fr. G. *Desbaucher*, Seducere, viâ Avertere; Confundere, v. **Debauch**.

Debonair, à Fr. G. *Debonnair*, Benignus, Mitis, Comis, Commodis moribus præditus, q. d. *de Bon Aire*, hoc est Boni Temperamenti, Ingenii vel Indolis, Metaphora enim hæc sumitur *ab* Accipitribus, q. d. de Bono Nido (i.e.) è Bonâ stirpe, Fr. G. enim *Aire* Nidum Accipitrum signat, v. **Ayry** *of Hawks*.

Debt, à Fr. G. *Debte*, utr. manifestè à Lat. *Debitum*, hinc *Debteur*, Debitor, *Debvoir*, *Devoir*, Officium, Debitum.

to **Decant**, Lat. Barb. *Decantare*. Vox hæc non, ut pleræque pejoris notæ, labente Imperio, nec statim post ipsum à Barbaris eversum à Gothis vel Longobardis, sed ante unum vel alterum sæculum à Barbarioribus Chymicis, qui fumo suo Latinæ Linguæ candorem mirè daturpârunt, invecta est, idque nullâ necessitate, cum Latina verba Transfundere, Elutriare, Decapulare, idem signent. Qui apud istos κεκαυμένοι deflectunt à Lat. *De*, & Gr. κάδος Angulus, q. d. ex inclinato vase per Angulos in aliud vas transfundere.

Decay, *ab* It. *Decadére*, Fr. G. *Decheoir*, utr. à Lat. *De* & *Cadere*, q. d. Decidere, nobis autem, flexo quâm minimè sensu, Deficere, Occidere, Defloresçere significat.

Decease, à Fr. G. *Decez*, Obitus, hoc à verbo *Deceder*, Mori, utr. facili sensûs flexu, à Lat. *Decedere*, sc. vitâ, q. d. Decessus. Eodem etiam sensu nos dicimus *to* **Depart**.

Deceive, à Fr. G. *Decevoir*, utr. à Lat. *Decipere*.

Decipher, Describere, à Fr. G. *Dechiffrer*, *Deschiffrer*, It. *Decifrare*, Describere, Delineare, q. d. Ciphris (i. e.) Figuris Exprimere, v. **Cipher**.

Deck, Ornare, parùm deflexo sensu, à Belg. & Teut. **Decken**, Operire, Vestire, utr. à Lat. *Tegere*, hoc à Gr. στέγω. Datur & Dan. **Decker**, Tego, ejusdem stirpis.

Decks, Transtra, Fori navis, à Belg. **Decken**, Tegere, Operire, sic dicti quia alias navis partes Tegunt & Operiunt.

Declension, à Fr. G. *Declinaison*, utr. à Lat. *Declinatio*.

Decrease, à Fr. G. *Decroistre*, utr. à Lat. *Decrescere*.

Decree, à Fr. G. *Decret*, utr. à Lat. *Decretum*.

Decrescent, vox Fœcialium à Fr. G. *Decroissant*, (i. e.) Luna Decrescens, quæ sic dicitur eâ facie quâ apparet à Plenilunio ad Interlunium.

Decry, à Fr. G. *Descrier*, Publicè Defamare, Edicto Abrogare, seu Minuere, & tum de hominis Fama, tum de Nummo quovis, qui Edicto Principis vel prorsus Reprobatur, vel valore minuitur, dicitur, à **De**, & **Cry**, quod *vide*.

Deed, *ab* AS. Dæd, Belg. **Daed**, Teut. **That**, Factum, Actio, *vide* **Doe**.

Deem, *ab* AS. Deman, Judicare, Dema, Judex,

Judex, Abeman, Examinare, Dam, *Dome*, Judicium, Sententia, Sanctio, *Dom*-boc, Liber Judicialis seu Censualis Gulielmi Victoris.

Deep, *ab* AS. Deop, Deope, Belg. **Diep**, Teut. **Tieff**, Profundus, AS. Deopparep, Gurges, Belg. **Diepte**, Teut. **Tieffte**, Profunditas; Alludit Gr. δύσσω, Aquas subeo, Mergor, quia qui mergitur profundum subit, sed hic verè Lusus est. *Mer. Cas.* satis violenter deflectit à Gr. βαθύς.

Deer, *ab* AS. Deop, Wild deop, Fera, Deoptun, Septum Ferarum, Vivarium, Belg. **Dier**, Dan. **Dyre**, Animal, Fr. Th. **Dier**, Teut. **Thier**, Bestia. Felicissimè alludunt Gr. θὴρ, τὴρ, θηρίον, Fera, θηρεύω, Venor, quod plerique omnes pro Etymon habent.

Deface, Deformare, *à* vet. Fr. G. jam obs. *Defacer*, q. d. Defaciare (i.e.) pristinam Faciem Exuere, Deturpare.

Defoillance, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, *à* Fr. G. *Defaillance*, Defectus in genere, item Defectus animi, vel Languor, hoc à verb. *Defaillir*, Deficere, Elanguescere, omnia *à* Lat. *De* & *Fallere*.

Default *à* Fr. G. *Deffalquer*, It. *Defalcare*, Subtrahere, Subducere, q. d. Lat. Defalcare (i.e.) Falce resecare, & quasi Amputare, vox usu Arithmetica, satis facili Metaphorâ, à Messoribus in Mercatores, ab Agris in Abacos traductâ.

Default, *à* Fr. G. *Defaut*, Defectus hoc à verb. Fr. G. *Defaillir*, Languescere, Marcescere, q. d. Defallere.

Defile, *ab* AS. Apylan, Inquinare, Polluere, hoc à nom. AS. Ful, nostro **Foul**, quod *vide*.

Defleur, Virginem Vitiare, Stuprare, *à* Fr. G. *Defleurer*, q. d. Deflorare, (i.e.) Floribus sc. Virginitatis Spoliare.

Defray, à Fr. G. *Defrayer*, Sumptus in se suscipere, vel Exolvere, hoc à nom. *Frais*, *Fraiz*, Sumtus, sed unde, inquies, *Frais?* quid si *à* Lat. *Paratus*, seu *Apparatus*, vel *à* Teut. **Pracht**, Pompa, quia omnes Pompæ Sumptuosæ sunt.

Deft, Pulcher, Venustus, Lepidus, vox Septentrionalibus usitata, *ab* AS. Dæpe, Accommodus, Dæplice, Congruenter, prorsus ut Fr. G. *Aggreable*, à verbo *Aggreer*, Convenire.

Defy, *à* Fr. G. *Defier*, *Deffier*, It. *Disfidare*, *Sfidare*, ad Pugnam provocare, q. d. Lat. Diffidare (i.e.) Fidem omnem Abrogare, Fidem omnem Abrenunciare.

Degrade, *à* Fr. G. *Degrader*, *Desgrader*, Gradu dejicere, Movere, q. d. Degradare.

Degree, *à* Fr. G. *Degré*, Gradus, q. d. Degradus.

Delay, *à* Fr. G. *Delay*, It. *Dilaio*, *Mora*, Procrastinatio, *Delayer*, Morari, Proferre, Procrastinare, Protelare, q. d. Dilatare, (i.e.) negotium in amplius temporis spatium Extendere.

to **Delay** *wine*, *à* Fr. G. *Dilaier*, *Delayer*, Temperare, Mitigare, Macerare, Macerando emollire.

Delftenne, vox Fœcialium, cujus nota nobilitatem minuit & inquinat, & est signum pusillanimitatis, ubi sc. quis pugnam quam popposcit, refugit. Videtur figura ferri quadrati ligonis in Campo ravo (i.e.) **Tawny** collocati, *ab* AS. Delf, seu Delf-Iren idem signante, hoc à verbo Delfan, Fodere, quia notat virum nobilem propter pusillanimitatem dignum, qui capite minuatur (i.e.) ab Armis ad Ligonem vel Agricolæ gradum detrudatur. Delf, item *Morgano* Puteum seu Fossam signat, *ab* eodem AS. Delfan, Fodere.

Delight, *à* Fr. G. *Delellor*, It. *Dilettare*, omnia *à* Lat. *Delectare*. Datur & Hisp. *Deleite*, Voluptas, Deliciæ, & verb. *Deleitarse*, se Oblectare; Occurrit & in Versione antiqua Bibliorum Franco-Gallica mihi à Doct. *Th. H.* communicata *Delit*, pro Voluptate, unde proculdubiò *ἀφίκτως* ortum est nostrum **Delight**.

Deliver, *à* Fr. G. *Delivrer*, It. *Deliverare*, Liberare, Expedire, q. d. Deliberare.

Delve, *ab* AS. Delfan, Adelfan, Belg. **Delven**, Fodere, AS. Adolfen, Fossus, Bedelfan, Sepelire.

Deluge, *à* Fr. G. *Deluge*, utr. *à* Lat. *Diluvium*, vel potiùs *ab* antiquo *Diluges*, quod eodem modo formatur *à Diluo*, ut Confluges à Confluo.

Demand, *à* Fr. G. *Demander*, It. *Dimandare*, *Domandare*, Petere, Interrogare, parùm deflexo sensu, *à* Lat. *Demandare*.

Demeanour, **Demean**, vel *à* Fr. G. *Moyen*, **Mean**, quod Minsevo placet, q. d. *Modice*, *Modestè*, se gerere, vel potius *à* Fr. G. *Demener*, It. *Dimenare*, se huc illuc Movere, hoc *à De* aut *Dis*, & *Minare*, Ducere, vel q. d. Dimanare (i.e.) Manus movere: Certè non minima urbanitatis pars à Concinno manuum more pendet.

Demolish, Diruere, Subvertere, Solo æ-

quare, à Fr. G. *Demolir*, utr. à Lat. *Demoliri.*

Demure, Taciturnus, Modeſtus, Sanctitatem & Severitatem præ ſe ferens, vel à Fr. G. *Demeurer*, Permanere, ſc. qui ab omni liberiori geſtu vel verbo perpetuò abſtinet, & in eodem modeſtiæ & ſilentii tenore pertinaciter ſe continet; vel potiùs q. d. Fr. G. *Des Meurs*, ut nos loquimur *over* **Manneriy**, Moroſe, Superſtitioſè Modeſtus, vel à Teut. **Demuth**, Modeſtia, Humanitas, ſed ſecundum Etymon præferro. *Mer. Caſ.* deflectit à Gr. Ἥμερος *Heſ.* ἐμνὸς, Βίαιος, Ἐναβὴς.

to **Demurr**, verbum primitùs Forenſe à Fr. G. verb. *Demeurer*, It. *Dimorare*, Morari, nom. Fr. G. *Demeure*, It. *Dimora*, Mora, q.d. Lat. Dimorari, Dimora (i. e.) Exceptionem ſeu Moram Actioni objicere.

Demy, à Fr. G. *Demy*, utr. à Lat. *Dimidium*; **Demy**, etiam Collegii Magdalenenſis Oxonii Alumnus dicitur, q. d. Semiſocius, vel, quod eodem ferè redit, q. d. cui Dimidium tantùm Salarii ſocio debiti tribuitur.

a **Denier**, à Fr. G. *Denier*, It. *Danaro*, utr. à Lat. *Denarius.*

Den, ſecundùm *Minſevum* à Belg. **Denne**, It. *Tana*, Fr. G. *Taniere*, Luſtrum Ferarum, hoc parùm deflexo ſenſu, *ab* AS. Den, Cubile. Feliciter alludit Gr. Δύω, *Subeo.*

Denizen, Daviſius ſatis ſpeciosè deflectit à C.Br. *Dinaſwr*, *Dineſidd*, Civis, Civitate donatus, hoc à C. Br. *Dinas*, Civitas, Urbs. *Minſevus* deducit à Fr. G. *Donaiſon*, Donatio, vel dictum vult quaſi **Dines Son**, quia Dani, olim rerum in noſtra Anglia Potentes, omnes manumiſſos & Civitate donatos, tanquam in ſuam gentem adoptatos Danorum filios appellârunt.

Dentels, vox Architectonica *ab* It. *Dentelli*, idem ſignante, hoc à Lat. *Dentuli*, quos figurâ referunt.

Deny, à Fr. G. *Denier*, *Nier*, utr. à Lat. *Denegare*, *Negare.*

Depaint, à Fr. G. *Depeindre*, utr. à Lat. *Depingere.*

Depart, à Fr. G. *Departir*, It. *Dipartire*, Decedere, *Diſpartiri*, à quo ultimo ortum ducit, q.d. ſe ab aliis Diſpartiri ſeu Separare.

Deſcant, à Fr. G. *Deſchant*, It. *Diſcanto*, quibuſdam vocis Frequentamentum, q.d. Diſcantus, vox Muſica,

Deſery, vulgò Detegere ſimpliciter, prò-prie Clamore elato ſeu læto Celeuſmate aliquid Detegere, ſeu Significare à Præp. Inſep. Fr. G. *Des*, Lat. *Dis*, & noſtro **Cry**, Teut. **Schreyen**, Clamare, **Geſchrey**, Clamor *Minſheu.*

Deſert, à Fr. G. *Deſſert* ſeu *Deſſerte*, Ἔπαθλα, Ἐπάθλημα, Ἐπάθλιον, Poſtcœnium, vox nuper Civitate noſtrâ donata, à verbo Fr.G. *Deſſervir ſus Table*, menſam Exonerare, Cibi reliquias cum Lancibus auferre, *to Take away*, quod eſt contrarium ad *Servir ſus Table*, *to Serve up meat*, quia ſc. reliquis omnibus ſublatis apponitur.

Deſerve, à Fr. G. *Deſervir*, It. *Deſervire*, Mereri, q. d. Servitute aliquâ (i.e.) Officio aliquo aliquid Promereri. Occurrit & in Verſione antiqua Bibliorum Franco-Gallica mihi à Doct. *Th. H.* communicata *Deſſerte* pro Merito, licèt vox jam obſolevit.

Deſire, à Fr. G. nom. *Deſir*, It. *Deſio*; *Deſire*, Hiſp. *Deſeo*, *Deſſeo*, Fr. G. verb. *Deſirer*, It. *Deſiare*, *Diſirare*, Hiſp. *Deſear*, *Deſſear*, omnia à Lat. *Deſiderium*, *Deſiderare.*

Desk, Menſa Scriptoria, Pluteus, à Belg. **Diſch**, Teut. **Tiſch**, Menſa, It. *Deſco*, Abacus, fort. omnia à Lat. *Diſcus*; quia Menſa latâ ſuâ formâ *Diſcum* refert.

Deſpair, à Fr. G. nom. *Deſeſpoir*, verb. *Deſeſperer*, omnia à Lat. *Deſperatio*, *Deſperare.*

Deſpiſe, Contemnere, fort. à vet. Fr.G. verb. *Deſpiſer*, quod idem ſignavit, vel, parùm deflexo ſenſu, à *Deſpiter*, It. *Diſpettare*, Indignari, Iraſci, Fr. G.nom. *Deſpit*, It. *Diſpetto*, Ira, Indignatio, Odium, hæc à Lat. *Deſpicere* (i.e.) Contemnere, q. d. Diſpectare, *vide* **Deſpite.**

Deſpite, à Fr. G. *Deſpit*, Indignatio, *Deſpiter*, Iram concipere, *Deſpiteux*, Stomachabundus, q. d. Diſpectare (i.e.) Deſpicere ſeu Contemnere, unde & It. *Diſpetto*, Contemptus, Diſpectus, *vide* **Spite.**

Deſpoil, Spoliare, Nudare, à Fr. G. *Deſpouiller*, It. *Spogliare*, q. d. Deſpoliare.

Deſtroy, à Fr. G. *Deſtruire*, Evertere, Vaſtare, Diruere, utr. à Lat. *Deſtruere.*

Detain, à Fr. G. *Detenir*, Lat. *Detinere.*

Developed, vox quæ mihi in ſolo Dict. Angl. occurrit, à Fr. G. *Deſvelope*, part. verbi *Deſveloper*, Explicare, Evolvere, Extricare, v. **Involop.**

Devest, à Fr. G. *Deſveſtir*, Veſte exuere, q. d. Deveſtire.

Devil,

Fault, *à* Fr. G. *Faulte*, *Faute*, It. *Fallo*, *Falta*, Delictum, Peccatum, Error, utr. *à* Fr. G. *Faillir*, Errare, omnia *à* Lat. *Falli*, v. **Fail**.

Fauſen, *Ridero* Prægrandis piſcis è genere Anguillarum, neſcio an *à* Lat. *Falx*, q.d. *Falcinus* quia fort. Falcem longitudine & crebrâ incurvatione quadantenus refert.

a **Fawn**, *à* Fr. G. *Faon*, *Fan*, *Fam*, Hinnulus, Cervulus ſeu Cervi Pullus. *Menagius* deflectit *à* vet. Fr. G. *Fan*, quod Infantem notat, q. d. Cervi Infans, ἐλάφου παῖς. Vir. Rev. dictum putat *à* noſtro part. **Fallen** vel **Faln**, liquefacto ſc. *l*, q.d. Pullus qui recens è matris utre decidit; Judicium eſto penès eruditos.

to **Fawn**, Blandiri, Cævere. *Minſheu* deflectit *à* Gr. φάνω, Dicere, ſed nimis violenter. Mallem *ab* AS. Fandian, Tentare. Vir. Rev. ſagaciter, ut ſolet deducit *à* noſtro **Fain**, Hilaris, quia ſc. Blandientes ſolent præ ſe ferre alacritatem, v. **Fain**.

Fealtr, *à* Fr. G. *Feaultè*, *Feauté*, Fides, Fidelitas, *Feal*, *Feable*, Fidus, Fidelis, omnia *à* Lat. *Fides*, *Fidelis*. Fideles homines pro Servis etiam occurrit apud *Æl. Lamprid.* vitâ Alexandri Severi Aug.

Fear, Timor, Metus, *ab* AS. Færan, Aræran, Terrere, Feohr, Fyhro, Belg. **Vaer**, Teut. **Vozcht**, Belg. etiam **Vozcht**, **Vroecht**, Timor, Teut. **Gefahr**, Periculum, AS. Fyhro, Stupor, Horror, Fihred, Areared, Territus, unde noſtrum **Afeard**, Belg. **Vaeren**, **Vozchten**,

Wozchten, Wruchten, Teut. Fözchten, Vefahzen, Fr. Th. Fozhtan, Timere, Metuere, Fozghtent, Metuunt, v Fright, omnia fort. à Fr. G. *Peur*, It. *Paüra*, Timor, q. d. *Pavora*, hæc à Lat. *Pavor*. Non absurdum etiam esset nostrum Fear, deducere à Lat. *Vereor*.

Feasable, à Fr. G. *Faisable*, *Faisible*, quod Fieri potest à verbo *Faire*, Facere, q. d. *Facibilis*.

Fease, *or* Feag, Flagellare, Virgis cædere, parùm deflexo sensu, à Teut. Fegen, Verrere, Purgare, vel Ficken, Fricare, vel Scabere ubi purit, item Prurire.

Feat, Bellus, Lepidus, Concinnus, Pulcher, à Fr. G. *Fait*, q. d. *bien Fait*, (i. e.) bene Factus. Non multum abludit & Hisp. *Afeyte*, Fucus, Ornamentum, unde verb. *Afeytar*, Fucare, Ornare, quæ *Minshew* rectè deducit à Lat. *Affectare*.

Feather, *ab* AS. Fæðep, Feðep, Fiðep, Belg. Veder, Teut. Feder, Dan. Fier, Penna, Pluma, AS. Fiðep-leaf, Implumis. Alludit Gr. πτερὸν, sic resolvendo ipsum, primò, cum Lexicographis, in πτιερὸν à verbo πίτνημι, tum ϝ in φ seu Æol. Digamma τ in θ & ο in ν mutando, quæ omnia tralatitia & facillima sunt. Sed hîc Critici personam induo quæ me parùm decet.

Feature, Lineamenta, vultûs Figura seu συμμετρία, non à Lat. Fœtura, vel Fœtu, sed à Fr. G. *Faiture*, q. d. *Factura*, à verbo *Faire*, ut & nos dicimus *the make of ones body or face*.

Feaver, à Dan. & Teut. Feber, Fieber, Fr. G. *Fievre*, omnia à Lat. *Febris*.

Fee, *ab* AS. Fea, Feo, Feoh, It. *Fio*, Pecunia, Merces, Præmium, omnia *ab* AS. altero Feoh, Dan. Fee, Belg. Vee, Teut. Vieh, Pecus, quia olim sola Præmia & munera erant pecora, hinc etiam vox Forensis *a* Fee, Fr. G. *Fief*, Beneficium, Prædium Clientelare, Lat. Barb. Feudum, quod tanquam Præmium à Domino clienti donabatur. *Fr. Jun.* Belg. Vee, deflectit *a* Gr. πῶϋ, Grex, & hoc *à* πάω Possideo.

Feeble, à Fr. G. *Foible*, *Feble*, Hisp. *Feble*, It. *Fiebole*, *Fievole*, Debilis, Languidus, omnia à Lat. *fonte*, q. d. *Flebilis*, ut nos dicimus Lamentable, *and* Pitiful *Weak*.

Feed, *ab* AS. Fedan, Belg. Voeden, Vieden, Teut. Weyden, Fr. G. *Paistre*, Fovere, Nutrire, Alere, Pascere, Dan. Feder, Alo, AS. Afæðed, Nutritus; Fr. Th. Vuepthenes, Pascis, Vuepthe, Pascuum. *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Ἀφυδὴς, Ἀφυδὸς, alibi à πάω, Possideo, Vescor. Mallem Germanica omnia deflectere *à* Fr. G. *Paistre*, & hoc *à* Lat. *Pascere*.

Feel, *ab* AS. Felan, Gefelan; Teut. Fühlen, Fielen, Belg. Voelen, Gevoelen, Tangere, Sentire.

Fegary, Vagary, *à Vagando*, sic autem dicitur inventum longè petitum, q. d. Cogitatio Vaga.

to Feign, *à* Fr. G. *Feindre*, utr. *à* Lat. *Fingere*.

Feist, *ab* AS. Fist, Teut. Feist, Fist, Belg. Voest, Veest, Fr. G. *Vesse*, Crepitus, Teut. Feisten, Belg. Visten, Fr. G. *Vessir*, Pædere, AS. Wulfes Fist, Crepitus Lupi, omnia *à* Lat. *Vissire*, quod Pædere signat, hoc *à* Gr. φυσάω, Sufflo, Inflo.

a Feldfare, *ab* AS. Fealfop, Fealufep, *Ridero* Collurio, Glaucium Avis, fort. *ab* AS. Feal, Feala, Multum, & Faran, Ire, q. d. Avis quæ multum spatii volando permeat, Avis Velox, Pernix.

to Fell, Cædere, *à* Belg. Velden, Vellen, Teut. Fallen, Fellen, humi Sternere, hæc, parùm detorto sensu, *ab* AS. Feallan, Feollan, Cadere, v. Fall. *Mer. Cas.* nostrum Fel'd, Casus, humi Dejectus, deflectit à Gr. βαθὺς, & Fell *à* βάλλω.

Fell, *ab* AS. Felle, Belg. Fel, Fr. G. *Felle*, It. *Fellone*, Sævus, *vide* Felon.

Fell, *ab* AS. Felle, Teut. Fell, Pellis, à quo duo reliqua manifestè ortum ducunt.

Fellon, *ab* AS. Felle, Belg. Fel, Fr. G. *Felon*, *Fellon*, It. *Fellone*, Crudelis, v. Fell, omnia *ab* AS. Fælen, Felen, Teut. Faelen, Fehlen, Delinquere, Errare, Cadere, Fehl, Error, *à* Lat. *Falli*, Gr. Ϛάλλω, vel *ab* AS. Feah, Beneficium, Stipendium, & Teut. Lon, Lohn, Pretium (i. e.) Culpa quæ pretio Feudi seu Amissione Feudi vindicatur, v. *Spelman.* Fellon, Paronychia, *ab* AS. Felle, Crudelis sic dicta propter doloris sævitiam.

Fellow, Sodalis, *Minsh.* deflectit *à* verbo *to* Follow, q. d. Sectator, Assecla, Ἀκόλουθος, v. Follow.

the Fellow *of a wheel*, à Teut. Felge, Axis rotæ.

Felmonger, *ab* AS. Felle, Teut. Fell, Pellis,

Pellis, & AS. Mangepe, Mercator; q. d. Pellium Mercator.

Felt, *ab* AS. Felt, Belg. **Milt**, Teut. **Filtz**, Fr. G. *Feutre*, It. *Feltro*, Lana Coactilis, fort. *à* Lat. *Fullo*, vel potiùs *à* Gr. πιλέω, Cogo, Conſtipo, Conculco, verbali πιλητὸς.

Female, *à* Fr. G. *Femelle*, Femina, utr. *à* Lat. *Femella*.

Fen, *ab* AS. Fen, Palus, Fenniꝛ, Lutoſus, Belg. **Venne**, **Ven**, Palus, Paſcuum Paluſtre, utr. *ab* AS. Fæn, Cœnum.

to **Fence**, Gladiari, parùm deflexo ſenſu, *à Defendendo*, ſc. q. d. *Defenſare*.

a **Fence**, Sepimentum, Munimentum, *ab* ant. *Fendere*, vel *Defendere*, q.d. *Defenſa*, (i. e.) Defenſio, vel Defenſaculum.

Fenders *or* **Fender** *bolts*, vox Nautica, *à Defendendo*, v. *Manwayring* in Dictionario Nautico.

Fenkricket, *Muſſeto* Gryllotalpa, ſic dicta quia ſtridore Gryllum, terram fodiendo talpam, imitatur.

Fennel, Lincolnienſibus **Finkel**, *Ælfrico* Fyncl, *Sonnero* Fenol, Teut. **Fenchel**, Fr. G. *Fenouil*, It. *Finocchio*, Hiſp. *Hinojo*, omnia *à* Lat. *Fœniculum*.

to **Feoff**, *à* Fr. G. *Fief*, Feudum, verbo *Fieffer*, Feudo donare, v. **Fewd**.

Ferkin, Dolium, Vas quoddam, *Higginio* optimè Quadrantal. *Minſhew* deflectit *à Ferendo*, quod ſc. facilè feratur. Ego mallem deducere *ab* AS. Feopep, Teut. **Vier**, Quatuor, & diminutivo **kin**, q. d. **Feowerkin** vel **Vierkin** (i. e.) Quadrantulus, reſpectu ſc. majoris vaſis, ut **Vierce** vel **Verce**, quod *vide*.

Fern, *ab* AS. Feapn, Belg. **Varen-kruyd**, Teut. **Faren-kraut**, Filix, quod ſummâ violentiâ detorquet *Minſhew* ab Accuſ. Gr. πτελέα. Mallem omnia deflectere *ab* AS. Fapan, Belg. **Vaeren**, Teut. **Fahren**, Ire, Proficiſci, Iter facere, quia ſc. per omnia ſe propagat vulgatiſſima hæc planta, & nuſquam non viatoribus occurrit.

Ferret, *à* Belg. **Ferret**, **Feret**, Dan. **Frette**, Fr. G. *Furet*, It. *Feretta*, *Furetto*, *Viverra*, q. d. *Viverretta*. *Salmaſius* hæc animalia Fuſcinos vocat, *à* colore Fuſco pilorum.

Ferry, *à* Teut. **Fahr**, Trajectus, hæc *à* verbo AS. Fapan, Teut. **Fahren**, Belg. **Vaeren**, Tendere, Proficiſci, Dan. **Ferge**, navis Vectoria ſeu potiùs Trajectoria, Ponto, Teut. **Ferg**, **Ferger** vel **Fährman**, Portitor, Trajector. Quid ſi omnia deflecterem *à* Lat. *Vehere*, *Vehi*? Feliciter etiam alludit Gr. Πείρω, Tranſeo.

a **Feſcue**, *à* Belg. **Vaeſe**, **Veeſe**, **Vaeſken**, **Veeſken**, Fr. G. *Feſtu*, omnia *à* Lat. *Feſtuca* inquit *Fr. Jun.*

Feſs, terminus Fœcialium, *à* Fr. G. *Feſſe* idem ſignante. *Minſhew* optimè deflectit *à* Lat. *Faſcia*.

Feſter, Putrefieri, Suppurari. *Minſh.* deflectit *à* Goth. **Feſteren**, quod nuſquam mihi occurrit. Mallem igitur deducere *ab* It. *Appeſtare*, Inficere, vel, quod multò veriſimilius mihi fit, *à* Fr. G. *Fleſtrir*, Marceſcere, Defloreſcere, Langueſcere, Deficere, hoc *à* Lat. *Flaccideſcere*, *Flaccidari*, *Flaccidus*, *Flaceſſere*.

Feſtoons, vox Architectonica, *à* Fr. G. *Feſton*, Sertum ſeu Corona ex floribus, Fr. G. autem *Feſton* dicitur, quaſi Sertum Feſtum ſeu Feſtivum (i. e.) Feſtis diebus uſurpari ſolitum.

Fetch, *ab* AS. Feccan, Feccean, Fæccean, Adducere, Afferre, Belg. **Vaten**, Comprehendere, Accipere, **Vatten**, Tenere, Capere, neſcio an omnia, præſertim AS. Feccan, *à* Lat. *Vectare*, *Advectare*, freq. verbi *Vehere*, *Advehere*.

Fetch *or* **Vetch**, *à* Fr. G. *Veſſe*, It. *Vezza*, *Veccia*, utr. *à* Lat. *Vicia*, Gr. Ἄρακος. Galenus autem primo de Alimentorum Facultatibus capite penultimo, ſuo tempore ab Aſianis Viciam Βίκιον appellatam eſſe teſtatur, ſed ſuſpicor *à* Latinis, ut multa alia tunc temporis vocabula, eſſe tranſſumtum, præſertim ſi præcipuè in uſu fuerit Pergami, & in Regno Pergameno (Galeni patriâ) quod cum Dono Attali Regis jampridem in patrimonium Populi Romani ceſſiſſet, multis Romanorum coloniis jam *à* tribus ſæculis inſeſſum fuit. *Varro* vocem *Vicia à Vinciendo*, quia inſtar vitis alias plantas ambit, deflectit.

the **Fetlock** *joint* (i. e.) in equo Articulus ſeu Coarticulatio cruris & pedis, q. d. **Feetlock**, verbatim Sera pedum quia in illo articulo crus pede clauditur eíque quaſi inſeritur, vel q. d. **Feet-locks**, *à* longis crinium cirris ibi creſcentibus, ut Doct. *Th. H.* videtur.

Fetter, *ab* AS. Fetepe, Belg. **Veter**, Pedica, verb. AS. Gefetepian, Belg. **Veteren**,

Veteren, Compedire, q. d. **Footer**, **Feeter**, ut Lat. *Pedica*, *à Pedibus*.

Feud, *ab* AS. Fæhð, Belg. **Veede**, **Veide**, **Veete**, Factio, Inimicitia, Simultas, Odium, Teut. **Fehd**, **Fehde**, Bellum, Clarigatio, Indictio seu Denunciatio belli, hæc *ab* AS. Fah, Hostis, & Þad, Conditio, q. d. Conditio Hostilis, Hostilitas.

Few, *ab* AS. Fea, Feapa, C. Br. *Faer*, Pauci. *Fr. Jun.* defl. *à* Gr. παῦρος, Pauci. Alludit & Βαιὸς, Parvus.

Fewel, Fomes, Esca, seu Pabulum ignis, *à* Fr. G. *Feu*, Ignis, vel ab eodem *Feu*, & Lat. *Alere*, vel potius q. d. Lat. *Focale*. *Feu* autem *ab* It. *Fuoco*, Hisp. *Fuego*, & Lat. *Focus*, contr. & corr. esse non dubito.

Fibby, ὑποσκιασμὸς τῆ **Fable**, utr. *à* Lat. *Fabula*, *Fabella*.

Fickle, *ab* AS. Ficol, Versipellis, Inconstans, vel, quod *Minsheu* vult, licèt verbum eo sensu apud *Kilianum* non reperiatur, *à* Belg. **Ficken**, Teut. **Fickeln**, celerrimè Agitare, Vacillare, sed nec Teut. **Fickeln** occurrit nec Belg. **Ficken** hoc sensu; **Fick**, **Facken** tamen apud *Kilianum* pro Agitare invenitur. Idem & *à* Gr. πικίλος, Varius deducit. Sed unde inquies, AS. Ficol, nescio an à Facen, Fraus, Dolus, q. d. Dolosus, Fraudulentus vel fort. *à* Lat. *Facilis* (i. e.) qui facilè, & levibus quibusque argumentis ductus, sententiam mutat.

Fid, vox Nautica, exponitur Impages ferrea acuminata quâ sinus rudentum, quos consarturi sunt, aperiunt, *ab* It. *Fitta*, Punctio, Punctura, hoc *à Figendo*.

Fiddle, *ab* AS. Fiðele, Belg. **Vedel**, **Vedele**, **Vele**, Teut. **Fidel**, Pandura, Lyra, **Fidler**, Belg. **Vedelar**, Lyricen, Teut. **Fidlen**, Lyram pulsare, omnia *à* Lat. *Fidicula*.

Field, *ab* AS. & Teut. Feld, Belg. **Veld**, Campus. *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. πεδὸν.

Fiend, Cacodæmon, *ab* AS. Fiende, Fr. Th. **Vfiant**, Diabolus, hæc *ab* AS. Feond, Fynd, Dan. **Fiend**, Teut. **Feind**, Fr. Th. **Fiiant**, **Fiant**, **Viant**, Hostis, Inimicus, *the* **Vtende**, Inimici, **Vtandan**, Inimicis, **Fiend**, Osor, Exosor, q. d. Hostis seu Inimicus κατ' ἐξοχὴν, hæc omnia *Fr. Jun.* deflectit *à* verbo **Fien**, Odire, Odisse, & hoc *à* Goth. **Figan** vel **Figon**. AS. Figan, Odisse, Inimicum esse. Potest & nostrum **Fiend** non absurdè deduci *ab* AS. Fandian, Tentare, q. d. *the* **Temper**. *Mer. Cas.* derivat *à* Gr. Ὄφις.

Fierce, *à* Fr. G. *Fier*, *Farouche*, It. *Fiero*, omnia *à* Lat. *Ferus*, *Ferox*, & hoc *ab* Æol. φὴρ pro θὴρ, Fera.

a **Fife**, *à* Fr. G. *Fifre*, It. *Pifara*, Fistula, Arundo Tympano consonans, vox credo à Sibilosо sono ficta.

a **Fig**, *à* Belg. **Vige**, Teut. **Feige**, It. *Figo*, *Fico*, Fr. G. *Figue*, Ficus, Fr. Th. **Vittera Figon**, Amaræ Ficus, omnia *à* Lat. *Ficus*, & hoc *à* Gr. σῦκον.

to **Fig**, **Feaze**, *or* **Firk**, *à* Belg. **Ficken**, **Ficketen**, Ferire, leviter virgis Percutere, Teut. **Ficken**, Fricare, Defricare, vel Scabere ubi prurit, item **Fegen**, Verrere.

Fight, *ab* AS. Fyht, Feoht, Pugna, Feohtan, Belg. **Vechten**, **Vichten**, Teut. **Fechten**, Fr. Th. **Fehtan**, Pugnare, Dan. **Fyder**, **Fider**, Pugno, AS. Fihtung, Dimicatio, Gefohten, Pugnatus. Felicissimè alludit Gr. πύκτης, Pugil, πυκτεύειν, πυκτεῖν (i. e.) Pugilem agere.

the **Filanders** *or* **Felanders** *in a hawk*, Fr. G. *Filandres*, It. *Filandre*, morbus accipitrum. Sic autem *Florio* & *Cotgravio* dicuntur Vermiculi qui in accipitribus contusis, vel nimis saginatis, crebrò pullulant, hoc *ab* alt. *Filandres*, It. *Filandre*, Retia Aucupum quæ variis suis flexibus hi vermes aliquo modo referunt, omnia *à* Lat. *Fila*.

Filberd, Nux Avellana major, oblonga, tenui cortice prædita, lanuginosa. *Minsheu* malè deflectit *à* Belg. **Wilde Beyer**, Acinus seu Fructus Sylvestris. Mallem *ab* Angl. **Full** & **Beard**, q. d. Plenus Barbâ & Lanugine; Vagina enim seu Operimentum externum valdè Lanuginosum & Tomentosum videtur.

File, *ab* AS. Feol, Belg. **Vile**, Teut. **Feile**, Dan. **Fil**, Lima, AS. Feolan; Belg. **Vilen**, Teut. **Feilen**, Limare, Dan. **Filer**, Limo, Elimo, Rado. *Fr. Jun.* Belg. **Vile**, deflectit *à* Gr. φαλὸν, quod *Hes.* exponitur λαμπρὸν, hoc *à* φαλὸς, Albus, Splendidus.

File, vox Fæcialium. *Upton* vir artis Fæcialium peritissimus dicit olim signâsse Ligulas, **Points** *of breeches*, *à* voce Fr. G. jam obs. *File* idem signante, hoc *à* Lat. *Filum*.

a **File**, putà, *of Pearl*, It. *Filza*, utr. *à* Lat. *Filum*, q. d. Filata.

Files *of Souldiers*, *à* Fr. G. *Files*, It. *Fila*, Decuriæ,

Decuriæ, seu Contubernia militum, sic dicta quod, Filorum instar, in longum protenduntur, Metaphora è Textrina sumta, hinc & *an Apothecaries* **File**, à Lat. *Filum*, quia scripta Filo ferreo trajecta suspenduntur.

to **Fill**, v. **Full**.

the **Fill** *horse*, Ultimus ordinis equorum carrum vel currum trahentium. Vir Rev. qui primus hoc me vocabulum edocuit, deflectit à nostro **File**, quia hic equus equorum ordinem seu agmen claudit.

Fillet, à Fr. G. *Filet*, Redimiculum, utr. à Lat. *Filum*; è Filis enim contexitur.

Fillet, vox Architectonica, quibusdam Astragalus Vitruvii, licèt Doct. *Evelin* eo distinguat, quòd hoc *Fillet* planior sit, Astragalus autem turgentior, Tori similior, & quasi dimidius Torus, à Fr. G. *Filet* idem signante, hoc *à Filet* parvum Filum, v. *Evelin* in lib. de Architectura.

Fillet *of Veal*, Fr. G. etiam *un Filet de veau*, Musculosior pars Femoris, fort. sic dicta, quia eò loci magni & validi tendines & nervi insignes, qui propter longitudinem, Filorum speciem exhibent, occurrunt.

Fillip, Talitrum vox à sono ficta.

Filly, nobis Pulla, Equula, à Teut. **Füle**, **Füllen**, Lat. Pullus, Gr. πῶλος, v. **Fole**, non, ut absurdè divinat *Minshew*, à Lat. *Filia*.

Film, *ab* AS. Film, Cutis, Membrana, hoc fort. à Lat. *Filamen*, *Pellamen* seu potiùs *Velamen*.

Filch, Suffurari, Surripere, fort. à Teut. **Filtzig**, Avarus, Parcus, Tenax, **Filtzerey**, Avaritia. *Minshew* malè vel *à Fallax*, vel *à Vilis* deflectit. Mallem à Fr. G. *Pillar*, Lat. Pilare pro Expilare. *Mer. Cas.* nostrum **Filch**, suo more, deducit à Gr. φιλῶ, Decipio.

Filth, *ab* AS. Filð, Fr. Th. **Fulitha**, quod & in *Gl. Lipsi.* occurrit, Putredo, Sordes, *ab* AS. Ful, nostro **Foul**, quod *vide*. Datur & *Martinio* teste, Saxonicum rec. **Wiltz**, Sordidus, Vilis, ejusdem planè familiæ & originis.

Finch, *ab* AS. Finc, Teut. **Finck**, Fringilla, **Grünfinck**, Chloris seu Fringilla Viridis, **Distel-finck**, Carduelis avis, **Gold-finck**, Belg. **Goudvinck**, Aurivittis, χρυσομίτρης avis, **Bloed-vincke**, nobis **Bull-finch**, Kiliano Fringilla Sanguinea, Rubecilla, Pyrrhula. Nescio an hæc omnia *ab* AS. Fengan, Teut. **Fangen**, Capere; quia sc. hæ aves, utpote parvæ & imbelles, accipitrum & aliorum volucrum rapacium præda sunt; vel ut Doct. *Th. H.* placet à sono quem edunt.

Find, *ab* AS. Findan, Fr. Th. **Vindan**, **Vinden**, Teut. **Finden**, Belg. **Vinden**, Invenire, AS. Funden, Inventus, fort. omnia à Lat. verbo jam obs. *Fendo*, quod *Vossius* in Et. Incido, Ἐπιγγάω exponit, cujus compolita Offendo, Defendo, Infestus, Infensus adhuc usitatissima sunt; hinc *a* **Feundling**, Puer Expositus, Projectitius, q. d. Puer Inventitius. Alludit Gr. φαλὸν pro ἀναφαλὸν, Palam, quia sc. quæ inveniuntur Palam fiunt. *Mer Cas.* nostrum **Find** deducit à Gr. Ἅλισκω.

Fine, à Teut. **Fein**, Pulcher, item Decens, Nitidus, Tenuis, Subtilis, Elegans, Fr. G. *Fin*, It. *Fino*, Purus, Subtilis, Gr. φαεινὸς, Splendidus, quod *Fr. Jun.* pro Etymo habet, ego pro Allusione. *Martinius* nostrum **Fine**, & Teut. **Fein** deflectit à Lat. ant. *Vinulus*, quod idem signavit quod Venustus, Mollis, Blandus.

Finger, *ab* AS. Dan. & Teut. Fingep, **Finger**, Belg. **Vinger**, Digitus, Fr. Th. **mine Vingera**, Digiti mei, omnia fort. *ab* AS. Fengan, Belg. **Vangben**, Teut. **Fangen**, Capere, Prehendere, Felicissimè alludit Gr. ζώννυμι, Stringo, Complector.

Finn, *ab* AS. Fin, Finna, Squamma; Finihð, Squammosus, fort. *à* Lat. *Pinna*. Ejusdem originis est Teut. **Finde**, vel **Finne**, Leprositas, Grando, vel Lentigo Porcina.

Fire, *ab* AS. Fip, Fÿp, Belg. **Vier**, **Vuer**, **Vuyr**, Teut. **Fewer**, Ignis, AS. Fipcyl, Batillum, Fÿpen, Fepen, Igneus, Ignitus, Fÿpen-cÿlle, Clibanus, Furnus, Fÿpzang, Forceps, Fÿp-ꝛan, Dan. **Fyrsteen**, Teut. **Fewerstein**, Silex, Lapis Purites, Belg. **Viere**, Incendere, **Vierbrand**, Titio, Torris, omnia ut volunt à Gr. πῦρ, Ignis: hinc vox agro Linc. usitatissima *a* **Firefang**, Empyreuma, præsertim in βύρσῃ seu brasio ubi festinanter siccatur, sc. à dicto **Fire**, & AS. Fengan, Capere, Corripere, v. **Fange**.

to **Firk**, v. *to* **Fig**, Potest & deflecti à Lat. *Fericare*, frequenter *Ferire*, ut *Fodicare*, à *Fodere*, *Vellicare*, *à Vellere*. Ejusdem originis est & It. *Sferca*, Flagellum.

Firmed,

Firmed, *full* **Firmed**, vox ἐυφυολόκευθος propria (i. e.) integrè Pennatus, q. d. Pennis Firmatus seu Confirmatus.

Firr, *ab* AS. Fuph-pudu, quod *Somnero* exponitur Pinus, mallem Abies, Dan. **Fyr**, Fyrtræ, Belg. **Vueren**, **Vuyren-bout**, Abies fort. *à* nom. **Fire**, q. d. lignum quod facillimè Igniri & accendi potest; Resinâ enim valdè inflammabili, quæ Terebinthina vulgò dicitur abundat.

First, *ab* AS. Fyrst, Belg. **Veurst**, **Veurste**, **Eerst**, **Eerste**, Teut. **Erst**, Dan. **Forste**, Primus. Dicitur autem **First**, quasi **Forest**, *ab* AS. Fope, Ante, v. **Before**, hinc & oritur Teut. **Fürst**, Belg. **Vorst**, **Vuerst**, *Gl. Lipsi.* **Furist**, Princeps. *Mer. Cas.* nostrum **First** deflectit *à* Gr. φέριστος, Optimus. Mallem *à* Teut. **Führen**, Ducere, quia Primus in itinere cæteros ducit, quod si ita sit, tum fortasse meliùs **Furst** scriberetur. Sed eodem res redit, **Führen** enim *à* Teut. **Fur**, **Vor**, AS. Fope ortum ducit.

Fish, *ab* AS. Fisc, Belg. **Visch**, Teut. **Fisch**, Dan. **Fisk**, Piscis, AS. Fixar, Pisces, Fiscepe, Teut. **Fischer**, Piscator, Belg. **Visch-meager**, Ichthyopola, AS. Fiscpol, Vivarium, Fiscian, Piscari, Dan. **Fisker**, Piscor, omnia *à* Lat. *Piscis*.

Fist, *ab* AS. Fyst, Belg. **Vuyst**, Teut. **Faust**, Pugnus, *Minsheu* optimè deflectit *à* verbo **Fallen**, Prehendere. Alludit Gr. Ἀράω, Tracto, unde verbale Ἀραιός.

Fit, Aptus, Idoneus, *à* Fr. G. *Fait*, Factum, q. d. *Faltum* (i. e.) *Aptum* ad hoc, Πεφυκὸς, Naturâ comparatum.

Fitched, vox Fæcialium, videtur idem quod Acuminatus, vel in Acutum apicem desinens, *à* Fr. G. *Fiché*, Fixus, part. verbi *Ficher*, Figere; quia sc. Figura Acuminata maximè omnium apta est ut figatur (i. e.) in aliud corpus adigatur, Datur & Fr. G. *Fiche*, Olitoris seu Hortulani Pastinum.

a **Fitcher** *or* **Fitchow**, *à* Fr. G. *Fissau*, Belg. **Fisse**, **Visse**, Viverra Fœtida, Putorius, fort. utr. *à* Lat. *Fœtere*, vel *Putere*.

Fitters, *to beat or cut into* **Fitters**, Frustulatim seu Minutatim concidere, Comminuere, *ab* It. *Fetta* pl. *Fette* Segmentum tenue, Teut. **Fetzen**, Segmenta, omnia *à* verb. It. *Fendere*, & hoc *à* Lat. *Findere*.

Fitts, pro Paroxysmis morborum, fort. sic dicti, quasi **Flights**; sunt enim morbi & naturæ Conflictus & Certamina.

Five, *ab* AS. Fif, Belg. **Vif**, **Vive**, Teut. **Fünf**, Quinque, AS. Fyft, Quintus, Fiften, Belg. **Viftien**, Teut. **Funfzehen**, Quindecem, AS. Fiftig, Belg. **Viftigh**, Teut. **Fünfftzig**, Quinquaginta, **Funfftzigst**, Quinquagesimus. Sunt qui hæc omnia *à* Lat. *Quinque*, & hoc *à* Gr. πέντε deflectunt, vide *Voss.* in Et. LL. voce Quinque.

to **Fizzle**, q. d. *to* **Feistle** (i. e.) frequenter & minutim **Visstre**, vel *à* Lat. *Fistula*, *Fistulare*. Potest & non incommodè deflecti *à* Fr. G. *Fusil*, Igniarium, hoc *à* Lat. *Fusile*, nihil enim Igniariis diffusibilius, sed primum Etymon præfero, v. **Feist**.

Flabby, Uvidus, Mollis, vel *ab* It. *Fiappo*, Flaccidus, Marcidus, ut monet Doct. *Th. H.* vel *à* Fr. G. *Flasche*, *Flache*, *Flaque*, It. *Fiacco*, omnia *à* Lat. *Flaccus*, *Flaccidus*. Potest & nostrum **Flabby**, ἀνίσως deflecti *à* Lat. *Labilis*, (i. e.) Lubricus, humecta enim omnia Lubrica sunt.

a **Flag**, Iris Aquatica seu Cyperus Aquaticus, *à* verbo *to* **Flag**, quia ob foliorum teneritudinem quovis vento motitatur. Alludit Gr. Πλάδον, nimia humiditas, quia locis uliginosis gaudet.

a **Flag**, *à* Belg. **Vlagghe**, Vexillum navis, *Higginio* Apluster, hoc vel *ab* AS. Fleogan, Volare, vel quod eodem recidit, *à* Belg. **Vlaggheren**, **Flaggeren**, Flaccescere, Volitare, quia laxa pendet, quovis vento huc illuc impellenda.

to **Flag**, *à* Belg. **Flaggeren**, It. *Fiaccare*, Flaccescere, Laxari, hæc vel *à* nom. Angl **Flag**, Belg. **Vlagghe**, Apluster, q. d. instar veli Fluctuare, vel, quod verisimilius est, *à* Lat. *Flaccescere*. Datur & Teut. **Fladern**, **Flattern**, **Fittern**, Volitare, nescio an *à* *Flatu*, **Flackern**, Flammam inconstanter Vibrare, Ventilari, hoc vel *à* *Volitare*, vel *à* *Fluctuare*.

Flageolet, *à* Fr. G. *Flageolet*, Fistula, q. d. *Flabellet*, *à* Lat. *Flabellum*, quod sc. crebrò inflatur.

Flagon, *ab* AS. Flaxa, Belg. **Flesche**, Teut. **Flasche**, Fr. G. *Flasque*, *Flascon*, It. *Fiasco*, *Fiascone*, C. Br. *Flacced*, cum duplici *f* Lagena, Uter, Gr. λάγυνος, λαγήνιον, à quo cætera omnia ortum ducere, videntur. Reperitur

etiam apud *Hesychium* φλάκον. ἀπὸ τοῦ πτύειν, v. **Flask**

Flatt, vox Nautica. Nescio an *à* Belg. **Flaggeren**, Laxari, Flaccescere, vide *to* **Flag**, & *Manwayring* in Dict. Naut.

Flail, *à* Belg. **Vlegdel**, Teut. **Flegel**, Fr. G. *Fleau*, Tribulum, Vannus, omnia *à* Lat. *Flagellum*.

a **Flake** *of snow*, It. *Fiocco*, *à* Lat. *Floccus*, q. d. Floccus seu Tomentum nivis, Nix enim Velleri mollitie simillima est.

Flam, *Flim* **Flam**, nescio an *ab* AS. Flyma, Vagus, q. d. Rumor Vagus, nobis autem Mendacem narrationem seu fabulam notat: Flyma autem ortum est *à* Fleam, Fuga, & hoc *à* verbo Flean, Fugere, v. **Flay**.

Flank, *à* Fr. G. *Flanc*, It. *Fianco*, Latus. *Menagius à* Gr. πλαγὸν deflectit, ingeniosiùs, credo quàm verius.

to **Flanker**, *à* Fr. G. *Flanquer*, Belg. **Flankéren**, **Flanckéren**, Mænia Propugnaculis à latere Munire, Vox Castrensis, *à* nom. **Flank**, Latus, quod *vide*.

Flannel, Pannus quidam Spongiosus, Bibulus & mollis, fort. q. d. *Lanella*, (i. e.) Lanula, propter vilitatem scilicet.

to **Flap**, Flaccescere, Decidere, instar fimbriarum Galeri triti, fort. *à* Lat. *Flabellum*, quia Flabella omnia Flaccida, remissa & Ἐυάνιμα sunt, vel *à* Lat. *Ablabi* pro Delabi, vel potiùs, ut rectè monet Doct. *Th. H. ab* It. *Fiappare*, Flaccescere, hoc vel *à* Lat. *Flabrum*, vel dicto *Flaccescere*.

Flap, Lobus auris, seu, ut Cicero vocat, Ansa Auriculæ, *ab* AS. Læppe, Particula, Ora, Fimbria, Eap-Læppe, Lobus auris, hæc *à* verbo *to* **Flap**, Flaccescere, quia respectu superioris auris, quæ tota rigida est, Flaccida dependet.

a **Flap**, *fly* **Flap**, *à* Belg. **Flabbe**, Colaphus, utr. à sono, vel si *Minsevo* fides sit, *à* Gr. Βλάπτω, Noceo.

Flare *in ones eyes*, oculis instar lucis Obversari, nescio an *à* Belg. **Fladderen**, Volitare, Vagari, q. d. oculos Circumvolitare, circa oculos vagari. Vox occurrit apud Doctorem *Morum* lib. de Mysterio Iniquitatis pag. 177.

a **Flash**, *Minshew* deflectit *à* Gr. φλὲξ, Flamma, Teut. **Blitz**, Coruscatio, **Blitzen**, Coruscare. Mallem *à* verbo *to* **Blaze**, quod *vide*.

Flashy, Insipidus, Fatuus, Ἄναλδος, μωρὸς, nescio an *à* Lat. *Flaccidus*, q. d. Sapor Flaccidus, seu Evanidus.

Flask, vox Fœcialium, figura Arcuata sic dicta, fort. à similitudine utrium antiquorum, v. alt. **Flask**, & *Gwillim* pag. 63.

Flask, **Flagon**, *ab* AS. Flaxa, Dan. **Flaske**, Teut. **Flasche**, It. *Fiasco*, Hisp. *Flasco*, *Fiasco*, Lagena. Occurrit & apud *Isidorum* vox Flascæ à Græco, ut ille quidem autumat, vocabulo, hæ enim Flascæ, inquit, pro vehendis & recondendis phialis primùm factæ sunt, q. d. Ὑ φιάλων Ἄσκοι, v. **Flagon**.

Flasket, Calathus, Cophinus, Sporta, Corbis, aliquantùm detorto sensu *ab* AS. Flaxa, Lagena, v. **Flagon** & **Flask**. Fortasse meliùs deduci possit, *à* Fr. G. *Plesser*, Teut. **Flechten**, & utr. *à* Lat. *Plectere*; quia sc. ex vimine complicato textus est, hinc **Flechte**, Teges Scirpea, *a* **Matt**, & Crates Viminea vel Gerra, *a Hurdle*. *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. φάσκωλος, φάσκωλον, φασκάλιον, Pera, Marsupium, Cista, Calathus.

Flat, *à* Fr. G. *Plat*, Teut. **Blach**, **Flach**, **Platt**; It. *Piatto*, Æquus, Planus, omnia secundùm *Menaginm à* Lat. *Patulus*. Alludit Gr. πλάξ, Tabula; Tabulæ enim Planæ esse solent, item Πλατύς.

Flatter, *à* Fr. G. *Flatter*, Belg. **Vlaeden**, **Fletsen**, **Vleyden**, **Vleyen**, Adulari, credo omnia *à* Lat. *Lattare* pro *Lallare*. *Minshew* longè violentiùs *à Flatare*, & *Palatum* deflectit. Possit & deduci *à* Lat. *Blaterare*. Alludit Gr. φλάζω, Stultè & Inarticulatè loquor, item φλυαρέω, Nugor, Garrio, φλυαρὶς, Nugæ.

Flaunch, vox Fœcialium, figura Arcualis, *Gwillim* deflectit *à* Fr. G. *Flanc*, Latus.

Flaw, *ab* AS. Floh, Fragmentum, Frustum, vel fort. *à* Belg. **Flauw**, Languidus, Fractus animo, vel *ab* AS. Fleah, Albugo, quod omnium verisimillimum est; Macula enim in Gemma est instar Albuginis in oculo. Datur & C. Br. *Flaw*, Segmentum AS. originis. *Fr. Jun.* deducit *à* Gr. φλάω, Contundo, Contero, Frango.

Flawn, *à* Fr. G. *Flan*, *Dhuezio Oogala* vel *Puls* ex Lacte & Ovis, *Gouldmanno* Artotyra, Galatyrum.

Flax, *ab* AS. Fleax, Belg. **Vlas**, **Vlasch**, Teut. **Flachs**, Linum, omnia fort. *à* Lat. *Vellus* vel *Villus*.

Flea, *ab* AS. Flea, *Ælfrico* Fleo, Belg. **Vlooe**, **Vloo**, Teut. **Floh**, Pulex, fort.

fort. *à* verbo *to* **Fly**, quia adeò celeriter saltat ut volare videatur, vide *to* **Fly**.

to **Flea** *or* **Flay**, *ab* AS. Flean, Beflean, Belg. **Vlaen**, **Vlaeden**, **Vlaegen**, Deglubere, Excoriare, Dan. **Flager**, Deglubo. Alludit Gr. φλοΐζω, Ἀποφλοιόω, Decortico, φλοῖδ-, φλόδ-, φλοῦς, Cortex, & Gr. φλάω, Contundo, Frango. Ἀναφλᾶν item *Luciano* Masturbare significat, quod idem est quod Cutem seu præputium retrahere, penem excorticare, i. e. Excoriare.

Fleak, *Goldmanno* apud quem solum occurrit exponitur Crates, *à* Belg. **Vlaeck** idem signante.

Fleam, Pituita, *à* Lat. & Gr. *Phlegma*.

a **Fleam** *or* **Phleam**, *à* Belg. **Vlieme**, Fr. G. *Flammette*, omnia *à* Lat. & Gr. *Phlebotomum*. Datur & Run. Dan. **Flem**, Hasta, & AS. Fla, Sagitta.

Flecked, Maculatus, vox agro Lincoln. usitatissima, *à* Teut. **Fleck**, Macula.

Fledge, *à* Belg. **Flederen**, **Fledderen**, **Vleggheren**, Volitare, Teut. **Flücken**, **Flück werden**, Plumescere, **Flück**, Volucris jam Alatus & Pennatus, omnia *à* verbo *to* **Fly**, quod *vide*.

Fleece, *ab* AS. Flỹre, Fleze, Fleor, Belg. **Vlies**, *à* Lat. *Vellus*. *Fr. Jun.* deflectit *à* Gr. φλοιὸς, Cortex, φλοΐζειν, Decorticare.

Fleer, Irridere, *à* verbo **Leer**, quod *vide*.

Fleet, *ab* AS. Flota, Fr. G. *Flotte*, It. *Flotta*, Classis, omnia *à* Lat. *Fluctuare*.

to **Fleet** *or* **Flit**, *à* Teut. **Flieszen**, Fr. Th. **Fliezen**, quod *Fr. Jun.* legit **Vlizin**, Belg. **Vlieten**, Fluere, Fluitare, *à* quo postremo omnia ortum ducunt.

to **Fleet** *milk*, Cremorem lacti adimere, v. **Flotten** *milk*.

Flesh, *ab* AS. Flæsc, Belg. **Vleesch**, Teut. **Fleisch**, Caro, AS. Flæscliċ, Carnalis, Flæsc-mangere, Lanio, fort. omnia *à* verb. **Flay** vel **Flea**, q. d. Deglubitum, quia nisi pelle exutâ non apponitur mensis caro.

a **Fletcher**, Sagittarum Faber, πτεροποιὸς, *à* Fr. G. *Fleche*, Hisp. *Flecha*, It. *Frecia*, *Frezza*, Sagitta, omnia *a* verbo **Fledge**, Volitare, quod *vide*. *Covarruv.* Hisp. *Flecha*, deflectit *à* φλέγω, Uro, quia sc. sagittæ magnâ vi emissæ, præ nimia interdum in aere velocitate, ignem concipiunt, Etymon ipsâ Poetæ fabulâ falsius, v. *Virgil. Æneid.* 5^to.

Fleuretty vel **Flurte**, vox Fæcialium, *à* Fr. G. *Fleurettè*, idem signante, hoc *à* *Fleur*, Flos, v. **Flower**.

to **Flicker** *or* **Flutter**, *ab* AS. Fliccepian, Alas motitare, Belg. **Fliggeren**, Volitare, v. **Fly** & **Fledge**.

Flinch, Tergiversari, vel *à* verbo **Fling**, q. d. Variè se huc illuc Jactare, ut solet qui à Complexu hostis se expedire nititur, vel *ab* AS. Fliccepian, Alas motitare, ut solent aves, dum se retibus extricare & explicare conantur.

Fling, *Minshew* deflectit *à* Goth. **Flinden**, Jacere, quod nescio an verum sit, sanè vox nondum occurrit. Mallem igitur deducere à Lat. *Fligere*, quæ vox apud *Lucretium* occurrit, & idem est quod Percutere, unde Affligo, Infligo, Effligim, Metaphorâ à pili lusu sumtâ, quæ dum in aerem jacitur, vel pellitur, percutitur. Vir Rev. contr. putat à nostro **Flying**, q. d. *to set a thing* **Flying**.

Flint, *ab* AS. Flint, Frisiis **Vlint**, **Vlinte**, Dan. **Flinte steen**, Silex, Fr. G. *Flin*, Lapis Ceraunius, *a Thunder-stone*, hoc ultimo sensu alludit Gr. πλινθ-, Later, quod *Fr. Jun.* pro Etymo habet. *Mer. Cas.* nostrum **Flint** deflectit *à* φολὶς, Silices.

to **Flit**, vox agro Linc. usitatissima. Significat autem Domum seu Sedem mutare omninò *à* Dan. **Flytter**, Commigro, hoc fort. à verbo *to* **Fly**, q. d. è prisco nido Avolare.

to **Flit**, v. **Fleet**.

Flitch, *ab* AS. Flicce, Dan. **Flycke**, Fr. G. *Fliche*, *Flosche de Larde*, Succidia. Datur & Teut. **Flitz**, **Plitz**, Sagitta, & Succidia, à nescio qua Succidiæ & Sagittæ similitudine, v. **Fletcher**.

Flittermous, Belg. **Vlidder-muys**, **Vliender-muys**, Vespertilio, q. d. **Flittermous** (i. e.) Mus Volitans, v. **Flutter** & **Mous**.

to **Float**, *à* Fr. G. *Flotter*, It. *Flottare*, *Fiottare*, Belg. **Vlotten**, Innatare, omnia *à* Lat. *Fluctuare*, *Fluitare*.

Flock, *ab* AS. Flocc, Grex, Floccmælum, Gregatim, sic autem fortasse propriè Grex ovium appellatur, quia *Floccos* (i. e.) Vellera gestant.

Flock-bed, Belg. **Vlock-bed**, Culcita Lanea, *à* Fr. G. *Floc*, *Floquet*, Lat. *Floccus*, q. d. Lectus Floccis infartus. Floccus autem credo à Gr. πλόκος, Carrus, Coma Plexilis, ortum duxit, hoc *à* verb. πλέκω.

Flook, vox Nautica, exponitur pars Anchoræ aduncæ quæ terræ infigitur, nescio an à Teut. **Pflug**, Belg. **Ploegh**, Aratrum à conspicua sc. aratri similitudine; terram enim, instar aratri, proscindit, & figurâ Aratrum refert, v. *Manwayring* in Dict. Naut.

Floor, *ab* AS. Flop, Flope, Flepe, Flepinz, Belg. **Vloer**, Pavimentum, **Floeren**, Pavimentum substernere, nescio an sic dictum quia, saltem tempore æstivo, in magnatum domibus floribus solum conspergere solebant.

a **Flozen**, à Fr. G. *Florin*, It. *Fiorino*, Libra Gallica, Nummi genus primitùs à *Florentinis* cusum & *Floris* imagine insignitum, v. *Voss.* de Vitiis sermonis.

Flozences, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exponitur Pannus quidam ex *Florentia* Hetruriæ nobis advectus, omninò ut *Arras*, *Darnix*, *Cambrick*, *Callicoe*, &c. ab Urbibus, in quibus elaborata sunt, nomina adepta sunt.

Flote, à Belg. **Vlot**, **Vlote**, Teut. **Flotz**, **Flotz**, Schedia, Ratis sc. ex connexis invicem trabibus, hoc à **Vlotten**, Fluctuare, omnia à Lat. *Fluctuare*, vel *Fluitare*.

Flotten *milk*, Belg. **Vlote-melch**, Lac Coagulatum, fort. q. d. Lac Flaccidum. Melius tamen deflecti potest, à Belg. Frisi. & Zeland. **Vlieten**, Belg. com. **Vloten**, Cremorem lactis Colligere, hoc *ab* alt. **Vlieten**, Fluitare, lac enim cui Cremor ademtus est, fluidus fit & serosius quàm priùs, v. *to* **Fleet**.

Flood, Diluvium, Flumen, Illuvies, *ab* AS. Flod, Inundatio, Dan. **Flod**, Venilia, & Salacia, **Flyder**, Demino, Belg. **Vliet**, Teut. **Fluss**, Amnis, Fluvius, Belg. **Vloed**, **Vlotte**, Fluxus, Unda, **Vlotten**, Fluctuare, Teut. **Flut**, Diluvium, **Fluth**, Unda, Fluctus, item Diluvium & Fluxus maris, omnia à Lat. *Fluere*, *Fluctus*, *vide* **Flow**.

a **Flounder**, à Dan. **Flynder**, Passer, nostrum enim **Flounder** est ex Passerum genere, nescio an utr. à Lat. *Fundulus* per vulgi insignem, sed satis frequentem, errorem, nomina antiqua à pristino sensu in alios detorquentis; Fundulus enim Romanis idem fuit, quod nobis à Gudgeon piscículus arenosi soli incola, sic dict. quia in Fundo fluvii inter calculos latitat, eóque nomine Teut. **Grundling** dicitur.

Flounse, à Belg. **Plonssen**, Demergere, Immergere, per ἐνεμπτοσιν, ut & Gr. φλοισβος, Fluctuantis Æstuantísque maris sonitus.

Flourish, à Fr. G. *Fleurir*, It. *Fiorire*, utr, à Lat. *Florere*.

Flout, Irridere, Illudere, Ludos facere. Pessimè deflectit *Minshew* à Belg. **Fluyte**, Tibia. Alludit Gr. πλήσσω, q. d. Jocis seu Dicteriis percutio, vel φλύω, Nugor, *Mer. Cas.* deducit à φαῦλος, φαυλίζειν, Ἐκφαυλίζειν, Parvi facere, Contemnere, vel à συρελίζειν, Convitiari. Mallem à Belg. **Vlutten**, Stultus (i. e.) tanquam Stulto Illudere.

Flow, *ab* AS. Flopan, Fleopan, Belg. **Vlieten**, Teut. **Fliessen**, Fluere, omnia manifestè à Lat. *Fluere*, *Fluitare*.

Flower, à Fr. G. *Fleur*, It. *Fiore*, omnia, à Lat. *Flos*, hinc **Flower** *de Luce*, à Fr. G. *Fleur de Lis*, non Lilium, ut vulgò vocatur, sed Iridis flos, Insigne Regum Franco-Gallicorum, *Fleure* vox Fœcialium, nobis **Flowyr**, *les Fleueurs de Femmes*, nobis *the* **Flowers**, Menses mulierum, quod libentiùs à *Fluo*, quàm à *Flos* deduxerim, *Fleur de Velour*, nobis **Flower** *Gentle*, Amarantus, q. d. Flos, Holosericus seu tactu lenis.

Flower, pro Farina, q. d. *Flos* Farinæ (i. e.) Farina purissima, vel potiùs q. d. *Flos* Frumenti (i. e.) purissima ejus pars, glumis & furfure purgata.

Flowyr vel **Floyr**, vox Fœcialium, v. **Flower**.

Fluret vel **Flurt**, à Belg. **Fleere**, Alapa, Colaphus. Alludit Gr. φλάω, Contundo, Contero.

a **Flurt**, Stultus, à Belg. **Floze**, homo Futilis & nihili, vilis, hoc, ni fallor, q. d. **Flauwer**, Debilior, à Pos. **Flauw**, Debilis, ut nos etiam Stultos Debiles **Weetkmen** appellamus, sc. intellectu. Pulcherrimè alludit Gr. φλῦς, Vilis, φλυαρία, Nugæ.

to **Flurt**, vox à sono ficta. Alludit Gr. φλύω, Eructo, à φλάω, φλύζω, Ferveo, Bullio.

Flush, *ab* It. *Flussata*, lusus Chartarum, Fr. G. *Flux*, It. *Flusso* (i. e.) Ternio Chartarum Concolorum, vel plures ejusdem coloris, q. d. *Fluxus* seu Affluxus Chartarum ἁμαχεῖον.

to **Flush**, **Flushing**, *Mer. Cas.* deflectit à Gr. φλύζω, Ferveo, Bullio. Ego mallem à Germanica origine, sc. à Teut. **Flugs**, Belg. **Flughs**, **Vlughs**, Statim, Celeriter, Festinanter; **Flushing** enim morum Sanguinis celerem & Incitatum denotat, vel potiùs à Teut. **Fliessen**, Fluere, quia sanguis ad faciem confluit.

Flush, vox Nautica, sic dicitur Tabulatum

latum superius navis ubi prorsum planum est, tort. à Fr. G. *Peluche*, Sericum villosum, quæ enim benè complanata & levigata sunt, inde tactu mollia reddantur.

Fluth *of money*, q. d. pecuniâ Affluxus, qui pecuniâ Affluitur seu Circumfluitur, pecuniâ Affluens.

Flutter'd, Semiebrius, Ἀκροθώραξ. Alius quis audacter deflecteret à Gr. ζύζω, Ferveo, Bullio, vel ζύνω, Eructo, & inde ἐνίφοξ, Ebriosus. Mallem deducere *ab* AS. Fluxtpian, Plectere, Texere, hoc credo à Fr. G. *Plesser*, utr. à Lat. *Plectere*, Metaphorâ sc. è Textrina sumtâ, ut nos dicimus eodem sensu *his Cap is well Thrumb'd*.

Flute, à Belg. **Fluyte**, Fr. G. & Teut. **Fleute**, Hisp. *Flauta*, It. *Flauto*, *Fiuto*, Fistula, Tibia, fort. à Lat. *Flatus*.

Flutings, vox Architectonica, *Vitruvio* lib. tertio Striges quod Budæus legit Strigiles. Sunt autem Columnarum Canaliculi excavati, instar rugarum in stolis sic dicti à Cavitate simili Cavitati fistularum, quæ nobis **Flutes** appelantur.

Flutter, *ab* AS. Flotzpan, Belg. **Wetten**, Fluctuare, **Wlederen**, **Wleddoren**, Teut. **Flottern**, **Flattern**, **Flavern**, **Flittern**, Palpitare, Volitare, Motitari, Alas agitare, omnia à Lat. *Fluctuare*, seu *Volitare*. Datur & Teut. **Flackern**, Flammam inconstanter Vibare, Ventilari ejusdem, credo originis.

to **Fly**, *ab* AS. Flean, Fr. Th. **Fliohan**, Belg. **Wlieden**, Teut. **Fliehen**, Fugere, Dan. **Flyer**, Fugio, AS. Flyht, Fr. Th. **Flught**, Dan. **Flugt**, Teut. **Flucht**, Fuga, AS. Fleozan, Belg. **Wltegen**, Teut. **Fliegen**, Volare, Dan. **Flyttter**, Volo, AS. Fleoze, Fleze, Dan. **Flue**, Belg. **Wltege**, Teut. **Fliege**, Musca, Forte an omnia præsertim **Fliegen** & **Wltegen**, à Lat. *Fugere*, per Epenthesin *vel*. Invenitur & in *Gl. Lipsi.* **Hundesliga** Κυνόμυια (i. e.) Musca Canina.

a **Fly**, v. *to* **Fly**.

Fob, Loculi minores, Marsupiolum, Crumenula, à Teut. **Fuppe**, vel **Fupsack**, Sacculus.

to **Fob** *a man off*, aliquem Eludere, Frustrare, voti Cassum reddere, Repulsam dare, fort. parùm deflexo sensu, à Teut. **Foppen**, Vexare, Exagitare, vel *a* **Fobis** seu Pofis, Crepitus Lupi, Fungus, q. d. *to make a Fool of one*, Fungus autem Latinè pro Stulto usurpatur. Potest & tertiò deduci *ab* It. *Fabbare*, Nænias seu Ridiculas cantiones occinere, ut nutrices infantibus nugas & fabulas narrare solent. Sed, unde inquies, hoc *Fabbare*? credo à Lat. *Fabulari*, *Fabula*.

Fodder, *ab* AS. Foppe, Foðep, Foðup, Belg. **Voeder**, Teut. **Futter**, Fr. G. *Fourrage*, It. *Foraggio*, Pabulum, Belg. **Voederen**, Teut. **Füttern**, Fr. G. *Fourrager*, It. *Foraggiare*, Pascere, Pabulari, Dan. **Foder**, Alo, Nutrio. *Mer. Cas.* deflectit à Gr. Πάομαι, Pascor, v. **Feed** & **Food**.

a **Fodder**, seu **Fother**, *suppose of lead*, à Teut. **Fuder**, Vectura, sive quantum carro contineri & vehi potest, hoc fort. à Teut. **Führen**, Vehere, Ducere, & tandem omnia credo à Lat. *Vehere*.

Foe, *ab* AS. Fah, Inimicus, Hostis; v. **Fiend**.

Fog, Nebula. *Minshew* deflectit à Goth. **Fugger**, Caligo, quæ vox nusquam occurrit, vel à Lat. *Focus*, quia fumum olet. Mallem *ab* AS. Foz, Belg. **Voegbe**, Conjunctio seu Collectio (i. e.) Vaporum seu Halituum, v. **Fadge**.

Fog, etiam pro Gramine Serotino seu potiùs Gramine Hiberno effæto usurpatur, nescio an *ab* It. *Affogare*, Suffocare, q. d. Gramen Hyemali frigore suffocatum & quasi extinctum.

Foh, Interjectio Abominandi, à Belg. **Foey**, Fr. G. *Fi*, omnia à Lat. *Fah*, Gr. φῦ vel φεύγω; sed potiùs, ut reliquæ omnes interjectiones, à sono naturali quem abominantes edimus; magno enim prosatu rem invisam, præsertim molestum odorem, à nobis amoliri, dissicere & dissipare naturâ dictante conamur.

to **Foil**, vel à Fr. G. *Affoler*, Vulnerare, Contundere, Ictibus Permolere, Perdere, Corrumpere, Illudere, Infatuare, vel à Fr. G. *Fouiller*, Palpare, Contrectare, Excutere, vel à Fr. G. *Fouler*, Conculcare, Contundere, Opprimere. *Minshew* malè à Lat. *Fallo*, melius à Gr. σφάλλω, Supplanto, deflectit. Ego mallem deducere hoc *Affoler*, & *Fouler*, à Lat. *Fullo*, q. d. Fullonis instar, Premere, Calcare seu Conculcare.

Foil, in Gemma, à Fr. G. *Fueille*, utr. à Lat. *Folium*.

a **Foin**, *to* **Foin**, Punctim ferire, nescio an à Fr. G. *Poindre*, Pungere, vel *ab* AS. Fanbian, Tentare, q. d. Ferro aditum in Viscera tentare.

Foines, à Fr. G. *Foine*, *Fouine*, *Fouine*, Hisp. *Fuina*, Mustela seu Viverra quædam Septentrionalis, cujus pellis ad sufulciendas hibernas vestes magni æstimatur,

matur; Varroni & Columellæ *Fouina*. *Salmasius Fouinam* vult dici quasi *Fuscinam* à *Fusco* sc. pilorum colore, v. Not. Plin. in Sol. pag. 209. in Commentario.

Foison, Ubertas, Copia, Abundantia, & est purum putum Franco-Gallicum, fort. à Teut. **Feist**, Pinguis. *Menagius* autem à Lat. *Fusio*, deflectit: possem & à *Fovendo*, derivare, q. d. *Fotio*, copiâ enim rerum fovemur (i. e.) nutrimur & augescimus; *Menagianum* autem Etymon longè præfero.

a **Foist**, à Fr. G. & Belg. **Fuste**, It. *Fusta*, Navigii genus, Liburnica, nescio an *ab* AS. & nostro Fapt, Firmus, q. d. Navicula Firma, Valida & probè munita, v. **Fast**; vel quod verisimilius est, à Fr. G. & Belg. **Fuste**, Dolium, ab aliqua Dolii sc. per medium secundum longitudinem dissecti similitudine.

to **Foist**, per Furtum obtrudere, Adulari, à verb. Fr. G. *Fausser*, Adulterare, nom. *Faux*, Falsus, q. d. *Falsificare*, *Falsitare*.

Fold, Septum *ab* AS. Falæd, Fald, Falde, Stabulum, Ovile, Bovile sc. illud quo erraticum Pecus involvitur (i.e.) conditur, v. *to* **Fold**.

to **Fold**, *ab* AS. Fealdan, Bepealdan, Belg. **Vouden**, Teut. **Falten**, Plicare, Complicare, It. *Infaldare*, Implicare, Involvere, AS. Fealde, Belg. **Voude**, Teut. **Falte**, It. *Falda*, Plica, AS. Fyld, Volumen; AS. autem Fealdan ausim deflectere à Feallan, Cadere, quia sc. quæ Complicantur, concidunt.

Fole, *ab* AS. Fola, Dan. **Fol**, **Fole**, Belg. **Veulen**, **Volen**, Teut. **Füllen**, Pullus Equinus, omnia à Lat. *Pullus*, & hoc à Gr. πῶλος.

Folk, *ab* AS. Folc, Folce, Fr. Th. **Folc**, Teut. **Volck**, It. *Volgo*, Populus, Homines, omnia proculdubiò à Lat. *Vulgus*.

Follow, *ab* AS. Folgian, Fylgian, Sequi, Folgere, Sectator, Assecla, Belg. **Volghen**, **Volgen**, Teut. **Folgen**, Sequi, Dan. **Folger med**, Comitor **Folger efter**, Sequor. Alludit parùm Gr. πολέομαι, Vertor, Versor, πολέω, Ministro, Ἀμφιπολέω, versor Circum, Famulor, Servio, Ἀμφίπολος, Famulus.

Fome, *Minshew* deflectit à Goth. **Foeme**, Teut. **Feum**, Spuma, quorum tamen neutrum invenio, vel à Lat. *Vomo*. Mallem deducere *ab* AS. Fæm, Teut. **Faum**, Spuma, & hoc à Lat. *Fumus*; Spuma enim rarescens instar Fumi vel Nebulæ est, certè proximum ei Raritatis gradum obtinet.

Fond, Stultus, potiùs à Belg. **Veyn**, **Veynt**, Rusticus, vel à Lat. *Vanus*, quàm a **Vond**, Inventum quod tamen præfert *Minshew*. Datur & It. *Fandone*, Vaniloquus. *Mer. Cas.* deflectit à Gr. φάσκω, parvâ quidem soni, nullâ omninò sensûs, affinitate. Vir. Rev. nostrum **Fond**, corruptum putat à nostro **Fain'd** (i.e.) *made* **Fain**, *or* **glad**, v. **Fain**. Sed præ reliquis placet Etymon *ab* AS. Fundian, Anhelare, Niti.

a **Font**, Baptisterium, Sacrum Lavacrum, à Fr. G. *Font*, *Fonts*, pl. q. d. *Fons* sc. salutis.

Food, *ab* AS. Foda, Dan. **Fode**, Pabulum, Victus, v. **Feed**, **Fodder** & **Forrage**. Datur & C.Br. *Bwyd*, Cibus, Edulium, quod *Fr. Jun.* deflectit à Gr. Βορὰ, Victus, Annona, *Davis.* *ab* Hebr. *Path*, Frustum, sed uterque magno labore nihil agunt, ortum enim est proculdubiò à nostro **Food**.

Fool, à Fr. G. *Fol*, It. *Folle*, Stultus, hinc **Folly**, Fr. G. *Folie*, It. *Follia*, Stultitia, *Menagius* à Lat. *Follis* deflectit, q. d. homo folo aere plenus, homo Inanis, Datur & It. *Buli*, n. pl. Stulti. Mallem omnia deducere à Germ. origine, sc. parùm deflexo sensu à Teut. **Faul**, Piger, Negligens, Ignavus. Felicissimè alludunt Gr. φαῦλος, Vilis, Ineptus, Ridiculus, & πῶλος, Pullus, omnia enim juniora animalia experientiæ defectu, Stulta (i.e.) deceptu facilia sunt.

Foot, *ab* AS. Fot, Dan. **Fode**, **Foed**, Belg. **Voet**, Teut. **Fusz**, Pes, AS. Fet, Pedes, Fedemen, Pedites, Fr. Th. **Fuoz**, Pedum, *misero* **Fuozza**, nostros Pedes, Belg. **Voet-stap**, Teut. **Fusz-stapff**, Vestigium, Dan. etiam **Fod**, Fulcrum mensæ. *Fr. Jun.* deflectit à Gr. ποσὶν, Ire, Ambulare, longè proclivius est deducere à πῆς, πόδος.

Footstep, v. **Foot**, & **Step**.

a **Fop**, vel **Foppish**, Stultus, credo à Teut. **Fobis**, vel **Pofisz**, Crepitus Lupi, Fungispecies, ut Fungus etiam Lat. pro Bardo vel Stupido usurpatur, q.d. Cerebro Vacuus; est enim Fungus, præsertim aridus, valdè levis, Porosus, Spongiosus, eóque multis inanibus insterstitiis præditus.

For, Pro, *ab* AS. For, Teut. **Für**, Fr. G. *Pour*, Pro, à quo ultimo omnia originem trahere censeo.

For, Nam, *ab* alt. **For**, Pro, signat enim Causam, seu illud pro quo aliquid facimus.

Foz, Præpositio Loquelaris Anglo-Saxonica & Anglica in compositione negat & aufert, ut Belg. & Teut. **Ver**, fort. à Lat. *Forás*. Alludit Gr. πρός.

Fozbear, *ab* AS. Foꝑbæꝑan, Pati, Abstinere, à dicto **Foz** & **Bear**, quæ *vide*.

Fozbid, *ab* AS. Foꝑbeodan, Belg. **Verbieden**, Teut. **Verbieten**, Prohibere, Dan. **Forbinder**, Veto. Foꝑbeodan autem à dicto Foꝑ & Beodan, Jubere: **Verbieden** & **Verbieten** à præp. neg. **Ver**, & Belg. **Bieden**, Teut. **Bieten**, Offerre.

Fozbode, Prædicere, Præsagire, *ab* AS. Foꝑe, Ante, & Bodian, Prædicare, Denunciare, v. **Bode**.

Foꝛce, à Fr. G. *Force*, It. *Forza*, Vis, Fr. G. *Forcer*, It. *Forzare*, *Sforzare*, Cogere, q. d. Lat. *Fortia*, *Fortiare*, à *Fortis*.

Foꝛcer, Florio, *Higginio* **Foꝛset**, vox apud hos solos occurrit, proculdubiò *ab* It. *Forziere*, *Forciere*, Capsa, Cista, hoc à nom. *Forza*, Robur, quia ex materia dura & robusta fit, & circulis validis munitur.

Foꝛd, *ab* AS. Foꝑd, Teut. **Fohrt**, **Furth**, Vadum, omnia *ab* AS. Faꝑan, Belg. **Varen**, Teut. **Fahren**, Ire, Proficisci, q. d. ille in fluvio locus per quem Ire, seu fluvium Tranare vel Transire tutum est. Potest & deflecti à Teut. **Führen**, Vehere, Ducere (i. e.) locus per quem auriga Currum ducere & promovere potest, hoc à dicto Lat. *Vehere*, sed prius Etymon præfero. Datur & Dan. **Fiord**, Sinus. Alludunt Gr. Πόρος, Transeo, & Πόρος, Πόρθμος, Trajectus.

Foꝛe, v. **Beforꝛe**.

Foꝛefathers, *ab* AS. Foꝑð-fæðeꝛaꝛ, Belg. **Voorvaeders**, Majores, q. d. Patres Antecedentes, Προπάτορες, v. **Foꝛe**, **Afoꝛe**, **Foꝛth** & **Fathers**.

Foꝛefend, ut dicimus *God* **Foꝛefend it** (i. e.) Avertat vel Prohibeat Deus, à nostro **Foꝛe** pro **Beforꝛe**, & Fr. G. *Defendre*, Vetare. Hoc mirè detorto sensu à Lat. *Defendere*.

Foꝛeland, Promontorium, *ab* AS. Foꝛe, Ante, & **Land**, q. d. Terra reliquo littori prætenta, & ultra ipsum protuberans.

Foꝛesee, *ab* AS. Foꝑeꝛeon, Belg. **Voorsien**, Teut. **Fürsehen**, **Voꝛsehen**, Providere, Prævidere, **Voorsicht**, Teut. **Voꝛsicht**, Provisio, Providentia, Prudentia, Cautio, v. **Beforꝛe** & **See**.

Foꝛestall, Anticipare, fort. à nostro **Foꝛe**, Belg. **Stallen**, **Staelen**, Fr. G. *Estaller*, Merces exponere, v. **Stall**, vel à Teut. **Voꝛstellen**, Præponere, in medium Proferre, Metaphora enim sumta est ab iis qui Merces suas ante alios exponunt, eóque citiùs vendunt, v. *Somner* in Gloss. voce *Foristeallum*. Primariò autem & in Jure nostro *a* **Foꝛestaller** dicitur, quia in via rem Annonariam præmit, ut non possit in forum prodire; hoc *Spelman* ingeniosè deflectit *ab* AS. Foꝑe, Ante, vel Faꝑe, Via, & Stal, Statio, ita ut Interceptionem mercium propriè notet, & huic sanè Etymo præ reliquis fido.

Foꝛeward, v. **Beforꝛe** & **Ward**.

Foꝛfeit, vox Forensis, sed vulgò nota, parùm deflexo sensu, à Fr. G. *Forfaict*, *Forfait*, Delictum, Crimen, *Forfaire*, It. *Forfare*, Peccare: nobis autem Feudo vel Pecuniâ per Delictum aliquod vel pacti violationem Excidere, q. d. Foris facere (i. e.) Amittere, Jacturam facere.

Foꝛge, à Fr. G. *Forge*, It. *Forgia*, Furnus Fabrilis, Fr. G. *Forger*, It. *Forgiare*, Cudere, Fingere, Excogitare, *Menagius* deflectit à Lat. Barb. *Favrica*, *Forica*, *Forca*, quæ omnia corrupta sunt à Lat. *Fabrica*.

Foꝛget, *ab* AS. Foꝑgẏtan, Oꝑeꝑgitan, Belg. **Vergheten**, Fr. Th. **Vergezzan**, Teut. **Vergessen**, Oblivisci, AS. Foꝑgiten, Oblivioni traditus, Credo omnia *ab* AS. Præp. Insep. Foꝑ, Teut. & Belg. **Ver** utráque privativâ & Negativâ, & AS. Geotan, Belg. **Ghieten**, Teut. **Giessen**, Fundere (i. e.) memoriâ Effundere, hæc à Lat. *Gutta*, *Guttare*, vel, quod longè simpliciùs, eóque melius est, *ab* eodem Foꝑ & Gẏtan, Getan, Acquirere, Obtinere, & translatè, animo Concipere, Addiscere, Oblivio enim scientiam & rerum notiones, prorsus tollit, v. **Get**.

Foꝛgive, *ab* AS. Foꝑgiꝑan, Dare, Condonare, Foꝑgiꝑennẏꝑe, Remissio, Belg. **Vergheven**, Teut. **Vergeben**, Ignoscere, v. **Foꝛ** & **Give**.

Foꝛgo, *ab* AS. Foꝑgan, Deserere, Derelinquere.

Foꝛk, *ab* AS. Foꝑc, Fr. G. *Fourc*, *Fourche*, omnia à Lat. *Furca*.

Foꝛk-fish, Pastinaca Marina, Gr. πετραῖα, piscis è genere Rajarum, sic dictus ab aculeo serrato in Cauda Furcæ simili cujus ictus venenatus est.

Foꝛlorn, *ab* AS. Foꝑloꝑen, Belg. **Verloren**, **Verloozen**, Teut. **Verlohren**,

Per-

Perditus Part. verbb. AS. Foꝛleoꝛan, Belg. Verliesen, Teut. Verlieren, Dan. At Foꝛliuſe, Foꝛlaare, Perdere. Datur & Fr. Th. Fiſtlaſan, Dimittere.

Foꝛme, *croſs* **Foꝛme** *or Patee*, item **Foꝛme** *Fitched* (i.e.) Crux Formata, vox Fœcialium.

Foꝛmeth, vox Venatica & dicitur de Lepore, ubi humi deſidet, fort. *à* nom. **Foꝛm**, Sella, q. d. lepus Sellam capeſſit, v. Foꝛm.

Foꝛmoſt, *ab* AS. Fiꝛmeꝛt, Fỳꝛmeꝛt, Primus, Foꝛma, Foꝛmeſt, Foꝛmeꝛt, Præcipuus, v. **Beꝛoꝛe**.

Foꝛrage, *à* Fr. G. *Fourrager*, It. *Foraggiare*, Pabulari, vel *à* Lat. *Forâs*, & *Agere*, vel potiùs à fonte Germanico quem vide in **Fodder**. Alludit Gr. Βοσκὴ, Pabulum, Eſca, Cibus, ſed propriè Brutorum.

Foꝛrain, *à* Fr. G. *Forain*, Peregrinus, Advena, Exterus, q. d. *Foraneus*.

Foꝛreſt, *à* Fr. G. *Foreſt*, It. *Foreſta*, Teut. **Foꝛſt**, Saltus. *Spelman* à *Foris* vel *Forâs* derivat, q. d. pars vel Terra *Foraſtica* (i. e.) Exterior, vel quod *Foris* reſtat.

Foꝛſake, *ab* AS. Foꝛſeꝛan, Derelinquere, Foꝛſoꝛen, Derelictus, licèt verbum in Lexico Anglo-Saxonico non compareat, q. d. non Quærere, *vide* **Seek**, vel *ab* AS. Foꝛ-Secꝛan, Foꝛe-Secꝛan, Fr. Th. Uuerſagan, Fiſagan, Teut. Verſagen, Belg. Verſeggen, Negare, Denegare, Recuſare, *à* **Foꝛ Ver**, Neg. & AS. Secꝛan, Fr, Th. Sagan, Teut. Sagen, Dicere, & eſt ſanè valdè cognatus ſenſus, quæ enim relinquimus recuſamus. Prius tamen Etymon longè præfero, *vide* **Seek** & **Say**.

Foꝛſes, Authori Dict. Angl. apud quem ſolum occurrit, exponitur Catadupa ſeu Præcipites fluminum ex altiſſimis montibus Lapſus. Si uſquam gentium hoc vocabulum obtineat, quod ſanè multùm dubito, deflecterem à noſtro & Fr. G. **Foꝛce**, Vis, quia magno cum impetu ruit.

a **Foꝛſe**, v. **Foꝛrer**.

Foꝛſooth, *ab* AS. Foꝛꝛoð, Certè, Profectò, *v.* **Foꝛ** & **Sooth**.

Foꝛſwear, *ab* AS. Foꝛꝛpæꝛian, Belg. Verſweren, Teut. Verſchweren, Pejerare, **Foꝛſworn**, *à* Belg. Verſworen, Perjurus, *v.* **Foꝛ** & **Swear**. Datur & Dan. **Foꝛſuer**, Ejuro, ejuſdem tribûs.

Foꝛth, *ab* AS. Foꝛð, Belg. **Voort**, Teut. **Foꝛt**, **Furt**, Dan. **Voꝛt**, credo omnia *à* Lat. *Foris*, *Forâs*, vel *Porrò*.

Foꝛthwith, Ilicèt, è Veſtigio, Extemplò, vox ſanè elegantiſſima, manifeſtè *à* **Foꝛth** & **With** eodem ferè ſenſu, & analogia cum Gr. Poet. Ἐμμαπίως (i.e.) ἅμα τῷ ἴσης, ἅμα ἵπῳ, ἅμα ἔργῳ, verbatim ſimul cum dicto iter Capeſſe, Metaphorâ ab Exercitu iter capeſſente ſumtâ.

Foꝛt, v. **Foꝛtreſs**.

Foꝛtify, *à* Fr. G. *Fortifier*, Munire, q.d. *Fortificare*, *Fortificare*, *ab* Angl. & Fr. G. **Foꝛt**, hoc *à* Lat. *Fortis*, hinc *a* **Foꝛtreſs**, Fr. G. *Forteresſe*, It. *Fortezza*, Propugnaculum, q. d. locus *Fortis* ſeu Munitus (i. e.) *a* **Strength**, quod & nos eodem ſenſu uſurpamus.

Foꝛtreſs, v. **Foꝛtify**.

Foꝛward, *ab* AS. Foꝛpeaꝛð, Prorſum, Antrorſum, v. **Beꝛoꝛe** & **Ward**.

Foſſel ſeu **Foſſil**, vox Chirurgis notiſſima, quo nomine appellantur duo oſſa brachii, & altera duo oſſa Cruris, quorum hoc *the great* **Foſſel**, alterum *the little* **Foſſel** dicitur, illa Ulna & Radius, hæc Tibia & Fibula Medicis Latinis vocitata, *à* Fr. G. & It. *Focile* idem ſignante, ſed primariò Fruſtum chalybis quo ignis excutitur, item Fruſtum Chalybis rotundum quo lanii cultros acuunt, & ſanè oblonga illa oſſa iſtiuſmodi Chalybis Fruſta ſatis aptè referunt. Sed unde, inquies, hoc *Focile*? proculdubiò *ab* It. *Fuoco*, Ignis, hoc *à* Lat. *Focus*.

to **Foſter**, *ab* AS. Foꝛðꝛian, Belg. **Voedſteren**, Alere, Educare, Nutrire, Dan. **Foſtrer**, **Foſteret**, Enutrio, **Foſter**, Fœtus, AS. Foꝛðeꝛ, Feꝛðeꝛ, Victus, Foꝛðeꝛ-beann, Foꝛðeꝛ-cilð, Alumnus, Foꝛðeꝛ-bꝛoðoꝛ, Collactaneus, Foꝛðeꝛ-pæðeꝛ, Nutritius, Foꝛðeꝛ-moðeꝛ, Nutritia, omnia vel *à* **Feed** & **Fodder**, vel *à* Lat. *Fotare*, freq. verbi Fovere. Sed credo potiùs *à* **Feed**.

Foul, *ab* AS. Fulan, Befulan, Afỳlan, Belg. **Vuylen**, Fr. Th. **Beuuollan**, Inquinare, AS. Ful, Faul, Belg. **Vuyl**, Turpis, Immundus, AS. Fỳlneſſe, Turpitudo, Fr. Th. **Ful**, Putris, Teut. **Faul**, Putridus, Piger. Alludit Gr. σαῦλος, Vilis, Malus, v. **Filth**.

to **Found**, *à* Fr. G. *Fonder*, Lat. *Fundare* (i. e.) Fundo extruere.

a **Founder**, *à* Fr. G. *Fondeur*, Μεταλλοχύτης, hoc *à* Fr. G. *Fondre*, It. *Fondere*, utr. *à* Lat. Fundere, ſeu Eliquare metalla, q. d. Μεταλλοχύτης.

to **Founder**, *à* Fr. G. *Foudre*, Cadere, Præcipitem dari, It. *Sfondrare*, *to* **Founder**, fort. quòd in *Fundo*, vel in Planta pedis contusus, & inde Inflammationem passus est Equus, vel quòd facilè in *Fundum* (i.e.) Terram cadit, & Sessorem præcipitat, vel quòd sæpe sessorem in terram *Fundat* seu *Effundat* (i.e.) dejiciat.

Fountain, *à* Fr. G. *Fontaine*, It. *Fontana*, Fons, q. d. Aqua *Fontana*.

Four, *ab* AS. Feopep, Teut. & Belg. **Vier**, Quatuor, AS. Feop'ð, Teut. **Viert**, Quartus, AS. Feopeptýne, Belg. **Vierten**, Teut. **Vierzeben**, Quatuordecem, AS. Feopeptiz, Belg. **Viertigh**, Teut. **Viertzig**, Quadraginta, Belg. **Viervoudt**, Quadruplum.

Fourm, Subsellium, *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. φορμὸς, Storea, Teges, Mallem *ab* AS. Fypm'ða, Mensæ, Sellæ, & hoc cum *Sumnero à* verb. Feopmian, Pascere, quia conviviis idoneæ sunt.

Fowl, *ab* AS. Fuzel, Dan. **Fugl**, Belg. **Vogbel**. Teut. **Vogel**, Avis, AS. Fuzelan, Belg. **Vogbelen**, Teut. **Vogelen**, Aucupari, AS. Fuzelene, Auceps, Fuzel-lime, Viscum, Fuzel-net, Everriculum, Fuzel-tpeo, Ames, nobis *a* **Pearch**, fort. omnia *à* Lat. *Volare*. Alludit & nostro **Fowl** Gr. βολὶω, Jacio, Jactito, nec non πολὲω, Verto, Verso, φολὲω, Lateo & πολὲω, Moveo, Quatio.

to **Fox**, Inebriare. Nimis durum esset si à Teut. **Fuchsen**, Venerem exercere, deducerem, quia sc. Ebrii in Venerem præcipites ruunt, nec multò melius esset, si *à* Belg. **Focken**, Trudere, originem peterem quia sc. qui ab alio inebriatur, detruditur, & quasi, dejicitur & præceps agitur poculis à Combibone. Longè proclivius esset formare *à* Teut. **Pochen**, Percutere, q. d. poculis Impetere. Potest & deflecti *ab* It. *Fogare* pro *Affogare* (i.e.) Vino *Suffocare*. Sed nihil horum satisfacit.

a **Fox**, *ab* AS. Fox, Dan. **Fuchs**, Belg. **Vos**, **Vosse**, **Vosch**, Teut. **Fuchs**, Vulpes, AS. Foxep-gloꝛe, Digitalis herba. Nescio an *à* Teut. **Futz**, Uterus à magnitudine sc. Uteri hujus animalis.

Foy, *à* Belg. **Foy** idem signante, **de Foy geven**, Cœnam Profectitiam dare (i.e.) Fidem Amicitiæ etiam per Absentiam duraturæ dare, vel ut Doct. *Th. H.* videtur *à* Fr. G. *Voy*, Via, & qui hujusmodi cœnam dat, gallis dicitur *payer la Voy*.

Fraight, *à* Teut. **Fracht**, Belg. **Vracht**, Fr. G. *Fret*, Vectio, Onus, Naulum, Teut. **Fracbten**, Belg. **Vrachten**, Fr. G. *Freter*, navem Onerare, Implere, & hoc credo, ut pleræque omnes voces Nauticæ Germ. seu Belg. originis, nisi malis *à* Lat. *Prestò*, Fr. G. *Prest*, Paratus, verb, *Apprester*, Apparare, deflectere. *Mer. Cas.* deducit à Gr. φόρτος, Onus, φορτίζω, Onero. Longè melius Teut. **Fracht**, ut & Belg. **Vracht**, formari potest *ab* AS. & Teut. Obep, Belg. **Over**, Super, & Teut. & Belg. **Acht**, Cura, **Achten**, Curare; est enim Onus Nauclero curæ, *the* **Fraight** is his *Charge*, illius Curæ demandatur.

Frail, *à* Fr. G. *Frelle*, *Fraile*, utr. *à* Lat. *Fragilis* (i.e.) Fractu facilis.

a **Frail**, Quasillus putà Ficuum. *Minsheu* deflectit *a* Lat. *Fragilis*: sed cum Quasillus sit corpus ex Vimine contextum, eóque Cessibile seu Ἐυκλάστος est minùs aliis Fragile. Mallem igitur deducere *ab* It *Fragli*, Fragelli, Implicaturæ seu Innodaturæ ramorum; & sanè quid aliud est vimen quàm ramorum, salicum & ejusmodi Flexibilium arborum implexus, hoc *à* Lat. *Flagella*, quod præcipuè de Vite dicitur.

Frame, *ab* AS. Fpemman, Facere, Efficere, Formare, Geppemian, Efficere, Fulppemian, Perficere, Absolvere, *Minsheu à Forma* & *Formare* deducit; nec illepidè.

Franchise, Immunitas, q. d. Libertas, quæ etiam vox nostris Jurisconsultis hoc eodem sensu usurpatur, v. **Frank** & **Enfranchise**.

Frank, *à* Fr. G. *Franc*, It. *Franco*, Liber, unde, ut aiunt, ortum est Francorum & Franciæ nomen ob Libertatem olim gentis insignem, nunc ferè amissam, hinc **Franchise**, Privilegium, Immunitas, q. d. Libertas, *to* **Enfranchise**, Libertatibus seu Privilegiis Ingenui Civis (i.e.) Civitate seu Rude Donare, Manumittere, & **Frankling**, Libertus, Libertinus, Municeps, term. autem **ling** modò minuit, modò qualitatem notat. Hinc etiam, ut rectè monet Vir Rev. nom. *à* **Franch** (i.e.) locus ubi animalia liberaliter saginantur.

Frank, Nummus quidam Gallicus olim Fr. G. *un Franc*, nunc *un Livre*, & *un Quart d' Escu* dictus, q. d. Nummus *Francicus*.

to **Frank** *fowl*, & **Franked** *fowl*, *Higginio* apud quem solum vocem invenio, Aves Fartiles, seu Saginatæ, *à* nom. **Frank**,

Liber, q. d. Aves liberaliter pastæ.

Frankincense, Thus, q.d. Incensum (i.e.) Thus Liberè seu Liberaliter, ut in sacris officiis par est, adolendum, *vide* **Frank** & **Incense**.

Frankling, v. **Frank**.

Frantick, *à* Fr. G. *Frenatique*, It. *Frenetico*, *Farnetico*, omnia *à* Lat. & Gr. *Phreniticus*, v. **Frenzy**.

a **Fray** olim **Affray**, Pugna. *Minsh.* deflectit *à* Fr. G. *Effrayer*, Terrefacere. *Mer. Cas.* *à* Gr. φύρω, συφῶ, Miscere. Verum autem Fr. G. *Effrayer*, Etymon, v. voce **Afraid**.

to **Fray**, nobis dicitur de panno qui attritu vel complicaturâ dehiscit, parùm deflexo sensu, *à* Fr. G. *Frager*, strictim Attingere *to Grate upon*, Fricare, Fricando attollere seu exasperare, hoc credo *à* Lat. *Fricare*.

a **Freak**, nobis Facinus Insolens, Audax & Inexpectatum, parùm deflexo sensu, *à* Teut. **Frech**, Protervus, Procax, Audax, Petulans (i.e.) Facinus Petulans, vel *ab* AS. Fpæc, Fpæcȝenȝa, Profugus, Fugitivus, q.d. Facinus, quod Vagam & exorbitantem phantasiam, animúmque affectibus distractum arguit.

Freck, v. **Freckles**.

Freckles, Lentigines, fort. *à* Teut. **Fleck**, Macula, q.d. **Fleckles**, vel q.d. Faculæ per Epenthesin τῦ r, sed prius Etymon præfero. Datur & Dan. **Fregne**, Lentigo.

Free, *ab* AS. Fpeah, Fpeoh, Fpeo, Fpiȝ, *à* Dan. **Fri**, Belg. **Vrij**; Teut. **Frey**, Liber, AS. Fpeodome, Belg. **Vrijdom**, Libertas, AS. Fpeolice, Liberè, Fpeoman, Liber. Alludit Gr. φείω, Emitto, quod enim Liberatur manu mittitur vel emittitur. *Martinius* deflectit *à* Lat. *Ferus*, v. voce *Scandia*. Mallem *à* Goth. **Frigon**, Amare, quia omnes amant Libertatem, v. **Friend**.

Free-booter, Miles Ἀμιλλᾶτος, solâ prædæ spe in bellum illectus, Miles Prædator, *a* **Free** & **Booty**, quæ *vide*, q. d. Miles cui, quia sine mercede militat, licentia prædandi conceditur.

Freese, *à* Fr. G. *Drap de Frize*, *Frize*, Hisp. *Frisa*, *Frisada*, It. *Fresone*, *Frisa* Pannus quidam Levidensis Ἀμφιμαλῶ, q. d. Pannus *Friscus*, fort. quia hoc genus Panni Frisii, vel Frisones primi invenerunt & usurpârunt. *Minsevus* *à* *Phrygibus* deducit, suo sanè more, satis frigidè; quorsum enim attinet illud è Phrygia Asiæ per tot terrarum intervalla arcessere, quod in proximo Belgio se offert.

Freese vel potiùs **Freeze**, *ab* AS. Fpýpan, Dan. **At Fryse**, Belg. **Vrosten**, **Vozten**, **Vriesen**, **Bevriesen**, **Vrieren**, Teut. **Gefrieren**, **Frieren**, Gelascere, Gelare, Belg. **Vozst**, **Vrost**, Teut. **Frost**, Gelu, Glacies, omnia fort. *à* Lat. *Frigeo*, & hoc *à* Gr. φείκω, Horror, φείκω, Horreo Alludit & φίγος, quod pro Etymo habet *Mer. Cas.*

the **Freese**, vox Architectonica, *Vitruvio* Zophorus, nescio an *à* Fr. G. *Fraise*, Collare Complicatum nostris mulieribus hodiéque, olim etiam viris usitatum *a* **Ruff**. Doct. *Evelinus* hoc **Freese** deflectit *ab* It. *Freggio*, nobis *a* **Fringe**, quod *vide*.

Frenzy, *à* Fr. G. *Frenaisie*, *Phrenisie*, It. *Freneſia*, utr. *à* Lat. & Gr. *Phrenitis*.

Fresh, *ab* AS. Fepȝch, Belg. **Frisch**, **Versch**, Fr. G. *Frais*, *Frez*, *Fres*, *Freſche*, It. *Freſco*, Teut. **Frisch**, primario sensu Recens, secundario Alacer, Vividus, Spiritu plenus, quia sc. omnia ferè juniora & recentiora Spiritibus abundant, antiqua vapescunt & elanguescunt.

Fresh, *à* Belg. & Teut. **Frisch**, Belg. **Versch**, Fr. G. *Frais*, *Frez*, *Fres*, *Freſche*, It. *Freſco*, Frigidus, Subfrigidus, Frigidulus, omnia *ab* AS. Fpýpan, Belg. **Vriesen**, Teut. **Frieren**, Algere, & hæc *à* Lat. *Frigeo*. *Minsevus* deflectit *à* Gr. φείκω.

to **Fret**, attritu Disrumpi ut Panni subtiliores, *ab* AS. Fpeodan, Fr. G. *Frotter*, It. *Frottare*, Fricare, omnia, ni fallor, *à* *Fricture* frequentativo τῦ *Fricare*, & inde more Italico abjecto *c* & geminato *t* *Fritture*, *i* Italis in *o*, Anglo-Saxonibus in *eo*, & nobis in *e* mutato.

to **Fret**, Succensere, acriter Stomachari, vel contr. *à* Lat. *Fremitare*, *Fremere*, *Fremitus*, vel *à* Fr. G. *Fretiller*, corpus huc illuc variè Motitare, Subsilire, Subsultare ut valdè irati solent. *Mer. Cas.* deflectit *ab* AS. Fpeccan, melius Fpecan, Belg. **Freten**, Teut. **Fressen**, Edere, præsertim avidè, item Rodere, Corrodere, quia sc. ira & dolor cor quasi corrodunt, & depascunt. Idem minore longè cum verisimilitudine deducit *à* Gr. φυάσσομαι & φείσσω. Sed, unde, dices, Fr. G. *Fretiller*? credo *à* Lat. *Fritillum*, q. d. *Fritillare*, Metaphorâ sc. ab Aleis sumtâ, quæ priusquam jaciantur, in Fritillo Aleatoris manu huc illuc agitantur & concutiuntur.

Fre-

Fretrots, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit exponitur Secta Hæreticorum Adamitis perlimilis, & est vox pura puta Franco-Gallica, fort. *à* Fr. G. *Frere*, Frater, d. q. *Fratraſtri*, terminatio enim **trot**, ut It. *uccio* & *accio* pravitatem seu deformitatem notat.

Frette, vox Fœcialium.

Fretted *work*, *à* Fr. G. *Brettè*, Incisus & instar serræ Denticulatus; hoc, ni fallor, *ab* It. *Fratto*, Fractus; est enim tale opus crebris fracturis seu incisuris distinctum.

Fricaſſey, vox nuper nostrâ Civitate donata, *à* Fr. G. *Fricaſſée*; *Minsæus* carnis Frixæ, *à* verbo *Fricaſſer*, hoc *à* Lat. *Frigere*, q. d. Cibus *Frixus*, *Frixura*, *Frixatura*.

Friday, *ab* AS. Fnige-Dæg, Dan. **Fridag**, Teut. **Freytag**, Belg. **Vrydagh**, Dies Veneris, *à Friga* Dea, antiquorum Anglo-Saxonum Venere, hoc *à* Goth. **Frigon** vel **Frigan**, Amare, q.d. Amor, seu Amoris Dea. *Martinius* autem hanc Deam appellat *Frea*, & deflectit *à* Teut. **Fraw**, Femina, q. d. Dea Femina, vel Dea Feminarum tutrix.

to **Frioge** *or* **Frig** *about*, *ab* AS. Fnican, Saltare.

Friend, *ab* AS. Fneonb, Belg. **Vriend**, Teut. **Freund**, Amicus, AS Fneonblice, Amicè, Fneonbleay, Amicis destitutus. *Fr. Jun.* Belg. **Vriend** scitissimè deflectit *à* Goth. **Frigon**, Amare, omnino ut *Amicus* ab *Amando*. potest & non absurde deduci *à* Teut. **Freuwen**, **sich Freuwen**, Gaudere, Lætari, quia amicorum consortio impensè delectamur; item *ab* AS. Fneoh, Liber, quia Amici liberè invicem & sine adulationis fuco, tum loquuntur, tum agunt. *Mer. Cas.* *ab* Φρύγων, *Minsh.* *à* Gr. Ἐυφροσύνη, declinat, utrumvis si pro Allutione admitto, satis liberalis sum. Gothici illius verbi **Frigon**, nepotes sunt Teut. **Vragen**, Belg. **Vriſen**, Procari, Ambire, & inde Teut. **Freyſter**, Belg. **Vriſter**, **Vriſter**, Amasia, Amica, Corculum, Suaviolum.

a **Frier**, *à* Fr. G. *Frere*, utr. *à* Lat. *Frater*, hinc *a* **Friery**, Fr. G. *Frerie*, Cœnobium, q. d. Fraternitas.

to **Frig**, *ab* It. *Fregare*, *Fricciare*, Venerem digito exercere, Masturbare, Mastuprare, hæc *à* Lat. *Fricare*. Possit & hoc **Frig** deflecti *à Friga*, Anglo-Saxonum & Gothorum veterum Venere, q. d. simpliciter Venerem exercere, v. **Friday**. Alludit Gr. Ϛρηνάω, Turgeo, Lascivio, Prurio in Venerem.

Frigat, *à* Fr. G. *Fregate*, It. *Fregata*, Navis seu Myoparon celerior, πρόμος, Dromo, fort. *à* verbo It. *Fregare*, Fricare, vel Fregiare, Ornare, q. d. navis multùm polita seu *Defrilla* vel *Fregiata* (i. e.) Ornata, Lemniscata.

Fright, *ab* AS. Fnihtan, Terrere, Belg. **Vruchten**, **Vurchten**, **Verchten**, Teut. **Forchten**, *Gl. Lips.* **Vorton**, Timere, Fr. Th. **Vorht**, Dan. **Fryct**, Timor, **Fryster**, Formido, Timeo. Pulchrè alludit Gr. φρίσσω, Horreo, v. **Fear**.

the hawk **Frilleth**, *à* Fr. G. *Friller*, Horrere, Rigere, Tremere, hoc fort. vel *à* Lat. *Frigus*, q. d. *Frigulare* vel *Frigidulare*, vel *à Rigor*, Gr. ῥῖγος, q. d. *Rigulare* (i. e.) Crebrò *Rigere*.

Frim *folks*, vox agro Linc. usitata, *ab* AS. Fremb, Teut. **Fremd**, Advena, Exterus, Alienigena, hoc fort. *ab* AS. Fram, Fpa, Ab, Ex, Extra, v. **From**.

Fringe, *à* Fr. G. *Frange*, It. *Fregio*, *Freggio*, *Fregia*, *Frangia*, Teut. **Frantze**, Lacinia, Fimbria. *Adr. Junius* hæc omnia Segmenta seu Peniculamenta exponit, nescio an *à Francis* seu Gallis qui semper præ aliis gentibus his elegantiis se oblectârunt. *Philander* *à Phrygionibus* deflectit, *Salmasius* *à* Lat. *Fimbria* Not. Plin. in Sol. p. 762.

Frippery, *à* Fr. G. *Friperie*, It. *Fripperia*, Officina vestium Tritarum, Forum Interpolatorium, Fr. G. *Fripear*, Interpolator, Scrutarius, γυναικάνθρωπος. Invenitur & apud *Vossium* eodem sensu *Frivolarius* pro Scrutario & Forum Frivolarium (i. e.) Interpolatorium, unde fort. hæc omnia ortum ducunt, v. eundem Et. LL. voce *Serta* & *Frivola*.

to **Frisk**, *ab* It. *Frizzare*, alacriter Saltitare, hoc *à* Fr. G. *Frisque*, Alacer, Vividus, Agilis, Lætus, *vide* **Fresh** & **Wiske**.

Frisle, *à* Fr. G. *Friser*, *Frizer*, Crispare, nescio an *à Frisiis*, an *à Phrygiis* vel *Phrygibus*, qui capillos Crispare solebant, sed sine Authore nihil ausim affirmare. Certè Sicambros *Frisiis* vicinos, & quos cum antiquis *Frisiis* & *Francis*, Doct. *Adr. Jun.* eosdem esse contendit, crines in nodum tersisse frequenter legimus.

Frit, Sal quidam Chymicis usitatus, nescio an *à* verbo *to* **Fret**, Corrodere, ab insigni præ aliis Salibus Acrimonia & Corrodendi vi.

Frith, Æstuarium, *à* Lat. *Fretum*.

Fritter, *à* Fr. G. *Friteau*, & ut monet

Doct. *Th. H. Frittier*, It. *Fritella*, n. pl. *Adr. Jun.* Laganum, utr. *à* verbo *Frire Frigere*, q. d. Lat. *Fricta*, *Fricilla* vel *Frictaria*.

Frock, Tunica Extima Bajulorum, detorto parùm sensu, *à* Fr. G. *Froc de Moine*, Cuculla Monachi seu Superpellicium. *Menagius* hæc omnia desl. *à* Lat. *Floccus*. *Vossius à* Teut. **Rock**, Tunica, & sanè probabiliùs. Sed unde, inquies, **Rock**? credo *à* verbo AS. Wpeon, Tegere, q. d. Wpeoc (i. e.) Tegumentum.

Frog, *ab* AS. Fpocca, *Ælfrico* Fpoꝛꝛa, Dan. **Froe**, Belg. **Uozsck**, **Uozscken**, Teut. **Frosch**, Rana, Ranula. *Mer. Cas.* satis violenter, pro more, deflectit *à* Gr. βάτραχος, & alibi non multò meliùs *à* φρύνη. Mallem *à Ranco*, quem edunt, sono.

Frolick, *à* Belg. **Urolick**, Teut. **Frölich**, **Froh**, Lætus, Hilaris, Alacer, Belg. **Uzolecken**, Teut. **Frolocken**, Lætitiâ Exultare, hoc *à* **Froh**, Lætus, & **Locken**, Allicere, q. d. ad omnem lætitiam se provocare; nisi, quod rectè monet Vir Rev. **Ick**, tum in nostro **Frolick**, tum in Belg. **Urolick**, sit tantùm terminatio qualitatem notans.

From, *ab* AS. Fpam, Fpa, Dan. **Fra**, A, Ab, Abs, Ex.

Frontier, *à* Fr. G. *Frontiere*, It. *Frontiera*, Limes, Confinium, utr. *à* Lat. *Frons*, q. d. *Frontaria*; ut enim Frons Capitis ita Limes Regionis Extima pars est.

Frontlet, *à* Lat. *Frontale* & *Frons*, Περιμετωπὶς, Περιμετωπίδιον, suspicor ex terminatione & flexu hujus vocis, olim fuisse Franco-Gallicam *Frontelet*, licèt jam forte prorsùs obsoleverit: successit tamen in usu hodierno vox cognata *Frontau*, quod olim *Frontel* scriptum fuit, cujus diminutivum est dictum *Frontelet*.

Frost, *ab* AS. Fpoꝛꝺ, Foꝛꝺ, Teut. & Dan. **Frost**, Fr. Th. **Urost**, Belg. **Uozst**, **Urost**, Pruina, Gelu, Teut. **Frostig**, Belg. **Uozstigh**, **Urostigh**, Gelidus, **Bevriesen**, Congelare, **Bevrozen**, Gelatus, v. **Freꝛe**.

Froth, *à* Dan. **Fraade**, Spuma, **Fraaer**, Spumo. *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Ἀφρὸς.

the **Frounce** *or* **Frowace**, vox ἰδιοσυγκρασίαν propria. Sic dicitur morbus Accipitrum, ubi sc. spumosæ & albidæ sordes accipitris os & palatum obsident *à* calidis fumis è stomacho halantibus ortæ, fort. *à* Fr. G. *Fronser*, Contrahere, Complicare, Corrugare, quia sc. hi vapores & sordes præ nimia caliditate exasperant & corrugant os & palatum, v. **Frown**.

Froward, *ab* AS. Fpampeaꝛꝺ, Aversus, Morosus, oppositum τῷ **Toward**, **Towardly** quæ *vide*, ut & **Aokwazd**.

Frown, *à* Fr. G. *Frongner*, Frontem contrahere, Caperare, vel *à Fronser*, Complicare, Corrugare, fort. priùs *à* Lat. *Frons*, q. d. *Frontare*, *Frontiare*. *Mer. Cas.* nostrum **Frown** deflectit *à* Gr. Ὀφρὺς, mirificè ut solet.

Fruit, *à* Fr. G. *Fruit*, *Fruict*, utr. *à* Lat. *Fructus*, q. d. *Fructier*, nobis *a* **Fruiterer**, Pomarius, Καρπώλης, q. d. *Fructuarius*, Fructuum Institor.

to **Frump**, Irridere, Illudere. *Minshew* deflectit *à* Teut. **Brum**, Curvus, vel *à* **Brumpelen**, nasum Crispare, Corrugare, ut Irridentes solent.

to **Fry**, *à* Fr. G. *Frire*, It. *Friggere*, *Frittare*, Belg. **Fryten**, omnia *à* Lat. *Frigere*, & hoc *à* Gr. φρύγειν.

a **Fry**, *à* Fr. G. *Fray*, Minuti Pisciculi, Sperma Piscium, hoc, ni fallor, *à* Dan. **Fraade**, Spuma: ut enim Physici perhibent, pisces mares Spumam tenuem pro semine emittunt, quæ ova feminarum quæcunque attingit fæcunda & prolifica efficit, v. **Froth**.

Fuck, Fr. G. *Foutre*, It. *Fotere*, *à* Lat. *Futuo*, & hoc *à* Gr. ϝυτέω, Planto. Mercurio autem simul & Veneri litavit qui flexit *à* Belg. **Foycken**, **Focken**, Trudere, Pulsare. Posset tamen simpliciùs & sine Tropo formari *à* Teut. **Fuchsen** idem signante, hoc *à* **Futz**, Belg. **Fotte**, Vulva, Cunnus, hinc It. *Potta*, vel *à* Cimbr. **Fad**, apud *Fr. Jun.* Vulva, hoc *à* Dan. eóque Goth. ant. **Foder**, Genero. Gigno, q. d. Genitorium, seu Officina Generandi. *Fr. Jun.* deflectit *à* Gr. βύσσω, quod *Hesychio* exponitur γυναικὸς αἰδοῖον. Possem &, si Græcus essem, deducere *à* Gr. ἐχέω præmisso Digamma Æolico. Doct. Th. H. Arm.

Fuddle, Pergræcari, credo *à* Lat. *Potus*, q. d. *Potulari*, nisi malis deflectere *à* nom. **Puddle**, q. d. Vini Puteo, Lacunâ seu Palude se immergere, & ingurgitare, vel *à* Fr. G. *Affoler*, Stultum facere, item Contundere, q. d. ingenium Vino frangere & Enervare, ut

ut nos dicimus *to* **Beſot** *ones ſelf with drink*, v. **Foot**. Vir Rev. ortum putat à noſtro **Full**, interpoſito **v**, hinc Scoti **Full**, & Teutones **Woll** pro Ebrio uſurpant.

Fugue, vox quæ mihi in ſolo Dict. Angl. occurrit, & eſt pura puta Fr. G. Exponitur quædam Harmonia ſeu Conſonantia Muſica, neſcio an à Lat. & Gr. Symphonia truncato, ſc. brevitatis gratiâ, capite.

Fulimart, vox quæ nuſquam niſi in libro *the Compleat Angler* dicto occurrit. Videtur animal è genere Muſtelarum ſeu Viverrarum, neſcio an ſic dictum, quaſi *Martes* Polonicus, v. **Martin** & **Pole-cat**.

Full, *ab* AS. Full, Fr. Th. **Vol**, Dan. **Fuld**, Belg. **Vol**, Teut. **Voll**, **Full**, Plenus, AS. Fyllan, Bepeolan, Fullfyllan. Teut. **Füllen**, Implere, AS. Fyll, Fulnerre, Teut. **Fülle**, Plenitudo, AS. Fullice, Plenè, Fullneh, Propè, Full-oft, Sæpe, Dan. **Fylde**, Impleo, **Stopper Fulde**, **Opfylder**, Refercio, **Punfuld**, Offa, *Fr. Jun.* deflectit à Gr. Βύλλω, *Heſychio* Βεβυσμένα à Βύω, Denſo, Oppleo. Alludunt & Ὀφύλλω, Augeo, Cumulo, φλέω, Plenus ſum, φλύω, Bullio, πολύς, Multus, πιλέω, Conſtipo, & ἰφιλέω ἰφιλῶ, Augeo.

Fuller, *Ælfrico*, Fullepe, Belg. **Voller**, Fullo. **Volders Aerde**, **Volaerde**, Terra Cimolia ſeu Fullonum, Fr. G. *Foullier*, It. *Follare*, Pannum calcare, Fr. G. *Foulon*, It. *Follone*, Panni Calcator; omnia à Lat. *Fullo*, & hoc à Gr. πιλέω, Conſtipo, Condenſo.

Fulſom, præ nimia dulcedine Ingratus, v. **Full**, quod ſc. ſtomachum Replet, (i. e.) Nauſeam offundit, vel q. d. **Foulſom** (i. e.) Sapore Fœdus, Turpis, Putris & ingratus, interdum enim de quovis ingrato vel ſapore vel odore dicitur, v. **Foul**.

Fumble, Ineptè Tractare ſeu rem Aggredi, parùm deflexo ſenſu à Dan. **Famler**, Contrecto (i. e.) ineptè Contrectare.

to **Fume**, apertè Stomachari, Fremere. *Minſhew* deflectit à Lat. *Fumare*. Mallem à Teut. **Faum**, Spuma, q. d. Spumam præ irâ ore emittere.

Fumets, vox quæ mihi in ſolo Dict. Angl. occurrit. Exponitur autem Stercus Leporum apud Venatores, credo à Lat. *Fimus*, & terminatione *dim.* et, q. d. parva Stercora.

a **Fummer**; Putorius Viverræ ſpecies; fort. à Lat. *Fumus*, quia tetrum Fumum ſeu Halitum (i. e.) Odorem toto corpore emittit. Vir Rev. contr. putat à dicto **Fulimart**, cuius ſententiæ prorſus aſſentior. *M. H. 88. Th. D. E. C.L.D.*

Fundament, à Fr. G. ant. *Fondement*; Anus, Sedes, Ἕδρα, ſic dicta quoniam Sedentibus ipſâ tanquam *Fundamento* totum corpus nititur.

Funeral, à Fr. G. *Funerailles*, Exequiæ, q. d. *Funeralia*, à Lat. *Funus*.

Funk, nobis Fumum Vaporem aut Odorem vehementem & moleſtum deſignat, aliquantùm deflexo ſenſu, à Dan. **Funche** Favilla, Teut. **Fonck** vel **Foncken**, Scintilla, q. d. nidor ſeu odor è lignis ſeu Carbonibus exhalans.

a **Funnel**, contractum à Lat. *Infundibulum*.

to **Furbiſh**, à Fr. G. *Fourbir*, It. *Forbire*, Detergere, Polire, Nitorem conciliare. Sunt qui à Lat. *Furvus* & *Fervor* deflectunt, v. *Minſhew*, ſed hæc violenta ſunt. Mallem igitur Fr. G. *Fourbir*, & It. *Forbire*, deducere à Teut. **Farb**, Color, q. d. Colorem inducere, vel ſaltem Colorem corrigere.

Forche, *croſs* **Forche**, vox Fæcialium, Fr. G. *Fourchée* vel *Fourchûe* (i. e.) Crux *Furcata*.

to **Furl**, à Fr. G. *Freſler*, Glomerare, Complicare, hoc fort. à Lat. *Preſſulus*, *Preſſus*, q. d. *Preſſulare*; velum enim dum Complicatur Preſſius (i. e.) anguſtius & in minori ſpatio jacet, quàm dum expanſum eſt.

Furlong, *ab* AS. Fuplanz, Fuplunz, Stadium, non à Fr. G. ſonte, q. d. *Fort long*, valdè Longus, ut vult *Minſhew*, ſed potiùs *ab* AS. Fuph, Sulcus, & per tranſlationem Ager Sulcatus & lanz, Longus, q. d. ager Longus vel, quod *Spelman* vult, à Sulci longitudine, v. **Furrow**.

Furmety, à Fr. G. *Fourmentée*, *Frumentée*, *Froumentée* vel *Frommentè*, Puls ex Frumento cocto, hoc à *Fourment*, *Froument*, Triticum, omnia à Lat. *Frumentum*, q. d. Jus Frumentatum. **Furmety** autem *Higginio* appellatur Farraceum.

Furniſh, à Fr. G. *Fournir*, It. *Fornire*, Ornare, Inſtruere, Adornare, Suppeditare, hinc Angl. **Furniture**, Fr. G. *Fourniture*, Apparatus. *Minſh.* nimis violenter à Gr. πρίζω, Suppedito deflectit, quod tamen pro Alluſione admittatur

tatur. Potest & eodem jure admitti ϕόρος, Tributum, & etiam meliori φόρτα, Dona Sponsalitia. Non absurdum etiam esset si nostrum **Furnish**, & Fr. G. *Fournir*, pro Suppeditare, deducerem *à* Belg. **Frone**, **Urone**, **Uroone**, Vectigal, Tributum, vel quatenus Ornare designat ab ant. Fr. Th. **Fron**, apud *Otfridum Froniſge*, Honorandus, Sacer.

Furole, vox quæ in solo dict. Angl. occurrit & est pura puta Franco-Gallica. Significat autem Meteoron seu Exhalationem igneam, quæ plerumque mari, præsertim ubi Tempestas ingruit, circa vela navium apparet, quæque si duplex sit, appellatur *Castor & Pollux*, & Salutem, sin unica *Helena* dicitur & Naufragium portendere creditur, nescio an *à* Fr. G. *Feu*, Ignis, & *Rouler*, Rotari, q.d. Ignis Gyrans, in orbem Volitans & Circumrotatus, v. **Rewl**.

Furr, à Fr. G. *Fourrer*, It. *Foderare*, *Inforrare*, Hisp. *Aforrar*, Teut. **Futtern**, Belg. **Voederen**, Pellibus Suffulcire, Pelle Subdititi Munire, omnia *ab* It. *Fodero*, *Fodro*, Fr. G. *Fourrure*, Teut. **Futter**, Pannus Subditicius, Pellis Subditicia, sed primariò saltem Teut. & It. **Futter** & *Fodro*, nec non Fr. G. *Furreau*, Theca, Vagina, nescio an hoc *à* Lat. *Fotus*, Fotura, quia tum Vagina & Theca quævis, tum præsertim Pelles seu Panni Subditicii rem Conditam fovent & ab externi aeris injuriis tuentur & conservant, hinc & **Furring**, vox Nautica, v. *Manwayring* in Dict. Naut.

Furrowes, *ab* AS. Fuph, Teut. **Furch**, Dan. **Fur**, Belg. **Voze**, **Voore**, Sulcus, Teut. **Furchen**, Belg. **Vozen**, Sulcare, Dan. **Foarer**, **Farer**, Sulco, omnia, ni fallor, *à* Lat. *Forare*, quid enim aliud est Sulcus quàm continuata terræ Perforatio & Excavatio?

Further, *ab* AS. Gepoꝺian, Fipꝺpian, Belg. **Voozderen**, Teut. **Befürdern**, Promovere, Belg. **Voozder**, Ultrà, AS. Fopꝺop, Fupꝺop, Ulterior, Fupꝺup, Fupꝺpe, Superior, Major, omnia *à* Teut. **Vozder**, **Vozderſt**, Prior, Anterior, & hoc *à* **Foze** & **Befoze**, ut dicimus *to put it* **Fozwards**, v. **Befoze**.

Further, v. **Farther**.

Furze, *ab* AS. Fyꝛꝛ, Genista Spinosa, hoc fort. *à* **Fire**, quia est planta propter ariditatem sibi propriam focis aptissima.

a **Full**, vox Fœcialium propria, immediatè, *à* Fr. G. *Fuſeau*, olim *Fuſel*, Fusus, *Minsevius* autem *à Fuſo* ἀμέσως deflectit, non adeò benè; interim tamen Fr. G. *Fuſeau à Fuſus* manifestè ortum ducit.

Fust, vox Architectonica, à Fr. G. *Fuſte*, Scapus Columnæ, hoc, ni fallor, *ab* It. *Buſto*, Truncus seu Reliquum corporis capite demto, à manifestâ Trunci similitudine, quâ ratione etiam nobis **Trunk** dicitur.

Fustian, *à* Fr. G. *Fuſtaine*, It. *Fuſtagno*, Hisp. *Fuſtan* idem signante. *Bochartus à Fuſtat* Ægypti civitate, unde olim advectum est, deflectit, *Martinius* deducit *à Fuſte*, quia sc. Lana illa Xylina in Fuste (i. e.) arbore crescit.

Fustian, vox fort. à viro aliquo Docto Græcæ Linguæ perito nostræ invecta. Significat autem Stylum affectatum, Grandiloquum, Ambitiosum, Καυ?ηλαν, à Gr. φυσάω, Inflatus, additâ term. nostrâ **tan**, ut in **Muſician**, **Phyſittan**, *à Muſicus*, *Phyſicus*, &c. Simpliciùs tamen & propiùs, eóque meliùs deflecti potest *ab* alt. **Fuſtan**, quod Gossypii filamentis latè protuberantibus quasi Turgescere videtur.

Fusty, à Fr. G. *Fuſté*, Fracidus, hoc *à* nom. *Fuſte*, Cadus, Dolium, q. d. Cadum Redolens, ut & nos dicimus, *it taſts of the Cask*, sed unde, dices, Fr. G. *Fuſte*, fort. *ab* AS. Faꝛt, Fæꝛt, Teut. **Feſt**, Firmus, q. d. Vas Firmum, seu validis Circulis Firmatum & munitum.

Futtocks, vox Nautica secundùm *Manwayring*, q. d. **Foot-hooks**, v. eundem in Dict. Naut.

Fuzelly, *à* Fr. G. *Fuſillé*, vox Fœcialium.

Fy, Belg. **Foy**, Fr. G. *Fi*, Interjectio Abominandi. *Menagius à* nom. *Fœdus* deflectit. Ego mallem cum *Minsevo* deducere *à* Lat. *Vah*, Gr. φεῦ.

Gabardine,

G.

Gabardine, *à* Fr. G. *Galleverdine*, *Gallverdine*, It. *Gavardina*, Cabarino, hæc *à* Fr. G. *Gaban*, It. *Gabanio*, *Gabanello*, *Gabano*, *Gabbano*, *Gabanella*, Tunica Paſtoritia craſſior ex panno coactili facta. Datur & Hiſp. *Gavan*, Penula, fort. omnia *à* Teut. **Gabe**, Donum & verbo *to* **Give**, quod *vide*, q. d. Penulæ ſeu veſtes quæ ſingulis annis à Dominis ſuis ſervis, pediſequis & clientibus dono dari ſolent, quas nos **Liveries** vocamus, v. **Liverp**, Fr. G. etiam *Gaban*, deflecti poteſt *à* Fr. G. *Cabane*, Hiſp. *Cabanna*, Caſa, Tugurium, q. d. Tunica Caſatica, ſeu Ruſtica.

to **Gabble**, *à* Fr. G. *Javioler*, Garrire, hoc *à* *Gay*, *Jay*, *Jayon*, Graculus, v. **Cajoll**, vel *à* *Cabbala*, q. d. *Cabbalare* (i. e.) abſurda & nihil ſignantia vocabula Deblaterare, qualia Magi, & qui ſe in Dæmonas imperium habere credi volunt, uſurpant, vel *à* Belg. **Gabelen**, Garrire, inſtar avium, vel **Gapen**, Hiare, Dehiſcere, vel, quod reliquis non minùs veriſimile eſt *à* F. G. *Habler*, Garrire, primariò ſimpliciter Loqui, hoc *ab* Hiſp. *Hablar*, utr. *à* Lat. *Fabulari*.

Gabel, *à* Fr. G. *Gabelle*, It. *Gabella*, Hiſp. *Alcavala*, Gabela, quod *Covarruv.* deflectit *ab* Hebr. *Gabal*, Limitare, vel *Gabloth*, Tributum. Mallem *ab* AS. Gaſel, *Spelmanno* item Gapol, Tributum, Vectigal, & hoc *ab* AS. Gipan, Dare, eodem modo quo It. *Dazio*, quod etiam Vectigal ſignificat, *à* *Dando* derivatur. *Menagius* deducit *à* nom. *Garbe*, *Garbelle*, Parvus Manipulus, qualis ex omni faſciculo pro Rege olim ſelectus eſt, v. *Menagium* & **Give**.

a **Gabion**, *à* Fr. G. *Gabion*, It. *Gabbione*, Corbis Terrâ oppletus, vox Caſtrenſis, *ab* It. *Gabbia*, quod *Menagius*, *à* *Cavea* deflectit; eſt enim magnis Caveis ſimilis.

Gable, Rudens, Funis, non multùm detorto ſenſu, à Teut. **Gabel**, Furca, hoc *à* *Gabalus*, voce labentis imperii; magna enim inter Patibulum & Funem cognatio eſt, v. Jul. *Capitol.* vitâ Opilii Macrini Aug. verum autem Etymon eſt *à* nom. **Cable**, quod *vide*.

a **Gable** *end of an houſe*, pro Summitate vel Frontiſpicio domûs *à* Teut. **Giebel**, **Gipffel**, Belg. **Gheevel**, AS. Gebel idem ſignante, ultimum tamen nuſquam invenio niſi apud *Minſevum* quem *vide*. fort. hæc omnia *ab* AS. Cop, Lat. *Caput*, Capitulum, Coppe, Apex.

Gad, *ab* AS. Gadd, Maſſa chalybis.

a **Gad-fly**, ni fallor, Tabanus, Aſſilus, Oeſtrum, q. d. **Goad-fly**, quia inſtar Stimuli, pungit, vel quia jumenta vagari cogit, v. **Gad** & **Goad**.

to **Gad**, *Minſheo* deflectit *à* Belg. **Gaen**, Ire, v. **Goe**, vel *à* Teut. ſeu potiùs Belg. ant. **Gaden**, Placere, vel **Garten**, Vivere, ex Stipe à Ruſticis extorta, ſed hoc poſtremum nuſquam occurrit, nec de ratione Etymi conſtat. Mallem igitur, licèt duriuſculum videatur, *à* Lat. *Vagari* deducere, vel potiùs à Muſca quæ **Gad**, vel **Gad-fly**, dicitur, q. d. Vagari inſtar Bovis oeſtro perciti. Nui malles quod ibi innui hoc ab illo deducere, v. **Gad-fly**.

a **Gage**, *or* **Gauge**, *à* Fr. G. *Gauge*, *Jauge*, Virga, Hygrometrica, ſecundùm *Minſevum* *à* Fr. G. *Ganchir*, in Gyrum vertere, Detorquere, quod ſanè valdè veriſimile eſt. Hoc autem ortum credo *ab* AS. Wealcan, Volvere, Revolvere, hoc *Quinus*, *ab* It. *Volgere*, mediatè *à* Lat. *Volvere*.

Gage, *à* Fr. G. *Gage*, It. *Gaggia*, Pignus, *Gaggiare*, Pignorare, omnia *à* Lat. *Vas*, *Vadis*, v. **Engage**.

Gagg, Epiſtomium *Minſheo* deflectit *à* Belg. **Gagbel**, Palatum, quem vide, vel *ab* AS. Geazl, Mandibula, quia mandibulis interponitur, eâſque diſtendit. A S. autem Geazl, alludit Gr. γαγγρών.

Gain, *à* Fr. G. *Gaigner*, Hiſp. *Ganar*, It. *Guadagnare*, Lucrari, Acquirere, Fr. G. *Gain*, It. *Guadagno*, Lucrum, omnia, ſecundùm *Menagium*, *à* Teut. **Gewin**,

win, Lucrum, **Gewinnen**, Lucrari, Lucrifacere. Mallem *à* Dan. eóque Goth. vet. **Geffnet**, Proficio. *Minſevus* violentiſſimè, ut ſolet, *à* Lat. *Acquirere*, detorquet.

Gainſay, *ab* AS. Gean-Secgan, Contradicere, v. **Gay**, & **Againſt**.

a **Gale** *of wind*, Ventus Incitatior, neſcio an *à* Teut. **Gähling**, **Gehling**, Subitus, Repentinus, q. d. Ventus ex improviſo & derepente ingruens, vel fort. non incommodè deflecti poſſit *à* C. Br. *Awel*, Ventus, Aura, Flatus, rejecto ſc. initiali *A* & *w* in *G*, *e* in *a* tranſeuntibus; Armenii etiam *Daviſio* teſte ventum Haulé appellant.

to **Gall**, Fodicare, Atterere, Excoriare, *à* F. G. *Galler*, Scabere, Prurire. Alludit Gr. σκύλλω, Vexo.

Gall, *ab* AS. Gealla, Dan. Galde, Teut. Gall, Belg. Gal, Galle, Fel, Fr. Th. mit Gallun, cum Felle. *Fr. Jun.* deflectit *à* Gr. χολὴ. Occurrit & apud *Ælfricum* Eorð-Gealle, quod exponitur Centaurium minus, quod & ſæculis inferioribus Latinè Fel Terræ ab Amaritudine denominatum eſt.

Gallant, *à* Fr. G. *Gallant*, It. *Galante*, Pulcher, Magnificus, Nobilis, ſecundariò etiam, non multùm detorto ſenſu, Splendidè Veſtitus, *ab* Hiſp. *Galano*, Veſtido *a la Gala* idem ſignante, quo etiam ſenſu interdum & It. *Galante*, uſurpatur. *Menagius* deflectit *ab* ant. Fr. G. *Gale*, Gaudium. Quid ſi hoc *Gale*, contractum ſit *à* Lat. *Gaudiolum?* Andreas *du Cheſne* deducit *à* Lat. *Gallari*, (i. e.) inſtar Gallorum Cybeles ſacerdotum Bacchari, ſed hoc nimis violentum eſt. Mihi ferè perſuaſum eſt hæc omnia ortum ducere *à* Teut. **Glantz**, Splendor, Nitor, Fulgor: Si tamen Græcus eſſem, jurarem natales debere Gr. Καλὸς, & verb. Καλῶν (i. e.) Καλλωπίζεσθαι ſeu Αὐχῶν ἐπὶ τῷ Κάλλει. Alludit & Ἀγάλλω, Orno, Inſignio, & Ἀγαλλιάω, Exulto. *Minſhew* Hiſp. *Galano* declinat *à* γαληνὸς Serenus, Lucidus. Nec ſanè prorſus abſurdum eſſet, ſi Etymon peterem *à Gente* Gallorum, qui & nunc, & ab omnibus retrò ſæculis, præ aliis ſplendidum veſtitum affectabant, ut etiam olim obſervavit Ammianus Marcellinus, v. *Menagium* & *Minſhew*.

Gallery, *à* Fr. G. *Gallerie*, It. *Galleria*, Xyſtum, Pergula, Higginio Podium, Projectura, vel à forma *Galeræ* ſeu Myoparonis, vel q. d. *Allerie*, hoc eſt Ambulacrum, *à* Fr. G. *Aller*, Ire, Ambulare, v. **Gally**.

the **Galliard**, It. *Gagliarda*, Saltationis ſeu Tripudii modulatî nomen, *à* Fr. G. *Gaillard*, It. *Gagliardo*, Alacer, Fortis, Vividus, q. d. Tripudium forte, Alacre, vel Hilare. Sed, unde, dices, hoc Fr. G. *Gaillard? Cæſar Scal.* & *Voſſius*, deflectunt ab Ardore & Alacritate Gallicæ genti, præ aliis omnibus Europæ, inſita, ſc. *à* nom. *Gallus* ſeu *Gallicus*, & Germ. **Art** vel **Aerd**, Natura, Indoles, Ingenium, q. d. *Gallicissans*, γαλατίζων, ſeu γαλατικὸς, v. *Menagium* voce *Galand*, Scal. Exerc. 325. & Voſſ. de vitiis ſermonis lib. 2. cap. 8.

Galligaskins, *or wide Hoſe or Slops*, q. d. *Caligæ Gallo-vaſconicæ*, ſic dictæ quia Vaſcones iſtiuſmodi caligis utuntur.

Gallimawfrey, *à* Fr. G. *Galimaffrée*, *Gallimaffrée*, *Galimatias*, Minutal carnium variarum apud *Dhuez*, in Dict. Gallo Teutonico. *Minſevus* dictum putat vel vel à conciſis ſimul inteſtinis & viſceribus animalium, cibo ſervorum Remigum (i. e.) **Gally** *Slaves meat*, vel quod veteres Galli cibis minutatim conciſis delectabantur, v. *Minſhew*. Datur & Fr. G. *Galiffre*, Helluo, hoc q. d. Lat. *Guliſer*, (i. e.) Gulo. Noſtro **Gallimawfrey**, ſed magis Fr. G. *Galimatias*, alludit Gr. Κόλον ſeu Κώλον μανία (i. e.) Lautitiæ ex inteſtinis confectæ.

Gallon, Congius. Vix mihi poſſum perſuadere à Gallis deflecti, q. d. *Congius Gallicus*, vel Menſura Gallica. Alludit Gr. γαυλὸς, Mulctrum, Mulctrale, alius fortaſſe Etymon ſtatueret. Quid autem ſi *à* Lat. *Gulo* flecterem, q. d. Vas Guloſum (i. e.) Amplum & multum vini continens. *Spelmannus* invenit in Gloſſis *Gello* & *Gillo*, pro Menſura quadam, hoc fortean *à* Gr. χοῦς quod Poculi genus exponitur, & certè ab hoc *Gello*, Etymon petere admodùm proclive eſt, v. **Gill**.

Galloon-lace, *à* Fr. G. *Galon*, idem ſignante, hoc fort. q. d. Fimbria Gallica, niſi malis deflectere *ab* It. & Hiſp. *Gala*, Veſtis Nitida, Ornata & Speciosa, non tamen magni ſumtûs.

Gallop, *à* Fr. G. *Galopper*, *Gallopper*, It. *Galloppare*, concitatiùs & celeriùs Equitare, ſecundùm *Salmaſium à* Gr. Κάλπη, Curſus Equi, Καλπὸς, Καλπάζειν, Currere, *Menagio* autem Καλπὶς Succuſſare ſignificat. Occurrit & Καλπάζειν, Equum

quum ad ingressum exultantem urgere. Alludit & Κολάπτω, Tundo, Percutio, v. *Menagium* & *Vossium* de vitiis sermonis.

Galloshoes, Crepidæ Ligneæ, à Fr. G. *Gallochet*, *Galoche*, Hisp. & It. *Galocha*, Calceus altior Rusticus. *Menagius* à *Gallicis* veterum *Soleis*, voce etiam apud Ciceronem repertâ, deflectit, quem *vide*. Nimis Criticus essem si hybridam vocem statuerem à Gr. Κάλον, Lignum & **Shoes**,

Gallowes, *ab* AS. Galg, Gual, *Ælfrico* Galga, Belg. **Galghe**, Dan. **Galle**, Teut. **Galg**, **Galgen**, Patibulum, AS. Gaflas, Furcæ, Teut. **Gabel**, Furca, Varroni *Gabalus* Crucem notat, quæ vox etiam occurrit apud Jul. Capitol. vitâ Opilii Macrini Aug. sed ibi Furciferum (i.e.) hominem Cruce dignum denotat.

Galley, à Fr. G. *Galée*, *Galère*, It. *Galéa*, Hisp. *Galéra*, Myoparon, Triremis, hinc Fr. G. *Galeace*, It. *Galeazza*, Fr. G. *Gallion*, It. *Galeone*, Fr. G. *Galiot*. Inferiorum sæculorum Græci, ut in Etymolog. magno videmus, γαλέαν ἔλεγον τὴν πλοῖον λατρικὸν appellabant. *Minsæus* dici vult tanquam navem *Galeatam*, quia *Galeatis* militibus, sc. Turcis & Mauris Saracenisque Piratis ab initio hæ naves instruebantur, v. *Voss.* de Vit. Serm. & *Menagium*. Invenitur apud Festum & *Hesychium* γαῦλος quod, inter alia Navigium, præsertim Phœnicium, exponitur. *Covarruvias* deducit *ab* Arab. *Gelia*, *Chargeable to maintain*, Sumtuosus, confer *Salmasium* Not. Plin. in Sol. pag. 571, & 572.

Gallipot, à Belg. **Gleye**, Terra Figulina scintillans & **Pot**, unde fort. *to Glaze apipe*, & *Glasum* ant. Germ. pro Succino, v. **Glass**.

Gally-worm, Sic *Muffeto* dicitur Vermis qui Lat. & Gr. *Julus* appellatur à Lanuginosa hirsutie, ἶουλος enim Lanuginem significat; & est sanè *Muffetus* author dignus cui à tota republica Literaria privilegium voces cudendi concedatur, qui ideò fortasse ita ipsum denominat quia oblongâ figurâ Myoparonem refert.

Gambades, vel **Gambadoes**, Perones, Medicis, præsertim Londini agentibus, usitati, *ab* It. *Gamba*, Fr. G. *Jambe*, Tibia, Crus, quia Tibias operiunt. Alludit Gr. Ἐμβάδες, Cothurni. Occurrit & apud Jul. Capitol. in vita Maximini junioris Cæsaris, item apud Treb. Poll. in vita Gallieni Aug. & Filii cognominis Cæsaris, *Campagus*, seu *Campacus* pro Calceo, ni fallor, ut etiam vox ipsa notare videtur, Campestri.

Gambolles, à Fr. G. *Gambade*, It. *Gambaruole*, *Sgambettare*, Gesticulationes Festivæ, *ab* It. *Gamba*, Fr. G. *Jambe*, Crus, Tibia, q. d. Crurum seu Pedum Jactatio, vel à nom. **Game**, sed prius præfero.

Games, *ab* AS. Gamian, Gæmian, Jocari, Ludere, Gaming, Lusio. *Minshew* deflectit à Gr. γάμος Nuptiæ; quia Lusus nuptiarum tempore maximè invalescunt, vel quia γίμος, quod Græci recentiores pro Coitu usurpant, Lusuum præcipuus sit.

a **Gammon**, Petaso, à Fr. G. *Jambon*, Hisp. *Jamon*, It. *Gambone*, Perna, hæc a Fr. G. *Jambe*, It. *Gamba*, Crus, Tibia, *Gambone*, q. d. magna Tibia, omnia *ab* AS. Ham, Belg. & Teut. **Hamm**, Poples. *Menagius* à Gr. Καμπὴ, deflectit, v. **Hamm**.

Gammot, Scala Musica, à Fr. G. *Game*, It. *Gamma*, idem signante, utr. ni fallor, Arab. originis, nisi præ affectu in linguam Græcam malles deducere à Gr. Καμπὴ, q. d. Καμπαὶ τῆς φωνῆς (i. e.) vocis Flexiones vel à Κόμπος, Sonitus, Strepitus.

Gammot, Authori Dict. Angl. & *Goldmanno* apud quos solos occurrit exponitur Culter Inciforius, fort. à Belg. **Kampen**, Teut. **Kamptten**, Pugnare, q. d. Instrumentum pugnandi, Arma.

to **Ganch**, à Fr. G. *Gancher*, in Sudes acutas Præcipitem dare, It. *Ganciare*, apicem ligni Acuminare, lignum Adigere, Hisp. *Gancho*, It. *Gancio*, Uncus, Uncinus, hoc, ni fallor, à Lat. *Uncus*. Alludit & Gr. Ἄγκυρα, Spina, item Κυρτὸς, Anguslus.

a **Gander**, *ab* AS. Ganspa, Belg. **Gans**, Teut. **Ganserd**, **Ganss**, Hisp. *Ganso*, It. *Ganza*, Anser, q. d. *Ganser*, hoc manifestè à Lat. *Anser*, *Mer Cas.* nostrum **Gander**, deflectit à Gr. χὴν, χανὸς.

a **Gane**, *fish*, vox quæ apud Higginium solum occurrit, & exponitur Acus seu Aculeatus piscis Gr. Βελόνη, fort. à verbo Ganian, Oscitare, Hiare, q. d. piscis *Hians*, v. **Gnacot** *fish*.

a **Gamett**, *Ridere*, nescio an benè, Penelope avis, credo à Fr. G. *Canet*,

Anaticula seu Anas Sylvestris, hoc diminutivum ꝺ᷑ *Cane*, Anas; *Cane* autem non dubito quin ab *Anas* corruptum sit.

to **Gang**, à Belg. **Gangen**, hoc *ab* AS. Gan, Belg. Gaen, Ire, v. Goe.

a **Gang**, ut ubi dicimus, *he is of that* **Gang**, Sodalitium, Tribus, ϕρατρία, *ab* AS. Ganꝫe, Ambulatio, Semita & translatè Cœtus hominum, qui semper simul, & eâdem viâ incedunt.

Gangrel, *a long* **Gangrel**, *Higginio*, apud quem solum occurrit, exponitur Longurio (i. e.) ineptè Longus ad modum Longurii, nescio an *ab* AS. Ganꝫepe, Verbali verbi Ganꝫan, Ire, Ambulare, & Ellen, Vis, Robur, q. d. Strenuus & Fortis Ambulator, qui sc. propter insignem præ aliis crurum longitudinem ambulando multum spatii brevi emetitur.

Gang-week, Ambarvalia, Robigalia, à verbo *to* **Gang**, q. d. Septimana Ambulatoria seu Peripatetica; quia sc. tunc temporis termini cujusque Paroeciæ ambulando lustrantur.

Gantlet, à Fr. G. *Gantelet*, Chirotheca Ferrea, utr. à Fr. G. *Gant*, Hisp. *Guante*, It. *Guanto*, Chirotheca, simpliciter omnia, ni fallor, à Gotho-Suecio **Want** idem signante, & hoc ni fallor, *ab* AS. fort. & Goth. ant. Windan, Torquere, Contorquere, Volvere, quia olim, algidissimis illis regionibus, manus, pro Chirotheca pannis crassioribus seu pellibus animalium ad frigus arcendum obvolvere solebant.

Gantlope, Supplicium Militare, Author Dict. Angl. dictum putat à *Gandavo* urbe inclyta Flandriæ, quæ Fr. G. *Gant* dicitur, & Belg. **Leop**, Cursus, **Loopen**, Currere, quia sc. illud Supplicium primo Gandavi inventum est.

Gaol, *Adr. Jun.* Arca Robustea, Robur, à Belg. **Ovioole**, C. Br. *Géol*, Fr. G. *Geole*, *Jaule*, *Gaiole*, *Gayole*, Carcer, *Jolier*, *Geolier*, Carceris custos, It. *Gaiola*, Cavea ovium, omnia à Lat. *Caveola*. *Fr. Jun* deflectit à Gr. Κοῖλον, quod profundiorem recessum Subterraneum signat. Datur & Hisp. *Jaula*, *Xaula*, Cavea avium, item secundario Carcer, ut & nos *a* **Cage**, pro Carcere usurpamus.

to **Gape**, Oscitare, Hiare, Dehiscere, *ab* AS. Geapan, Pandere, Belg. **Gapen**, Hiare, Teut. **ſich Vergaffen Gaffen**, Hiare seu Hiatare, Hiante ore Otiosum stare, Dan. **Gaber**, Dehisco, Belg. vet. **Gipondi**, Patens. *Somner* autem AS. Gapan, in *Gl. Lipsi.* videtur deflectere *ab* AS. Geopnian, Aperire. *Minshew* nostrum **Gape**, à Gr. χάσκω, Spirare, cum Lazio deducit, sed verbum nusquam invenio. Alludit & Ἄγδω, cum Stupore Demiror, Stupeo.

Gap, v. **Gape**.

Garb, à Fr. G. *Garbe*, It. *Garbo*, Gratia, Decor, Gestus, hoc, ni fallor, *ab* AS. Geappe, Paratus, Geappian, Belg. **Gaerwen**, **Gerwen**, Præparare, Adornare, Instruere.

Garb, vox Fœcialium, à Fr. G. *Gerbe*, Teut. Garbe, Fasciculus Segetum, Merges. Alludit Gr. Καρπὸς. Mallem tamen deflectere à Lat. *Carpere*.

Garbage, *Minshew* deflectit à verbo *to* **Garble**, Purgare; quia intestinis exemtis corpus quasi purgatur & mundatur. Mallem à **Garb**, Fasciculus, quia intestina in abdomine instar Fascis convoluta & colligata videntur, v. **Garb**; vel *ab* AS. Geappian, Præparare, Apparare, q. d. Ventris seu Abdominis Apparatus seu Suppellex (i. e.) omnia ejus contenta.

Garble, *to* **Garble** *spices*, Fr. G. *Grabeller*, It. *Garbellare*, Aromata Excribrare, Fr. G. *Grabeau*, Excribratio Aromatum. *Minsevus ab* It. *Garbo*, Nitor, Mundities, deflectit; quia sc. hâc Excribratione mundantur & quasi purgantur Aromata, sed nimis violentum est. Mallem igitur deducere à Lat. *Cribellare*, *Cribellum*.

Garboil, à Fr. G. *Garboüil*, It. *Garbaglio*, Tumultus, Horrendus Strepitus, hæc *Minsevus* deducit *ab* It. *Garbo*, *Garbino*, seu Africo, vento valdè Procelloso, Doct. *Th. H.* longè ingeniosiùs à Fr. G. *Grand Bouille*. Potest & non incommodè declinari à Teut. Gar, Prorsus, Omninò, & Fr. G. *Bouillir*, Bullire, Ebullire; nec enim mirum est in lingua, quæ tota ferè ex Latina & Teutonica ant. mixtis coaluit, voces hybridas ex utraque lingua ortas pullulâsse.

the **Garboord**, vox Nautica, q. d. *the* **Gardboord** (i. e.) Asser Muniens, v. **Gard** & **Boord**, v. & *Manwayring* in Dict. Naut.

Gard, à Fr. G. *Gard*, It. *Guardia*, Custos, Custodia, Fr. G. *Garder*, It. *Guardare*, Custodire, Fr. G. *Gardien*, It. *Guardiano*, Custos, v. **Ward**.

Gardant, vox Fœcialium, à Fr. G. *Gardant*,

dant participio verb. *Garder*, Inspicere, Observare.

Garden, Hortus, Pomarium, à Belg. **Gaerde**, Saero, C.Br. *Gardd*, Fr. G. *Gardin*, It. *Gardino*, Teut. **Garte**, **Gurten**, Hortus, **Gärtner**, Hortulanus, vel à verbo **Ward**, Fr. G. *Guarder*, quod *vide*, q. d. locus Custoditus & Circumseptus, vel à nom. **Yard**, AS. Geapd, Dan. **Gaard**, Area; Ejusdem familiæ est Fr. Th. **Garden**, **Garde**, **Gard**, **Gardo**, **Garto**, Hortus; **Garde** autem, inquit *Fr. Jun.* primariò Munitionem hortum claudentem signat. Alludit Gr. Ἄρδειν, Irrigare. v. **Gard** & **Ward**.

Gardian, v. **Warden**.

Gargle, à Teut. **Gurgel**, Fr. G. *Gargouille*, Guttur, *Gargouiller*, It. *Gargogliare*, *Gargarizare*, omnia à Lat. *Gurges*, q. d. *Gurgulus*, *Gurgulare*, *Gurgulio*, *Gurgulionare*. Datur & Hisp. *Gargola*, quod est Statua animalis ore aquam projicientis, qualis sæpe in Nobilium hortis visitur.

Garish, Magnificè, Splendidè & ad Pompam vestitus, nescio an *ab* AS. Geappian, Præparare, Apparare (i.e.) cujus vestes operoso & sumtuoso Apparatu constabant.

Garland, à Fr. G. *Garlande*, *Ghirlande*, *Guirlande*, It. *Ghirlanda*, Corona, Sertum, credo à *Gyrando* (i. e.) Circumdando caput, vel à *Corolla*, q. d. *Corollana* per Epenthesin τῦ *d* in ultima.

Garlick, *ab* AS. Gaplec, Gapleac, Geapleac, Allium. *Minshew* deflectit à **Garden** & **Leek**, q. d. Porrum Hortense. Mallem *ab* AS. Gap, Jaculum, Lancea, & Leac, q. d. Porrum, *Jaculiforme* vel *Lanceiforme*, à foliis Lanceatum instar assurgentibus, *vide* **Leek**.

Garment, Vestis, q. d. **Garnishment**, Fr. G. *Guarniment*, Ornamentum, *vide* **Garnish**.

Garner, à Fr. G. *Grenier*, It. *Granaro*, *Granaio*, omnia à Lat. *Granarium*, & *Granum*, q. d. Granorum Repositorium.

Garnet, vox Nautica. Est autem Rudens seu Machina è rudentibus quâ dolia, & alia bona non nimis gravia, exceptis machinis bellicis, in navem attollunt, fort à Fr. G. *Garnir*, Instruere, Supplere, Implere, vel potius, q. d. **Cranet** (i.e.) parvus Grus; **Crane** autem est Machina Elevatoria, v. **Crane**.

Garnet, *or* **Granat** *stone*, Hisp. *Granate*; It. *Granata*, Lat. Barb. *Granatus*, Rubinorum, seu, ut cum Romanis antiquis loquar, Carbunculorum seu Anthracum species, sic dicta *à colore Rubro* instar granorum mali Punici.

Garnish, à Fr. G. *Garnir*, It. *Guarnire*, Adornare, Instruere, hæc fort. *ab* AS. Geappe, Geapo, Paratus, Geappian, Præparare. Non absurdum etiam esset nostrum **Garnish** deducere à voce Architectonica **Cornish**, Coronis; Coronis enim totius Columnæ vel fabricæ est ornamentum, v. **Cornish**.

to **Garr**, *for to* **Make**, vox Sepentrionali Angliæ usitatissima, proculdubiò, à Dan. **Giør**, Facio.

a **Garret**, ὑπερῶον, Ἀνάβασις, suprema domûs Contignatio, parùm deflexo sensu à Fr. G. *Garite*, Propugnaculi Turris, Perfugium, hoc à Teut. **Währen**, **Wehren**, Defendere, v. **Ward** & **Beware**. *Minshew* deflectit à Gr. Κάρη, Caput.

Henbane, *à* Fr. G. **Hanebane**, Hyoscyamus, sic dictus fortasse quòd Gallinaceo generi venenum aut est, aut olim habebatur. Occurrit & apud *Ælfricum* Henne-belle, quòd barbarè, pro more Authoris, exponitur Symphoniaca. Dicitur autem, ut optimè monet, Doct. *Th. H. la mort aux oyes* (i.e.) Anserum venenum, qui ὑοσκύαμος, ut solet, dictum autumat quasi **Hen-bean**, non quasi **Henbane** (i.e.) Faba Gallinarum, loculi enim seminum seu siliquæ Fabis aliquantùm similes sunt, & herba ipsa Gr. Hyoscyamus, Teut. **Saw-bohnen**, utrobiq; Fabæ nomine appellatur.

Hence, *ab* AS. Heonan, Heonon, Hinc Heononforo, Abhinc, Deinceps, Teut. **Hin**, hoc *à* Lat. *Hinc*.

a **Henchman**, idem quod *Page*, Ephebus, *Cowell* deflectit à Teut. **Heinsman**, Domesticus, sed ea vox nusquam occurrit. Mallem igitur deducere *ab* AS. Hine, Famulus, & Man, q.d. **Hineman**, vel **Hinesman**. *Spelman* declinat *ab* AS. Hengst, Equus, & **Man**, q. d. **Hengst-man** (i.e.) Eques vel Equi Curator, ἱππεύς.

Hepper, vel Heplr, Dexter, Agilis, vox agro Linc. usitata, fort. *ab* AS. Hæplic, Compar, vel potiùs Belg. **Hebbelijk**, Habilis, Decens, Aptus, vel q. d. **Helplr** (i. e.) **Helpful**.

Herald, *à* Fr. G. *Herault*, *Heraut*, It *Araldo*, Hisp. *Heraldo*, Teut. **Herold**, Facilialis, Κήρυξ, secundùm *Verstig. ab* AS. Here, Teut. **Heer**, Exercitus, & **Held**, Heros, Athleta, vel ex hybrida voce Gallo-Teut. **Herr-hant** (i.e.) Dominus Excelsus, vel ex Belg. **Heer-Alt** (i.e.) Senator seu Senior Exercitûs, vel ab AS. Here, Exercitus, vel Teut. **Herr**, Dominus, & **Held**, hoc est Domino vel Exercitui obligatus (i.e.) Fidelis, vel ex Here, Exercitus, & **Ald**, Servus, vel, secundùm *Minsevum*, *ab* **Herbolden**, Sistere ; sistunt enim Bellum ne ulterius pergat.

Herbal, It. *Herbale*, Liber Botanicus, Botonographia, à Lat. *Herba*, q. d. Herbale, hinc *à* **Herbarist**, It. *Herbalista*, Botanices peritus.

Heretofore, *à* Teut. **Zuvor**, Priùs, **her Zuvor**, Anteá.

Heritage, *à* Fr. G. *Heritage*, It. *Hereditaggio*, *Hereditanza*, Hæreditas, Fr. G. *Hiertier*, Hæres, omnia satis manifestè *à* Lat. *Heres*, *Hereditas*, *v.* **Inherit**.

Hermit, *à* Fr. G. *Hermite*, *Ermite*, It. *Heremita*, *Hermita*, Lat. *Ermita*, Gr. Ἐρημίτης.

(i. e.)

(i. e.) Eremicola, Eremi incola, à Gr. Ἔρημος, Desertus. Hinc *an* **Hermitage**, à Fr. G. *Hermitage*, *Ermitage*, Eremitæ, Anachoretæ seu Monachi Eremicolæ Cella.

Heron, à Fr. G. *Hairon*, *Heron*, It. *Hièrone*, *Aërone*, *Airone*, *Aghirone*, *Agirone*, Hisp. *Ayrone*, Dan. **Heire**, Ardea, vel à Lat. *Ardea*, vel *ab Aere*, quia Altum volat, vel potiùs à Teut. **Eyer**, Ova, *v. an* **Aeyp**, *Mer. Cas.* deflectit, à Gr. Ὄρνις.

Herricane, vox Nautis, præsertim qui Americæ seu novi orbis maria frequentant, nimis nota, Est autem Turbo, Procella, τύφων, Ventus Impetuosus, *ab* Hisp. *Huracan*, *Uracan*, Turbo, Tempestas, *v.* **Harry**. *Uracan*, autem descendit à verbo, *Uracar*, Perforare, *Uraca*, Foramen, hoc q. d. Foraca seu Forata à Forando, vel *a* Teut. **Brechen**, Frangere, Perrumpere.

Herring, *ab* AS. Hæpinz, Belg. **Herinck**, **Harinck**, **Haerinck**, Fr. G. *Hareng*, Teut. **Häring**, Halec, AS. Hepinc, ταρίχος, **Hering**, Sardina, quibusdam Leucomænis seu Smaris piscis *a* **Rondelet**. Thrissarum generi accensetur.

Hest, **Behest**, *ab* AS. Hæse, Mandatum Præceptum, Fr. Th. **Heizan**, Belg. **Heten**, Teut. **Heissen**, Jubere. *Fr. sun.* Fr. Th. **Heizan**, satis violenter deflectit à Gr. Ἀείδω.

Hetherward, *v.* **Hither** & **Ward**.

Heurts, vox Fœcialium, à Fr. G. *Heurtes*, Globuli Cærulei. *Gwillim* putat hos Globulos esse fructum vitis Idææ Lat. Vaccinia, nobis **Hurtle-berries**, **Whortle-berries**, vel **Bilberries**, dictum.

Hew, vel **Hue**, *ab* AS. Hiepe, Hepe, Hipe, Hype, Species, Color, Hipan, Formare.

to **Hew**, *ab* AS. Heapian, Aheapian, Dolare, Findere, Heapen, Aheapen, Beheapen, Hepen, Abscissus, Hapabe, Fissus, Heapan, Confringere, Belg. **Houwen**, **Hauwen**, Teut. **Hawen**, Scindere, Dissecare, cognata sunt & Dan. **Affhugger**, Decido, Excido, **Hugger**, Trunco.

Hey day, Interjectio admirandi q. d. **High day**, Oh Festum diem (i. e.) Lætum & Felicem!

a **Hey net**, *Comenio*, Indago, Plagæ seu Retia venatorum, *ab* AS. Hezze, Hezge, Sepes, Hezian, Sepire, q. d. Rete quod omnes vias sepit, claudit & intercipit.

Hickock, vel **Hicket**, *ab* AS. Geoxa, Dan. **Hicken**, Belg. **Hick**, **Hickse**, Teut. **Hitzig**, C. Br. *Ig*, Fr. G. *Hoquet*, *Hocquet*, Hisp. *Hipo*, Singultus, AS. Siceccan, Belg. **Hicken**, **Hichsen**, Teut. **Hixen**, **Hoetschen**, C. Br. *Igian*, Fr. G. *Hocqueter*, Singultire, omnia à sono ficta.

Hickwall, *or* **Hickway**, *Ridero*, Vireo, Lynx, Picus Martius, Picumnus, Picus avis, *ab* AS. Hicxan, Moliri, Niti, Perscrutari, quia sc. rostro magnâ vi impacto arbores & parietes pertundit.

to **Hide**, *ab* AS. Hýban, Celare, Abscondere, Behýb, Absconditus, Belg. **Hoeden**, **Hueden**, Teut. **Hüten**, Custodire, *Minsheu* deflectit *ab a* Priv. & Ἔιδω, Video; Eodem jure & certè majori Etymi ratione possem deducere, à Gr. Κεύθω, Abscondo.

Hide, *ab* AS. Hýde, Hýð, Belg. **Heude**, **Houde**, **Huyd**, Dan. **Hud**, Teut. **Haut**, Pellis, Cutis, Corium, Dan. **Hiude**, Membrana, AS. Behýban, Excoriare, fortean à verbo *to* **Hide** AS. Hýban, quia corpus tegit, vel à Teut. **Hüten**, Custodire, quia corpus Custodit & munit. Non absurdum etiam esset saltem, Dan. **Hud**, deducere à Lat. *Cutis*.

Hideous, à Fr. G. *Hideux*, Terribilis, Horribilis, Si Græcus essem deflecterem *ab* ΕΙΔΩ, Ἔιδω, Ἔιδωλον, (i. e.) Simulo, εἴδω, Mallem tamen, utpote Anglus, deducere *ab* AS. Hedan, Cavere, vel Hýdean, Abscondere, q. d. quod quis omni arte vitare, imò etiam ab eo Abscondere se, debeat.

High, *ab* AS. Heah, Dan. **Høy**, Belg. **Hoo**, **Hoog**, Teut. **Hoch**, Altus, AS. Hiepe, Hyhre, Hýrra, Teut. **Höhest**, **Höchst**, **Höchste**, Dan. **Høyeste**, Altissimus, AS. Heahtide, Teut. **Hochzeit**, Dan. **Høytid**, Dies Festus, Nuptiæ, q. d. *a* **High** *time*, Belg. **Hooch Gheboren**, Teut. **Hoch-geboren**, Nobili genere ortus. Consonat etiam Fr. G. *Haut*, olim *Hault*, sed non est, ut cætera, Germanicæ originis, manifestè enim à Lat. *Altus*, addito spiritu, ortum ducit.

Hight, *ab* AS. Haten, Gehaten, Vocatus, hoc à verbo Hatan, Dicere, Jubere, Teut. **Heissen**, Nominari, Cluêre, **wie Heisset er**, quod ei nomen? Fr. Th. **Scal er Heizan**, Vocabitur, item **Heizen**, Vocari, **Heitzen**, Vocare.

Hill, *ab* AS. Hill, Fr. Th. **Houele**, Belg. **Hille**, **Hil**, Teut. **Hügel**, Collis, Tumulus. **Hill** autem videtur contractum *ab* hac voce Teut. **Hügel**, vel,

ut pronunciant, **Higel**, vel **Highel**, & hoc commodè flectitur *ab* **High**, Altus, q. d. terra Elatior. *Fr. Jun.* deducit *à* Gr. Κολωνὸς.

Hillock, Tumulus Diminutivum *à* **Hill**, quod *vide*, ut **Ballock** & **Bullock**.

Hilt, *ab* AS. Helt, Belg. **Hille**, **Holte**, **Hilte**, **Hielte**, It. *Elsa*, *Elza*, Capulus, fort. q. d. *the* **Hold**, Ansa, v. **Hold**.

Him, *ab* AS. Him, Hine, quæ duæ voces in Cap. 4. Matth. vers. 8. & passim per totum novum Testamentum occurrunt; licèt, quod sanè impendio miror, à *Somnero* omissæ, Teut. **Ihm**, Ipse, Ipsum, Fr. Th. **Gabun Imo**, dederunt ei, *under* **Him**, Sub Illo, Cyprij ἰν, pro Ipsum, Ipsam ut Poetæ μιν usurpârunt.

Hind, *ab* AS. Hinde, apud *Ælfricum*, Dan. etiam **Hind**, Belg. **Hinde**, Teut. **Hinde**, Cerva, AS. Hinds-cealf, Hinnulus, omnia *à* Lat. *Hinnus*, hoc *à* Gr. ἵννος, ἵνις, Pullus Equinus, Pullus Mulus.

Hind, Servus *ab* AS. Hine, Famulus, Servus, Hineman, Agricola, Colonus, Villicus.

Hind-berryes, *ab* AS. Hinds-Berian, Teut. **Heidel-beer**, Baccæ Rubi Idæi, Vaccinia. Fort. sic dicta quia inter Hinnulos & Cervos (i. e.) in Sylvis & Saltibus crescunt.

Hinder, *ab* AS. Hindrian, Belg. **Hinderen**, Teut. **Hindern**, Impedire, Belg. & Teut. **Hinder**, **Hinden**, Post, **Hinder**, Impedimentum, Dan. **Forhindrer**, Impedio, ut enim qui aliquem adjuvat ipsius opus promovet, sic qui impedit opus quasi retrorsum agit, *puts it backwards*.

Hinderling, Degener, vox adhuc agro Devon. familiaris, *Spelman*, deflectit *ab* AS. Hyndep, Remotus, Posthabitus, & term. **Ling**, v. *Spelman*.

Hinge, *à* Belg. **Hinge**, **Hingene**, **Henge**, **Hengbene**, Cardo *à* verbo *to* **Hang**, sic dictus, quia janua ab eo pendet.

to **Hint**, Suggerere, parùm deflexo sensu, *à* Fr. G. *Enter*, hoc contr. *à* Lat. *Insitare* frequentativò verbi Inserere; qui enim aliquid suggerit ipsum audientis animo quasi inserit.

Hip, *ab* AS. Hipe, Coxa, Belg. **Heupe**, **Hupe**, **Huppe**, Teut. **Hufft**, Femur, Dan. **Hofte**, Coxendix.

Hippes, *Chaucero*, **Hipe**, Fructus Rubi vulgaris majoris, *ab* AS. Heopa, *Somnero*, Sycomora. Sed, ni fallor, vir doctissimus nimis hic religiosè adhæret vocabulariis illorum barbarorum sæculorum, in quibus, præ linguæ Latinæ ignorantia, omnia confundebant. Nullus dubito, quin AS. Heopa, idem cum nostro **Hippes**, signaverit. Occurrit etiam apud eundem Hiope, quod exponit Rosam Sylvestrem, nec hoc credo *à* nostro **Hip** diversum, v. *Somner*, voce. Heopa & Hiope.

Hippocras, *à* Fr. G. *Hipocrat*, Vinum Aromatites, q. d. *Hippocraticum*, quoniam sc. per manicam *Hippocratis* dictam transcolatur.

Hire, *ab* AS. Hyran, Hyrian, Ahyrian, Belg. **Huercn**, Conducere, AS. Hira, Mercenarius, Hyre, Usura, Stipendium, Hyrigmen, Hyrmen, Hyrlingas, Mercenarij, Belg. **Huere**, Conductio vel Conductionis pretium.

His, *ab* AS. Hir, Eum.

to **Hiss**, *ab* AS. Hiscean, Ahiscean, Irridere, Belg. **Hissen**, **Hisschen**, Teut. **Zischen**, It. *Sischiare*, *Sibilare*, Belg. **Hissen**, Stridere, ut Ferrum candens in aqua extinctum quod Gr. σίζω, dicitur. Lincolnienses pro eodem dicunt **Sizz**, omnia à sono ficta. Occurrit & in *Gl. Lipsi. Hosce*, Subsannatio, ejusdem proculdubio familiæ, quos enim subsannamus & aspernamur Sibilo excipimus, Exsibilamus.

Historian, *à* Fr. G. *Historien*, Historicus, ἱστοριογράφος, quasi Historianus.

to **Hit**, *Minshew* ingeniosè deflectit *à* Lat. *Ictus*, addito sc. spiritu. Potest & non absurdè deduci *à* Fr. G. *Heurter*, It. *Urtare*, Pulsare, Trudere, Urgere, elisâ sc. propter Euphoniam asperrimâ illâ literâ caninâ *r*, v. **Hurt**.

to **Hitch**, vox Nautica, exp. Fune vel Unco quidvis Arripere & Figere vel Affigere, fort. *à* Fr. G. *Ficher*, hoc *à* Lat. Figere vel Fixare.

to **Hitch**, ut ubi dicimus **Hitch** *Buttock*, & **Hitch** *neighbours*, **Hitch**, parùm deflexo sensu, *ab* AS. Hicgan, Moliri, Niti, vel *à* Fr. G. *Hocher*, Quatere, hoc *à* Lat. *Quassare*, v. **Lebel copl.**

Hitchel, *à* Teut. **Hechel**, Hamus Textorum, seu Pecten Textorium ferreum, **Hecheln**, eodem Pectere seu Carminare, utr. fort. *ab* AS. Hicgan, Moliri, Niti, quia pecten illud non sine insigni labore usurpatur, vel ab eodem Hicgan, quatenus Perscrutari denotat, vel potiùs *à* nostro **Hack**, Teut. & Belg. **Hacken**, Conscindere, **Hackelen**, minutim Concidere.

Hithe.

Hithe, *ab* AS. hyð, v. **Queen-hithe**, q.d. Portus Reginæ.

Hither, *ab* AS. hiðep, Huc, hiðeppeapð, Horsum.

Hive, *ab* AS. hyfe, Alvear apum, hoc fort. *ab* AS. hipe, Familia, Domus, quia est quædam Apum Familia, hof, hofe, Domus, Spelunca, vel *à* Belg. **Huyven**, Caput operire, **Huyve**, Capillare, Calantica, *a* **Coiff** à similitudine Calanticæ, inquit *Minsheu. Fr.* Jun. Belg. **Huyve**, deflectit *à* Gr. ὑφὴ, Textura. Possit & si vellem Criticum agere, deduci *à* χαὶ, Latibulum, addito digamma in medio; facilis enim est τὸ χ in H translitus.

Hive-wols, Propolis non, ut primâ fronte videri possit, *à* nostro **Hive**, & **Wols**, sed *ab* **Hive**, & Teut. **Trost**, Solatium. Dicitur enim Teut. Dial. Helvet. **Binnen Trost**, (i. e.) Apum Solatium; quia alvearia à frigore & pluvia tuetur.

Ho, *Gee Ho*, Teut. **Hotte**, Fr. G. *Hurhaut*, vox Aurigarum & Agasonum jumenta sua incitantium *à* sono ficta.

Hoars, *ab* AS. hap, Belg. **Heersch**, Teut. **Heiser**, Raucus. Nostrum autem **Hoars**, & Belg. **Heersch**, videntur à sono ficta; asperitate enim suâ Raucedinem exprimunt.

Hoary, *ab* AS. hap, Canus, hapian, Canescere. *Minsheu* τὸ **Hoary**, deflectit *à* Gr. ὦρος, potiùs ὥρᾶος, Tempestivus.

Hoary, Mucidus, *ab* AS. hopig, Sordidus, Squalidus, Mucidus, hopepen, Sordes, Fimus, hopg, hoph, Linus, Cœnum.

Hob, contractum à **Robbin**, v. **Gobling**, **Robin good fellow**.

Hobble, fort. *à* Belg. **Hubbelen**, **Hobben**, **Huppelen**, Saltare, vel fortean q.d. Anglicè *to* **Hopple**, v. **Hop**, Datur & Fr. G. *Hober*, loco Movere, & est vox Rustica, nec non Teut. **Hobel**, Dolabra, Runcina, **Hobeln**, **Behobeln**, Dolabrâ seu Runcinâ Lævigare, Complanare, Dedolare. *Mer. Cas.* nostrum **Hobbie**, deflectit *à* Gr. Καβάλλης, Equus Srernax.

Hobby, *à* Belg. **Hobbite**, Fr. G. *Haubereau*, *Aubereau*, *Aubere*, Accipiter Columbarius, seu Palumbarius φαλκὼν, Ridero Nisus, seu Alaudarius. Nescio an *à* colore sic dictus, v. alt. **Hobby**.

a Hobby, *à* Fr. G. *Hobin*, Asturco, Equus Gradarius, vel *à* Fr. G. *Aubere*, Hisp. *Hobero*, Equus colore Cineritius, maculis aspersus. Hæ autem voces, licèt sono simul & sensu plus minùs conveniant, credo, tamen diversæ sunt originis; nostrum enim **Hobby**, & Fr. G. *Hobin*, verisimile est ortum ducere *à* Dan. eóque Goth. ant. **Hoppe**, Equa, verùm Fr. G. *Aubere*, & Hisp. *Hobero*, cum colorem designent, mallem deflectere *à* Lat. *Albus*, q. d. Albarius (i. e.) Albidus, Subalbus. *Mer. Cas. Fr. Jun.* & *Wæus* nostrum **Hobby**, deducunt *à* Gr. ἵππος.

Hobgoblins, q. d. **Robgoblins**, *from* **Robin good fellow**, vel *ab Oberone* Terrestium Dæmonum Rege, v. **Goblins**.

Hoboies, Instrumentm Musicum *à* Fr. G. *Hautbois*, q. d. Ligna alta, vel Altum sonantia.

to **Hockle**, Poplites seu Suffragines Succidere, q. d. *to* **Houghle**, à nom. **Hough**, AS. hoh, Poples. Alludit Gr. Ὀκλάζω, in Genua procumbo, Ingeniculor v. **Hough**.

Hock-tide, **Hoc-day**, & **Hoc-Tuesday**. *Spelmanno* exponitur Festum quod celebrabant Angli in memoriam ejectorum Danorum, Fugalia. Idem deflectit *à* Belg. **Hocken**, Teut. **Hucken**, Obsidere, quia ludentes se invicem cingunt, obsident, capiunt & ligant, sed **Hocken**, non Obsidere, sed Desidere & Conquiniscere designat. Mallem igitur deducere *ab* AS. heah tiò, Belg. **Hoogh tijd**, **Heugh tijd**, Teut. **Hochzeit**, Dies Festus seu Solennis, verbatim *a* **High time**, ut nos dicimus eodem sensu *a* **High day**, v. **High** & **Tide**.

Hocus Pocus, Circulator, Præstigiator. *Salmasio* Cauculator, fort. *à* Fr. G. *Hocher*, Quatere, Concutere, & *Pocher*, digito Extrudere, & quasi Effodere; totum enim istiusmodi artificum mysterium in eo consistit, ut pilas vel Sphærulas in vasculis seu pyxidibus quassent, & digitis quàm celerrimè motis res immissas surripiant. *Hocher*, alicubi *à Quassare*, deflexímus, *Pocher*, autem *à Fodicare* si deducerem, credo, contra Etymologiæ leges non peccarem.

Hoe, *à* Fr. G. *He*, *Ehe*, Heus, Interjectio vocandi, ut cæteræ ferè omnes Interjectiones à sono.

Hog, Ovis Bimus, vel Secundi anni, fort. *ab* AS. hogan, Curare, Observare, hoga, Cura, quia tunc temporis, præ

tenera ætate, maximâ curâ indigent.

Hog, *Minſhew*, vel *à* ſono vel *à* Gr. ὑικὸς deflectit, perperam. Mallem *ab* AS. Suge, Sugu, Belg. **Soegh**, **Soech**, Sus, utr. *à* Lat. *Sucula*. Quanta autem affinitas ſit inter Spiritum **H** & Sibilum **S** apparet in vocibus ὗς, σῦς, ὕλη, Sylva, ὕδωρ, Sudor & ſexcentis aliis.

Hogoo, vox nuper Civitate noſtrâ donata, Fr. G. *un Haut Gouſt*, Sapor Altus (i. e.) Vehemens, cum odori acri conjunctus, & è palato in naſum aſcendens.

Hogſhead, *Minſhew* deflectit *à* Belg. **Ockshood**, & **Ogſhood**, *Kiliano* Dolium, hoc ab **Ocks**, certum nomen menſuræ in Brabantia, & **Houden**, Continere, quòd contineat illam menſuram. **Ocks** autem nuſquam occurrit. Mallem igitur *à* Lat. *Orca*, & Belg. **Hoofd**, quaſi **Ockshoofd**, (i. e.) Orcæ Caput.

Hoiden, Agreſtis, Ruſticus, Inſubidus, *à* Teut. **Heyde**, Ericetum, locus Agreſtis, q. d. Agreſtis regionis incola, v. **Heathen**.

Hoiſe, *à* Fr. G. *Hauſſer*, Elevare, Attollere, hoc *à* Fr. G. *Hault*, Altus, q. d. Altare, *Duglaſſius* in lib. Æneidos 3^tio **Hes**, pro noſtro **Hoiſe**, uſurpat, eóque fortean deflecti poſſit ἀμίσσω, *ab* AS. Heahrian, idem ſignante, licet certè verb. apud *Somn.* non compareat, hæc *à* nom. Heah, Heh, Altus.

Hold, *ab* AS. Healdan, Belg. **Houden**, Teut. **Halten**, Tenere, Servare, Manere, Æſtimare, Belg. **Hout**, Anſa, Dan. **Holder**, Teneo, Perduro, **Opholder**, Fulcio, Suſtineo, Sublevo, Run. Dan. **Haulour**, Vir, fortaſſe quia Familiam ſuſtinet, Fr. Th. **ich Behalden**, Retineo, Servo, Conſervo. *Mer. Caſ.* noſtrum **Strong-hold** deflectit *à* Gr. Ἔρκος, Propugnaculum, Εἶλος, Frœnum, Vinculum, & Εἴλω, Prohibeo.

the **Hold**, vox Nautica, ſic dicitur Contabulatio navis infima ubi penus navis conditur, Adytum ſeu Penetrale navis, vel *à* verbo, *to* **Hold**, quia, ut dictum eſt, penum continet, vel q. d. *the* **Hole** *of a ſhip*, (i. e.) intima & infima navis cavitas.

to **Hold** *of a Lord, or the King*, licèt ſimpliciter deflecti poſſit, idque non abſurdè, *à* verbo *to* **Hold**, (i. e.) aliquid beneficio Patroni Tenere, occupare, ſeu poſſidere, ut in voce **Tenant** & **Tenement**, tamen non minùs veriſimile eſt, imò fortaſſe veriſimilius, ortum eſſe *ab* AS. Hold, Fidus, Fidelis, Teut. **Holdigen**, Fidem Clientelarum ſeu, ut nunc loquimur, Homagium Domino præſtare, **Holde**, Favor, Gratia, **Hold**, Benevolus, Fautor, Belg. **Hold**, **Huld**, **Hond**, Amicus, Benignus, Favens; hæc *à* Fr. Th. **Hulde**, Gratia, **Holden**, Dilectus, **Hold**, Amicus. Ejuſdem tribûs eſt & vet. Germ. **Ald**, Servus.

ole, *ab* AS. Hole, Hale, Hol, Cavitas, Holian, Aholan, Excavare, Fodere, Heal, Angulus, Hol, Cavus, Abditus, Belg. & Teut. **Hol**, Cavus, Cavitas, Foramen, **Holen**, Cavare, Dan. **Hule**, **Hulter**, **Hulliter**, Cavo, Excavo, Teut. **Höle**, **Höhle**, Spelunca, Dan. **Hull**, Cavitas, **Armhol**, Ala, Axilla. *Minſhew*, *à* Gr. Κοῖλος deflectit. Alludit etiam Αὐλαξ, Sulcus, Αὐλὼν, Foſſa ſeu Convallis oblonga, γαλιὰ, Latibula ferarum, Κῶλον, Κόλον, inter alia, Alvus, & γαλιὰς, Luſtrum, Latibulum, Antrum.

Holidom, **Halidom**, *or* **Holidame**, vetus Juramentum, vel, quod *Somner* vult, *ab* AS. Halıgdome, Sanctitas, q. d. per Sanctuarium vel Sanctas Reliquias, vel, *ab* AS. Halıg, Sanctus & Dom, Dome, Judicium, q. d. per Sanctum Judicium, vel Diem Judicij, vel ſi mavis, ab Angl. **Holy Dame**, q. d. per Sanctam Dominam (i. e.) per Beatam Mariam Virginem. Ego autem poſt ſecundas cogitationes ſententiæ *Somnero* prorſus accedo, idque eo quòd cognata vox **Peplig-thumb**, etiam Teutonibus Sacras reliquias notat.

Holly, *ab* AS. Holegn, *Ælfrico* Holen, Fr. G. *Houx*, ut monet Doct. *Th. H.* etiam **Houlay**, Agrifolium, Aquifolium arbor, licèt hoc **Houlay**, apud *Cotgrav.* non occurrat. *Menagius* Fr. G. *Houx* deflectit *à* Gr. Ὀξὺς, propter foliorum ſc. Spinoſitatem & Acumen, eâdem ratione quâ *Voſſius*. Aquifolium, qu. Acuifolium, & *Salmaſ.* in Sol. Agrifolium quaſi Acrifolium dictum cenſet. *Salmaſ.* declinat ἀμίσσω *ab* It. *Elce*, Lat. *Ilice*, v. *Voſſ.* in Et. LL. voce *Aquifolium* & *Salmaſ.* Not. Plin. in Sol. p. 961. Holegn autem ἀγαλλίσω, ad dicta proclive eſt deflectere *ab* AS. Hal vel Hol, Totus, & Ecge, Acies, q. d. Tota Acies, Tota Aculeata ſeu Acuminata.

Hollock, *ab* AS. Holihoc, Malva Hortenſis, Hoc, Hocleaf, Malva, q. d. Sacra (i. e.) Magna Malva, nempe & Gr. ἱερὸς, pro Magno uſurpatur, ut apparet in voce ἱερὸν ὀστέον, Os Sacrum (i. e.) Magnum, quem idiotiſmum imitatur

Poeta

Poeta dum Auri Sacram famem pro magna appellat. v. **Holy**.

Hallow, *he carried it* **Wellow**, (i. e.) Luculenter Vicit, vel Superavit, Καμπρῶς ἤνεγκεν, credo dictum quasi *he carried it* **wholy**, vel *ab* AS. Allic, Universalis, Universaliter, Omninò, vel Wallıȝ, Integrè, v. **Whole** & **All**, vel, quod ad Græcum Idiotismum quàm proximè accedit, *à* Teut. **Hell**, Clarus & Clarè, & secundariò Evidens & Evidenter.

Hallow, v. **Hole**.

Holm, AS. Collis, Clivus, Insula Amnica, & est terminatio multorum, quæ in usum nostrum durant, nominum.

Holster, *à* Teut. **Hulfter**, (i.e.) Theca Bombardæ minoris, vel *à* Teut. **Hülse**, Siliqua, Gluma; Theca enim est instar Siliquæ seu Glumæ: vel potius *à* verbo *to* **Hold**, quod vide, vel *ab* AS. Helan, Teut. **Helen**, Tegere.

Holt, *ab* AS. Holt, Sylva, unde Belg. **Hout**, Teut. **Holtz**, quæ, parùm deflexo sensu, Lignum notant. In agro Linc. **Holt**, Nemus seu arborum quarumvis densiùs consitarum Multitudinem designat.

Holy, *ab* AS. Halıȝ, Halȝa, Belg. **Heylich**, Teut. **Heylig**, Sanctus, AS. Halzop, Halȝest, Sanctior, Sanctissimus, Halȝian, *to* **Hallow**, Consecrare. *Mer. Cas.* AS. Halıȝe Gast (i. e.) Spiritum Sanctum deflectit *à* Gr. Ἅγιος Ἅγιος. Datur & Fr. Th. **Salig**, Belg. **Saligh**, **Saelig**, Teut. **Seelig**, Beatus. Sed hæc, licèt sono valdè propinqua, prorsus diversæ tamen sunt originis, sc. *à* Teut. **Seele**, Anima.

Homage, *à* Fr. G. *Homage*, *Hommage*, It. *Homagio*, Obedientia, Fidelitas, *à* Fr. G. *Homme*, Lat. *Homo*, q. d. Homagium seu Officium hominis (i. e.) Clientis seu Beneficiarij; Homo enim olim, ut hodiéque, & Servum fide obstrictum, & Militem mercede conductum signavit, v. **Baron**.

Home, *ab* AS. Ham, Hæm, Habitatio, Mansio, Pagus, Ham-peapð, Domum versus, hinc Belg. **Heym**, Sepes, Septum, Sepimentum, **Heymet**, Patria, Teut. **Heym**, Domi, unde & Fr. G. *Hameau*, Pagus, nobis *a* **Hamlet**. Alludit Gr. Κώμη, Pagus, Vicus, Villa, Castellum. *Fr. Jun.* longè violentiùs deflectit *à* Gr. Ἑμᾶδε. *Hesychio* σημαίνων ἐνίοις, vel *ab* Ἅμα, Simul, q. d. locus ubi esse simul solemus. Longè autem proclivius est deducere nostrum **Home**, *à* Lat. Domi.

Homely, Incultus q. d. Domesticus (i.e.) neque Mirus, neque Rarus. Alludit, sed tantùm alludit, Gr. Ὁμαλὸς, Planus, Lævis, potiùs Levis, Æqualis.

a **Hone**, *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Ἀκόνη, Cos. Mallem, aliquantùm deflexo sensu, *ab* AS. Con Coon, Belg. **Koen**, Teut. **Kuhn**, Acer, Fortis. Verum autem Etymon est, *ab* AS. Hæn, Lapis, quod licèt apud *Somnerum* non compareat, cognatum tamen ejus verb. Hænan, Lapidare occurrit, nec dubito quin nomen olim in usu fuerit.

Hony, *ab* AS. Hunıȝ, Belg. **Honigh**, Teut. **Honig**, Dan. **Honning**, Mel; omnia credo *ab* AS. Hipe, Familia, q. d Hipnıȝ, (i.e.) Victus Familiaris seu Domesticus; totum enim illud, quo nos deliciamur, in honestæ apum familiæ victum comparatum fuit, v. **Hive**.

Hony, in Emblemate Regio **Hony** *soit qui mal y pense* (i. e.) Ignominia in ipsum cadat qui mali aliquid cogitat, *à* Fr. G. ant. obs. *Hony*, cui hodierno usu *Honte*, successit, quod Dedecus, Ignominiam, seu Pudorem signavit, hoc fort. *à* Teut. **Hohn**, Pudor, vel *à* Fr. G. *Honnir*, Dehonestare, Dedecorare, Pudefacere, unde fort. Fr. G. *Honte*, Dedecus. Datur & Belg. **Hoon**, Dedecus, Infamia, Injuria, quod *Fr. Jun.* deflectit *à* Gr. Ὄνειδος, Probrum.

Hood, In compositione Belg. **Heyd**, Teut. **Heit**, Dan. **Hed**, AS. Had, Hade, Conditio, ut in **Knight-hood**, **Priest-hood**, **Maiden-head**, &c. *Fr. Jun.* deflectit *à* Gr. ἕδος, q. d. ἕδος τῆ βίᾳ, *ab* AS. & fort. prisco Germ. Hade credo ortum Gr. Barb. ϗαδὶ Gestus, Actio, Corporis Motus levi sanè sensûs deflexu.

Hood, *ab* AS. Hod, Cucullus, Capitium, Snod, Vitta, Belg. **Hoed**, **Hoete**, Teut. **Hut**, Pileus, Capitium, hæc *à* Belg. **Hoede**, Teut. **Hut**, Custodia, verb. **Hueden**, **Hoeden**, **Heden**, Teut. **Hüten**, Protegere, Custodire, Fr. Th. **Huaten**, *Fr. Jun.* **Haodan**, **Behoedan**, **Hudan**, Custodire, *Jun.* deflectit *à* Gr. Κύθω. Alludit & Gr. Κώδια, Καδία, Caput Papaveris, Globulus.

Hook, *ab* AS. Hoc, Belg. **Hoek**, Teut. **Huff**, Ungula.

Hook, *ab* AS. **Hoce**. Hisp. *Hoce*, Secula, Falx, Uncinus, Belg. **Haeck**, **Hoeck**, Hamus, Uncus, omnia fort. *à* Lat. Uncus, extrito tantùm propter Euphoniam *n* & addito sibilo.

to

Unable to display this page

Fr. G. *Hautes Coquillet*, (i. e.) verbatim Altæ Cochleæ, quia nates, quæ aliquo modo rotunditate suâ Cochleas referunt, in hoc lusu, incurvato corpore, sustolluntur.

Hovel, ut monet Doct. *Th.H.* Diminutivum, AS. Hope, Domus, Spelunca, Belg. **Hof**, **Hoeve**, Teut. **Hoff**, Prædium, Villa item aula Principis. Ego non jurabo quin AS. Hope, Belg. **Hof**, **Hoeve**, nec non Teut. **Hoff**, omnia *à* Lat. *Cavea* ortum ducunt, & nostrum **Hovel**, *à* Lat. *Cavcola.*

Hover, *à* Belg. **Huyveren**, præ frigore Horrescere, fort. *ab* alt. **Hover**, quia Algentes circa focum ad captandum calorem membra explicamus.

Hover, Expansis alis Circumvolare, vel Obumbrare instar avium, vel, parùm deflexo sensu, *ab* AS. Heapian, Elevare, Attollere, vel *à* verbo *to* **Cover**, vel etiam, quod non minus verisimile est *à* Fr. G. *Couver*, It. *Covare*, Incubare instar Gallinæ ovis insidentis, hæc satis manifestè *à* Lat. *Cubare.*

Hough, *ab* AS. Hoh, Belg. **Hacken**, Poples.

to **Hough**, Occare *à* Fr. G. *Houe*, *Hoyau*, Matta, Rutrum, Ligo, vel Teut. **Hawe**, Pastinum, Ligo, hoc *à* verb. **Hawen**, Percutere, Secare, nec tamen absurdum esset. Fr. G. *Houe*, & nostrum **Hough**, ἀμάω, deflectere *à* Lat. *Occare.*

a **Houlet**, *à* Fr. G. *Hulette*, *Houlotte*, Ululla, omnia à sono, v. **Howl.**

Hound, *ab* AS. Hunde, Belg. **Hond**, Teut. & Dan. **Hund**, **Hundt**, Canis. *Minsheus* & *Fr. Jun.* omnia contracta *à* Gr. Κυνίδιον, Κύων, existimant v. **Hunt**, Occurrit & in *Gl. Lipsi.* **Hundesliga**, Musca Canina, Κυνόμυια.

the **Hounds**, vox Nautica, v. *Manwayring* in Dict. Naut. Nescio an à Condendo; sunt enim foramina quædam quibus funiculi illi inseruntur, quorum attractione vela sursum tolluntur.

an **Hour**, *à* Fr. G. *Heure*, Belg. **Uure**, Teut. **Uhr**, C. Br. *Awr*, omnia *à* Lat. & Gr. *Hora.*

House, *ab* AS. & Fr. Th. Hus, Dan. **Huus**, **Huss**, Belg. **Huys**, Teut. **Hauss**, Domus, unde fort. It. *Casa*, cui conjecturæ favet, quòd etiamnum Florentini *Hausa*, vel *Hasa*, plenissimo ore το a efferentes, pronunciant, nisi hoc malis derivare *à* Lat. *Casa* per μίωσιν; Fortean enim circa lapsum Imperij, priscis virtutibus simplicitate, Fortitudine & Frugalitate prorsus extirpatis, fundituisque evulsis, succedente in earum locum Luxu &, perpetuâ ejus Comite, Fucatâ & Mendaci Comitate, dum figuratâ blandiloquentiâ pro more etiam nostrorum temporum, contenderunt, domos suas, quamlibet magnificas, *Casas* appellârunt, in hanc fortean modum, placeat *Casam* meam præsentiâ vestrâ Cohonestare & Decorare, hinc

an **House** *of Office*, *Verstegan* scribit *an* **House** *of Ease.* Occurrit & in *Gl. Lipsi.* ant. Germ. **Hiwisce**, Familiæ. *Abr. Mylius*, Belg. **Huys**, satis Criticè (i. e.) frigidè putidè & violenter detorquet *à* Gr. ὑ.κῷ. Proh Criticorum fidem!

Houseleek, Sedum, Sempervium, Teut. **Hausswurtz**, q.d. Porrum Domesticum, herba Domestica (i. e.) Domibus adnascens, *v.* **House** & **Leek.**

Houst, *ab* AS. Hpeoptan, Belg. **Hoesten**, Teut. **Husten**, Tussire, Belg. **Hoest**, Tussis, omnia à sono ficta.

How, *ab* AS. Hu, Belg. **Hoe**, Teut. & Fr. Th. **Wie**, Quomodo AS. Hpa, Quam, Belg. **Hoe** dat quei Dum, Dan. **Hoe**, Qui Dum, Quid inde? in *Gl. Lipsi.* **Wie Lange**, Usque quo?

Howl, *à* Teut. **Heulen**, Belg. **Huylen**, Fr. G. *Hurler*, *Houler*, It. *Urlare*, Hisp. *Ahullar*, *Aullar*, Ejulare, Ululare, Dan. **Hyler**, Ejulo, Ululo, **Hylen**, Ululatus, Ejulatus, Gr. ἀλολύζω, Ululo, ὑλάω, ὑλακάω. ὑλακτίω, Latro, omnia *à* sono ficta.

Howlsom, vox Nautica, *a Ship is so called when it* **hulls** *well*, *à* verba *to* **Hull**, quod *vide.*

a **Howp**, vox quæ mihi apud solum *Higginium* occurrit, & exponitur Upupa vel Ἔποψ, avis, proculdubio à sono, quem edit sic dicta, *v. to* **Hoop.**

Hoy, à Fr. G. *Hen*, Navigij genus: *Adr. Jun.* Celox, Nescio an *à* Belg. **Hoogh**, Teut. **Hoch**, Altus, q.d. Navigium Altius, vel *à* Lat. *Orca* quod est genus vasis Olearij vel Vinarij, ab aliqua sc. istiusmodi vasis similitudine, *v. Vossium* in Et. LL. voce *Orca.*

the **Huckle bone**, Coxa, Coxendix, fort. *à* Belg. & Teut. **Hucken**, Desidere, in Terram se Submittere, quia sc. illâ parte desidemus, nisi malis è contra, illud **Hucken**, deflectere *à* Lat. *Coxa*, q. d. *Coxare* (i.e.) in Coxam seu Coxendicem recumbere.

Huck-bonded'o, *à* Teut. **Hocker**, Gibbus,

hoc à Belg. & Teut. **Huckend**, Incurvus part. verbi **Hucken**, Desidere, in terram se Demittere, & **Shoulder** quod *vide, vide* & **Hunch-back'd**.

Huckster, Dardanarius, Propola, Institor, *παλιγκάπηλος*, parùm deflexo sensu, à Teut. **Hock**, Propola, Fructuarius, *Minshew* autem deflectit à Geldr. **Hucker**, & **Hocker**, Caupo, v. **Hegler**.

to **Huddle**, Præpropere, Temerè & Confusim aliquid agere, multa simul Confundere, & sine ordine Miscere, fortean, aliquantum detorto sensu, à Teut. **Hudeln**, Contemnere, q. d. Contemptim miscere vel agere, vel potiùs à Teut. **Schütteln**, Quatere, Metaphorâ sc. sumtâ à Sortibus vel Aleis quæ in Urna vel fritillo concutiuntur, ut omni ordine turbato confunduntur. *Mer. Cas.* deflectit à Gr. Κεφάλη, quicquid Eminet & Convolutum est. Longè speciosiùs potuisset deducere à χύδην, Temerè, Effusè, sine Delectu.

Hue, v. **Hew**.

Hue and Cry, à Fr. G. *Hüer*, Exclamare, *to* **Hoot**, vel, secundum *Skenium* à Fr. G. *Oyez*, Audite

Huff, in Ludo Latrunculorum (i. e.) Latrunculum superatum tollere, vel à Teut. **Heben**, Tollere, quia latrunculos quos abjicimus priùs è tabula tollimus, & Itali eodem sensu *Levar* & *Levar via* usurpant, vel à Teut. **Hauff**, Cumulus, Acervus, **Zum Hauff werffen**, (i. e.) latrunculum captivum reliquo Latrunculorum cumulo reddere.

to **Huff**, à Belg. **Hijghen**, Anhelare, vel *ab* AS. Heopen, Elevatus, quia qui densum spirant & magno nisu proflant, scapulas attollunt.

to **Hug**, Complecti, parùm deflexo sensu, *ab* AS. Hogan, Belg. **Hoggen**, Observare, Curare, (i.e.) maximo amore & curâ prosequi. Non incommodè etiam nostrum **Hug** deflecti possit *ab* AS. Hegian, Belg. **Heggen**, Sepire, q. d. brachiis, tanquam Sepe, collum circundare.

Huge, Ingens, parùm deflexo sensu, vel *ab* AS. Hefig, Gravis, Hefe, Pondus, Moles, seu Ædificium ingens, vel, ut *Minshew* divinat, à Lat. *Augere*, vel à Belg. **Hoogh**, Altus. Verum autem Etymon, ut mihi quidem videtur, petendum est *ab* AS. Oga, Terror, Horror, q. d. præ magnitudine formidabilis, hinc **Hugy** idem quod **terrible big**.

Hugger mugger, Clanculum, fort. *ab* AS. Hogan, Belg. ant. **Huggher**, Observare, & Dan. & Suec. **Hoycker**, Tenebræ, q. d. Observando, captando vel quærendo tenebras.

Huguenots, vox Franco-Gallica, sed in historiis rerum Gallicarum Anglicè conscriptis frequens; hoc autem nomine Calviniani appellantur, vel à Teut. **Eidgenossen**, Fœderati, vel, ab *Huc nos*, initio orationis ipsorum Apologeticæ coram Cardinali Lotharingo, vel magno Galliæ Cancellario, sub Francisco 2^do^ vel Carolo 9^no^ Rege habitæ, vel q. d. *les Guenons de Hus*, (i. e.) Johannis Hussi Simij seu Imitatores, vel q. d. *les Guenots de Hus*, (i. e.) Hussi Genij, seu Spiritus Familiares, **John Hulles Imps**, vel ab *Hugone*, nescio quo, celebri tempore Caroli 6^ti^ Regis Sacramentario, vel à Porta urbis Cæsaroduni Turonum, ubi illi, cum interdiu non liceret, noctu conventus suos, religiosi cultûs ergò, agebant: Porta autem illa sic denominata est à Spectro *Hugone* dicto, quod noctu urbis portas, præsertim istam obequitare, & circuire vulgò creditum est, v. *Managium*. Sed unde, inquies, voces **Eidgenossen**, *Guenons*, & *Guenots*, credo **Eidgenossen**, à Teut. **Eid**, quod nostro **Oath**, & AS. Aþ, consonum, cognatum & Synonymum est, & verbo **Geniessen**, Frui, Potiri hoc à nom. **Nütz**. Utilis, *Guenon*, à Teut. **Kind**, elisio d & addito term. dim.on, & *Guenot* à Lat. *Genius*, addito term.ot.

Huke, Fr. G. *Huque*, utr. à Belg. **Huycke**, Palla, Toga, Pallium Belgicis feminis usitatum.

Hulk, à Dan. **Holck**, Belg. **Hulcke**, Fr. G. *Heux*, It. *Urca*, Navis Oneraria Vastior, hæc fort. *ab* AS. Hulcl, *Fr. Jun.* Hulc, Tugurium, q. d. Domus seu Casa marina. Sunt qui deflectunt à Gr. ὑλακή, certè saltem fœliciſſima allusio est.

Hull, à Teut. **Hülse**, Siliqua, Folliculus, putâ fabæ, Hisp. *Hullejo*, Cortex, Dan. **Holck**, Vagina frumenti, omnia *ab* AS. Helan, Tegere, hinc, parùm deflexo sensu, Belg. **Hullen**, Caput redimere. Hisp. tamen *Hullejo* longè probabiliùs deflecti potest à Lat. *Folliculus*; Hispani enim, ut notum est iis qui illam linguam vel primis labiis degustârunt, Lat. *f* in *H* mutare solent.

to **Hull** *as a ship*, (i.e.) in mari huc illuc Vacillare, nescio an à Belg. **Hollen**, Velociter currere, v. *Manwayring* in Dict. Naut.

the

the **Hull** *of a Ship* (i. e.) Corpus navis sine velis, rudentibus vel malo, credo à Teut. **Hülse**, Siliqua, Folliculus, q.d. Siliqua seu Cortex navis.

Hullock, vel **Hullock**, vox Naut. fort. à Belg. **Hulle**, Calantica seu Calyptra muliebris, q. d. velum parvum, ut Calantica, *v. Manwayring* in Dict. Naut. Belg. autem **Hulle**, satis manifestè ortum ducit *ab* AS. Helan, Tegere, q. d. Capitis Tegmen.

Humble-Bee, *v.* **Bumble-Bee**, & **Humm.**

the **Humbles** *of a Stag*, à Fr. G. *Nombles d'un Cerf*, Viscera Cervi, Nescio an, parùm deflexo sensu, à Lat. *Umbilicus.*

Humet, vox Fœcialium apud *Gwillim*, pag. 213.

to **Humm**, à Belg. **Hommelen**. Teut. **Hummen**, **Hummeln**, Bombilare, Belg. **Hommel**, Teut. **Hummel**, Bombylius, Fucus, omnia à sono ficta.

an **Humour**, nobis Indoles, Ingenium, sed frequentiùs Habitus agendi magis secundùm Appetitum, aut immodicum aliquem affectum, quàm rationem, à Lat. *Humor*; quia talis habitus ex humoris alicujus prædominio provenire censetur, eòdem sensu usurpatur Fr. G. *Humeur*, It. *Humore*, ut & It. *Humorista*, qui solo Passionum impetu omnes suas actiones dirigit. Morosus.

to **Hunch**, à Teut. **Husch**, Ictus Pugni, *einen guten* **Husch geben**, egregium pugni ictum alicui Impingere; **Husch**, autem ortum est vel à Lat. *Ictus*, vel, quod probabilius est, à sono.

Hunch-back'd, Gibbosus, à Teut. **Hocker**, Gibbus, Belg. **Hucken**, in terram Desidere, **Huckschouderen**, Humeros contrahere, Alludit Gr. ὄγκος, Gibbus, ut & ὄγκος, Tumor, Gibbus; Gibbus enim est quædam extumescentia seu protuberantia.

Hundred, *ab* AS. Hund, Centum, Hundred, Centuria, Belg. **Hondert**, Teut. **Hundert**, Run. Dan. **Hundridum** Centies, Centum, Sunt qui omnia à C. Br. *Cantred*, Centuria, *Cant*, Centum, quorum utrumque Lat. originis est, deflectunt.

Hunger, *ab* AS. Hungrian, Hingrian, Belg. **Hongheren**, Teut. **Hungern**, Esurire, Dan. **Hungrer**, Esurio, AS. Hungop, Hungre, Dan. **Hunger**, Belg. **Honghet**, Teut. **Hunger**, Fr. Th. **Hangar**, Fames. Sensu magis quàm sono alludunt Gr. Ὀρέγω, vehementer Appeto, & Ὀρέγομαι, Cupio, Appeto.

Hunt, *ab* AS. Hentan, Perquirere, Prosequi, Persequi, Huntza, Venator, Huntian, Venari, vel *ab* AS. Hunde, Canis, vel è contra Hunde, ab Hentan. Datur & C. Br. *Huntian*, Vagari, sed nostræ, credo, originis.

Hurdle, *ab* AS. Hyrdel, Belg. **Hurde**, **Horde**, Teut. **Hürde**, **Hurd**, Crates. *Mer. Cas.* nostrum **Hurdle**, deflectit à Gr. Κερκίδα, quicquid Eminet & Convolutum est. Alludit & Ἔρκος, Claudo, Includo.

Hurds, *v.* **Herds.**

Hurl, *v.* **Whirl.**

Hurly Burly, Tumultus, vox vel ἀμέσως, à sono ficta, vel *à* verbo *to* **Whirl**, in Orbem versare, Commovere, & AS. Burh, Urbs, Oppidum, q. d. Oppedi vel Urbis Commotio.

to **Hurry**, vi & impetu Rapere Abripere, aliquantùm deflexo sensu, vel à Fr. G. *Harier*, Vexare, Lacessere, *Ahurir*, Perterrefacere, vel *Harceler*, Vexare, Provocare, Lacessere, omnia Metaphorâ à re Bellicâ ductâ, *ab* AS. Herrian, Deprædari, Vastare, Deripere, Alludit Gr. αἴρω, Traho, *v.* **Harass.**

Hurt, *ab* AS. Hyrt, Læsus, Vulneratus, hoc fort. parum deflexo sensu, à Fr. G. *Heurter*, It. *Urtare*, Impingere, Allidere, Trudere, Belg. **Hutten**, **Hozten**, Pulsare. Si Græcus essem, deflecterem *ab* ἐρέθω, Vulnero, per Epenthesin sc. τ, & lenis spiritûs in densum mutationem; quoniam tamen nostra & vicinæ gentes longè majus cum Romanis quàm cum Græcis commercium habuerunt, mallem à Lat. origine omnia deducere; It. enim *Urtare*, videtur frequentativum verbi *Urgere*, formatum, sc. ut cætera omnia frequentativa à Supino *Urtum*, *Ursum.*

Husband, Maritus *ab* AS. Hus, & **Band**, q. d. Domûs Vinculum, vel *ab* Hus, Domus, & Bonda, Pater familiâs, Maritus, quod Ultimum, utpote apud *Wormium* repertum, Run. Dan. originis esse suspicatur Doct. *Somnerus.*

to **Hush**, *Minsheu* deflectit *ab* Hebr. *Haschah*, Silere. Mallem à Teut. **Hucken**, Conquiniscere, appressis clunibus humi Desidere, q. d. Immotus & Quietus Desideas, nec te vel transversum unguem è loco moveas. Proculdubiò autem vox est à sono ficta, sc. à sibilo illo, quod silentium indicentes, edimus. Itali voce *Zitto* exprimunt.

Husk, à Belg. **Hulsche**, **Huldsche**, **Hulse**, Siliqua, Folliculus, hoc *à* verb. **Hullen**, caput Tegere, & utr. *ab* AS Helan, Tegere, Operire.

Hustife, AS. Hur-pif, Belg. **Huys Wife**, Mater-familiâs, q. d. Uxor domûs, *v. Hous & Wife.*

Hut, *ab* AS. & Fr. G. Hutte, Tugurium, Teut. **Hütte**, Tentorium, Casa, omnia *à* Teut. **Hüten**, Custodire. Alludit Gr. Κύτος, Civitas, ut & Κύτη, Cubile, Κυτὸν, Cubiculum.

Hutch, *ab* AS. Hæcca, Fr. G. *Huche*, Hisp. *Hucha*, Arca, præsertim Frumentaria, nescio an omnia corrupta *à* Lat. *Arca*, vel *Orca*.

Huzz, Obstrepere, Murmurare, vox proculdubiò à sono ficta.

to **Hy**, Festinare, Properare, fort. *ab* AS. Higan, Contendere, Festinare, Hiegan, Moliri, Niti, vel *à* Belg. **Hyghen**, Anhelare, vel *à* Teut. **Eilen**, Fr. Th. **Ilen**, **Ilen**, Festinare, quod, suo more, *Fr. Jun.* deflectit à Gr. Ἐιλῶ, Alludit & Gr. Κίω, Eo.

I.

I *Ab* AS. Ic, Australibus Anglis, ut & Teut. **Ich**, Belg. **Ick**, Dan. **Jeg**, omnia *à* Lat. & Gr. *Ego*.

I, Etiam, Ità, mirificè corruptum *à* **Yes**, quod *vide*.

to **Jabber**, *à* Fr. G. *Gaber*, Belg. **Gabberen**, Nugari, Jocari, It. *Gabbare*, Decipere, hoc fort. *à* Lat. *Captare*, q.d. fidem artificiis & fraudibus captare.

a **Jack**, *à* Belg. **Jack**, Lorica, Thorax, Fr. G. *Jaque*, It. *Giacco di Maglia*, Hisp. *Jaco*, vel *Jaca de Malla*, Tunica ferrea Reticulata, *a Coat of Mail*. Quid si omnia *à* Lat. *Sagum?*

a **Jack**, Luciolus, fort. *à* Lat. *Jaculum*, ut **Pike** & **Pickerell**, *à* nostro **Pike**, Sariſſa, sc. à longiori corporis figura jaculi seu hastæ simili, vel, quod eodem ferè redit, quòd instar jaculi magno impetu & velociſſimè se demittit & quasi torquet & vibrat.

a Kitchin **Jack**, Machina quâ verua in Culina circumaguntur *a* nostro **Jack**, ὑποκοριστικῶς Joannes, q. d. Joannes lixa, quâ ratione etiam Italis Longobardis *Martino* appellatur. Eâdem ratione & Lignum Bifurcatum cujus ope ocreas detrahimus etiam **Jack** appellamus, quia vices mediastini alioqui Ocreas detracturi supplet.

Jacket, *à* Fr. G. *Jaquette*, Teut. **Jacke**, Tunicula, Tunica brevior, hinc Metaphoriacum Fr. G. *Tourner Jaquette*; Deficere *à* fide, Ἀφίστασθαι seu Ἀποστάτης τῆς πίστεως, ut nostrum **Turncoat**; Fr. G. autem *Jaque*, credo, olim ut nobis **Jack**, Tunicam simpliciter notavit, nunc jubente usu ad Tunicam tantùm ferream reticulatam restringitur, *v.* **Jack** suprà.

Jacobs Staff, Teut. **Jacobs Stab**, **Jacobs Steck**, Belg. **Pelgrims Staf**, nomine facto, inquit *Minsheu*, ab iis qui, religionis ergò, ad Sanctum *Jacobum* Compostellensem peregrè iverunt. Idem exponit Baculum intra quem latitat pugio aut gladiolus, Dolonem. Ni fallor autem, etiam Astrolabium, instrumentum Astronomicum, ídque vulgatiùs, signat, q. d. Baculus quo, tanquam scalâ *Jacobi* Patriarchæ, in cœlum, sydera contemplaturi, ascendimus.

a **Jade**, Equus Vilis, Ignavus, & Laboribus exhaustus. *Minsheu* deflectit, *ab* Hebr. *Judah*, Rejicere. Luderem si deflecterem ab ant. *Jode*, AS. Eode, Ivit, q. d. Equus qui jam ire desiit, ut Lat. Vixit pro Mortuus est. Mallem *à* Lat. *Cadere*, q. d. Equus Cadivus, Caducus (i. e.) Sternax, vel *ab* AS. Gaad, Stimulus, Calcar, q, d. Equus qui Stimulo frequenti eget.

Jag, Incidere, *Minsheu* deflectit *à* Teut. **Hacken**, Conscindere, vel *à* **Sägen**, **Seegen**, Serrâ discindere vel Incidere, **Sege**, **Säge**, Serra, utr. *à Secando* ut & Fr. G. *Scie*.

Jail, & **Jailer**, *v.* **Goal**, **Goaler**.

Jakes, Latrina, Secessus. *Minsheu* deflectit à Lat. *Jacére*. Non minùs verisimile est ortum esse *à Cacando*, vel à Fr. G. *Chasse*, Capsa, q.d. Excrementorum seu, ut vulgus loquitur, Auri Excrementitii Capsa seu Receptaculum.

Jambs *of a House*, *à* Fr. G. *Jambes*, *Jambages*, Hisp. *Jambas*, Antæ, Antepagmenta, Latera ostiorum, q.d. Tibiæ vel pedes domûs, *v.* **Gammon**.

to **Jangle**, *à* Fr. G. *Jangler*, Altercari, Garrire. *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Κεχαλίζειν. Mallem *à* Lat. *Jocularі* pro Subsannare, vel Irridere, vel *à* Belg. **Janckon**, Latrare, Gannire, q. d. invicem Oblatrare seu Oggannire.

Janizaries, Fr. G. *Janissaires*, It. *Gianizzeri*, Hisp. *Genizaros*, Milites Prætoriani Ottomannici Imperatoris, vel, quod verisimillimum est, *à* voce Turcica *Genizeri* quæ Novos homines, vel novos milites signat, vel *à* Lat. *Janua*, quia Januam seu Portam Principis, tanquam Satellites

Satellites custodiunt & observant. *Porta* autem Turcis Aulam significat, quo sensu etiam legitur de Rege Persarum ἡ θύρα τοῦ βασιλέως, subaudi μεγάλη, apud *Xenophontem, de Asc. Cyri.* Pater Gaudix Hisp. *Genizaro* Arabicæ originis esse asserit, & in illa lingua natum ex Christianis parentibus signare, fort. *à Nazarin*, quod Arabicè Christianum notat. Longè pejus *Covarruv.* deducit à Gr. ξύω.

Jannock, Authore Dict. Angl. & *Gouldmanno*, apud quos solos occurrit, exponitur Panis Avenacei genus Septentrionali Angliæ usitatissimum, nescio an à Belg. **Ghe-Nood**, pro **Nood**, Necessitas, q. d. **Brood, van Ghe-nood**, Panis necessitatis quo præ inopia meliorum granorum vulgus vescitur.

to **Jape**, Comprimere, Stuprare, vitiare ut rectè monet Doct. *Th. H.* olim simpliciter *to* **Play** signavit, *à* Fr. G. *Gaber*, Illudere, Jocari, Alludit Gr. Οἰφέω, & Οἰφάω, Ineo, Inscendo.

to **Jar**, Discrepare, Dissonare, Altercari, *Minsevus* declinat *à* Lat. *Garrire*. Mallem, *à* Fr. G. *Guerroyer*, quod inter alia Rixari signat, quo sensu *Chaucer Guerring* pro Altercatione usurpat, *v.* **Warr**.

a **Jar**, à Fr. G. *Jare*, It. *Giarra*, *Zarra*, Hisp. *Jarro*, *Jarra*, Ampulla, vel Urceus putá olei. Nescio an hæc *à* Gr. Χοάσιον, hoc à Χοή, Inferiæ, Exequiæ, sc. Vase quo liquor funebris, putà Melicratum, Lac, vel Vinum, vel omnia mixta in mortui sepulchrum more Ethnico olim effundebantur, utr. à Χέω, Fundo.

Jargon, Sermo Absonus, Inconditus, Barbarus, Obstreperus, auribus Ingratus, vox pura puta Franco-Gallica, sed quæ in Dict. Angl. occurrit, & nostratibus, saltem iis qui peregrinis moribus aut linguis imbuti sunt, satis usitata est. It. *Gergo*, *Gergone*, Hisp. *Jerigonça*, *Gerigonça*, ab hoc Hisp. *Jerogonça Menagius* suum *Jargon* deflectit. *Minsheu Gerigonça* dictum putat quasi *Garrigonça à Garriendo, Covarruvias*, quasi *Grecigonça*, à Lingua Græca quæ, quia, præsertim illis sæculis, paucis intellecta fuit, obstrepera & absona, ut omnes linguæ inusitatæ, vulgó videbatur. Sed quia hæc Etyma aliquanto violentiora sunt, mallem Fr. G. *Jargon* & It. *Gergone*, deducere *ab* It. *Chierico*, Clericus, q. d. *Lingua Chiericona*, (i. e.) Lingua Clericorum seu Sacerdotum, vulgus enim, cum in Liturgiis & precibus Ecclesiæ tantùm Linguam Latinam à se non intellectam usurpari audirent, hanc Linguam sacerdotum, & inde omnem linguam non intellectam eodem nomine appellârunt.

Javelin, *à* Fr. G. *Javeline*, Hisp. *Javalina*, *Xabalina*, It. *Giavellotto*, *Giaverina*, *Javerina*, Jaculum, omnia q. d. Lat. *Jaculinum*: vel fortean, idque probabiliùs, Hisp. *Javalina*, cum reliquis omnibus deflecti potest *ab* Hisp. *Javali Aper*, ut nobis *à* **Boar-Spear**. *Minsevus*, nescio quàm rectè, deducit *ab* Arab. *Jubel*, Jubeli res Venationi apta, q. d. Venabulum.

Jaundice, *à* Fr. G. *Jaulnisse*, Icterus, hoc *à* nom. *Jaune*, *Jaulne*, Flavus, q. d. Flavedo, nos etiam in equis hunc morbum *the* **Yellows** appellamus. Sed unde inquies, Fr. G. *Jaulne*, credo *à* Lat. voce labentis Imperii *Galbinus*, v. **Yellow**.

to **Jaunt**, Strenuè Ambulare, parùm deflexo sensu *à* Fr. G. *Jancer*, Equum in stabulo commovere & Agitare donec sudet, hoc fort. *à* verb. *Agencer*, Accommodare, q. d. ad Actum seu motum præparare (i. e.) Agentiare, *v. Cotgravo.* vel potiùs *ab* AS. Þenzan, Persequi vel *ab* It. *Inanti*, pro *Inanzi*, Ante prorsum, q. d. *Inantare*, elisò sc. n (i. e.) gradum Promovere.

the **Jaunts** *of a Wheel*, *à* Fr. G. *Jantes*, Radij seu Apsis radij.

Jaws, *ab* AS. Geazl. Dan. **Kiebe**, Maxilla, Mandibula, vel, parùm detorto sensu *à* Fr. G. *Joüe*, Gena. Doct. autem *Th. H.* monet scriptum esse antiquis **Chawes**, quod si, ita sit, palam est ortum esse *à* verbo *to* **Chaw**, ut Mandibula à Mandendo, *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. ὄϊον, Maxilla.

a **Jay**, *à* Fr. G. *Jay*, *Geay*, *Jayon*, *Gaion*, *Gay*, Dan. **Kaa**, Belg. **Ka**, **Kae**, **Kauw**, **Kauw**, It. *Ciagola*, *Gazza*, *Gazzola*, Graculus, *Menagius* nimis violenter *à* Gr. Κολοιὸς, deflectit. *Fr. Jun.* deducit *à* Χάινω, vel *à* γάω, Glorior, Exulto. Credo potiùs à sono, quem edit, ut pleræque aliæ aves, denominatum.

Ice, *ab* AS. Iȝ, Iȝa, Belg. **Yse**, **Ese**, **Is**, Dan. etiam **Iis**, Teut. **Eiß**, **Eyß**. Glacies. Alludit Gr. Ἴσθω, & Δισθὸς, quia sc. est perspicua.

Ich Dien, Emblema seu Epigraphe Principum Walliæ, credo *à* Teut. **Ich Dien**, Servio, quod olim Emblema fuit Joannis Boemiæ Regis ab Edwardo nigro Principe Walliæ, Edwardi tertij Regis Primogenito, in prælio Cressiacensi occisi,

tisi, sc. in memoriam tantæ Victoriæ, in scutum Gentilitium Victoris translatum, *à* Teut. **Ich**, Ego & **Dienen**, AS. Þenian, Servire: Dictus enim Johannes Rex hanc Epigraphen assumpsit ad miram & inusitatam rem indicandam; est enim Emphatica dictio, q. d. Ego Rex sub alio Rege stipendia mereor, & reverâ tunc temporis sub Imperio & auspiciis Philippi Valesij Galliarum Regis militavit; noster autem Edwardus Walliæ Princeps in suum Scutum transtulit ut suam erga Patrem Regem demissam & fidelem subjectionem & servitutem, dum in vivis esset profiteretur, & certè ipsa sacra Scriptura filium Patris servum appellat. Sunt tamen qui non illepidè deflectunt *à* C. Br. *Irch Dien*, (i. e.) Popularis seu Conterraneus vester ad memoriam Edwardi 2^di^ à patre Edwardo primo postquam totam Cambriam armis sibi subjugâsset, tanquam Cambri (sc. Caernarvoni durante bello nati) ex promisso primi omnium ex Anglico sanguine in Walliæ principatum evecti, v. *Gwillim*.

Idle, *ab* AS. Idel, Aidlige, Ydlige, Vacuus, Otiosus, Vanus, Belg. **Idel**, **Ydel**, Vanus, Inanis, Desidiosus, Teut. **Eitel**, **Ertel**, Vanus, Caducus, Frivolus. Possim si liberet, omnia præsertim Teut. **Ertel**, Ἑλληνίζοντων more, satis speciosè declinare *à* Gr. Ἐυτελὴς, Vilis, sed, sanè, nullum apud me locum habet nisi Allusionis. *Mer. Cas.* nostrum **Idle**, deflectit *ab* ἰδλω, Nugæ.

Jealous, *à* Fr. G. *Jaloux*, It. *Geloso*, Zelotypus, q. d. *Zelosus*, hinc Fr. G. *Jalousie*, It. *Gelosia*, Zelotypia.

to **Jeer**, Irridere, vel *à* Lat. *Garrire*, vel *ab* AS. Ceapcian, quod etiam Garrire signat, vel *ab* It. *Gavare*, vel *Gareggiare* Certare, *Gara*, Certamen, vel *à* Belg. **Keeren**, Verrere, q. d. Sannis seu Jocis strictim attingere & quasi Diverrere, vel, quod omnium verisimillimum est, *à* Teut. **Scheeren**, Vexare, Irritare. Alludit Gr. χαιδω, Subsanno.

a **Jeer**, vox Nautica, Funiculus quidam in nave, nescio an *à* Belg. **Keeren**, Teut. **Kehren**, Vertere, Convertere, hoc *à* Lat. *Gyrare*.

Jelloppeo, *or* **Jowloppeo**, vox Fœcialium, fort. Fr. G. *Joüe*, Gena & *Loppe*, *Lopin*, Particula, Pittacium, Offula, Videtur autem pennas à gutture galli, instar palearis, dependentes signare idióque puto potius dictum quam **Dewlapped**, v. **Dewlap**.

Jelly, *à* Fr. G. *Gelée*, It. *Gelata*, Gelatina, q. d. Jus Gelatum (i. e.) Coagulatum seu Concretum.

Jeoperdy, Periculum, q. d. Fr. G. *J'ay perdu*, Verbatim Perdidi, vel ut Doct. *Th. H.* placet, q. d. *Jeu perdu*, *a* **Lost Game**.

a **Jerkalcon**, *or* **Gerkalcon**, *à* Fr. G. *Gerfaut*, *Grefaut*, It. *Gerfalcone*, Hisp. *Girafalte*, Belg. **Gier Valck**, Teut. **Ger-falck**, vel **Geyrfalck**, fort. *à Gyrando*, quia Gyros in aere ducit, q. d. *Gyro-falco* (i. e.) Falco Gyrans. *Minsevus* melius deflectit *à* Teut. **Geyer**, Belg. **Gyer**, Vultur, & Teut. **Falck**, Belg. **Valck**, Falco, quia Vulturem rapacitate refert, vel, quod *Scal.* in Hist. An. Aristotelis placet, q. d. *Grypho-Falco*, ob magnitudinem sc. Sed *Minsevi* Etymon præfero. Saltem alludit Gr. Barb. γερὰξ, Accipiter, hoc manifestè *à* Gr. ἱέραξ, ἱέρακος.

Jerk, Virgæ ictus, vel *à* Teut. **Ge-recken**, pro **Recken**, Vindicare, vel *ab* It. *Caricare*, q. d. Plagis onerare, vel *à* Belg. **Jacke**, Scutica, Flagellum Aurigarum, **Jacken**, Scuticâ Cædere, vel, ut *Minsevus* vult, *à* Goth. **Gercken**, Verberare, quod nusquam nisi apud ipsum occurrit, vel *ab* AS. Gyrd, Virga, vel, quod mihi verisimilius fit, à sono fictum.

Jerkin, Tunicula, Tunica superior, *Minshew* nimis violenter deflectit *à* Teut. **Rockklein**, parva Tunica, Citat & vocem Norman. *Jerquin* ejusdem significationis, quam tamen nusquam reperio. Longè melius deflecti possit *ab* AS. Cyrtelkin, Tunicula, hoc dim. of Cyrtel, Tunica, v. **Kertle**.

Jerkin, *Ridero* Accipiter Ardearius mas, *à* Teut. **Geyer**, Vultur & dim. **Kin**, q. d. Vulturculus, v. **Jerkalcon** & **Ger-kin**, quod idem signare censeo. Sed unde inquies **Geyer**, credo vel *ab* ant Teut. **Gehren**, pro **Begehren**, Cupere, Appetere propter aviditatem vel *à* **Kehren**, vertere, vel *à* **Gaher**, Promptus, Fervidus, sc. Propter agilitatem.

a **Jels**, *or* **Jasshawk**, Doct. *Th. H.* deflectit *à* Fr. G. *Niars*, It. *Nidiace*, *Nidiaco* vel *Nidaso* (i. e.) Accipiter pullus *à nido recens*, v. **Eyes**.

Jessant, vox Fœcialium **Jessant** *flowers de lices*, apud *Gwillim*, pag. 180. (i. e.) ni fallor, Fr. G. *Jettant*, Ore projiciens, *Fleurs de lis*, Flores Ireos, *à* verbo *Jetter* olim, *Jetter*, Jacere, hoc satis manifestè à Lat. *Jactare*.

Jesses, *a* Fr. G. *Gets*, It. *Getti*, *Zetti*, *Ridero* Lemnisci sic dicti *a Jactando* inquit *Minshew*.

Jet,

Jeſt, Jocus, *ab* Hiſp. *Chiſtes*, Joci, Sales, Facetiæ. *Minſhew* deflectit *à* Lat. *Geſtire*, credo potiùs *à* Lat. *Geſticulari*, quia antiqui Atellani ſeu Mimi qui Jocos publicè populo propinârunt, eoſdem etiam aptis geſticulationibus populo commendârunt, quod Gr. χειρονομία dicitur.

Jet, *à* Fr. G. *Jet*, *Jaiet*, *Jaet*, *Jette*, omnia contr *à* Lat. & Gr. *Gagates*.

to **Jet**, magnificè Incedere, Faſtuosè ſe inferre, credo *à* Fr. G. *Jetter*, Jacere, Jactare, q. d. corpus prorſum Jacere vel Jactare, inde **Jetty**, Extuberantia, Projectura.

Jetty v. **Jet**.

Jewells, *à* Fr. G. *Joyau*, It. *Gioiello*, Hiſp. *Joyel*, Belg. **Juweel**, Gemma, vel q.d. Jocalia, Jocale, ſc. quibuſcum feminæ Ludere amant (i. e.) quibus delectantur, v. *Salmaſ.* Exerc. Plin. in Sol. pag. 1124, vel *à* nom. **Joye** v. **Joy**.

Jewſtrump *or* **Jewſharp**, *Comenio* Crembala, q.d. Tuba vel Cythara Judæorum ſic autem dicitur per contemtum. Certè nihil magis abſonum eſt & obſtreperum, imò nec Cardinum aut rotarum ſtridor, nec Catulientium Felium vagitus, quàm Hebræorum in Sacris ἀμουσοι ille & ἀναρμόνιος Concentus.

If, in agro Linc. **Gif**, *ab* AS. Gif, Si, hoc *à* verbo Gifan, Dare, q. d. Dato.

Jig v. **Gig**.

Jig by Jowl, (i. e.) **Cheek by Jowl** *or* **head**.

Iland, vel *ab* AS. Eland, Galond, Belg. **Eylandt**, vel *ab* AS. Iglond, Inſula, omnia *ab* Ea, vel Ig, Ige, Aqua, & **Land**, q. d. Terra aquis circundata & circumfuſa. Ige autem ortum videtur *à* Fr. G. Dial. Occitan. *Aigue*, & hoc *à* Lat. *Aqua*; vel etiam **Iland**, non incommodè deflecti poteſt, *à* Fr. G. *Iſle*, It. *Iſola*, Inſula & eodem **Land**, *Iſle*, autem & *Iſola*, *à* Lat. *Inſula* contracta eſſe prorſus cæcus eſt qui non videt.

an **Ilet**, contractè *an* **Eight**, *à* Fr. G. *Iſlette*, It. *Iſoletta*, Inſula parva. Datur & teſte *Mer. Caſ. Igothe*, eodem ſenſu, ſed apud *Somnerum* non occurrit.

an **Ilet** *or* **Dilet** *hole*, *à* Fr. G. *Oeillet*, Hiſp. *Ojete*, It. *Occhietto*, Ligulæ Foramen cui globuli Veſtiarij ſeu Uncini Braccales immittuntur, hæc dimin. Fr. G. *Oeil*, Hiſp. *Ojo*, It. *Occhio*. Oculus, q. d. Ligulæ ocellus; figurâ enim orbiculari oculum, & cavitate oculi pupillam, refert.

Ill, *à* Dan. **Ilde**, Malè vel contr. *ab* **Evil**, quod *vide*.

Imbargo, vox jam etiam vulgo noſtro notiſſima, *ab* Hiſp. *Embargo*, navium Detentio, hoc *à* verb. *Embargar*, Detinere, Retinere, utr. *à* præp. *En* vel *In*, & nom. *Barra*. Obex, Repagulum, q.d. objecto repagulo ſeu obice Detinere.

Imbark, *à* Fr. G. *Embarquer*; It. *Imbarcare*, Navem conſcendere, v. **Bark**.

Imbelliſh, *à* Fr. G. *Embellir*, It. *Imbellire*, Ornare, Decorare, *à* præp. *En* vel *In*, & Fr. G. *Bel*, hoc *à* Lat. *Bellus*.

Imboſs, It. *Imboſſare*, Bullis ornare, Fr. G. *Emboſſer*, Extuberare, Protuberare, v. **Boſs**, **Imboſt** *work*, *Higginio* alio nomine **Round** *work* appellatur, & Lat. Opus Coronarium exponitur.

Imbrocado, v. **Brocado**, & Dict. Angl.

Imbroiderer, Polymitarius, *à* Fr. G. *Bordeur*, Phrygio, *Border*, Hiſp. *Bordar*, Acupingere, *Bord*, Veſtis Fimbria, Belg. **Brodden**, Reſarcire, v. **Bozder**; **Imbroiderer**, autem *Salmaſio* not. in Flav. Vop. vitâ Carini Cæſaris dicitur Plumarius. Datur & C. Br. *Brodio*, Acupingere, Intexere, ſed noſtræ originis.

Imbrue, *à* Fr. G. *Abbreuver*, Potare, vel *Imbuer*, Imbuere, vel *à* noſtro **In** & **Brew**.

to **Imburſe**, Pecunias refundere, *à* Fr. G. *Embourſer*, It. *Imborſare*, Fr. G. *Rembourſer*, It. *Rimborſare*, *to* **Reimburſe**, quod vide, vide & **Purſe**.

Imp, Diabolus, preſertim Dæmon terreſtris, Sylvanus, Faunus, vel *à* Lat. *Impius*, q. d. *Impius*, κατ' Ἐξοχήν, vel *ab* alt. **Imp**, Surculus, q. d. parvus Dæmon, Dæmunculus, quia ſc. vulgò creditur iſtiuſmodi Dæmones formâ puellorum ſagis apparere.

Impatr, v. **Empatr**.

to **Impale**, *à* Fr. G. *Empaler*, It. *Impalare*, Hiſp. *Empalar*, more Turcico, Palo per anum adacto reos necare. Hoc ſupplicij genus etiam antiquis Romanis notum fuit; ſic enim Seneca Epiſtolâ 14 tu cogita hoc loco Carcerem & Cruces & equuleos & uncum & adactum per medium hominem, qui per os emergat, ſtipitem, Græcis rec. dicitur παττάλευσις, v. *Managium*.

Impeach, vox Forenſis ſed vulgò nota. Significat autem Accuſare, Diem dicere, detortum *à* Fr. G. *Empeſcher*, It. *Impacciare*,

pacciare, hæc à Lat. *Impedire, Impeditare.*

Impes, *ab* AS. Impan, Teut. **Impfen**, Fr. G. *Enter*, Inserere, Dan. **Impe, Ympe**, Frutex, C.Br. *Imp*, Surculus, Sed nostræ, credo, originis. *Mer. Cas.* nostrum **Imp**, deflectit à Gr. Ἐμφυτὸς, Ἐμφυτίσειν. Mallem à Fr. G. *Ente*, Surculus Insitivus, & hoc à verbo *Enter*, utr. à Lat. *Insitum*, *Insitare*, freq. vò *Inserere.*

Implement, nobis Supellex, Instrumentum, q.d. Implementum, quia implet domum, vel, secundùm *Cowellum*, à Fr. G. *Employer*, q.d. *Employemens*, eà sc. quibus nos exercemus Utensilia. *Mer. Cas.* nostrum **Implement**, deflectit à Gr. Ἐμπλέω.

Importance, à Fr. G. *Importance*, It. *Importanza*, Momentum, operæ pretium, hoc à verbo *Importer*, It. *Importare*, Conferre, Conducere, Valere, omnia manifestè à Lat. *Importare*, quod sc. Importat, hoc est contribuit aliquid ad rem perficiendam.

to **Impose**, à Fr. G. *Imposer*, Imponere, q. d. Imposare, vel Imposítare.

Impost, à Fr. G. *Impost*, It. *Impostà*, Vectigal, ab Imponendo, q. d. Impositum, supple, Vectigal.

Impost, à Fr. G. *les Imposter*, vox Architectonica, *Vitruv.* lib. 6^to^ Incumbæ ut hoc *ab Incumbendo*, ita nostrum *ab Imponendo*, q. d. capitula columnis imposita.

Imposthume, *ab* It. *Imposthema*, Fr. G. *Apostheme*, *Apostume*, Abscessus, It. *Imposthumare*, Fr. G. *Apostemer*, *Apostumer*, in Abscessum tendere, omnia à Gr. Ἀπόστημα, Abscessus.

Impoverish, ad Paupertatem redigere, Adigere, à Fr. G. *Empauvrir*, It. *Impoverire*, q.d. Impauperare, v. **Poor.**

Impregnable, à Fr. G. *Imprenable*, Inexpugnabilis ab *In* Negat. & *Prenable*, quod Capi potest, hoc à verb. *Prendre*, Capere, omnia à Lat. *Prehendere*, *Prendere*, q.d. Imprendibilis, Imprehendibilis.

Impresa, *ab* It. *Impresa*, Epigraphe seu Emblema scuti Gentilitij, hoc à verb. *Imprendere*, Suscipere & altero *Impresa*, Cœptum, Institutum, Propositum; In Epigraphe enim consilium Institutum & Propositum scutum gerentis plerumque indicatur.

Impress *money*, secundùm Authorem Dict. Angl. Pecunia militibus in antecessum soluta, à præp. *In*, & Fr. G. *Prest*, It. *Presto*, Paratus hoc à *Præstando.*

to **Imprint**, à Fr. G. *Empreint*, particip. verbi *Empreindre*, utr. à Lat. *Imprimere.*

Imprison, à Fr. G. *Emprisonner*, It. *Imprigionare*, Incarcerare, v. **Prison.**

Improove, Meliorare à Lat. *In*, Epitatico ut in Infringere & *Probus*, q. d. Probum seu Bonum facere vel fieri, vel q. d. Fr. G. *Emprouver*, à nom. *Preuve*, Experimentum (i. e.) experimentis rem ad summum perfectionis gradum deducere. Verùm quoniam olim **Approve**, vel **Approove**, dictum est, prius Etymon longè præfero. Suspicor etiam olim verbum Fr. G. *Approuver*, hoc etiam sensu usurpatum fuisse; Libro enim Statutorum anno 51 Henr. 3 *the* **Improovers** *of the Kings rents*, (i. e.) quorum munus fuit Regios reditus seu proventus Beneficiorum seu Prædiorum clientelarium, Tributum amplius quàm antèà statuendo, aliisque artibus augere, & in Meliorem statum redigere, **Approvers**, appellantur.

Incarnadin, à Fr. G. *Incarnadin*, It. *Incarnadino*, Incarnatino Color ex rubro albescens, v. **Carnation.**

Incense, à Fr. G. *Encens*, It. *Incenso*, Thus, Suffitus, q.d. Incensum, quia sc. Incenditur, hoc est Adoletur.

Inch, *ab* AS. Ince, ynce, utr. à Lat. *Uncia*, Gr. ὄγκια.

Inchant, à Fr. G. *Enchanter*, utr. *ab* It. & Lat. Barb. *Incantare*, Ἐπάδειν.

Inchase, à Fr. G. *Enchasser*, It. *Incastrare*, *Incastonare*, Auro inserere, utr. à nom. Fr. G. *Chasse*, It. *Castro*, *Castone*, Annuli Pala seu Gemmæ Loculus, **Chass**, autem à Capsa, *Castro* & *Castone* à Lat. *Castrum*, *Castellum*, ortum ducunt; Pala enim est Gemmæ Capsula & Castellum quo includitur & ab attritu & sordibus tuta servatur, & quasi munitur.

Incircle, Circundare, in orbem Cingere, à Fr. G. *Encercler*, It. *Incerchiare* q.d. Incirculare.

Income, Reditus, Fructus, q. d. **Comings in.**

Incontinent, à Fr. G. *Incontinent*, Statim, q. d. in Continenti, sup. le, tempore; continens enim seu Continuum Gr. συνεχὲς est quod nullo alio interveniente abrumpitur (i. e.) tempore immediatè subsequenti.

Incounter, à Fr. G. *Encontrer*, It. *Incontrare*, q. d. in Contrà Incedere, Obviam habere, Occurrere, nobis etiam

secundario

secundario & translato sensu manus Conserere, Dimicare, Confligere.

Incressant, vox Fœcialium *à* Fr. G. *Encroissant*, (i. e.) Luna Increscens, sc. usque à novilunio ad plenilunium.

Incumber, v. **Comber.**

Indent, *à* Fr. G. *Endenter*, Incidere, q. d. Lat. *Indentare*, v. *Minsh.* hinc **Indenture**, Syngrapha Reciproca, vel, ubi scripta paria sic in capitibus marginibusque inciduntur, ut sectionibus invicem applicatis alterum alterius defectum suppleat, paginámque reddat quasi integram, v. *Spelman.*

Indented, ut *bordure* **Indented**, vox Fœcialium, *à* Fr. G. *Endenté*, hoc q. d. Lat. *Indentata*, seu Denticulata (i. e.) acuminatim formâ dentium incisa.

Indispesed, Valetudinarius, *à* Fr. G. *Indispos*, *Indispose*, q. d. Indispositus, (i. e.) malè Dispositus.

to **Indorse**, à Tergo scribere ὀπισθογραφεῖν, *a Book* **Indorst**, Opisthographum, *à* Fr. G. *Endosser*, It. *Addossare*, *Indossare*, q. d. Indorsare (i. e.) in Dorso scribere, v. *Minsheu.*

to **Indow**, *à* Fr. G. *Doüer*, utr. à Lat. *Dotare*, v. **Endow**, **Indue**, & **Dowry.**

Indue, vox ἱερακοτυκάων propria, *the hawk do's not* **Indue** *well*, à præp. Lat. *In*, & Teut. **Dauwen**, **Verdauwen**, Concoquere, Digerere.

Indue, à Fr. G. *Doüer*, Dotare, *Endüe*, Erudita, Perita; *Endüe* autem fort. *à* Lat. *Indúta*, vel *Imbuta*, ortum ducit, v. **Endow.**

an **Infanta** *of Spain*, vox pura puta Hisp. sic autem appellantur Principes omnes è Stirpe Regia Hispanica, q.d. *Infans*, (i.e.) Filius Regius. Anglo-Saxones antiqui Æ'beling, & Latino-barbari illorum sæculorum *Clitonem* vocárunt, *à* Lat. *Inclytus*, Æ'beling autem *ab* Æ'bel, Nobilis, ortum ducit, q. d. Nobilis καθ' ἐξοχήν, quo sensu etiam Nobilissimus pro summo dignitatis titulo usurpari cæpit jam ruente in exitium Imperio, circa tempora *Honorij* & *Valentiniani* tertij Augg. v. *Meursium* voce τοξοτικὸν μέρος.

the **Infantry**, Fr. G. *Infanterie*, It. *Fanteria*, Peditatus, *Fante*, Pedes & Famulus, quia sc. olim Pedites Equitum Famuli & quasi Pedissequi fuerunt, *Fante* autem *à* Lat. *Infans* manifestè ortum ducit, & nos **Boy**, non tantum pro Puero sed & pro Famulo secundario sensu usurpamus, v. **Lanspenet.**

Infeoff, v. **Feoff**, **Fewd** & **Fee.**

Inform, *à* Fr. G. *Informer*, It. *Informare*, Certiorem facere, Lat. Barb. *Informare*; & sanè licet vox classicis Authoribus prorsus ignota sit, tamen valdè elegans est; qui enim aliquid alij significat Formam seu Ideam rei ejus intellectui repræsentat & imprimit.

an **Ing**, vox agro Linc. usitatissima, significat autem Pascuum Publicum seu Agrum Compascuum, *a* **Common**, parùm deflexo sensu, *à* Dan. **Ing**, Pratum.

Ingage, v. **Engage.**

Ingle, pro Cinædo, *Minsheu ab* Hisp. *Inglé*, Inguen, deflectit, hoc manifestè *ab Ingvine.*

Ingot, *à* Fr. G. *Lingot*, Massa Auri seu Argenti non signati, fortean à similitudine *Linguæ* sic dicta. Verùm quoniam *Chaucer* fol. 57. pag. 1. Col. 2. **Ingot**, pro Fusorio vel Canali, aut Alveo in quem funditur metallum, usurpat, mallem hinc deflectere & hoc *à* Belg. **Ingieten**, Infundere, part. **Ingegoten.**

Ingrail'd, **Bezoure Ingrail'd**, vox Fœcialium, quam *Gwillim* deflectit *à* Lat. *Ingredi*, quia sc. Linea ex qua conficitur bordura (i. e.) fimbria campum plus æquo Ingreditur, vel *à* Lat. *Gradus*, quia, inquit *Upton*, ejus color Gradatim infertur in campum; nugæ. Mallem, licèt hoc timidè, declinare *à* Fr. G. *Engrillé*, hoc *à* nom. *Grille*, contract. *à* Lat. *Craticula*, q. d. Fimbria Craticulata.

Ingross, *à* Fr. G. *Grossoyer*, (i. e.) magnis Capitalibus literis Describere, v. **Engrosse.** Significat autem in re Mercatoria ubi unus aliquis totum aliquod Mercium genus sibi coemit ut Monopolium faciat, q. d. *to buy up a Commodity by the* **Gross**, (i.e.) per Ingentia Pondera, non minutatim; talis autem Mercator *Adr. Jun.* Magnarius dicitur.

Inherit, *à* Fr. G. *Enheriter*, Activè Hæredem constituere, nobis, parùm detorto sensu, Hæredem esse seu Hæreditatem Cernere, Adire, Fr. G. *Heriter*, Hæreditatem suscipere, q. d. Hæreditare, Inhæreditare, *Heritier*, Hæres, v. **Heir.**

Ink, *à* Belg. **Inck**, **Incht**, **Enckt**, Fr. G. *Encre*, It. *Inchiostro*, Atramentum,

hæc à Lat. & Gr. *Encauſtum*, v. *Voſſ.* libro 1mo de Arte Grammatica cap. 39. & *Pancirollum* de Deperditis cum interprete *Salmutho* lib. 1mo tit. 2do. Atramentum autem conſonis aliquantum vocibus ſed diverſæ prorſus originis Hiſp. *Tinta*, Teut. **Dinte**, **Dinten** appellatur, hæc à Lat. *Tinctura*, pro Tinctura, à *Tingendo*.

Inkling, Rumuſculus, Rumor Crudus & Subobſcurus, Obſcura & Imperfecta rei ſignificatio, *Minſheu* deflectit vel ab *Inclinando*, quod tunc inclinetur auris, vel à **Tinkling** & **Tink**, q. d. Exiguus Tinnitus, vel à Teut. **Punkelen**, quod etiam Rumuſculum notat, ſed hoc **Punkelen**, nuſquam gentium mihi occurrit, vel à Belg. **Cenckelinghe**, Modulatio crebra repetita, **Cenckelen**, Cantum diſpertire, Concidere, Frangere ſeu Comminuere *to run diviſion*, q.d. unum accentum moduli accinere, *to give one a Touch of it*, vel *ab* **In** & Belg. **Bailen**, Dicere, q. d. Intus (i. e.) Obſcurè narrare.

Inlaid *work*, à Belg. **Ingheleydt**, Vermiculatus, hoc à **Leyden**, **Ghe-leyden**, Ducere, q.d. Inductus ſeu Obductus, v. **Lead** & **Lay**.

Inmate, Inquilinus, *ab* **In** & **Mate**, Socius, q.d. Socius Domi, v. **Mate**.

Inn, Diverſorium, Hoſpitium, Pandochæum *ab* AS. Inne, Cubiculum, Cella, Caverna, Diverſorium, Domus. *Verſtegan ab* ant. Ingeat, hoc *ab* **In**, & Gan, vel Gehen, contractum putat, *Mer. Caſ.* deflectit à Gr. Ἔνδον, Sedes, Domus.

Inner, *ab* AS. ynnep, Innop, Teut. **Inner**, Interior, AS. ynnopt, Innemeſt, Intimus, omnia *ab* AS. Angl. & Lat. *In*.

Inqueſt, vox Forenſis ſed vulgò nota, à Fr. G. *Enqueſte*, It. *Inchieſta*, utr. à Lat. *Inquiſitum*, *Inquiſitio*, hinc *the grand* **Inqueſt**, Menſurarum & Ponderum Quæſitores, μετρονόμοι, item Criminum Quæſitores.

Inrode, Invaſio, Irruptio ſeu Impreſſio hoſtium, à Præp. *In* & verbo *to Ride*, q. d. Inequitatio, *a* **Riding** *into another mans Country*; vel à Teut. **Sich Rotten**, **Einrotten**, Turmatim Convenire, à nom. **Rotte**, Turma, Manipulus, vel Centuria militum, ſed prius præfero, v. **Reut** & **Riot** in Et. Vocum Forenſium.

Inſide, Interior Sinus, Partes Interiores, Intima ſeu Interna Superficies, *ab* **In** & **Side**, q. d. Interior pars ſeu Internum Latus.

Inſight, à Belg. **Inſicht**, Intuitus, v. **See**.

to **Inſtall**, à Fr. G. *Inſtaller*, Lat. Barb. *Inſtallare*, à Lat. *In*, & AS. Stal, Stabulum, (i. e.) Locus ubi ſtatur, nobis autem in ſuum Locum ſeu Sedem ſolenniter Collocare deſignat.

Inſtep, Pedis ſeu Calcei Convexum, v. **Step**.

Intereſt, à Fr. G. *Intereſt*, It. *Intereſſe*, Fœnus vel potiùs Fenus, ſic dictum quòd Interſit ejus qui dat mutuò ut aliquid lucri accipiat.

Interlard, Larido interungere, à Fr. G. *Entrelarder*, q. d. Interlardare, *vide* **Lard**.

Interlopers, Mercatores μεσίτευται, qui contra Commercij regulas mercaturam exercent, & quaſi invadunt à Præp. Lat. *Inter*, & Belg. **Loopen**, Currere, Fluere, (i. e.) qui aliorum commercium Intercurrunt ſeu Intercipiunt.

Intermeddle, ſe Ingerrere negotio, à Fr. G. *Entremeſler*, Intermiſcere, q. d. alienis rebus ſe Intermiſcere, in alienam meſſem falcem immittere.

to **Inter**, à Fr. G. *Enterrer*, Sepelire, q. d. Interrare, (i. e.) Terrâ condere.

Into, *ab* AS. Into, In.

to **Intoxicate**, nobis Mente movere, aliquantùm detorto ſenſu *ab* It. *Intoſſicare*, Venenum Propinare, *Toſſico*, Venenum, hoc à Lat. & Gr. *Toxicum*, quod primariò venenum telis illitum, ſecundariò, ſequioribus ſc. ſæculis, Venenum ſimpliciter ſignavit, quia ſc. multa venena, verbi Gr. Philtra, inſaniam inducunt.

Intreat, Supplicare Doct. *Th. H.* deflectit *ab* **In** & **Treat**, Fr. G. *Traiter*, q.d. in (i. e.) Secretò Tractare, vel ſort. à Teut. **Eintretten**, Ingredi, q.d. ſe in animum alicujus Inſinuare.

Invec, vox Fœcialium *Gwillim* deflectit à Lat. *Invehere*, quia ipſa linea gibboſa in borduram (i. e.) fimbriam plus æquo invehitur.

Inveigh, à Lat. *Invehi*, *Invehere*.

Inveigle, Allicere, Pellicere, Seducere, vel, quod *Minſevus* vult, *ab* It. *Invogliare*, Indere voluntatem, vel, quod mihi veriſimilius ſit à Fr. G. *Avengler*, Occæcare, nom. *Avengle*, Cæcus, & hoc à Lat. fonte, q. d. Aboculus

Aboculus (i.e.) Oculis privatus. Datur & It. *Vagolare*, *to* **Inveigle**, *à* nom. *Vago*, Pulcher, Pulchra enim alliciunt. Alludit Gr. πάγη, παγὶς, Laqueus, Decipulum, Retinaculum. Sed unde, inquies, It. *Vago*? Credo *ab* AS. Fæger, Pulcher; fortean enim olim *Fagro* vel *Vagro*, efferebatur; tandem dura illa Canina litera *r* propter Euphoniam rejecta est; notum autem est Longobardos priscos, utpote Ducatûs Megapolitani olim incolas, Anglosaxonibus priscis in Germania vicinos fuisse, ideóque verisimile est eâdem aut valdè simili dialecto usos esse.

Invelop, *à* Fr. G. *Enveloper*, It. *Involuppare*, *Aviluppare*, Involvere, omnia *à* Lat. *Velum*, q. d. Velo operire.

Invenom, *à* Fr. G. *Envenimer*, It. *Avelenare*, q. d. Invenenare (i. e.) Veneno inficere.

to **Invest**, *à* Fr. G. *Investir*, It. *Investire*, q. d. Investire, hoc est Ornamentis, Dignitatis Insignibus, Vestire, in Dignitatem aliquam solenniter Cooptare. Sensu autem Bellico in copias hostiles, seu urbem obsessam Impetum facere, Invehi, Invadere, Oppugnare.

Inure, Assuefacere, *à* nom. **Ure**, quod *vide*.

Inward, *ab* AS. Inpeapd, Innepeapd, Interior, item Femen Inpe, Internus, Teut. **Einwartz**, Introrsum, Intus, v. **Ward**.

Jobbernowl, Capito, μεγαλεκέφαλος, Βαρύφαλος, fort. *à* nostro **Nowl**, quod vide, & Fr. G. *Gouffre*, Gurges, Abyssus, quo nomine tum nos, tum Galli omnia immodicè Grandia appellamus, vel *à* Fr. G. *Gobelin*, primariò Larva, Spectrum, Dæmon terrestris, & secundariò Stultus ut nos dicimus *an* **Auff** & **Elf** eodem sensu. Capitones enim, præsertim qui capite immodicè grandi & insuper malè formato præditi sunt, à Physiognomis Stupidi & Bardi habentur, vel, quod omnium verisimillimum est, nostrum **Jobbernoul**, deflecti potest *à* Belg. Flandr. Jebbe, Insulsus, Ignavus, Obtusus & dicto **Nowl**.

Jocund, Hilaris, Lætus, Alacer, manifestè *ab* It. *Giocondo*; non enim datur Fr. G. *Jocond*, nisi, quòd satis verisimile est, olim extiterit, sed jam cum multis aliis in desuetudinem abierit. *Giocondo*, autem *à* Lat. *Jucundus*, ortum esse etiam pueri nôrunt.

Jog, **Joggle**, Trudere, Quatere, *Minsheu* deflectit *à* Teut. **Jagen**, Pellere, Mallem *à* Teut. **Schockeln**, **Schanckeln**, Subsilire, Subsultare, Succussari, Vacillare instar currûs per vias asperas & salebrosas delati, ut nos dicimus eodem sensu *the Coach* **Jogs**, hoc *à* Belg. **Schocken**, Quassare, Concutere, Succussare, **Schock**, Concussio, Jactatio, & hæc *ab* It. *Scuotere*, *Scossare*, *Scussare*, Concuti, Vibrari, Vacillare, Nutare: item activè Concutere, Vibrare, omnia *à* Lat. *Excutere*, *Discutere*, vel eorum Freqq. *Excussare*, & *Discussare*, Alludit Gr. Δινέω, v. **Shake** & **Shock**.

to **Joice**, Tigna Coarticulare fort. *à* Fr. G. *Adjuster*, Coaptare, hoc q. d. Lat. Adjustare.

Join, *à* Fr. G. *Joindre*, utr. *à* Lat. *Jungere*, hinc & **Joint** part. ejusdem verbi, *Junctus*.

Joint, *à* Fr. G. *Joint*, *Jointe*, *Joinct*, Articulus, q. d. Junctum vel Juncta (i.e.) Junctura, Conjunctio seu Coarticulatio ossium.

Jointure, Dos q. d. Junctura, vel quòd ratione Dotis in conjugio assignatur, vel quòd contractui matrimoniali superadditur & superjungitur.

the **Joists** *of a house*, *Evelino*, **Joists**, vox Architectonica, vel *à* Fr. G. *Joindre*, Jungere, vel *Adjuster*, (i. e.) Adaptare, Accommodare, Coaptare, quia aptè coarticulantur.

to **Joist** *or* **Jest** *horses*, (i. e.) Equos alienos certo & condicto pretio in pascuis suis alere, vox agro Linc. usitatissima, *à* Fr. G. *Gesir*, Cubare, Morari, *Giste*, Cubitus q. d. Lectum seu Cubandi locum & stationem præbere, v. **Agist**, inter voces For.

Jolly, à Fr. G. *Joli*, It. *Giolivo*, *Giulivo*, Pulcher, Bellus, Nitidus, Lætus, Alacer, hoc fort. *à* Lat. *Jovialis* (i. e.) sub læto & felici sydere natus, ut nos dicimus *a* **Jovial** *fellow*, *Menagius* certè longè violentiùs à Gr. ἰουλος, Lanugo, deflectit, q. d. Julitus, sc. qui primam Lanuginem emittit, Adolescens, quales plerumque Elegantes & Alacres sunt. *Minsh.* & *Jun.* pessimè *ab* Ἀιολος, Varius, deducunt.

to **Jolt**, Trudere, Pulsare, fort. *à* Fr. G. *Jouster*, Hastis ludere, Hastis impetere, v. **Justle** & **Just**.

Jolthead, Capito (i. e.) magno Capite præditus, μεγαλοκέφαλος, Βαρύφαλος, nescio an q. d. **Gout-head** vel **Gouty head**, omnia enim ineptè & deformiter magna vulgus nostrum **Gouty** appellitat.

a **Jot**, It. *Gota*, à Gr. ἰῶτα, vel Hebr. *Jod*, literarum minutissima.

Jovial, à Fr. G. *Jovial*, Lætus, q. d. Jovialis, sc. sub Jove læto, ut nugantur Astrologi, Sydere natus.

the Hawk **Jouks**, (i. e.) Dormit, Obdormit, à Fr. G. *se Jucher*, vel *Joucher* se in pertica ad dormiendum componere ut aves solent, vel fort. à Belg. **Ducken**, **Duycken**, se Inclinare. Sed unde, inquies Fr. G. *Joucher?* fort. à nom. *Souche*, Stipes, Truncus; quia aves super arborum stipitibus quiescunt, hoc à Lat. *Succus*; *Succus* enim arboris à stipite in reliquas omnes partes distribuitur.

a **Journal**, à Fr. G. *Livre Journal*, Ephemeris, q. d. Liber Diurnalis, hoc à Fr. G. *Jour*, It. *Giorno*, Dies, v. **Journay**.

Journey, nobis Iter, à Fr. G. *Journée*, It. *Giornata*, q. d. Diurnata, detorto parùm sensu, nam Fr. G. & It. significat Diem simpliciter, vel Diem prælij, laboris vel itineris, sc. Diem prælio labori aut itineri insumtum. **Journey-man**, olim qui de Die in Diem operam locavit, designavit, licèt nunc, qui pactâ mercede in annum servitutem stipulatur, denotat, à Fr. G. *Journée*, Opus Diei, *Jour*, Dies, *Jour*, autem & *Giorno*, à Lat. *Diurnum*, supple tempus, fluunt.

Journey man, v. **Journey**.

Jowl, Caput, parùm deflexo sensu ab AS. Ceole, Fauces, hoc à Lat. *Gula*, hinc a **Jowl** *of Ling*, nobis appellatur non tantùm Caput sed etiam Oesophagus.

Jowler, nomen Canis Venatici. Doct. *Th. H.* deflectit à Fr. G. *Cageleur*, Potest & non incommodè deduci à nostro **Jowl**, q. d. Capito, βιξίφαλος, Magno capite præditus.

Joy, à Fr. G. *Joye*, It. *Gioia*, utr. secundùm *Menagium*, à Lat. *Gaudia* corruptum.

a **Joyner**, ut *Adr. Jun.* exprimit, Intestini operis Artifex, **Joyned** *work*, Homero σανίδες πυκιναὶ ἁρμονίαι, κολλητὰ σανίδες proculdubiò a *Jungendo*, seu Coarticulando trabes sic dictus.

Jran, *Ridero* Aquila mas, fort. deflecti possit à Teut. **Geyer**, Vultur, q. d. Giran, vel **Geyran**, hinc autem **Geyer**: & præsertim nostro **Jran** commodè adsonat Gr. ἱέραξ, vel potiùs ut me monet Doct. *Th. H.* à Belg. **Arend**, Aquila.

Irksom, proculdubiò oritur *ab* ant. verb. Imp. Angl. *it* **Irketh** *me*, (i. e.) Tædet me. *Mer.* tamen *Casaubon*, ne quid dilectæ suæ Græciæ pereat, deflectit à Gr. Ἐχθάνω. Mallem *ab* AS. Ge-Reccan, pro Reccan, Punire, Ge-Recc, pro Recc, Cura, q. d. animi me angit & dolet, vel potiùs à Belg. **Argh**, Teut. **Arg**, Malus, Pravus, quia malorum sc. nos tædet. Vel *ab* AS. Wæpe, *Chaucero* **Werk**, in agro Linc. *Sommero* teste **Mark**, Dolor.

Iron, *ab* AS. Iren, Iren, Cyene, Dan. **Iern**, C. Br. *Haiarn*, Belg. **Iser**, Teut. **Eysen**, Ferrum, AS. Irene, Erenne, Ferreus, Non absurdum esset nostrum **Iron**, & AS. Iren, deflectere *ab* Hisp. *Hierro*, quoniam fortasse majores nostri Ferro ab Hispanis advecto solo usi sunt, certè etiamnum Ferrum Hispanicum longè optimum & maximo in pretio est, hinc cum Merce vocabulum, ut usu venit, allatum, *Hierro* autem familiari Hispanis Lat. *F* in *Hi* mutatione à *Ferrum* manifestè promanat.

Is, Fr. Th. item **Is**, Teut. **Ist**, à Lat. *Est*, Gr. Ἐστί.

Isickle, Stiria, Diminutivum ex **Ice**, q. d. Glaciola (i. e.) Glaciei frustulum dependens, v. **Ice**.

Isinglas, Doct. *Th. H.* dictum putat quasi Belg. **Eselglas**, licèt sanè **Eselglas**, apud *Kilianum* pro Lapide speculari non occurrat, dictum sc. putat tanquam Speculum *asini*, quia Stulti propter pelluciditatem pro Speculo Vitreo habent. Credò potiùs dictum quasi Vitrum *Glaciale*, quia & à *Glacialibus* regionibus affertur & Glaciem perspicuitate, Vitrum tum eadem perspicuitate, tum perennitate Vitro præ *glacie* propriâ refert.

an **Isle** *or* **Island**, à Fr. G. *Isle*, Hisp. *Isla*, It. *Isola*, utr. à Lat. *Insula*, q. d. in Salo sita, hinc *Islette* nobis corruptè *an* **Eight**, q. d. Insuletta (i. e.) parva Insula.

Issuant, vox Fœcialium, à Fr. G. *Issant*, part. verb. *Issir*, Oriri (i. e.) Oriens, v. *Issue*.

Issue, à Fr. G. *Issüe*, It. *Uscita*, Successus, Exitus, hæc à verb. *Issir*, It. *Uscire*, Exire, Succedere, omnia à Lat. *Exire*, Datur & Teut. **Entsern**, **sich Entsern**, vel **Entsernen**, Vitare, Declinare, Fugere, Subterfugere. Hæc à Præp. Ἐντς, Ex, Extra.

It, *ab* AS. Hit, Hyt, Belg. **Het**, Fr. Th. Ij, Illud, Run. Dan. **Hitt**, Aliud; Credo autem orta à Lat. *Id*.

Itch,

Itch, credo olim **Ick**, Pruritus fort. corruptum à **Suck**, quod *vide*, *Mer. Caſ.* noſtrum **Itch**, deflectit, à Gr. Κνίζειν, Κνῆσα, quod, ſi *Scal.* hdes ſit, apud Tarentinos Prurire ſignavit. Alludit idque longè propriùs Ἰχώρ, Serum, Sanies.

Juſtice, à Fr. G. *Juge*, Judex, *Juger*, Judicare, *Adjuger*, Adjudicare, omnia à Lat. *Judice* per Contract. & facilem *C* in *g* converſionem, hinc & Fr. G. *Jugement*, Judicium, q. d. Judicamentum,

a **Jug**, *ab* AS. Ceac, *Higginio* Capedo, Capula, & Capis. *Minſh.* deflectit à Lat. *Jugulum*, quia hoc genus Poculi collum oblongum habet; credo potius à Prænom. Feminino ὑποκοριστικῶ **Jug**, pro *Joanna*; ſæpe enim nomina humana rebus inanimis etiam vaſis tribuimus, ut magnum Vas Bellarminum vocitamus, vel potiùs quoniam AS. Ceac dicitur, à Lat. *Caucus*, quo nomine olim labente Imperio *Cyathus* appellabatur, vide *Salmaſ.* in Treb. Poll. vitâ D. Claudij 2di Aug. item in vitâ Peſcennij Nigri Imp. Poſſet & deduci à Latino-Græco *Diota*, ſed primum Etymon reliquis præſertim huic ultimo longè præfero.

to **Juggle**, à Fr. G. *Jongler*, *Jongler*, Circulatorem agere, Præſtigias præ ſe ferre, hinc *Jongleur*, *Jongleur*, Circulator, Præſtigiator, Dan. **En Gogler**, Geſticulator, Belg. **Guychelen**, Teut. **Guckeln**, **Gockelen**, It. *Giocolare*, *Giullare*, Scurram agere, Nugas agere, Jocari, Præſtigiari, Dexteritate geſtuum fallere, omnia à Lat. *Joclari*, *Joculari*, Lat. Barb. Joculo, Præſtigiator. *Salmaſius* deflectit à Lat. *Caucum*, *Cauculum*, quod idem quod Patera vel Poculum ſignat, & Cauculatores vocat Gr. Ψηφοκλέπτας; & certè hi Præſtigiatores ſemper ferè calice ſeu paterâ utuntur, quo pilas ſuas abſcondunt, hinc teſte *Salmaſio* Fr. G. *Joueurs de gobelets* dicuntur, v. eundem Not. in Æl. Spart. vitâ Peſcennij Nigri Imp. Teut. autem **Gockelen** non abſudè deflecti poteſt à nom. **Geck**, Scultus ut nos dicimus *to play the fool.*

Juice, à Fr. G. *Jus*, Hiſp. *Jugo*, utr. à Lat. *Succus*, v. Prolegomena Et.

to **Juke** or **Jug** *as birds doe*, à Fr. G. *ſe Jucher*, *Joucher*, (i. e.) ſe in pertica ad dormiendum componere ut aves ſolent, hæc à Fr. G. *Jouc*, Perticam quâ gallinæ dormiunt, hoc ni fallor à Fr. G. *Joug*, Lat. *Jugum*, ſc. ſtateræ, *the croſs-beam of a ballance*, quod pertica præſertim tranſverſa refert.

Julep, à Fr. G. *Julep*, It. *Giuleppe*, *Giulebbe*, Hiſp. *Julepe*, Lat. Barb. *Julepus*; (i. e.) Aqua multo Saccharo condita & quaſi incraſſata, vox Arab. originis.

Jumble, Collidere, Confundere, in ſe mutuò Irruere, fort. q. d. **Jumple**, (i. e.) Inſilire. Poteſt & deflecti à Lat. *Commolere* & *Compilare*. Verùm, quoniam *Chaucer* ſcribit **Jombre**, mallem deducere à Fr. G. *Combler*, Cumulare.

to **Jump**, à Belg. **Gumpen**, Tripudiare, Saltare, Exilire, hoc fort. q. d. **Gup**, per Epentheſin, τῆ m (i. e.) *to* **Goe up**, Aſcendere; qui enim ſaltat corpus in ſublime projicit. Alludit Gr. Κίμπτειν.

a **Jump**, **Jub** or **Gippo**, à Fr. G. *Jupe*, Belg. & Teut. **Juppe**, Belg. **Juyppe**, It. *Giubba*, *Giubbone*, Hiſp. *Jugone*, Tunica ſuperior ſeu Thorax, v. **Gippe**.

a **Junk**, *ab* Hiſp. *Junco*, It. *Giunco*, Navis ingens oneraria Indis uſitatiſſima, niſi, quod veriſimillimum eſt, originis Indicæ ſit vox, cum *Minſevo* deflecterem à Lat. *Juncus*, quia navis hæc longâ caudâ *Juncum* æmulatur, vel à *Jungendo*.

Junk, vox Nautica, neſcio an à Fr. G. *Jonche*, It. *Gionco*, Lat. *Juncus*, v. *Mauwayring* in Dict. Naut.

Junkets, Bellaria, Dulciaria, Hypotrimmata, parùm detorto ſenſu, à Fr. G. *Joncade*, Bellarium ex Cremore lactis Aq. Roſ. & Saccharo confectum, vel *ab* It. *Gioncata*, Cremor lactis Coagulatus, *freſh Cheeſe and Cream*, ſic dicta quia in Junceis calathis circumfertur, Juncus autem Fr. G. *Jonche*, It. *Gionco*, dicitur.

Junto, Conventiculum ſeu Concilium Clandeſtinum, *ab* Hiſp. *Junta*, *Gunta*, Concurſus, *Jugum*, à *Jugendo*, q. d. Juncta, Junctum, vel Conjunctio, (i. e.) Cœtus ſeu Conventus hominum.

Ivory, à Fr. G. *Ivoire*, It. *Avorio*, utr. à Lat. *Ebur*, q. d. Eborium.

Jurden, Matula, non, ut primâ fronte videri poſſit, à *Jordane* fluvio, q. d. Urinæ Alveus, ſed *ab* AS. Gop, Stercus, Fimus, Merda, & Den, Cubile, & ſecundariò quodvis Receptaculum q. d. Gr. σκατοδόκη.

a **Jury**, à Fr. G. *Jurée*, (i. e.) primariò, ſc. Gallis Societas citatorum ad Juramentum præſtandum ſententiæ edendæ

gratiâ

gratiâ in foro, nobis autem in Jure noſtro Municipali 12 Viri Judices, q. d. 12 Viri *Jurati*.

Juſtle, Trudere, v. **Juſts**.

Juſts, à Fr. G. *Jouſter*, It. *Gioſtrare*, Haſtis Ludere, Fr. G. *Jouſte*, It. *Gioſtra*, Hiſp. *Juſta*, Haſtiludium, ſecundùm *Salmaſ.* à Gr. rec. ζῶστρα, quod ortum eſt ab ant. Διάστρα, hoc à verb. Διαθεῖν, Detrudere, Dejicere, Repellere, Fortean autem, ſidque non minùs ſpecioſè, deflecti poſſet à Lat. *Juſta*; quia olim in exequiis defunctorum gladiatores tum equis, tum pedibus, ſed pedibus frequentiùs, pugnaturi edebantur.

Jut, v. **Jet**.

Ivy, *ab* AS. Ifig, Teut. **Epbew**, **Iben**, **Yben**, oder **Cyvenbaum**, Hedera. *Mer. Caſ.* deflectit à Gr. Ἔυαν, quia Baccho gratiſſima, *Fr. Jun. ab* Ἴφι, Validè quia arbores amplectendo enecat. Mallem à Teut. **Elbe**, Baliſta; quia fort. Baliſtæ ex hoc ligno olim confectæ ſunt: hoc ſi Græcus eſſem deducerem à Gr. Ἶς, Sagitta, addito ſc. in medio digamma Æolico.

K.

KArl-Cat, vox agro Linc. uſitatiſſima pro Feli mare, *ab* AS. Capl, Maſculus & **Cat**, quod *vide*.

to **Kaw**, fort. à Belg. **Kaē**, **Kaw**, Monedula utr. à ſono fictum.

to **Kaw** *for breath*, ægrè Spiritum ducere à Teut. **Kauchen**, **Keichen**, Belg. **Kichen**, **Stighen**, Anhelare. Alludit Gr. χάσκω, Hio, Dehiſco, v. **Keck**.

a **Keal**, vox agro Linc. familiaris pro **Cold**, (i. e.) Tuſſis à frigore contracta, *ab* AS. Celan, Frigeſcere, v. **Cold**.

Kealer, **Kettlepins**, *or* **Ninepins**, à Teut. **Kegel**, Fr. G. *Quille*, Conus Luſorius, hæc à Teut. **Kugel**, **Kügel**, quod Pilam vel Globum ſignat. Alludit Gr. Κῶλον, Lignum, ut & Κύκλος.

a **Kebber**, vox quæ nuſquam niſi apud *Higginium*, *Comenium* & *Gouldmannum* occurrit, exponitur Ovis Rejicula, fort. à *Capiendo* vel *Excipiendo*, (i. e.) auferendo è grege, vel à Belg. **Kebſe**, Teut. **Kebsweib**, Adultera, q. d. ovis quæ tanquam Adultera paſcuo ejicitur. Vel, quod præ reliquis arridet, à Belg. **Kipen**, Parere, Pullos edere, q. d. **Kipper**, (i. e.) Ovis Proletaria quæ ſc. macello eximitur ut qui ſoli edendæ vacet.

to **Keck**, **Kickle** *or* **Keckle**, à Belg. **Kich**, Aſthema, Dyſpnœa, **Kuch**, Tuſſis, **Kuchen**, **Kichen**, Teut. **Kauchen**, **Keichen**, Anhelare, omnia à ſono ficta.

Keckle *or* **Keckling**, vox Nautica, ſic autem dicitur Rudens quo alium rudentem munimus ne atteratur, neſcio an à Teut. **Kugel**, Globus, Sphæra, quia funis hic alium funem ambit, certè huic **Kugel** feliciter alludit Gr. Κύκλος & Κυλίω.

to **Kedge**, *a* **Kedger** *or* **Kedge** *Anchor*, vox Nautica, neſcio an à Belg. **Kaghe**, **Kaghe-Schuyte**, **Kaghet-Schuyte**, Navicula aperta & oblonga Veliſera, v. *Manwaring* in Dict. Naut.

Keel, *ab* AS. Cæle, Belg. **Kiel**, Teut **Keil**, & **Keel**, Dan. **Kiöle**, **Kiöl**, Fr. G. *Guille*, *Quille*, Hiſp. *Quilla*, Carina, omnia fort. parùm deflexo ſenſu, *ab* AS. Ceol, Navis Celox, hoc à Lat. *Celox*; *Menagius Fr. Jun.* & *Mer. Caſ.* deducunt à Gr. Κῶλος, *Fr. Jun.* etiam à Κίλλω, Celeriter curro. Alludit & Κῶλον, Lignum.

Keelfat, *Higginio* exponitur Lacus in quo Cereviſia refrigeratur *ab* AS. Cælan, Refrigerare, Colán, Refrigerare, Frigeſcere, q. d. Refrigeratorium, v. **Cold**.

Keen, aliquantùm deflexo ſenſu *ab* AS. Cene, Con, Teut. **Kuhn**, Belg. **Koen**, Fortis, Audax, Acer, vel *ab* AS. Cyn, Aptus, Idoneus, q. d. uſui Aptus; Culter enim donec acuatur, inutilis eſt. *Minſhew* deflectit à Gr. Ἀκόνη, Cos, Ἀκόνω Acuo, quod tantùm pro Alluſione habeo.

Keep, *ab* ant. Belg. **Kepen**, Tenere, Retinere, Servare, hoc, parùm deflexo ſenſu, *ab* AS. Cepan, Curare, Advertere. *Minſh.* deflectit à Lat. *Capere* in tutelam, vel à Gr. Κίς, Κίστη, Pera, Κίς tamen nuſquam reperio. Alludit Gr. Κεύθω, Abſcondo, quod enim ſollicitè & cum Cura cuſtodimus Abſcondimus. Mallem tamen declinare à noſtro **Coop**, Caves, quia quæ ſollicitè obſervamus in receſſu aliquo intimo claudimus; niſi, quod etiam veriſimilius eſt, illud **Coop**, ortum ſit *ab* hoc verbo *to* **Keep**, v. **Coop**.

a **Keg** *or* **Kag**, à Fr. G. *Cacque* vel *Caque*, Cadus ſeu Vas in quo Acipenſeres & alia Salſamenta conduntur, non, ut *Minſhew* à Κακγάζω, part. verb. Κεκλα, Scindo,

Scindo, ſed *à Cadicus* ὑποκορισμῷ nominis Cadus.

Kell, v. **Caul**.

Kelp, Sal quidam Chymicis uſitatus ex Alga marina præcipuè paratus, neſcio an *ab* Arab. **Kalt**, niſi quòd ſanè credo, prorſus abſurdum ſit Chymicarum vocum Etyma tentare, cum Chymici prorſus ad libitum ſine ullo ſignificatûs aut proprietatum rerum reſpectu nomina imponant; ut in *Eneſtrum*, *Caput ſtricum Gas Blas*, *Duelech* & ſexcentis aliis portentoſis vocabulis apparet.

Kelter, *he is not yet in* **Kelter**, (i. e.) nondum eſt in Procinctu, nondum eſt Paratus, proculdubiò *à* Dan. **Opkilter**, Succingo, **Kilter**, Cingo. Doct. *Th. H.* ingeniosè, ut ſolet, dictum divinat, quaſi, *he is not yet in* **Culture**. Non abſurdè etiam deflecti poſſet *à* Teut. **Kelter**, Torcular, q.d. nondum eſt in Torcularî (i. e.) nondum ad expreſſionem Paratus eſt, Metaphorâ ſatis commodâ, ſed primum Etymon, utpote reliquis ſimplicius, longè præfero.

Kemb, *ab* AS. Cæmban, Pectere Teut. **Kämmen**, Pectinare, **Kamm**, Pecten, v. **Comb**.

a **Kembo**, *ab* It. *Aſchembo*, Obliquè, Tranſverſim, *Ghembo*, Curvus, Obliquus, *Ghembare*, Incurvare. Hæc fort. *à* Gr. Καμπὴ, Flexio, Κάμπτω, Flecto.

Ken, *ab* AS. Cennan, Cunnan, Belg. & Teut. **Kennen**, **Konnen**, **Kunnen**, Fr. Th. **Bekennan**, Scire, Cognoſcere, AS. Ic, Can, Fr. Th. **Ich Bekenne**, Dan. **Kiender**, C.Br. *Gwun*, Scio, Cognoſco, ſed hoc noſtræ originis, AS. Cunnin̄, Experientia, Peritia, Peritus, hinc fort. It. *Cenno*, Nutus, quia Nutu aliquid notum facimus (i. e.) ſenſa animi exprimimus & ſignificamus.

Kennel, *à* Teut. **Kennell**, Fr. G. *Chenal*, utr. *à* Lat. *Canalis*. Datur & Gr. Καναξὶς apud Ariſt. Hiſt. An. Lib. 3. Cap. 81. & exponitur Fontes rivo multiplici ſparſi, quod Canali æquipollet. *Voſſius* autem *à* χάσκω, Fovea, Hiatus, hoc *à* verbo χανεῖν, vel *à Canna*, deflectit.

a dogs **Kennel**, *à* Fr. G. *Chenil*, *Chenin*, q. d. Stratum Canile, vel ſimpliciter Canile. *Mer. Caſ.* noſtrum **Kennel**, deflectit *à* Gr. κύων.

Kenſpecked, notâ Inſignitus, vox agro Linc. uſitatiſſima & ſanè elegantiſſima, q. d. Maculatus ſeu Maculis diſtinctus ut cognoſcatur, *ab* AS. Cennan, Scire, & Specce, Macula, cognata vox eſt Teut. & ipſa elegans **Kennzeichen**, Nota, Character, Signum, Indicium.

Kercheif, Capitium. *Minſheu* deflectit *à* Fr. G. *Couvre chef*, quòd Caput operit, & certè rem acu tetigit. **Coverchef**, enim pro **Kercheif** apud *Chaucerum* occurrit.

Kerf, vox Lignatorum propria, pro Inciſura uſurpatur, *ab* AS. Ceorpan, Secare, hinc Teut. **Kerbe**, Crena, Inciſio, **Kerben**, Incidere, v. **Cave**.

Kermes, *Frankford* **Kermes**, quo nomine appellantur Nundinæ Francofurti ad Mœnum, vox Mercatoribus noſtris ſatis nota, *à* Teut. **Kirmeſz**, (i. e.) **Kirchmeſz**, Encænia ſeu Feſtum dedicationis Templi alicujus, fortean quia Nundinæ tum in Germania, tum in Belgio ad Encænia Templi urbis majoris celebrari ſolitæ ſunt.

Kern, *an Iriſh* **Kern**, Prædo Hibernicus, niſi, quod veriſimillimum eſt, vox Hibernicæ originis ſit, poſſem deflectere *ab* AS. Cyrnan, Belg. **Keeren**, Teut. **Kehren**, Vertere, Convertere; quia iſti, cum agillimi omnium ferè mortalium ſint, membra huc illuc facillimè convertunt & torquent.

Kernel, *ab* AS. Cirnel, Glandula, Cyrnel, Cyrnſ, Belg. **Karne**, **Kerne**, Teut. **Kern**, Fr. G. *Cerneau*, Nucleus, hoc fortean *à* nom. Fr. G. *Cerne*, Circulus, Orbis, vel *à* ſupradictis. Datur & Dan. **Kiærne**, **Kierne**, Granum, **Kierne**, Acinus, ejuſdem familiæ, & certè Glandulæ ſunt inſtar Granorum frumenti & nucleorum rotundæ.

Kerſey, *à* Belg. **Karſaye**, **Kerſeye**, **Karſeye**, Fr. G. *Cariſée*, Hiſp. *Cariſea*, Pannus quidam Levidenſis, vel q. d. **Cours Say**, v. **Cours**, & **Say**, vel ab Inſula noſtra Anglo-Francica **Gerſey**, Lat. *Cæſarea*, ubi olim fortaſſe hujus panni opificium floruit. Datur & Hiſp. *Cadarzo*, quod Sericum Crudum exponitur.

Kertle, *ab* AS. Cyrtel, Dan. **Kiortel**, Tunica, credo *à* verbo *to* **Gird**, quia Tunica accingi olim ſolebat, v. **Gird**.

a **Keſtrel** *or* **Kaſtrel**, quibuſdam Tinnunculus, *à* Fr. G. *Quercelle*, *Creſcrelle*, vel *Cercelle*, idem ſignante, hoc fort. *à* Gr. Κίρκος, vel fort. *à Circulo*, quòd Vanni in modum alas expandit; Circulus enim Fr. G. *Cerceau*, (olim *Cercel*) appellatur, vel fort. à pennis inſignibus quæ Circulariter (i. e.) in orbem caudam veſtiunt.

a **Ketch**, Navicula oneraria, fort. *à* Fr. G. *Caiſſe*,

Caiſſe, Capſa, q. d. Capſa marina ſeu Aquatica, vel *Caque*, *Cacque*, Cadus, ut parvas naves per contemtum vocamus **Tubs** & **Barrels**, (i. e.) Alveos, Cados & Dolia, vel potiùs ut me monet Doct. *Th. H. ab* It. *Caicchio* idem ſignante.

a **Kettle**, *ab* AS. Cetl, Cetal, Cytel, Belg. **Ketel**, Teut. **Keſſel**, Dan. **Kedel**, Cacabus, Lebes, Ahenum. *Mer. Caſ.* deſl. *à* Gr. χύτλα.

Kevels, vox Nautica, ſunt autem parvi Aſſeres in quibus reponuntur navis Armamenta, *the* **Tackles** *and* **Sheets**, neſcio an *à* Fr. G. *Cheville*, Impages Lignea, v. Dict. Naut. Sed unde, inquies, *Cheville? Menagius* ingenioſè ut ſolet, deflectit *à Cavicula*, *Chiavicula*, *Clavicula*, ſeu potiùs *Clæviculus* diminutivo nom. *Clavus*.

Key, *ab* AS. Cæg, Cæge, Clavis, *Minſhew* malè *à* Καλέω, Claudo & Καλὶς, Clavis eliſo λ, deflectit. Poteſt tamen pro Alluſione admitti.

a **Key** *for ſhips*, *à* Belg. **Kaeye**, Teut. **Kay**, Fr. G. *Quay*, Littus, Navale, Cothon, κάνθαρος, κώθων, κάνλοχον. *Joſ. Scal.* in Gloſſis Iſidori invenit Lat. *Cai*, *Cancelli*, *Caiare*, *Cohibere*, *à Cohibendo* mare. Ego tamen mallem *à* Lat. *Cavea* deflectere, q. d. navium *Cavea* (i. e.) Receptaculum v. **Gaol**.

Kibe, *Minſhew* deflectit *à* C. Br *Kibws*, Pernio, ſed hoc potiùs noſtræ originis eſt. Forteaŋ igitur meliùs deduci poſſit *à* Teut. **Kerb**, Inciſura, **Kerben**, Incidere, eliſâ ſc. Euphoniæ gratiâ aſperrimâ literâ Caninâ *r*; ſolum enim Pernionem exulceratum, & præſertim in Calcaneo, ubi ſc. Cutis aperta & diſrupta Inciſuræ ſpeciem exhibet, hoc nomine appellamus, Pernio enim ſimplex non exulceratus **Chilblain** vocitatur, v. **Carve**.

Kick, *à* Teut. **Kauchen**, Calcare, Deculcare, Inculcare, *Minſhew à* vet. Lat. *Ico*, Percutio deflectit. Nihil autem manifeſtius eſt quàm Teut. **Kauchen** ortum ducere *à* Lat. *Calcare*, ſemivocali *l* in Vocalem *u*, ut ſæpiſſimè fit, colliqueſcente.

Kick-ſhawes, *à* Fr. G. *Quelques choſes*, Sic autem appellamus Varia gulæ ſcitamenta, intritus & Embammata quibus parandis Coqui Gallici palmam aliis præripiunt.

Kid, vox agro Linc. uſitatiſſima, ubi Ligni exilioris Faſciculum notat, neſcio an *à Cædendo*, q. d. faſciculus Ligni Cædui.

Kid, *à* Dan. **Kid**, Suec. **Kiſvb**, Hœdus, *Minſhew* deflectit *ab* Hebr. *Gheddi*, unde Lat. *Hœdus*, Invenio & apud *Ælfricum*, Ticcen, pro Hœdo. Poſſem & formare *à* Teut. **Kind**, Infans, eliſo *n*; *Hœdus* enim Capri infans eſt, vel ἀρήν, *à* Lat. *Hœdus*.

Kidney, *Minſhew*, abſurdè deducit *à* Teut. **Nieren**, Renes, Quantò melius fuiſſet tacuiſſe! quæ enim inter **Nieren** & **Kidney** vel minima eſt μεϑόρμη? Longè melius deflecti poteſt *ab* AS. Cynne, Genus, Sexus, & ſecundariò partes Sexûs indices, partes Genitales, & **Nigh**, à vicinia ſc. partium Genitalium, præcipuè vaſorum Spermaticorum dictorum, quorum unum, ſc. vena Spermatica ſiniſtra, à ſiniſtrâ emulgente oritur, vel *ab* AS. Cennan, Gignere, quia ſc. Renes multum Generationi conferre vulgò credebantur.

Kiff, v. **Kid**, in Et. vocum Ant.

Kilderkin, *Minſhew* deflectit *à* Belg. **Kindekin**, **Kinneken**, Vaſculum, hoc *a* **Kinderkin**, q. d. Filiolus vaſis majoris, eſt enim tantùm 8va Cadi pars, v. **Child**.

to **Kill**, *ab* AS. Cpellan, Occidere, Belg. **Kelen**, **Keelen**, Jugulare, Jugulum confodere, Dan. **Quæller**, Strangulo, v. **Quell**.

a **Kill**, in agro Linc. *a* **Kiln**, Fornax Calcaria, *ab* AS. Cylene, Cylne, Fornax, Fynen Cylle, Clibanus. *Minſhew* deflectit *ab* Hiſp. *Calera*, Luſitan. *Caleira*, Fornax Calcaria, hoc credo *à Calendo*, vel ut Doct. *Th. H.* placet *à* Belg. **Kuyl**, fovea, Antrum, item *Cavus*, *à* Gr. Κοῖλος.

Kin, Terminatio Diminutiva nobis & Belgis communis, *à* Teut. & Belg. **Kind**, Infans, Puer, omninò ut term. dim. παῖς in recenti lingua Græco-Barbara *à* Lat. *Pullus*, Gr. ant. πῶλος.

Kind, nobis Benignus, ſo. t. q. d. è bono Genere ortus, v. alt. **Kin**, vel potiùs *ab* AS. Cyn, Congruens, Conveniens; qui enim alteri benè vult ejus commodis & emolumentis ſtuder, ſéque ad ingenium & voluptatem Amici accommodat. **Kind** etiam non abſurdè declinari poſſit *à* Belg. **Kond**, Notus, hoc *à* verbo **Konnen**, **Kunnen**, Scire, Cognoſcere. *Mer. Caſ.* deducit *à* Gr. Ὀικεῖος, & ſanè Kappa utrique commune eſt.

Kind, Genus, Species, Proſapia, *ab* AS. Cynne, Cinne, Genus, Generatio, Proſapia, Cennan, Acennan, Parere, Dan.

Dan. **Kion**, Sexus, Belg. **Kindt**, Teut. **Kind**, Infans, **Kinder**, Infantes, fortean à Lat. ant. *Geno* pro *Gigno*, hoc à Gr. γένομαι, Nascor, Gignor, γεννάω, Gigno, v. **Kinred**.

Kin, v. **Kinred**.

Kindle, Accendere, fort. à Teut. **Zünden**, Accendere, vel *ab* AS. Tyndep, Ignis Fomes, Esca, & inde nato verbo Tyndepan, Týndelan, (i. e.) Ignem admovere.

to **Kindle**, (i. e.) Parere, ubi sc. loquimur de Cuniculis, *ab* AS. Cennan, Acennan, Parere, Edere, Gignere, hoc fort. à Lat. ant. *Geno*, Gr. γεννάομαι, Genero.

Kindly, *ab* AS. Cyn, Congruus, Conveniens.

King, *ab* AS. Cyng, Cyninz, Cyniz, Fr. Th. **Koning**, Dan. **Konning**, **Konge**, Belg. **Koningh**, Teut. **König**, Rex, AS. Cynedome, Belg. **Koninckdom**, Teut. **Königreich**, Regnum, vel *ab* AS. Cennan, Connan, Cunnan, Teut. **Konnen**, Scire, v. **Ken**, q.d. qui res ad salutem publicam spectantes accuratè novit, qui reipublicæ consulit, Sapientia populi vel Prudentia, vel potius *ab* Angl. **Can**, Belg. **Konnen**, Teut. **Können**, Posse, eodem modo quo Gr. ἐξουσία & δύναμις, & It. *Podestà* usurpantur. *Verstegan* à Teut. **Kuhn**, Fortis, deflectit.

Kings-fisher, Alcedo seu Alcyon avis, verbatim Piscator Regius, dicitur autem Piscator, quia piscibus victitat, quos ex altò in mare se rectà immittens capit, eóque plerumque circa mare, saltem ad fluvium lacum seu paludem aliquam habitat. Dicitur autem Regius quia pennas habet coloribus cœruleo, luteo & subpurpureo mixtis magnificè pictas & variegatas, v. *Jonston* Nat. Hist.

Kinred vel **Kindred**, **Kin**, *ab* AS. Cynpene, Cynpyn, Cognatio, Parentela, hoc à Cynne, Genus, Generatio, Prosapia, Acennan, Parere, Belg. **Kindt**, Teut. **Kind**, Infans, **Kinder**, Infantes, Filij; omnia fort. *ab* ant. Lat. *Geno*, Gr. γεννάομαι, Gigno. *Mer. Cas.* deflectit à κάλω.

Kirk, Septentrionalibus Anglis & Scotis usurpata pro **Church**, quod *vide*.

Kiss, *ab* AS. Cyssan, Belg. **Kussen**, Teut. **Küssen**, Fr. Th. **Cussan**, C. Br. *Cusanu*, Osculari, Dan. **Kysser**, Deosculor, AS. Coss; & inde C. Br. *Cus*, *Cusan*, Osculum, Basium, Belg. **Kus**, Teut. **Kuss**, Osculum. Si Græcus esset omnia jurarem orta à Gr. Κύω, Κύσω, Osculor.

Kitchin, *ab* AS. Cycene, Dan. **Kocken**, Teut. **Küchen**, **Küche**, Fr. G. *Cuisine*, It. *Cucina*, *Culina*, à Fr. G. *Cuire*, & It. *Cuocere*, omnia à Lat. *Coquere*, q. d. Coquina, quod etiam probæ monetæ est vocabulum.

a **Kite**, *ab* AS. Cyta, Milvus. *Minsh.* deflectit *ab* ant. Flandr. **Kitte**, quod tamen nusquam reperio, & ab ἰκτὶς ἰκτῖνος, Milvus. Melius AS. Cyta, deduci posset *ab* It. *Cattare*, Lat. *Captare*, quia semper prædam Captat & rapto vivit.

Kitling, q. d. **Katling**, Belg. **Katteken**, Teut. **Kätzlein**, Felis, Catulus, **Ling**, autem est term. dim. v. **Cat**.

a **Kit**, à Belg. **Kitte**, Obba. Non possum animum inducere ut cum *Martinio* à χέω deflectam. Mallem à Lat. *Catinus*.

Kittle, vox agro Linc. familiaris quod Titillare significat, v. **Tickle**.

to **Klick** *up*, vox agro Linc. usitatissima. Significat autem celeriter Corripere, nescio an à Belg. **Klacken**, **Klutsen**, Quatere, vel à Lat. *Clepere*, hoc à Gr. Κλέπτω.

a **Knack**, Dexteritas seu Artificium agendi aliquid, fort. *ab* AS. Knapincge, Cognitio, Scientia, hoc à Cnapan, Scire, Cognoscere, v. **Know**: Potest & non incommodè deduci, parùm deflexo sensu, à Teut. **Schnacke**, Facetiæ, vel à Belg. **Knap**, Alacer, Gnavus, Agilis, hoc à Lat. *Gnavus*.

to **Knack** *with ones fingers*, Teut. **mit den fingern knacken**, digitis Crepitare, utr. à sono fictum, *Minsheu* deflectit à verbo *to* **Knock**, Percutere.

Knag, *the* **Knags** *that stick out of a Harts horn near the Forehead*; **Knag** autem istud divino olim scriptum fuisse **Knap**, credo *ab* AS. Cnæp, Fibula, Globulus, Protuberantia, Teut. **Knopff**, Nodus, Globulus.

the **Knap** *of a hill*, *ab* AS. Cnæp, Fibula, Protuberantia, item Jugum seu Supercilium montis. Alludit Gr. κνῶψ ὁ & κνάπτω, Saltus, Clivus montis Sylvosus.

Knap, à Belg. **Knappen**, Crepitare, Dan. **Knepper**, Concrepo, utr. à sono fictum. Alludit Gr. Κναπτὸς, Sonitus, Strepitus.

Knapſack, vel **Snapſack**, Teut. **Knapſack**, Fr. G. *Canapſa*, Pera Militaris ſeu Viatoria, utr. *ab* AS. Cnapa, Belg. **Knape**, Teut. **Knab**, Puer, & **Sack**, Saccus, q. d. Saccus quem Puer ſeu Calo geſtat.

Knave, *ab* AS. Cnapa, Belg. **Knape**, Teut. **Knab**, Puer & ſecundariò Servus, Famulus, nobis, detorto non parùm ſenſu, Nequam, Sceleratus; Si ab alt. hujus vocis **Knave**, ubi Famulum ſignat, ſenſu Etymon petere libeat, notum eſt Servos tum apud Græcos tum Romanos pro Nebulonibus, Sceleratis & Nequam hominibus ſemper etiam Proverbio tenus, habitos fuiſſe. *Martinius* deflectit *à* Lat. *Gnavus*.

Knead, *ab* AS. Cnædan Belg. **Kneden**, Teut. **Knetten**, **Kneten**, Depſere, Subigere.

Knee, etiam Dan. **Knee**, *ab* AS. Cneop, Cneou, Belg. & Teut. **Knie**, Genu, **Knieboge**, Suffrago, Belg. **Knielen**, Teut. **Kniegen**, Ingeniculari, omnia *à* Lat. *Genu*, & hoc *à* Gr. γονὺ, παρὰ τὸ ὀυκ γῦν νόμιν.

Kneel, v. **Knee**.

Kneetles, vox Nautica, q.d. **Knottles**.

Knell, *ab* AS. Cnyllan, Pulſare, Teut. **Knall**, Fragor, **Knallen**, Crepitare, omnia à ſono ficta.

Knife, *ab* AS. Cnip, Dan. **Kniff**, Culter, **Knive aff**, Accido. Credo Franco-Gallos à nobis mutuatos vocem ſuam *Canif*, quod Scalpellum illis ſonat. *Mer. Caſ.* deflectit *à* Gr. ξιφος, Æol. σνιφος. *Salmaſ.* Fr. G. *Canif* deducit *à* Lat. *Canna*, q. d. Cannivum; quia ſc. veteres Arundine ſcribebant, v. Not. Plin. in Sol. p. 1045. Sed hoc valdè Criticum (i. e.) Violentum eſt.

Knight, Miles, Eques Auratus, *ab* AS. Cnihr, Puer, Servus, Belg. & Teut. **Knecht**, Servus, quia olim proprij Regis Famuli & in bello Stipatores fuerunt.

Knit, *ab* AS. Cnittan, Nectere, Ligare, Cnyt, Cnytt, Becnytte, Nexus, Dan. **Knytter**, Necto, Texo, Teut. **Knopffen**, Belg. **Knoopen**, Nodum conſtringere, Fr. Th. **thas Oeknuſſe thinero thieho**, junctura feminum tuorum. *Somner* deflectit *à* Lat. *Connodare*, *Mer. Caſ.* deflectit *à* Gr. νόδω.

Knob, Tuber, *ab* AS. Cnæp, Fibula & Jugum montis, Belg. **Knoop**, **Knobbel**, Teut. **Knopff**, Nodus, Tuber arboris, C. Br. *Cnap*, Gibbus, Tuber, Dan. **Knoppe**, Oculus, Gemma, **Knappe**, Globuli, Clavi. Duriuſcula eſſet originatio ſi à Nodo deflecterem, non tamen veriſimilitudinis prorſus expers.

Knock, *ab* AS. Cnucian, Pulſare, Teut. **Knütſchen**, Contundere, Conterere, C. Br. *Cnoce*, Verber, Pulſus, *Cnoccio*, Tundere, Pulſare, omnia à ſono ficta.

Knot, *ab* AS. Cnotta, Dan. **Knude**, Belg. **Knutte**, **Knoop**, Teut. **Knod**, **Knott**, **Knot**, Nodus, à quo poſtremo reliqua omnia derivantur, vel *ab* AS. Cnittan, Nectere, Ligare.

Knot, Avis ſecundùm *Camdenum*, q. d. Avis *Knouti* ſeu *Canuti*, quia ſc. olim fort. *Canuto*, Angliæ & Daniæ Regi, in deliciis fuit.

Know, *ab* AS. Capan, Scire, hoc ſi Græcus eſſem jurarem ortum ab ant. Gr. γνόω, Scio.

Knubble, **Knub**, à Dan. **Knipler**, Verbero, vel Teut. **Knübel**, Nodus ſeu Condylus digiti, ut Gr. Κονδύλος.

Knuckle, *ab* AS. Cnucl, Belg. **Knokel**, Teut. **Knöchel**, It. *Nocca*, Fr. Th. **Knouel**, Articulus, Condylus, Teut. **Knoch**, Os, C. Br. *Cnoccel*, Talitrum, Dan. **Knogle paa fingerne**, Condylus. *Mer. Caſ.* noſtrum **Knuckle**, & **Knob**, deflectit *à* Gr. Κόνδυλος. Mallem *à* noſtro **Knock**, quia ſc. dum manibus, inſtar pugilum, pugnamus, ictus, Condylis præcipuè impactis, infligimus. v. **Knock** & **Knob**.

Knur, *à* Teut. **Knorr**, Nodus ſeu Tuber in Ligno.

L.

LAbel, vox Fœcialium *à* Fr. G. *Lambel*, *Lambeau*, Lemniſcus, hoc *à Lambeau*, Panniculus, Cento. *Minſheu* deflectit *à Lambendo*, mallem *à* Teut. **Lapp**, Panniculus, Fr. G. enim *Lambeau* primariò Panniculum ſignat, v. **Lap**.

Lace, *à* Fr. G. *Lacet*, Dim. vocis ant. jam obſ. *Lace* ſeu *Lac*, *Ridere* Offendix, Offendimentum, Aſtrigmentum, Inſtita, Aſſumentum, verb. *Lacer*, Aſſumento circundare, Ornare, Inſtruere, omnia *à* Lat. *Laqueus*, *Laqueare*, *Illaqueare*.

to **Lace**, Cædere *à* Lat. *Laqueus*, q. d. Laqueis, ſeu Funibus Percutere, Verberare, v. **Laſh**, & alt. **Late**.

Lack, Egere, Indigere, parùm deflexo ſenſu, *à* Belg. **Laecken**, Diminuere, Decreſcere, Deficere, **Laecke**, **Lacke**, Defectus, Vitium. *Minſheu* deflectit *à* Gr. λήγω, Ceſſo.

Lackey, *à* Fr. G. *Laquay*, *Lacquay*, Servus Pediſſequus, Aſſecla, Strator. Mallem *à* Vaſconico ſeu Cantabrico *Lecaion*, Servus quàm ab Æthiopico *Lac* vel *Loc*, idem ſignante deflectere; quo enim commercio Æthiopicum vocabulum in Galliam convehi potuit? & hoc eò verìſimilius fit, quòd optimi Pediſſequorum ex Vaſconum & Cantabrorum gentibus, quæ eâdem linguâ utuntur, in Galliam conſtuunt. *Minſheu* deducit *ab* Hebr. *Laach*, Legavit, Miſit, v. *Menag.* & *Minſh.* Imò, inter Criticos, audax non eſſem ſi formarem *à* Lat. *Legatus*. Si enim *Legato* more Longobardorum, & præſertim Venetorum eliſo t & a latius pronunciato efferas, habebis legà, & poſtea *e* in *a* & *g* in *qu*, facili mutatione tranſeuntibus vocem hanc noſtrum **Leqva** vel **L qua**.

Lad, Adoleſcens, *Minſheu* deducit *ab* Hebr. *Jalad*, Puer, Filius, Adoleſcens, vel *à* Belg. **Leyden**, Ducere, quia Pueri manu duci ſolent. Mallem *ab* AS. Leod ſeu Leode, Teut. **Leute**, *Otfrido*, **Luit**, **Leut**, Gens, Populus, eo quidem ſignificatu quo Teut. **Leute**, Fr. G. *Gens*, It. *Gente*, pro Hominibus uſurpamus, vel etiam deflecti poteſt *ab* AS. Lỳte, Lỳt, Gotho Suec. **Liten**, Parvus.

Ladder, *ab* AS. Þlæðpe, Belg. **Ladder**, **Leeder**, Teut. **Leyter**, Scala, *à* verbo **Leyten**, Belg. **Leyden**, **Leeden**, Ducere, q. d. Ductor, Scalâ enim ad editiora loca ducimur.

Lade, v. **Load**.

Ladle, *ab* AS. Þlæðle, Cochlear, Spatha, Capula, hoc *à* verb. Þlaðan, Þladian, Haurire, Exhaurire, q. d. Hauſtrum; hoc enim Cochlear eſt illud quo aquam vel jus è Lebete haurimus.

Lady, *ab* AS. Þlæfðig, *Verſtegano*, Þleapðian, Leapðian, Domina, Matrona, ſecundùm *Verſteganum ab* AS. Þlaf, Panis, & Teut. **Dienen**, Servire, Miniſtrare, quod *ab* AS. Ðenian, deſcendit, q.d. *a Server of bread*; priſcis enim illis temporibus Dominæ, ſeu Matres familiarum famulis & pauperibus Panem & Cibos omnes, qui in omnibus dialectis ſub nomine Panis comprehenduntur, diſtribuerunt, vide *Verſtegan*.

to **Lag**, Tardari, *Minſheu* deflectit *à* nom. **Logge**, Truncus, *Fr. Jun.* & *Mer. Caſ. à* Gr. λήγω, Ceſſo, *Caſ.* etiam *à* λάξ. Credo potiùs dictum quaſi **Lang**, eliſo ſc. propter Euphoniam *n ab* AS. Læng, Longus, ut dicimus *he ſtayes* **long**, *hee's* **long** *a comming*. Datur & Cimbr. **Lago**, Finis.

Lake, vox toti Septentionali Angliæ communis, vel *ab* AS. Plægan, Ludere, rejecto P, æ dipthong. in impl. *a* & *g* in *e* vel *k* mutatis, vel *à* Teut. & Belg. **Lachen**, Ridere, vel, quod cæteris longè veriſimilius eſt, *à* Dan. **Leeger**, Ludo: Ideò autem hæc vox in Septentrionali Angliæ regione, non in aliis, invaluit, quia Dani illam partem primam invaſerunt, & penitus occupârunt, uno vel altero ſæculo priuſquam reliquam Angliam ſubjugârunt.

to **Lam**, in agro Linc. **Slam**, Cædere, Ictibus permolere, fort. parùm deflexo ſenſu *à* Teut. **Lahmen**, Belg. **Lamen**, membris Mutilare, v. **Lame**. Satis commodè etiam deduci poſſit *ab* AS. Slean, Belg. **Slaen**, Percutere.

Lamb, *ab* AS. Belg. & Teut. **Lamb**, Dan. & Belg. **Lam**, Agnus. Parùm alludit Gr. Ἀμνὸς.

Lambent, *croſs* **Lambent**, vox Fœcialium propria, *à* Fr. G. *Croix à Lambeaux*, (i. e.) *a Croſs with* **Labells**, cujus ſe. ima pars in panniculos ſeu pittacia dependentia vel appendices diſpeſcitur.

Lame, *ab* AS. Laam, Lam, Lama, Belg. **Lam**, **Laem**, Teut. **Lahm**, Claudus, Dan. etiam **Lam**, Mancus.

Lammas, Calendæ Sextiles ſeu Auguſtæ q. d. Miſſa (i. e.) Dies Agnorum;

tunc enim Agni exoleſcunt, & in uſu menſarum eſſe deſinunt. Vel ut ex *Somnero* monet Doct. *Th. H. ab* AS. Þlaf-mæſſe, q. d. **Loaf-maſs**, fortè quia eo die apud Anglos oblatio panum ex tritico novo fieri ſolebat.

the **Lampers** *or* **Lampas**, *à* Fr. G. *Lampas*, morbus Equorum, Gingivarum tumor & interdum phlegmone, Ἔκλαλε ideo, inquit *Minſheu*, ſic dictus, quia Tumorum abſcindunt & Lampade adurunt. Mallem *ab* Hiſp. *Lamparones*, Glandulæ, Scrofulæ, ſeu Strumæ; quia eſt tumor mollis glandulis ſimilis, item *Landre*, Glandulæ ſeu Bubones, hoc poſtremum ſaltem corruptum *à* Lat. *Glandula*.

Lamprel, ſeu **Lampern**, *à* Fr. G. *Lamprillon*, *Adr. Jun.* Muræna piſcis, q. d. parva Lampreda, v. **Lamprey**.

a **Lamprey**, *à* Fr. G. *Lamproye*, Hiſp. *Lampréa*, It. *Lampreda*, C. Br. *Llampiai*, Muræna, *Johnſt.* authore Alabata piſcis, quia ἀλαcὲς eſt, (i. e.) propter inſignem cutis lubricitatem difficillimè prenſatur, & manu tenetur, fort. *à Lambendo* petras, quoniam hi piſces, licèt cœnoſo ſolo maximè gaudeant, tamen qui inter ipſos maximè delicati & ſalubres ſunt, inter Lapides victitant.

Lancelot, citante *Minſheu* Phlebotomum ſeu Lanceola Chirurgorum *à* Lat. *Lancea*, Gr. λόγχη. Credo autem hanc vocem **Lancelot**, olim apud Gallos in uſu fuiſſe, licèt jam obſolevit.

Lancepeſado, *à* Fr. G. *Lancepeſſade*, It. *Lancia-Spezzata*, q.d. Lancea rupta, & in fruſta diſjecta. Significat autem genus Militum Honorariorum, qui Græcorum ἀμωμήτους reſpondent, qui ſc. in facinore aliquo bellico fortiter dimicando Lanceam ruperunt, & equo ſimul occiſo in peditum numero, ſed duplicato & pari Equitibus ſtipendio olim cenſi ſunt, & videtur ferè idem ſonare quod in recentiori militia *a* **Reformado**.

Lancet, *Adr. Junio* Scalprum Chirurgicum, Celſo Scalpellus, Phlebotomum *à* Fr. G. *Lancette*, It. *Lancetta*, *Lancella*, utr. *à* Lat. *Lanceola*, *à Lancea* ſimilitudine ſic dictum.

to **Lanch**, parùm deflexo ſenſu, *à* Fr. G. *Lancer*, *Eſtancer*, It. *Lanciare*, Jaculari, Intorquere. Nobis autem dicitur de navi ubi ſolvitur, qui à magno impetu in aquam tanquam telum è manu jaculantis devolvitur, omnia *à* Lat. *Lancea*, & illud *à* Gr. λόγχη.

Land, *ab* AS. Gelandian, Belg. & Teut. **Landen**, Appellere, Dan. **Lander**, Appello, q.d. ad Terram ſe Applicare, AS. Land, Lond, Dan. Teut. & Belg. **Land**, Terra, AS. Landleaf, ſine Fundo, Fr. Vaſcon. *Landes*, It. *Landa*, Terra Sterilis, Inculta. Datur & Hiſp. *Landa*, pro deſerto, omnia Germanicæ originis, hæc omnia, ſi Cambro-Britannus eſſem, deflecterem *à* C. Br. *Llann*, Area, Planities.

Landgrave, Teut. **Landgraff**, (i. e.) Præſes ſeu Præfectus terræ vel Provinciæ, νομάρχης, v. **Land** & **Grave**.

Landſkip, *à* Teut. **Landſchafft**, Tabula Chorographica; primariò autem Terra, Provincia ſeu Topographica χωρογραφία, hæc parùm deflexo ſenſu *ab* AS. Landſcipe, Belg. **Landſchap**, Regio, Plaga, Tractus, q. d. Regionis forma ſeu delineatio, v. **Land** & **Shape**.

Lane, *à* Belg. **Laen**, Vicus anguſtior, fort. contr. *à Latina*, q.d. Via Latina. In antiquis enim coloniis Romani cum ſociis nominis Latini Fundos ſortiti ſunt, & Romani Latiores, Latini anguſtiores vias ſternebant & curabant. Alludit Gr. λᾶας, ſupple ὁδὸς (i. e.) Via Lapidea, ſeu Lapidibus ſtrata.

Langrel, Tormentum Bellicum navibus uſitatum, neſcio an *à* Fr. G. dial. Occitan. *Langrole*, Lacertæ genus; notum autem eſt multas machinas bellicas à Serpentibus nomen ſumere, ut **Culverins**, **Drakes**, &c. Sed unde, inquies, *Langrole*, neſcio an *à* Fr. G. *Langue*, Lingua & *Rouler*, Teut. **Rollen**, Volvere, Volutare quia ſc. hoc animal linguam crebrò volutat & revolvit.

Language, *à* Fr. G. *Langage*, It. *Linguaggio*, omnia *à* Lat. *Lingua*, q. d. Linguagium, Linguatio.

Languard, vox Fœcialium propria, q. d. Fr. G. *Langué*, Linguatus (i. e.) cui Lingua exerta eſt.

to **Languiſh**, *à* Fr. G. *Languir*, It. *Languire*, utr. *à* Lat. *Languere*.

Laniers, vox Nautica. Sic autem dicuntur Rudentes quidam parvi ſeu Funiculi in navi, fort. *à* Fr. G. *Laniere*, longa & anguſta Faſcia ſeu Corrigia Coriacea, v. Dict. Naut. hoc, aliquantùm detorto ſenſu, *à* Lat. *Lana*, vel *Linum*, q. d. Lanaria vel Linaria.

Lank, *à* Belg. **Slanck**, Tenuis, Gracilis, vel *à* Teut. **Gelenck**, Agilis; quia ſc. macri plerumque ad omnia habiliores & expeditiores ſunt quàm Ventriſi & adipe graves. *Mer. Caſ.* noſtrum

Lank.

Lank deflectit à Gr. λαγαρὸς. Teut. autem **Gelenck**, satis manifestè ortum ducit à verbo **Lencken**, Flectere; qui enim agiles sunt articulos flexibiliores habent, eóque membra huc illuc faciliùs quam alij flectunt.

a **Lanneret** or **Lenard** *hawk*, à Fr. G. *Lanier*, dim. *Laneret*, dial. Sab. *Lanoy*, Teut. **Lanet**. *Dhuez.* non inscitè *à Laniandis*, avibus dictum putat.

a **Lansquenet**, à Fr. G. *Lansquenet*, Pedes, Miles Gregarius, utr. à Teut. **Lantze**, Lancea & **Knecht**, Servus; olim enim Pedites Equitum Lanceariorum quasi Servi erant, & quilibet eques quatuor vel quinques Pedites, tanquam famulos, circumduxit; Exercitus autem numero Equitum, non Peditum, censebantur, v. *Cominæum*, & alios illorum sæculorum scriptores.

to **Lant**, urinâ Miscere *ab* AS. Þlanð, Lotium.

a **Lantern**, à Fr. G. *Lanterne*, It. *Lanterna*, Lucerna, utr. à Lat. *Laterna*, hoc à *Latendo*, quod nomen, secundùm Etymologiam, videtur Lucernæ, quam nos *Dark* **Lantern** vocamus, maximè competere.

a **Lap**, Gremium, *Minsh.* deflectit à Gr. λαβεῖν, Capere, Recipere, Mallem, parùm deflexo sensu, *ab* AS. Læppe, Particula, Ora, Fimbria vestis, vel Teut. **Lapp**, Pannus Insutus, Panniculus, v. alt. **Lap**.

to **Lap**, Tegere, Involvere, Cooperire, à Teut. **Lapp**, Pannus Insutus, Panniculus, q. d. Pannis seu Panniculis obvelare.

Lap, *ab* AS. Læppe, Particula, Ora, Fimbria, Auris Lobus, Lappa, Lacinia, in *Gl. Lipsi.* **Lap**, Ora vestis, Teut. **Lapp**, Pannus Insutus, Panniculus, **Lapp**, Solea, **Lappen**, Resarcire, Dan. **Øre Lap**, Teut. **Lappeln des ohrs**, vel **ohr Läplein**, Belg. **Lapken vant oore**, Lobus Auris, Fr. G. *Lopin*, Frustum, Segmentum, omnia fort. à Lat. *Labium*, quia, instar Labij, protuberat. Alludit Gr. λώβη τι, & λώπη, quod exponitur Vestimentum tenue. Alludit etiam λαβὴ, Ansa; Lacinia enim seu Fimbria est pars vestis quæ facillimè arripi vel prehendi potest, *Fr. Jun.* AS. Læppe, Particula, deflectit à Gr. λέπειν.

to **Lap**, *ab* AS. Lappian, Lapian, Belg. **Lapen**, **Lappen**, **Labben**, **Slabben**, Teut. **Lappen**, Fr. G. *Lapper*, Lambere instar canis, Dan. **Labet**, Lambo, **Lipper**, Sorbillo, Gr. λάπτω, omnia à sono ficta.

Lappet, Diminutivum τῦ **Lap**, quod *vide*.

Lappise, Authori Dict. Angl. & *Gouldmanno*, apud quos solos occurrit, exponitur Canum Collatratio, credo à Fr. G. *l'Abbaye*, It. *Abbaio*, Latratus, Fr. G. *Abbayer*, It. *Abbaiare*, Latrare, hoc à Lat. *Abbubari* seu *Adbaubari*, ab *Ad*, & *Baubari*, omnia à sono ficta.

Lapwing, *ab* AS. Þleapepince, Lepepinc, Gr. Ἔποψ, Upupa, *Adr.* autem *Jun.* Capra seu Vannellus avis, Fr. G. *Vanneau*, sic dicta Lat. & Fr. G. quia instar Vanni seu flabri concutit aerem & ventilat, eâdem ferè ratione AS. Þleapepince, dicitur *ab* AS. Þleapan, Salire, Saltare & Wince, Gehping, Penna; quia sc. alas crebrò motitat, expandit, & complodit. Author Dict. Angl. dictum putat quasi **Clapwing**, nec sanè absurdè, v. **Leap**, **Clap**, & **Wing**.

Larboard, vox Nautica. Sic autem dicitur Sinistrum navis latus, fort. q. d. **Lower-board**, à Lat. *Levus* & **Board**, quod *vide*.

Larceny, à Fr. G. *Larcin*, *Larrecin*, utr. per contr. à Lat. *Latrocinium*, ut & Fr. G. *Larron*, à *Latro*, seu potiùs Ablativo *Latrone*.

Lard, à Fr. G. *Lard*, It. *Lardo*, Lat. *Laridum*, hoc à *Lar*, Domus, q. d. Cibus Domesticus quia semper in domibus in multos usus servatur.

a **Larder**, *ab* It. *Lardiero*, *Lardiera*, Penus, Ciborum Repositorium & Promptuarium, hoc à Lat. *Laridum* & *Lardum*, q. d. Lardarium; hinc **Larderer**, Præfectus peni.

Largess, à Fr. G. *Largesse*, Donativum, utr. à Lat. *Largities*, *Largitas*, à *Largiendo*.

Lark, *ab* AS. Lapepc, *Ælfrico*, Lauepce, Dan. **Lercke**, Belg. **Lerke**, **Leeuwerck**, **Lewerck**, Teut. **Lerch**, Alauda.

to **Lase**, vox Nautica, credo à Teut. **Lassen**, Sinere, Permittere, Facere, *vide* Dict. Naut.

to **Lash**, quod etiam effertur **Slash**, Virgis seu Flagris cædere, à Teut. **Schlagen**, Percutere, vel à Lat. *Laqueus*, q. d. Laqueis seu funibus cædere, vel à *Laxus*, (i. e.) Laxis & vehementer incussis Loris Verberare, vel à *Lacerando*, vel, quod mihi omnium verisimillimum est, à sono flagelli magno impetu incussi fictum. *Minshew* etiam deflectit vel à sono, vel *ab* Hebr. *Labats*, vim intulit, Oppressit. Datur & Hisp. *Latigo*, Flagellum quod idem *Minshew* deducit à *Latitudine*, nescio an bene.

Lask,

Lask, Diarrhæa, Alvi fluxus, à Lat. *Laxum*, q. d. Laxitas Inteſtinorum, ut Gr. Lienteria, cognato ſanè ſenſu.

to **Lask**, vox Naut. Nautis autem ſignificat Ligare vel Alligare, à Fr. G. *Lacer*, Ligare nom. *Lays*, utr. à Lat. *Laqueus*.

Last, Ultimus, Poſtremus, contractum à nom. **Late**, q. d. **Lateſt**, AS. Lætept, Lætopt, Ultimus, hinc Belg. item **Leſte**, **Laetſe**, Teut. **Letzt** idem ſignantia. Occurrit & in *Gl. Lipſ.* ant. Germ. **Letiſton**, Noviſſima. *Minſheu* deflectit à Gr. λοίδος, λοίδιος, Ultimus, quod ſanè Alluſio potiùs quàm genuinum Etymon videtur, v. **Late**.

Last, *ab* AS. Læpt, Dan. **Leſt**, Teut. **Leyſt**, **Leiſte**. Belg. **Leeſt**, Modulus calcei, ſeu Formula lignea ſutorum calcearium.

Last, Ponderis apud nos genus, *ab* AS. hlæstan, Behlæstan, Onerare, & Teut. **Laſt**, Onus ſeu Pondus ſimpliciter, unde & noſtrum **Laſtage**, quod Vectigal onuſtarum navium nomine exactum deſignat, ortum ducit. *Fr. Jun.* more ſuo deflectit à Gr. λαστὸν, quod *Suida* exponitur Ἀχθικὸν, Oneroſum. Sed ego mallem è contra hoc λαστὸν, à dicta Germ. origine derivare; Conſtat enim, & inter omnes Criticos convenit, paulò ante & poſt occaſum Imperij Occidentalis, ob ingentes Gothorum, Longobardorum & aliorum Germanicorum populorum copias, quos Orientis Imperatores ſtipendiis ſuis aluerunt, & quibus ferè ſolis Exercitus Romani conſtiterunt, magnam Germanicarum vocum vim in linguam Græcam irrepſiſſe, quales apud *Heſychium* qui ſub *Anaſtaſio Aug.* floruit, & hunc *Suidam*, ipſo multis ſæculis recentiorem, utpote *Alexio Comneno*, Imperatori σύγχρονον, paſſim occurrunt, & multæ in hodiernum etiam uſum perennant, v. *Zoſimum* vitâ *Theodoſij* primi Aug. & *Procop.* in Gothicis & alios.

to **Last**, Durare, Perdurare *ab* AS. Lærtan, Perſeverare, utr. à nom. **Laſt**, quod *vide*; qui enim diutiſſimè omnium perdurat ille poſtremus omnium deſinit, poſtremus omnium manet.

Latch, à Fr. G. *Loquet*, *Higginio*, non ſatis rectè, Vectis, Ἐπιλὰς, ἀχὼς, potiùs Funis obicis quo ſc. retrahitur & attollitur obex, à Belg. **Leſſe**, **Liſſe**, It. *Laccio*, Nexus, Laqueus, Lorum, hæc ſatis manifeſtè à Lat. *Laqueus*.

a **Latchet**, Corrigia à Fr. G. *Lacet*, *Lace*, Belg. **Liſſe**, **Letſe**, omnia *ab* It. *Laccio*, & hoc à Lat. *Laqueus*.

Late, *ab* AS. Lætt, Late, Belg. **Laet**, Serus, Tardus, AS. Latop, Tardior, Lætept, Lætopt, Ultimus, Poſtremus, Lætpe, Tardiùs, Latian, Belg. **Loteren**, **Leuteren**, Differre, Morari, hinc & **Latter**, quaſi **Later**, & **Lately**, Nuper, q. d. tempore noviſſimo (i. e.) proximè hoc præſens tempus præcedente.

a **Lath**, *ab* AS. apud *Ælfricum*, Lætta, Latta, quod Author pro ſolito perperam exponit Aſſeres, Teut. & Belg. **Latte**, Fr. G. *Late*, *Latte*, Aſſula, C. Br. *Llath*, Virga, Pertica, Radius Geometricus, Dan. **Lede**, Tigillum. Omnia fort. à Lat. *Latus*, q. d. Aſſula in latitudinem ſecta.

Lath, vox agro Lincolnienſi uſitatiſſima quæ Horreum ſignat, fort. à verbo *to* **Lade**, quia Frugibus quaſi oneratur.

a **Lather** *or* **Laver**, Aqua ſapone probè permiſta, eóque ſpumans & turgeſcens, à Fr. G. *Laveure*, q. d. It. *Lavaria*, à *Lavando*.

Latten, à Belg. **Latoen**, **Lattoen**, Teut. **Letten**, Fr. G. *Laiton*, *Leton*, Hiſp. *Alaton*, *Laton*, It. *Ottone*, *Lattone*, *Lotone*, Orichalcum, neſcio an *ab Ottone*, aliquo Metallurgo inventore.

Lattermath, *Gouldmanno* exponitur Fœnum Cordum, Ὀψιγόνις, à noſtro **Latter** & AS. Mete, noſtro **Meat**, q. d. Cibus ſeu Paſtus Poſtremus, vel potiùs ab eodem **Latter** & AS. Mæd, Meſſis ſeu Gramen quod metitur, q. d. Poſtrema Meſſis hoc à verb. Mapan, Metere, v. *to* **Mow** & **Latter**.

Lattice, *Adr. Jun.* **Lattice** *work* exp. Opus Reticulatum, fort. q. d. **Net**tice *work*, N enim & L, facilè invicem commutantur, vel à Belg. **Latte**, Aſſula, q. d. opus Aſſulatum (i. e.) Aſſulis decuſſatim confixis conſtans, vel, quod *Minſheu* vult, à *Lacendo*.

to **Lavear**, vox Nautica à Belg. **Lavéren**, **Laeveren**, Dan. **Attawere**, vel **Lavere**, Obliquare curſum, Obliquando navigare, Obliquis curſibus ventos in mari captare, ut ſolent nautæ, ubi Ventus adverſatur, *vide* **Veer**.

Lavender,

Lavender, Fr. G. *Lavande*, It. *Lavanda*, Spica femina, Nardus, Lat. Barb. etiam *Lavendula*, *Lavandula*, sic dicta, fortean, quia Lotrices hâc herbâ ad gratum odorem linteaminibus conciliandum utuntur.

a **Laver**, *à* Fr. G. *Laveir*, omnia *à* Latino fonte, q. d. *Lavatorium*, *Lotorium*, *Lavacrum*.

Laugh, Laughing, *ab* AS. Hlihan, Hlihian, Hlahan, Teut. & Belg. **Lachen**, Ridere. Vox autem Hlahan, licèt apud *Somnerum* non occurrit, non dubito quin olim in usu fuerit; ejus enim propaginem Hlahende, Ridens, invenies, AS. Hleahtor, Belg. **Lach**, Teut. **Lach Gelächter**, Dan. **Latter**, Risus, Datur & Dan. **Lëer**, Rideo, & Run. Dan. **Hlegher mig**, Ridere me facit. Felicissimè alludit Gr. γελάω, Rideo, nec absonum est Gr. χλάω; Verisimillimum autem est omnia à sono esse ficta.

Lavish, Prodigere; *Minshew* deflectit vel *à* Gr. λαπίζω, Destruo, Evacuo, vel *à* λαφύσσω, avidè Deglutio, Devoro, *Mer. Cas. à* λαίζω. Mallem *à* Lat. *Lavare*. Prodigus enim bona sua Eluit, præsertim si per compotationes substantiam suam perdat. Quocunque autem modo rem exhaurit, & à pecunia tanquam sordibus marsupium suum purgat.

Laundress, *à* Fr. G. *Lavandiere*, It. *Lavandaia*, Lotrix, *à Lavando*. Sanè suspicor olim extitisse vocem Fr. G. eodem sensu *Lavandresse*, vel *Lavandresse*, unde nostrum **Landress** contractum est, licèt jam in desuetudinem abierit.

Lavolta, Tripudij modulati genus, *ab* It. *la Volta*, Conversio sc. ubi quis se inter saltandum convertit, *à* verb. *Volgere*, *Volzare*, *Convertere*, puta corpus, hæc, leviissimè deflexo sensu, *à* Lat. *Volvere*, & ejus Frequentativo *Volutare*.

Lautel, *à* Fr. G. *Lauriere*, utr. *à* Lat. *Laurus*, q. d. *Laureola*, Laurella, & tamen hæc Laureola, licèt terminatio Diminutionem signet; folia longè majora habet quàm ipsa Laurus.

Law, *ab* AS. Lah, Laga, Fr. G. *Loy*, Dan. **Lov**, Belg. **Lauwe**, **Louwe**, Lex, AS. Lah-Bneca, Legis Violator, omnia credo *à* Lat. *Lex*, *Legis*.

Lawn, secundùm Doct. *Th. H. à* Fr. G. *Linon*, Teut. **Leinwad**, (i. e.) Tela Linea, utr. *à* Lat. *Lineum*, Gr. λινέον, vel *à Lana*, q. d. Lana Subtilis, sed prius longè præfero.

a **Lawn** *or* **Laund** *in a Park*, Fr. G. *Lande*, Hisp. *Landa*, Inculta Planities; *Camdeno* autem exponitur Planities inter arbores sita, v. **Land**.

Lar, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exponitur Piscis quidam Exossis, credo *à* Lat. *Laxus*; piscis enim qui ossibus caret, non potest non esse reliquis laxior, mollior & flexibilior.

a **Lay**, *ab* AS. Ley, Leoð, Fr. G. *Lay*, Carmen, Teut. & Belg. **Lied**, Cantilena, It. *Ladetta*, Hymnus, omnia fort. præsertim AS. Ley, & Fr. G. *Lay*, *à La*, *nota Musica*. AS. autem Leoð non incommodè deflecti potest *ab* AS. Leod, Leode, *Otfrido* Fr. Th. **Leut**, **Luft**, *Willeramo* **Liut**, Teut. **Leute**, Populus, Vulgus; q. d. Canticum seu Carmen Plebeium huic satis feliciter alludit Gr. λαός, Atticè λεώς.

to **Lay**, in agro Linc. **Lig**, *ab* AS. Leczan, Belg. **Leggen**, **Legghen**, Teut. **Legen**, Ponere, Collocare, Dan. **Legger**. Pono, **Uvleyer**, Eloco, **Uvlegger**, Impendo, ut nos dicimus *to* **Lay** *out*. Quod mireris, etiam *Illegatus*, & *Illegare*, leguntur pro *Inlatus*, Inferre apud *Æl. Spart.* sub finem vit. Sept. Severi Aug. in Cod. Pal. v. *Salmas.* notas.

a **Lay** *or* **Lea** *of Land*, *ab* AS. Ley, Terra, Inculta, Novale, Leag, Lege, Campus, Pascuum, hoc fort. *ab* AS. Leczan, nobis *to* **Lay**, Ponere; eo enim anno quo novale arare intermittimus, ipsum stercore superposito & instrato lætamus.

to **Lay**, *à* Belg. **Leeghen**, Deprimere, Demittere, hoc *à* nom. **Leegh**, Humilis, Depressus, Submissus.

Layman, Dan. **Leigmand**, Fr. G. *Lai*, utr. *à* Lat. *Laicus*, q. d. ἀπὸ τοῦ λαοῦ, λαϊκὸς, (i. e.) Popularis, Plebeius, Clero, seu peculiari Dei Patrimonio, saltem per Excellentiam dicto, Ecclesiastico sc. ordini, oppositum.

Laystal, Sterquilinium, Meta seu Cumulus Stercoris, item, ni fallor, Latrina, *à* verbo *to* **Lay** & AS. Eyal, Stabulum, locus ubi fimus è stabulo sublatus deponitur, vel *ab* eodem **Lay** & **Stale**, Urina, v. *to* **Stale**.

Lazer-house, *à* Fr. G. *Ladrerie*, & *Lazaret*, It. *Lazzaretto*, Nosocomium, Ptochotrophium, (i. e.) locus ubi Lazari seu Leprosi, Scabiosi, & alij quovis modo malè affecti gratis aluntur & curantur.

Lazy, in agro Linc. usurpatur pro Malus, fort *à* Teut. **Loſz**, **Loſer**, Malus, Pravus, Perversus, quo eodem sensu etiam Fr. G. *Laſche* usurpatur, omnia *à* Lat. *Laxus*, ut nos dicimus de homine Malo, *he is a* **Loos** *or* **Loos** *lived fellow*, v. alt. **Lazy**.

Lazy, *à* Belg. **Loſigh**, **Leuſigh**, Remissus, Piger, Ignavus, hoc *à* **Loos**, **Los**, Vacuus, Solutus, Expers, Fr. G. *Laſche*, Remissus, Languidus, Teut. **Leiſz**, vel **Leiſer**, Lentus, Tardus. omnia *à* Lat. *Laxus*, v. **Looſe**. Alludit. Gr. λαζαρὸς, Laxus, Vacuus.

to **Lead**, *ab* AS. Lædan, Alædan, Belg. **Leyden**, **Leeden**, Teut. **Leyten**, Ducere, Dan. **Leder**, Duco, Traho.

Lead, *ab* AS. Læd, Leade, Plumbum, Leaden, Plumbeus, Belg. **Loot**, Teut. **Lot**, **Löt**, Plumbatura, Cæmentum, **Löten**, **Verlöten**, **Uberlöten**, Plumbare, Plumbo cæmentare. *Minſh.* dictum putat quasi λυϛὸς, Solubilis, Fusilis, quia omnibus reliquis metallis liquatu facilius est, *Mer. Caſ.* deducit *à* Gr. μόλυϐδος. Mallem *ab* AS. Lædan, Ducere, quia sc. præ reliquis omnibus ignobilioribus metallis maximè Ductile est & Ἐλατικόν.

Leaf, *ab* AS. Leaf, Belg. **Loof**, **Loobe**, Dan. **Loff**, Teut. **Laub**, Folium, item Teut. **Loof**, Bractea, Lamina Tenuis, Folium metalli. *Minſhew* hæc omnia deflectit *à* Gr. λέπος, λῶπος, Vestimentum. Parùm etiam alludit λεῖος τὶ, Vestis, Velum. *Fr. Jun.* Cimbr. **Lauf**, more Criticorum, satis violenter, deducit per Metathesin *à* Gr. φύλλον: quid ni potiùs *à* Lat. *Folium*, nisi quòd, quæ longiùs petita sunt, magis placent.

League, *à* Fr. G. *Ligue*, Hisp. *Liga*, It. *Lega*, Fœdus, omnia *à* *Ligando*.

a **League**, *à* Fr. G. *Lieüe*, Hisp. *Liga* & *Legua*, It. *Lega*, Lat. *Lenca*, quæ vox apud *Ammianum Marcellinum* reperitur, fort. inde dicta quòd hoc intervallum antiquis λευκαῖς, (i. e.) Candidis lapidibus notabatur, ut apud Romanos Milliaria Lapides vocitantur. *Spelman* autem deflectit *à* Gallico & Br. ant. *Leach*, Lapis. Confer etiam *Martinium* voce *Lenca*.

League, *à* Dan. **Leyger**, Belg. **Legher**, Teut. **Läger**, Castra, Militum Stativa **Lägern**, castra Metari, credo *à* vet. **Leg** vel **Lig**, adhuc Lincolnienſibus in usu, q. d. locus ubi exercitus Jacet, seu Disponitur, v. **Lay**, **Ly**, & **Beleaguer**.

Leak, *à* Belg. **Leck-Ship**, Rimosa & Fatiscens navis, **Leck**, **Leke**, Rima navis, **Lecken**, **Leken**, Stillare, Destillare, Perfluere, Teut. **Loch**, Foramen, **Löchern**, Perforare, **Lechtzen**, Fatiscere, Rimas agere, **Löchericht**, (i. e.) **vell Löcher**, Foraminosus, Perforatus

Leam vel **Liam**, vox Venatica in Dict. Angl. sic enim dicitur Funiculus quo Canis alligatus ducitur, alio nomine *à* **Leaſh**, *à* Fr. G. *Lien*, Vinculum, hoc *à* Lat. *Ligamen*.

to **Lean**, *ab* AS. hlýnian, hlionan, Belg. **Lenen**, **Leynen**, Teut. **Lehnen**, **Leynen**, Niti, Inniti, hinc elegantissima illa vox Teut. **Steglehne**, *a* **Lean-ſtock**, Fulcrum graduum seu Scalarum, sc. *à* Teut. **Steigen**, Ascendere, & eodem **Lehnen**, Si Græcus essem ducerem omnia *à* Gr. ἀλένη; Cubitus, Ulna, q. d. ἀλενεῖν, ἀλεναῖν, vel ἀλεναῖν, (i. e.) Cubito initi, *Fr.* autem *Jun.* AS. hlionan, *à* Gr. Κλίνω deflectit.

Lean, *ab* AS. Læne, hlæne, Macer. Cognata vox est Teut. **Klein**, Parvus.

Leap, in agro Linc. **Lope**, *ab* AS. hleapan. Saltare, hleap, hlip, Saltus, Belg. **Loopen**, Teut. **Laufen**, Currere, Dan. **Löber**, Curro, hinc **Leap-year**, Annus Bissextilis, q. d. Annus Saltans, quia uno die reliquos transilit (i.e.) excedit.

Learn, *ab* AS. Læpan, Belg. **Leeren**, Teut. **Lehren**, Docere, Dan. **Lærer**, Doceo, AS. Læpe, Belg. **Leere**, Doctrina, unde ant. **Lore**, Disciplina, Leopnian, Teut. **Lernen**, Discere, AS. Leopnepe, Discipulus.

Leas, Syngrapha seu Instrumentum quo fundus aut domus *à* Domino clienti elocantur Ἐκμίσθωσις, Ἀπομίσθωσις; parùm deflexo sensu *ab* AS. Læpe, *Ælfrico* Leaf, Pascuum vel *à* Fr. G. *Laiſſer*, Relinquere, (i.e.) agrum certis conditionibus inquilino relinquere, seu Assignare.

a **Leas**

a **Leas** *of hounds*, *à* Fr. G. *Laisse*, Ternio, Triga seu Trias canum, fort. quia non plures tribus Canes solent uno funiculo colligari, v. **Leash**.

to **Leas** *Corn*, *à* Belg. & Teut. **Lesen**, Colligere, Legere, Carpere, hoc *à* Lat. *Legere*, Gr. λέγειν.

Leash, *a* Fr. G. *Lesse*, Funiculus quo canis aut equus retinetur, Belg. **Letse**, **Litse**, It. *Laccio*, Hisp. *Lazo*, Lorum, Nexus Vinculum, omnia *à* Lat. *Laqueus*.

Leasings, *ab* AS. Leaſ, Leaſe, Falsus, Mendax, Leaſunge, Mendacium. *Mer. Cas.* AS. Leaſ, Mendax, Falsus, deflectit à Gr. Ἀλαζὼν, Atticè Mendax. Occurrit & in *Gl. Lipsii*. **Losen**, Dolosum. Ejusdem cum nostro **Leasings** originis est Fr. G. *Losengier*, It. *Lusinghiero*, Adulator, *Lusingare*, Adulari, Blandiri, *Lusinga*, Adulatio, Blanditia; Adulatio enim parùm abest à Mendacio.

Least, *ab* AS. Læſt, Minimus, hoc *à* Compar. AS. Læſ, Minor, v. **Lese**, *Minsh.* & *Mer. Cas.* putant contractum à Gr. Ἐλάσσων, Ἐλάχιστος.

Leasure vel **Leisure**, *à* Fr. G. *Loisir*, Otium, hoc, secundùm *Menagium*, *à* Lat. *Licere*, vel *ab Otiari*, addito artic. le cum Apostropho, vel potiùs *à* Teut. **Leisz**, **Leise**, Lentus, Tardus, **Leisz oder Leise gehen**, Pedetentim & Lentè ire (i. e.) *to go* **Leasurably**, vel **Leasurely**, hoc *à* Lat. *Laxus* opposito ñ Contentus.

Leasurely, v. **Leasure**.

Leather, *ab* AS. Leðep, Belg. & Teut. **Leder**, C. Br. *Lledr*, Corium, sed hoc nostræ originis; hinc Teut. **Ledern**, Belg. **Lederen**, Coriaceus, Teut. **Underleder**, Calcaris Corrigia inferior.

Leav, *ab* AS. Laſe, Laſ, Belaſ, Reliquum, Reliquiæ, Belifan, Superesse. *Minsh.* à Gr. λείπω deflectit. Alludit & λήγω, Cesso, Desino, & nostro **Leave**, pro Cessare, λωφάω, Respiro, Interquiesco.

Leave, *ab* AS. Lýfan, Alýfan, Concedere, Permittere, Geleaf, Licentia, Leafe, Leve, Leafnerſe, Venia, Fr. Th. Ἐπιτρῶν, Concesserunt.

Leaven, *à* Fr. G. *Levain*, It. *Levatura*, *Lievito*, Fermentum, omnia *à* Lat. *Levare*, quia massem elevat & attollit, imò Leviorem facit.

a **Leaver**, *à* Fr. G. *Levier*, Vectis, Palanga, q.d. Lat. *Levatorium*.

Lectern, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, proculdubiò *à* Fr. G. *Lettrin*, *Letrin*, Suggestum, Pluteus in Templo quo Anagnostæ liber sustinetur, hoc *à* Lat. *Legere*, q. d. Lectrinum vel Lectorium (i. e.) locus ubi Anagnosta legit.

a **Ledge**, Asserculus parieti in quo quasvis minores reculas reponere solent, Armariolum, *ab* AS. Lecgan, Teut. **Liegen**, Belg. **Leggen**, Ponere, q. d. Ἀποθήκη, Repositorium, v. *to* **Lay**. *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. λίγγος, Fimbria, *Hesych.* τὸ Ἔσχατον, item *à* λοξὸς, Obliquus.

a **Ledger** *Embassadour*, Orator Regis seu Reipublicæ, *à Legando*, q. d. Legatus, vel *ab* AS. Licgan, Licgean, Jacêre, qui sc. pro Rege & Republica in exteris regionibus excubias agit.

to **Lee** *or* **Lee-ward**, *sonè*, Vergentia seu Inclinatio navis, credo *à* Fr. G. *a l' Eau*, *vers* seu *Envers l' Eau*. *Eau* autem, quod Franco-Gallos Monitos velim, *ab* AS. Ea, Aqua, proculdubiò ortum ducit.

Leech, *ab* AS. Læce, Dan. En Læger, Medicus, AS. Læcnian, Lacnian, Fomentare, Curare, Lyce, Læce, Belg. **Laecke**, Hirudo, Sanguisuga, Dan. Læger, Medeor, Lægdom, Medicamentum.

Leefangs, vox Naut. *a* Lee, & AS. Fengan, Capere, *vide* Dictionarium Naut.

Leek, *ab* AS. Leac, Porrum, seu quævis radix instar Cæpæ & Porri Bulbosa, Belg. **Loock**, Dan. Log, Teut. **Lauch**, Porrum. *Fr. Jun.* Belg. **Looch**, & AS. Leac, deflectit *à* Gr. λάχανον, Olus.

Leer, *ab* AS. Gelæp, Teut. **Leer**, **Lähr**, **Lär**, Vacuus, Feliciter alludit Gr. λαγαρὸς, Laxus, Vacuus.

to **Leer**, nobis Limis seu obliquis oculis Intueri, *à* Teut. **Lauren**, Observare, vel *à* Dan. Lëer, Rideo, utr. ut Doct. *Somner* auguratur, *ab* AS. Hleape, Maxilla, Mandibula, Facies, Frons, vultus, v. **Low**.

the **Leer** *of a Deer*, *Gouldmanno* **Lair**, vox Venatica, in Dict. Angl. exponitur locus ubi Cervus recumbit & se detergit & resiccat postquam rore madefactus est, satis manifestè *à* Teut. **Läger**, Cubile, hoc *à* verbo **Liegen**, **Ligen**, Jacere, vel *a* **Legen**, Ponere, v. *to* **Ly** & **Lay**.

Lees, à Fr. G. *Lies*, *Lie*, Fæces. Invenitur & apud *Ælfricum* Leh, quod nescio quo vocabuli monstro Lat. Lexinum exponitur, Anglo-Saxonicè autem Mealt-Wupt, q. d. Decoctum Bóne seu Brasij tepidum. Cerevisia Mustea, & hæc sanè multâ fæce abundat. Fr. G. autem *Lies*, non incommodè deflecti possit, *ab* AS. Liȝȝan, Licȝean, Licȝan, Teut. **Liegen**, Jacêre, quia in fundo resident. Alludit Gr Λαίζω, Agito, Jacto, Turbo; Fæces enim vinum fermentant.

Leet, *Courts* **Leet**, *Spelman* deducit *ab* AS. Lite, Parvus & Membrum, item Læt, Censura, Arbitrium; q. d. Curia minor, vel Curia ubi damna æstimantur, vel *à* Belg. **Laet**, Judex Vicanus, vel *a* **Laet**, Colonus, Villicus, *Minsheu* deflectit *à Litibus*, q. d. Curia in quâ Lites dirimuntur.

the **Leetch** *of a Sail*, vox Naut. est autem externa pars veli, nescio an *à* Fr. G. *Lesche*, Segmen longum panis, vel *à Lesse*, Laqueus, vel à Lat. *Laxus*, q. d. pars Laxior, vel potiùs Laxata veli.

Leg, Crus, Tibia, unde fluxit Teut. **Lecken**, Calcitrare, cujus mater nomen **Leck** pro Crure obsolevit. *Minsheu* absurdè deducit *à Ligando*, propter Ligaturas quibus femur tibia & extremus pes inter se connectuntur. Mallem *à* Belg. **Leegh**, Humilis, infra Positus, Inferior, & certè omnium artuum infimus est, & toti trunco subjectus.

Leger de main, Præstigiæ circulatorum, q. d. Fr. G. *Leger de main*, manu Celer, quoniam sc. Præstigiæ illæ solâ manuum celeritate peraguntur. Sed unde, inquies, Fr. G. *Leger*? credo sic dictum quasi *Lever*, *à* Lat. *Levis*.

Leman, Sacerdotis Concubina, *Higginio Adr. Junij* interprete Viri Uxorati Pellex. *Minsheu* vult contractum *à* Fr. G. *le Mignon*, Deliciæ, vel fort. quod mihi verisimilius fit, *ab* AS. Lædan, Ducere, vel Teut. **Laden**, Invitare, & Man, ut *Pellex. a Pelliciendo*, q. d. **Ledman**, vel **Laedman**, elisò sc. propter Euphoniam *d*; Longè tamen rectiùs Doct. *Th. H.* deflectit *à* Fr. G. *L' Aimante*, Amatrix, Amica vel Amasia: quod eò luculenter etiam confirmatur, quòd **Leman** apud *Chaucerum* pro Amasio genere masculo usurpatur (i. e.) Fr. G. *L' Aimant*.

Lemmon, *à* Fr. G. *Limon*, It. *Limone*; *Lemone*, fort. omnia *à* Gr. Λειμών, Pratum, Hortus, q. d. Horti decus.

a **Lempet**, *or* **Lympyn** *Fish*, corruptum *à* Lat. & Gr. *Lepas*, seu Patella piscis.

Lend, *ab* AS. Lænan, Þlænan, Belg. **Leenen**, Commodare, Mutuum seu Mutuò dare, Teut. **Lehnen**, Mutuum accipere, **Leihen**, Mutuum dare, Dan. **Launer**, Mutuor.

Length, Longitudo *ab* AS. Lenc, Lencȝ, Lenȝ, Diu, Diutiùs, Belg. **Lengde**, Teut. **Länge**, Longitudo, **Lang**, Longus, omnia *à* Lat. *Longus*.

Lent, Quadragesima, parùm deflexo sensu *ab* AS. Lencten, Belg. **Lente**, Teut. **Lentz**, Ver, q. d. Jejunium Vernum; nescio an omnia *à* nostro **Length**, Teut. **Länge**, Longitudo & **Long**; Ver enim est tempus quo dies ex brevissimis longiores fiunt.

Lentil, *à* Fr. G. *Lentille*, utr. *à* Lat. *Lentis*, q. d. *Lenticula*.

Lepry, Scabies, q. d. Leprositas, à Lat. & Gr. *Lepra*, Gr. Λεπρὸς, Scaber.

a **Lerry**, Divinaret aliquis *à* Lat. & Gr. *Lyra*. Doct. *Th. H.* deflectit *ab* AS. Læran, Docere, quasi **Lær pou vel yee** (i. e.) **Lesson**, & sanè non dubito quin *ab* AS. Læpe, Belg. **Leere**, Doctrina, ortum duxerit. Sin autem, quod non absurdum est, *à* Lat. *Lyra* ortum sit, ejusdem familiæ est vox Fr. G. dial. Pictav. *Loure*, Αὐλὸς, Tibia Utricularis. Potest & non incommodè deduci *ab* Infin. Fr. G. *Lire*, nominaliter sumito, ita ut Lectionem signet.

Leek, vox agro Linc. usitatissima *à* Dan. **Liuske**, Inguen.

Less, *ab* AS. Læs, Minor, Læst, Minimus, *Minsh.* deflectit *ab* Ἐλάσσων, ut Læst *ab* Ἐλάχιστος.

the **Lesses**, *à* Fr. G. *Laisses*, ferarum Stercus, hoc *à* verb. *Laisser* Relinquere, quod sc. post se in agris vel sylvis feræ relinquunt; utr *à* Lat. *Laxare*.

Lesson, *à* Fr. G. *Leçon*, utr. *à* Lat. *Lectio*, *Lectione*.

Lest, *ab* AS. Læs, Læs Þpon, Ne, ni fallor *ab* alt. Læs, Minus, q. d. quò minùs hoc fiat.

Let, Terminatio Dim. in vocibus Fr. G. & Italicæ originis oppidò frequens, credo *à* vet. AS. & Germ. Lit, Lÿte, Parvus, Parùm, *v.* **Little**; vel, ut *Spelman* censet, *à* Teut. **Glied**, Belg. **Slid**, **Lid**, Membrum, Pars, Particula.

to **Let**, *ab* AS. Lætan, Permittere, Sinere, Pati, Utlætan, Laxare, Solvere, Belg. **Laeten**, **Bloet Laeten**, Sanguinem mittere, Fr. Th. **Laz**, Sine, Permitte, Teut. **Laſſen**, Fr. G. *Laiſſer*, It *Laſciare*, Relinquere, Sinere, omnia *à* Lat. *Laxare*.

to **Let**, *for to Hinder*, *ab* AS. Lætan, Alætetan, Belg. **Letten**, Impedire, Morari, Obſtare, **Letſel**, Impedimentum, omnia, ni fallor, *ab* AS. Latian, Cunctari, Differre, Tardare, hoc *à* nom. Late, Lætè, Serus, Tardus, *vide* **Late**.

Letcher, non, ut vult *Minſhew*, *à* Teut. **Lecker**, Nebulo, nec *à* Λέχος, Lectus, ſed *à* Fr. G. vet. *Luxure*, Libido, Venus illicita, hoc *à* Lat. *Luxuria*. Alludit & Λίχνος, Invericundus, Impudens, & Λάσιυρος, Salax, benè Mutoniatus. Datur & Flandricum **Lack**, Libidinoſus teſte *Fr. Jun.* qui deflectit *à* Gr. Λεσχὴ, Scortator, Λασκάζειν, Scortari, *Mericus Caſaubonus à* Λάγνος. Mallem *à* Fr. G. *Laſche*, hoc *à* Lat. *Laxus*, ut nos dicimus *a* **Loos** *liv'd fellow*.

Letter, Belg. etiam **Letter**, utr. *à* Fr. G. *Lettre*, It. *Lettera*, omnia *à* Lat. *Litera*.

Lettice, *à* Fr. G. *Laictue* pl. *Laictuë*, Teut. **Lattich**, utr. *à* Lat. *Lactuca* ſic dicta, quia Lacteum ſuccum præbet, ut & omnia reliqua Cichoracea.

Levant, *à* Fr. G. *Levant*, It. *Levante*, utr. *à* Lat. & It. *Levare*, Attollere, q. d. Sol ſe Levans vel Elevans (i. e.) Horizonte noſtro oriens, & ſe quaſi attollens.

Level coyl, vox Teſſeris globuloſis ludentium propria, *à* Fr. G. *Levez le Cul*, Culum Eleves (i. e.) aſſurgas, & locum cedas ſucceſſori, vices ludendi præbeas, nobis etiam **Hitch Buttock**, imò etiam Italis eodem ſenſu *Giocare a Léva Culo* uſurpatur.

Level, *ab* AS. Læpel, Læpil. Fr. G. *Livel*, *Niveau*, It. *Livello*, Amuſſis, Perpendiculum, q. d. Libella, fort. *à Librando*, hinc verb. Fr. G. *Niveller*, It. *Livellare*, Perpendiculo metiri, Collimare.

Lever, *I had Lever*, *à* Teut. **Ich wolte Lieber**, Mallem, hoc *à* **Lieb**, Gratus, Acceptus, **Lieber**, Potiùs (i. e.) Libentius; vel, quod eodem ferè recidit, *ab* AS. Leofre, Potiùs, hoc *à* nom. Leof, Charus, Gratus, Jucundus, unde & Belg. **Lieber**, & dictum Teut. **Lieber**, Potiùs, & Adjectivè Gratus, Acceptus.

Leveret, *à* Fr. G. *Levraut*, *Levreteau*, Lepuſculus. *Adrianus Junius* citat ex *Strabone* vocem Λεζερίδες, quas exponit *Strabo* Γεωρύχους Λαγωΐδας (i. e.) Lepuſculos telluris effoſſores; *Junius* autem hic *Strabonem* corrigit, & dicit hanc vocem Cuniculos recèns natos pilis adhuc nudos ſignare; ſed neſcio quo Authore, imò quâ fronte audet Græcum Græcam Linguam docere. Noſtrum autem **Leveret**, tum etiam Fr. G. *Levraut*, *Levreteau* Dimin. ſunt ant. vocis Fr. G. jam obſ. *Levre*, It. *Lepre*, *Lepra*, utr. *à* Lat. *Lepus*, *Lepore*.

to **Lev**, *à* Fr. G. *Lever*, It. *Levare*, Tributum exigere, item milites Conſcribere ſeu potiùs Cogere, *ab* alt. Fr. G. *Lever*, It. *Levare*, Tollere (i. e.) vi abripere.

Lewd, Perditus, Sceleratus, Flagitioſus, vel *ab* AS. Belæpa, Proditor, Belæpan, Prodere, vel, ſi Davo inter Oedipodas divinare liceat, *à* Læpede, Læpedman, Laicus, quoniam olim, Clerici præ Laicis religioſiſſimè vixerunt, adeò ut Laici ipſorum reſpectu diſſoluti & impij haberentur, nunc parùm aut nihil intereſt. Malè deflectit *Minſhew à* Lat. *Ledo*, meliùs *à* Belg. **Luy**, **Ley**, Ignavus, & *à* Teut. **Leidig**, Impius, Sceleſtus, potiùs Triſtis, hoc *à* **Leid**, Mœror, Triſtitia, ut etiam It. *Triſto* pro Malus uſurpatur. Idem non malè deducit *ab* AS. Leode, vulgus, Turba; Plebs enim in ſordidiora & viliora vitia proclivior eſt quàm Nobiles, bono loco nati & ingenio exculti, & huic Etymo ſuffragatur Doct. *Th. H.* Alludit & Teut. **Letter-bub**, Furcifer, Nequam, hoc *à* **Letter**, **Loſz**, Laxus, & ſecundariò Malus, Pravus, Perverſus, utr. *ab* eodem Lat. *Laxus*. Alludit & Græcus Λυτὸς, Solutus, Diſſolutus, ut nos dicimus, *a* **Diſſolute man**, & Lat. Diſcinctus pro Prodigo Nepote, *v.* **Lewd**, in Et. vocum Ant. ubi invenies *Chaucerum* vocem **Lewd** pro Laico paſſim uſurpare, quod ſecundum Etymon penitus confirmat. AS. autem Læpede poſtremùm deflecto *ab* AS. Læ, Laicus & Dade, Dad, ſtatus, Conditio, Ordo, q. d. unus ex Ordine Laico, omnino ut **Feud**, *à* Fab, & eodem Dab, *v.* **Feud**, Simultas.

Liable, Obnoxius, Expositus, *à* Fr. G. vet. *Liable*, hoc *à* verb. *Lier*, utr. *à* Lat. *Ligare*, q. d. Ligabilis, Obligabilis, Obligatus, vel si malis Anglicam originationem, *à* nostro **Ly**, & term. **able**, (i. e.) *He that lyes under Censure or Payment*, qui Censuræ Pœnæ aut Mulctæ subjacet, sed prius longè præfero, *v.* **Ly**.

Liam, *v.* **Leam**.

Lib, *à* Belg. **Lubben**, Castrare. Invenitur & apud *Ælfricum* Belignod, Castratus. *Minsheu* deflectit *à* Gr. Σλίβω, Premere, Atterere. Alludit & Gr. λωβάομαι, λωβάζω, Corrumpo, Depravo, Mutilo, λώβη, Damnum.

a **Liberd**, Fr. G. *Liepard*, Belg **Libaerd**, utr. *à* Lat. *Leopardus*.

Library, *à* Fr. G. *Librairie*, It. *Libraria*, *Libreria*, Bibliotheca, q.d. *Librarium* (i.e.) Librorum Repositorium.

Lick, *ab* AS. Liccian, Belg. **Lacken**, **Lecken**, Teut. **Lecken**, **Leckzen**, **Lechtzen**, Fr. G. *Lecher*, *Licher*, It. *Leccare*, Lambere, Belg. **Leck Spit**, Teut. **Leck Spiesz**, Liguritor, Dan. **Licker**, **Slicker**, Lingo, Delingo, omnia *à* Gr. Λείχω, λιχμάζω, Lambo, vel potiùs & hoc & reliqua Ὀνοματοποιήματα.

Lickerish, *ab* AS. Licepa, It. *Licchetto*, Gulosus, Belg. & Teut. **Lecker**, Cupes, Apicius, Fr. G. *Femme Lechereſſe*, Femina Gulosa, Delicata, hæc *à* Fr. G. *Lecher*, Lambere, *Leſchard*, It. *Licchetto*, Helluo, Delicatus. *Minsheu* & *Mer. Casaubonus* deducunt *à* Gr. Λίχνος, Mallem Λείχω, Lambo. Alludit etiam γλυκύς. Occurrit & apud *Vossium*, *Locator* pro Gulosо, *v.* in Et. LL. voce *Lono*, *v.* & **Lick**. Occurrit & ejusdem originis vox Gr. Barb. Λιξία, Gula, Gulositas & inde Λιξιάρης, Gulosus, Cupes, Apicius.

Licorish, It. *Liquiritia*; utr. corruptum *à* Lat. & Gr. *Glycyrriza* (i.e.) Ῥίζα γλυκεῖα, Lat. Radix Dulcis.

Lid, *ab* AS. Hlid, Tegmen, Operimentum, hinc Teut. **Lied**, vel **Liet**, Operculum, **Augen Lied**, Palpebra. *Fr. Jun.* deflectit *à* Gr. Κλείθω, Obsero.

Leige, **Liege** *people*, *à* Fr. G. *Lige*, It. *Ligio*, Fidelis, q.d. Ligatus, Obligatus: inde & **Ligeancy**, Fr. G. *Ligence*, Obligatio seu Vinculum fidei quo Principi obstringimur.

in **Lieu** *of*, *à* Fr. G. *Lieu*, Locus.

Lieutenant, *à* Fr. G. *Lieutenant*, quasi dicas Locum tenens, Vicarius, Optio, Legatus. Passim apud *Zonaram* in Conciliis occurrit Gr. Τοποτηρητὴς pro Legato seu Vicario Episcoporum absentium, quod ad amussim nostro **Lieutenant**, seu Locum tenenti respondet, *v. Zonaram*,

to **Lift**, *à* Belg. **Lichten**, **Optichten**, Fr. G. *Lever*, It. & Lat. *Levare*, *Elevare*, Attollere, Dan. **Loftter**, **Loftter op**, Attollo, item **Opleftter**, Elevo, Sustollo.

Light, *à* Belg. **Licht**, Teut. **Leicht**, Levis, Facilis, **Leichtlich**, Facilè.

Light, *ab* AS. Leohr, Fr. Th. **Lecht**, **Leohte**, **Lioht**, Belg. **Licht**, Lux, Lumen, Teut. **Leuchte**, Dan. **Lychte**, Laterna, **Lius**, Lux, Fax, Lucerna, **Vox-lius**, Cereus, Teut. **Liecht**, Splendor, Lumen, item Clarus, Lucidus, Fr. Th. **Liohtfaz**, Lampas, AS. Lixette, *Ælfrico* Lixir, Fulmen, hoc *à* Lix, Lixe, Flamma, hir Lihr, Fulgurat. Lihtan, Fr. Th. **Liohten**, Teut. **Leuchten**, Accendere, Lucere, Fr. Th. **Liohte sûnnar Lioht**, Luceat Lux vestra. Alludit Gr. Λύχνος, Lucerna & Λεύσσω, Video. Non dubito tamen quin verum omnium Etymon sit *à Luce* & *Lucendo*, Lux autem quin *à* Λεύσσω deflectatur non veto, imò non dubito.

to **Light**, *or* **Alight**, *ab* AS. Alihtan; or Alihtan, Descendere, Lihting, Descensio, Belg. **Af-lichten**, equo Descendere, q. d. equum Sublevare, quia Equite dissiliente equus onere sublevatur.

to **Light** *on*, *à* Belg. **Licht**, Fortè, Casu, q.d. Casu occurrere, Obviam habere, hoc *à* *à* nom. **Luck**, Belg. **Ghe-luck**, Fortuna, *v.* **Luck**.

to **Lighten**, Fulminare, *ab* AS. Lihr, Hit Lihr, Fulgurat, Lihtung, Fulmen, Glitenan, Coruscare, *v.* **Light**.

Lighter, *à* Belg. **Lichter**, **Licht**, Scapha, Cymba Oneraria, q. d. navis Levior, vel quia merces à majori nave in Scaphum Onerariam flumine ulteriùs deferendæ convehuntur, *à* verb. *to* **Lighten** & **Light**, Levis, quia sc. navem onere sublevat, & in se recipit.

Lights, Pulmones, sic dicti *à Levitate*; nam cæteris omnibus partibus pro mole Leviores sunt.

to **Lik-**;

to **Like**, pro Probare, Approbare *ab* AS. Licean, Licigean, Gelican, Fr. Th. **Lichan**, **Guodlichan**, *Gl. Lipſ.* **Licon**, Placere, fort. *à* nom. **Like**, quia Simile Simili gaudet, Datur & Fr. Th. **Miſlichan**, Diſplicere, **Licon ſal**, Placebit, *Gl. Lipſ.* **Gelicoda**, Complacui. Alludit Gr. γλίχομαι, Cupio, Affecto, Appeto.

Like, *ab* AS. Gelic, Fr. Th. **Gelike**, Teut. **Gleich**, Belg. **Gheliick**, **Liick**, Similis, AS. Gelicnyꝛ, Licnyꝛꝛe, Similitudo, Fr. Th. **Geliuchon**, Similem, Belg. **Liicken**, Aſſimilare, *Gl. Lipſ.* **Malicondi**, Beneplacito. Doct. *Th. H.* deflectit *ab* AS. Lic, Lice, Corpus, q. d. Corporis Similem. Alludit Gr. Ἀλίγκιος, Similis, ut nobis **Alike**, & verb. Ἔικω, Similis ſum.

to **Lill**, *à* Belg. **Lellen**, Sugere, hoc *à* **Lelle**, Papilla, utr. proculdubiò *à* Lat. *Lallare*.

Limb, *ab* AS. Lim, Leome, Dan. **Lem**, Membrum, quod *Fr. Jun.* ſatis frigidè deflectit *à* Gr. λίμμα, Pars, vel *à* μέλος per Metatheſin ut Liꝛ, Amicus *à* φίλος, Mod, *à* θυμὸς, **Leaf**, *à* φύλλον, Ma, Magis, *à* μᾶλλον, Mæd, Pratum, *à* μέλαξ *Suidæ* λειμών; *l* enim & *d*, ſæpe ſibi invicem cedunt, ut Ulyſſes *ab* Ὀδυσσεὺς, Lachrymæ *à* δάκρυον, Meditari *à* μελετᾶν, hæc *Junius*; ſed λίμμα, nuſquam, quod invenire potui, Partem, ſemper Corticem aut Librum deſignat, *à* verbo λέπω, Decortico, Delibro.

Limbeck, *à* Lat. Barb. *Alembicus*, Fr. G. *Alembic*, It. *Lambico*, *Limbico*, κυκλίσκος, ſeu Vas Deſtillatorium vulgatiſſimum, omnia *ab* Art. Arab. *Al* & Gr. Ἄμβιξ, Olla, Cadus, Poculi genus, v. **Alembick**.

Limber, Laxus. *Minſh.* deflectit *à* nom. **Lime**, Viſcum, quoniam quæ inſtar Viſci glutinoſa ſunt facilè flectuntur. Meliùs, ut mihi quidem videtur, deduci poteſt *à* Teut. **Gelind**, **Lind**, Fr. Th. etiam **Lind**, **Linder**, **Gelinder**, Mollis, Lenis, vel *à* **Lencken**, Flectere, q. d. **Lencker**, (i. e.) Flexibilis.

the **Limber** *holes*, vox Naut. Sunt enim Foramina quædam Quadrata juxta Carinam, per quæ tanquam elices aqua in puteum ſentinæ corrivatur. Neſcio an *à* Fr. G. *Limbes*, Barathrum.

Lime, *à* Belg. **Leem**, Terra Madida, Lutea, Gluten, **Liim**, Teut. **Leim**, Dan. **Liim**, Viſcum, Gluten, Fr. Th. **Lim**, vel ſecundùm *Fr. Jun.* **Lim**, Lutum, Limus, AS. Geliman, Glutinare, Dan. **Limer**, **Bliimer**, Glutino, credo omnia *à* Lat. *Limus*. Alludit Gr. λῦμα, λῦμα, Purgamentum, Sordes, Longè quidem violentiùs *Fr. Jun.* deflectit *à* λίμνη, q. d. ἀπὸ τῆς λίμνης.

to **Lime** *or* **Line**, *Minſhew* ſcribit **Ligne**, & deflectit *à* Fr. G. *Ligner*, *Aligner*, more Canum Coire, hoc *à Ligne*, Propago, Soboles, vel, ſi malis **Lime** ſcribere, deduci poteſt *à* nom. **Lime**, Glutinum. Viſcum; quia ſc. Canes, dum Venerem exercent, adeò arctè cohærent, perinde acſi glutino vel viſco eſſent commiſſi.

Limmer, aliis **Limner**, Pictor præſertim μικρογράφος, ὑδρογράφος, *Gouldmanno* Miniculator, *ab* AS. Liming, Litura vel Lim, Membrum, quia Membra delineant Pictores, vel potiùs, ut feliciſſimè divinat Doct. *Th. H. à* Fr. G. *Enluminer*, Pingere, Illuſtrare, Polire, & inde nom. *Enlumineur*, Pictor hoc *à* Lat. *Illuminare*.

a **Limmer**, *Gouldmanno*, apud quem ſolum occurrit, Hybris (i. e.) Canis Vilior ex Cane ſagace Venatico cum Moloſſo copulato prognatus, q. d. *a* **Limer**, (i. e.) Canis Proletarius, qui ſc. ad nihil aliud præter Venerem utilis eſt, v. **Lime** ſuprà.

Limp, *ab* AS. Limp-healt, Claudus, q. d. *to* **Lamp**, v. **Lame**.

Limpin, vox quæ apud *Higginium* ſolum occurrit, & exponitur Tellina ſeu Mytulus piſcis, neſcio an *à* Teut. **Lumpe**, **Lumpen**, Scruta, Panniculi ſeu Centones, ſc. à Scrutorum ſimilitudine, vel q. d. **Lompin**, (i. e.) Maſſula *à* Belg. **Lompe**, Maſſa, ab informi ſc. corporis hujus animalculi ſpecie. Occurrit & apud *Kilianum* **Lompe**, quod exponitur Holothuria piſcis.

to **Lin**, *ab* AS. Blinnan, Ablinnan, Alinnan, fortè & Linnan, Ceſſare. Alludit Gr. Ἐλλείπω. Verum autem Etymon verbi A S. Abhinnan eſt, *ab* AS. Hlynan, Inclinare, Niti, & Præp. *Ab*, q. d. Declinare, deſiſtere, v. *to* **Lean**.

Linage, *à* Fr. G. *Linage*, *Lignage*, It. *Lignaggio*, Stirps, Proſapia, q. d. Lineagium,

gium, Lineatio, Doct. *Th. H.* invenit & Fr. G. ant. *Lignies*, Prosapia.

Line, Funiculus, parum deflexo sensu, vel, *à* Lat. *Linea*, vel *à Linum*, Gr. λίνον, unde & Belg. **Lint**, **Lind**, Fascia, Tænia, hoc ἀφαίρεσις *à* Lat. *Linteum*.

Ling, in term. vel Diminuit vel Qualitatem aliquam designat. ubi diminuit videtur ortum *à* Teut. **klein**, Parvus. Ubi autem Qualitatem notat *à* Teut. ant. **Langen**, rec. **Belangen**, **Anlangen**, Pertinere, Spectare ad aliquem.

Ling, vox agro Linc. usitatissima *à* Run. Dan. **Ling**, Dan. rec. **Lung**, Erica.

Ling, *à* Belg. **Lingbe**, **Linge**, **Lenge**, Asellus piscis, nescio an *à Longitudine* sic dictus, q. d. Asellus longior.

to **Linger**, Cessare, Morari, *à* Teut. **Längern**, in Longum protrahere, vel q. d. *to* **Longer**, *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Ἐλαττόω.

a **Linger**, *Gouldmanno* **Linget**, *Ridero Atricapilla* avis, sic dicta *ab Erica* herba cujus esu gaudet, v. **Ling**.

Lining, *Adr. Jun.* Pannus Subditicius, ὑπενδύτης, *à* verbo *to* **Line** *à garment*, vestem Suffulcire, Duplicare, inquit *Minsheu*, q. d. Linum vesti subducere. Potest & non absurdè istud **Line** declinari *à* Lat. *Linere*, *Illinere*, *Sublinere*; Pannus enim alij subditus ei quasi illinitur seu sublinitur.

Link, Orbis Reticularis. *Minsh.* deflectit vel *à* Lat. *Ligo*, vel *à* Belg. **Ringh**, **Rinck**, Circulus ferreus. Verum autem Etymon est *à* Teut. **Gelenck**, Junctura, Nodus, Commissura, item Annulus Catenæ, hoc *à* verbo **Lencken**, Flectere.

Link, Fax Resinata. *Minsh.* & *Mer. Cas.* deflectunt *à* Gr. λύχνος. Melius *Camdenus* tantùm pro Allusione habet. Mallem verum Etymon petere *à* Teut. **Lencken**, Flectere, quia Resina Tædæ complicatur.

to **Link**, Connectere, vel *à* Fr. G. *Lien*, Vinculum, hoc *à* verb. *Lier*, Ligare q. d. Ligamen, vel potiùs *à* Teut. **Gelenck**, Junctura, Commissura, v. **Link**, suprà.

Linnen, *ab* AS. Linen, Lineus, Linteus, Belg. **Linnen-Kleed**, Linteamen, Teut. **Leinwad**, Carbasus, omnia *à* Lat. & Gr. *Linum*.

a **Linnet**, *à* Fr. G. *Linotte*, Linaria avis, sic dicta fort. quia *Lino*, vel seminibus *Lini*, vescitur. Occurrit & apud *Ælfricum* Linetpige, quod nescio an bene, Carduelis exponitur.

Linspin, Impages quæ Axem rotæ firmat q. d. **Linkspin**, seu **Linkpin**, (i. e.) Impages Connexoria, v. **Link** & **Pin**, vel *à* Belg. **Leyne**, **Læne**, Fulcrum, v. *to* **Lean**.

Linsy Woolsy, Levidensis, Vestis ex Lana & Lino simul mixtis confecta, v. **Linnen** & **Woolt**.

Lint, μυρόπε, Penicillus Vulnerarius, *Salmas.* in Flav. Vop. vitâ D. Aurel. Aug. Carpia *à* Lat. *Linteum*, supple concerptum.

Linkel, Funis Igniarius ad explodendas machinas bellicas, *à* Teut. **Lunte** vel **Lunten**, Dan. **Lonte**, Fomes Igniarius seu Sulphuratus, hoc à Lat. *Linteum*, q. d. Linteum Sulphuratum.

Lintle *or* **Lintels** *of a door*, *à* Fr. G. *Linteaux*, Postes majores, Antæ domûs, Hisp. *Lintel*, Limen superius, *Adr. Jun.* Hyperthyrum, Superliminare. Fr. G. autem *Linteaux*, & Hisp. *Lintel*, ortum credo *ab* ant. Lat. *Limentum* pro *Limine*, q. d. Limentellum, inde & Deus Limentinus, qui Liminibus præest, apud *Tertull.* lib. de Cor. Mil. v. Voss. in Et. LL. voce *Limen*.

a **Lion**, *à* Fr. G. *Lion*, utr. *à* Lat. & Gr. *Leo*, hoc fort. *à* λάω, Video, ab acuto sc. visu.

Lioncel, vox Fœcialium, *à* Fr. G. *Lioncean*, olim *Lioncel*, It. *Lioncello*, Leunculus, (i. e.) parvus Leo seu Catulus Leonis.

Lip, *ab* AS. apud *Ælfricum* Lippe, Belg. **Leppe**, **Lippe**, Teut. **Lippe**, **Lefftze**, Fr. G. *Lippe*, Dan. **Læbe**, Labium, in *Gl. Lipsi* **Lepira**, Labia, Fr. G. *Lippe*, Labeo, Dan. **Lipper**, Degusto, omnia *à* Lat. *Labium*.

Lisp, *ab* AS. Wlipp, Dentiloquus, Balbus, Blæsus, Dan. **Lesp**, Blæsus, Belg. **Lispen**, **Lispelen**, Teut. **Lispeln**, **Lippeln**, Balbutire, Blæsè loqui, mera onomatopœia. Alludit Gr. λείπω, Deficio & λισσός, Tenuis, λίσπη γλῶσσα, *Adr. Junio* interprete Lubrica & Balbutians Lingua.

a **List**, *à* Fr. G. *Liste*, It. *Lista*, Catalogus, hæc fort. *à* Teut. **Lesen**, Legere & Colligere, (i. e.) charta in qua nomina enumerata legere possis, vel in qua nomina colliguntur.

Liſt, *à* Fr. G. *Lice*, Septum intra quod Haſtiludium celebratur, Palæſtra.

Liſt, *ab* AS. & Dan. Lyſt, Belg. **Liſt**, Teut. **Leiſte**, Fr. G. *Le*, *Lez*, *Liſiere*, Limbus, Fimbria. *Martin.* deflectit *à* Cr. Λαιὸς, Extremus. Mallem eodem ſenſu à noſtro **Laſt**, quod *vide*.

Liſt *for* **Luſt**, *Mer. Caſ.* deflectit *à* Dor. Λᾶ, pro βίλω, *v.* **Luſt**.

Liſten, *ab* AS. Hlyſtan, Belg. **Luyſteren**, Teut. **Lauſtern**, Audire, Auſcultare, AS. Hlyſt, Auditus, Hlyſtnere, Auſcultator. Neſcio an omnia, præſertim Teut. **Lauſtern**, *à* Lat. *Luſtrare* pro Attentè Expendere ſeu Conſiderare.

Liſtleſs, Languidus, ſpontaneâ Laſſitudine, inſtar ægrorum, vel neutrorum, ut loquimur, Decidentiæ affectus, q. d. **Luſtleſs**, qui ſc. præ languore nullâ re delectatur, ſed ad omnia oblata nauſeat, Faſtidioſus, Ἀηδιαστὸς, *v.* **Luſt**.

Lither, Mollis, Laxus, Flaccidus, *ab* AS. Liþ, Lieþ, Lenis, Geleþpes, Emollitus, Geliþian, Emollire, Hliþe, Tranquillus, Placidus, Liþeneſſe, Lenitas. Alludit Gr. Λειὸς, Lævis, vel potiùs Levis Glaber, & Λιτὸς, Simplex, Tenuis.

Litten, *Church*-**Litten**, vox in Com. Wilts uſitatiſſima, ubi Cœmeterium ſignat, fort. *ab* AS. Lædan, Teut. **Leyten**, Ducere, q. d. Via ducens ad Templum, *v.* **Lead**.

a **Litter**, *à* Fr. G. *Litiere*, *Lictiere*, It. *Lettiera*, Lectica, q. d. Lectaria, ſupple, Sella.

a **Litter**, Partus, Fœtura Bruti cujuſvis animalis, puta Canis vel Felis; parùm deflexo ſenſu *à* Fr. G. *Litiere*, Stramen quod animalibus iis Puerperis, ſubſternitur, & in quo Cubant & quieſcunt, hoc *à Lict*, Lectus, Cubile (quod qui à dicto Lectus ortum dubitat pluſquam Idiota eſt) q. d. Catuli eodem Stramineo lecto editi & educati.

Little, *ab* AS. Lytel, Dan. **Lidet**, **Liden**, Suec. **Liten**, Parvus, AS. Lytling, Parvulus, Lyt, Lyte, Belg. **Lettel**, **Luttel**, Teut. **Lützel**, Parum, Ejuſdem originis eſt Belg. **Lid**, **Led**, Teut. **Glied**, Membrum, Pars, quia ſc. pars eſt minor toto. Alludit Gr. Λιτὸς, Tenuis, Exiguus.

Live, *ab* AS. Libban, Leopan, Teut. **Leben**, Belg. **Leven**, Vivere, AS. Lyflic, Belg. **Leeflick**, Vivus, Vividus, Vegetus, AS. Lyfleas, Inanimis, Languidus, Effœtus, Dan. **Leffver**, Vivo, Teut. **Uberleben**, Supereſſe, AS. Lyf, Run. Dan. & Dan. rec. **Liff**, Teut. vet. **Livia**, in *Gl. Lipſ.* **Livva**, Teut. rec. **Leben**, Vita, Fr. Th. **Ewiuigan Lives**, Vitæ Æternæ, hinc & Belg. **Liff**, Teut. **Leib**, Corpus, & Ἀναλόγως Longobardis Italis *la Vita* pro Corpore uſurpatur.

Liver, *ab* AS. Lyfere, Dan. **Leffver**, Belg. **Lever**, Teut. **Leber**, Jecur, credo ſic dictum, quoniam olim Principium vitæ exiſtimabant: *Galenus* ſanè Officium ſanguificandi, maximum vegetantis animæ privilegium, ipſi aſcribit.

Liver'd, *a white* **Liver'd** *fellow*, q. d. *White* **Leather'd** *fellow*, cujus Cutis ſc. ſeu Corium dum iraſcitur præ nimia vindictæ cupiditate pallet.

Liverings, *Higginio Adr. Junij* interprete Tomaculum, farcinimis genus è carne porcina, credo *à* Fr. G. *Livrée*, Victus à Dominis ſervis ſuis diſtributus; Caro autem porcina, utpote reliquis vilior, ſæpiſſimè omnium diſtribui ſolebat, *v.* **Livery**; vel ut Doct *Th. H.* placet *à* noſtro **Liver**, Jecur, ſc. Tucetum vel fartum ex jecore porcino vel vitulino.

a **Livery**, *à* Fr. G. *Livrée*, It. *Livréa*, *Libréa*, Hiſp. *Librea* idem ſignante; olim ſignificabat veſtes ſimul & Alimentum quæ à Dominis in ſervos erogata & diſtributa ſunt, nunc tantùm Veſtes & Veſtium Symbola, quibus ab aliorum Dominorum ſervis dignoſcuntur, denotat. Alludit, ſed tantùm alludit, Gr. Λιβυὶς ἡ, Exuviæ, Spolium ſeu Senecta Anguis. Verum Etymon eſt *à* Fr. G. *Livrer*, Tradere, Diſtribuere, quia Victus & Veſtitus à Dominis ſervis diſtribuebantur.

a **Lizard**, *à* Fr. G. *Lizarde*, *Lezard*, *Laiſard*, It. *Luſardo*, omnia *à* Lat. *Lacerta*.

Lo, *ab* AS. La, Ecce, vel contr. ab Imperativo **Look**, quod *vide*. Alludit Gr. Λεὼ, Video. Alius Etymon eſſe juraret.

Load, *ab* AS. Lade, Hlade, Teut. **Ladung**, Onus, Sarcina, AS. Laban, Hladan, Hladian, Belg. **Laden**, **Laeyen**, Teut.

Unable to display this page

a **Log**, Truncus, *ab* AS. Ligan, Belg. **Liggen**, Lincolnienſibus *to* **Lig**, Jacere, quia immotus jacet, & Lat. etiam Proverbialiter dicitur inſtar Trunci immobilis.

Loggerhead, Bardus, Hebes, *a* Belg. **Luggen**, Ignavè & Segniter agere, vel q. d. caput durum inſtar Stipitis vel Trunci; Bardus autem etiam Lat. Stipes dicitur.

Logh, in term. locorum Scoticis & Hibernicis frequens, *ab* AS. Luh, Lacus, hoc *à* Gr. λάκκος, Fovea, Lacuna, Foſſa.

Logwood, Lignum Tinctorium, neſcio an *à* Belg. **Loogde**, Lixivium, quia ſc. combuſtum fortiſſimum præ aliis lignis Lixivium exhibet, vel potius *ab* AS. Ligan, Belg. **Liggen**, jacere & inde noſtro **Log**, quia ſc. propter inſignem præ aliis lignis gravitatem difficile è loco in locum transfertur.

Loboc *or* **Loche**, vox à Medicis Arabicis in pleraſque omnes Europæ linguas traducta, Medicis Latinioribus Linctus, ſeu Eclegma Gr. Ἔκλειγμα, ubi notare eſt magnam affinitatem inter iſtud **Loboc**, Gr. Λείχω, AS. Liccian, noſtrum **Lick**, Belg. **Lecken**, Teut. **Lecken**, Fr. G. *Lecher*, *Licher*, It. *Leccare*, Lingere, manifeſto argumento has omnes voces à ſono per onomatopœiam fictas eſſe.

to **Loll** *out ones tongue*, (i. e.) Exerere linguam, fort. *à* Belg. **Lelle**, **Lelleken van de tongde**, pars linguæ Anterior, q. d. Anteriorem partem linguæ Extrudere; poſterior enim extrudi non poteſt.

Lollards, ſic dicti ſunt qui olim *Wicklevi* dogmata amplexi ſunt. Monachi utpote his infeſti *a Lolio* deflectunt: quia ſc. hæreſis eorum erat inſtar *Lolij* in Eccleſia. *Trithemius* autem in Chronico *à* Gualtero *Lollardo*, Germano magno Sectæ Propagatore, *v. Spelman.*

Lolling, *to* **Loll** *upon*, fort. contr. *a* **Loadle**, (i. e.) toto corporis pondere Incumbere, v. **Load**.

Loneſom, Solitarius, *ab* **Alone**, **Lone**, & term. **Som**.

Long, *ab* AS. Gelang, Cauſa, Culpa, ut dicimus *it is* **long** *of him*, hoc *à* vet. Teut. **Gelangen**, rec. **Belangen**, **Anlangen**, Pertinere, Spectare ad aliquem.

to **Long**, Κνωᾶν, *ab* AS. Længian, Percutere, Longung, Tædium, vel *à* Teut. **Gelangen**, Petere, Poſtulare, **Verlangen haben**, **Verlangen**, Valdè Deſiderare, ut nos dicimus, *to think the time* **long** *till a man ha's a thing.*

Longoiſter, vox, ut monet Doct. *Th. H.* Occidentalis ſeu potiùs Meridionalis Angliæ propria, Aſtaci ſpecies quædam, *à* Fr. G. *Langouſte*, Liguribus *Alagouſta*, Livornenſibus, ſi rectè memini, *Aligoſtra*, omnia *à* Lat. *Locuſta* piſcis.

Looby *or* **Lobcock**, *à* Teut. **Lapp**, Stolidus, Ineptus, Inſubidus, Bardus, & **Cock**, quod primariò Gallum & ſecundariò Virum notat. Alludit Gr. λάξη, v. **Lob**, & **Lubber**.

the **Loof** *of a Ship*, Summitas, Arx vel Caſtellum navis, *ab* AS. Ufan, Super, q. d. pars navis Suprema. Feliciſſimè alludit Gr. λόφος.

Look, *ab* AS. Locian, Alucan, Belg. **Luchten**, **Lochten**, Teut. **Lugen**, Videre Aſpicere, Proſpicere, Obſervare, hinc AS. Geloca, Geloce, Ecce. *Minſh.* deflectit *à* Gr. Λεύσσω, Video. *Martinius* autem Teut. **Lugen**, declinat *à* Λοχᾶν, Λοχήσειν, Obſervare in inſidiis.

Loom, *a Weavers* **Loom**, *Minſh.* deflectit *à* Lat. *Glomus.*

the **Looming** *of a Ship*. Species Externa, Πρόσοψις, ſeu Externa Facies navis, ut dicimus, *Shee* **Loom's** *a great Sail*, *or ſhee* **Loom's** *but ſmall* (i. e.) videtur Magna vel Parva navis, *ab* AS. Leoman, Lucere, Leoma, Lux, Jubar, elegans ſanè vox.

a **Loop**, *Gouldmanno* Amentum, neſcio an *à* Belg. **Loopen**, Currere, fort. quia facilè ab ea re quam vincit ſeu alligat amovetur, ſeu aufertur, *it is eaſily* **ſlipt off**, Eodem aut cognato ſenſu dicimus *a* **Running knot.**

a **Loophole**, inquit *Minſhew* q. d. *a* **Leap hole**, vel *à* Belg. **Loopen**, Teut. **Laufen**, Currere, q. d. Foramen per quod Currere (i. e.) Aufugere vel Exilire poſſis.

Looplace, ni fallor, Fimbria, ſeu, ut *Ridero* placet, Offendix ex filis duplicatis, neſcio an *à* Belg. **Lappen**, Conſuere, Aſſuere, Reſuere, vel *ab* alt. **Loop**, quod *vide*, *vide* & **Lace.**

to **Looſe** *or* **Looſen**, *ab* AS. Leſan Alýſan, Redimere, Liberare, Belg. **Looſen**, **Loſſen**, Fr. Th. & Teut. **Loſen**, Solvere,

Solvere, Laxare, Teut. **Loſz**, Liber, item Vacuus, Solutus, Expers, Belg. **Loos**, **Los**, Vacuus, Solutus, Expers, Fr. G. *Lasche*, Laxus, *Lascher*, Laxare, It. *Lasciare*, Relinquere, Fr. Th. **Lonſen tch**, Libero, **Verlooſet**, Liberatus, Dan. **At Loſe Knuden op**, Nodum abſtringere, item **Loſſer aff**, Deonero, **Loſzner**, Relaxo, **Loſer op**, Reſolvo. *Minſh.* à Λύω, Λύσω deflectit. *Jun.* à Λυὼ. Verum autem omnium Etymon eſt à Lat. *Laxare*.

to **Looſe**, *ab* AS. Leoꝛan, Belg. **Verlieſen**, Teut. **Verliteren**, Perdere, hæc ſort. à nom. **Leſs**, q. d. Detrimentum pati, vel *ab* alt. **Looſe**, Solvere; quia qui aliquid perdit, illud à ſe dimittit, vel, ut Latiniùs loquar, amittit, & contra quod alicui perit ſeu deperit id ab ejus manibus, poſſeſſione, ſocietate, ſeu præſentia ſolvitur, liberatur & aufertur. Ejuſdem familiæ eſt AS. Loꝛian, Perire item Aufugere. *Mer. Caſ.* hoc **Looſe**, deflectit à Gr. Ὄλλω, Ὀλέω.

Loover, Authori Dict. Angl. exponitur Caſæ Vilis ſeu Gurguſtij Fumarium, Κάπνη, Spiraculum ſeu Foramen in ſummo tecto per quod Fumus emittitur, à Fr. G. *l'Ouverte*, Apertura, hoc à verbo *Ouvrir*, utr. à Lat. *Aperire*.

a **Lop**, vox in agro Lincoln uſitatiſſima à Dan. **Loppe**, Pulex, hoc à verb. *to* **Loap** *or* **Leap**, q. d. Saltator, vel à Belg. **Loopen**, Currere, v. **Leap**.

to **Lop** *trees*, Sublucare, Putare, Amputare. *Minſh.* parùm deflexo ſenſu, deducit à Belg. **Loof**, **Loobe**. Teut. **Laub**, Folium, q. d. Folia Ramóſque Amputare (i.e.) Frondare, Collucare. Alludit Gr. Κολεδὴς, Κόλος, Mutilus, Mancus, Truncatus, Κολεδόω, Κολόω, Mutilo, Trunco, Curto, item Λέπω & Ὀλοπόω, Decortico, & Λωβάομαι, Corrumpo, Mutilo.

Lope, vox agro Linc. uſitatiſſima, pro **Leap**, quod *vide*.

Lopper'd *milk*, Lac Exoletum & Vetuſtate coagulatum, à Teut. **Lab**, **Laub**, Coagulum, **Laben**, **Laben**, Coagulare.

Lord, *ab* AS. Hlapopd, poſtea Lovepd, Dominus, hoc à Hlaf, Panis & Feoꝛd pro Aſfeoꝛd, Suppeditare, quia ſc. Dominus (i.e.) Nobilis multis Panem largitur (i.e.) multos alit, *vide Verſtegan*, Hetruſcis antiquis Lartes Regem vel Dominum ſignificavit, unde Lartes Tolumnius *Livio* (i.e.) Rex ſeu Dominus Tolumnius.

Lore, *ab* AS. Lare, Lære, Dogma, Diſciplina, v. **Learn**.

Lorimers *or* **Loziners**, ut rectè monet Doct. *Th. H.* à Fr. G. *Lormiers*, ſic dicti à *Loris* conficiendis, v. *Minſhew*. Sic autem dicuntur qui minora ferramenta, ut Clavos, Lupata Calcaria, &c. cudunt q. d. *Lorarij*.

a **Loſs**, quo nomine *Higginius* ſolus Anglicè Lyncem vocat, ſiquidem revera Anglica vox ſit deflecterem à Teut. **Luchs** vel **Luchſz**, Lupus Cervarius; hoc, ſi Græcus es, à Λύκος deducere proclive eſt.

Loſel *or* **Loſelly**, Ignavus, *Verſtegan* deflectit à verb. **Looſe**, q. d. Perditus. Mallem *ab* Adj. **Looſe**, vel **Lazy**, quæ *vide*.

Lot, *ab* AS. Hlot, Hleꝛe, Fr. Th. **Los**, Teut. **Loſz**, *Dhuezio* **Lod**, Belg. & Fr. G. *Lot*, It. *Lotto*, Sors, Lottaria, Lotteria, Sortilegium, AS. Hleoꝛan, Belg. **Loten**, **Looten**, Sortiri, Dan. **Lodder**, **Kaſter Lod**, Sortior. Occurrit in *Gl. Lipſ.* ant. Germ. **Hlothu**, Præda, omnia antiquæ Stirpis Germanicæ. Sin malis peregrinari, & à Græcia uſque arceſſere, flectere poteris à Κλωθὼ, ſeu *Clothone*, Parcarum una, quæ ſuam cuique ſortem aſſignare credita eſt, à qua τὰ Κεκλωσμένα, Fato deſtinata dicuntur. *Martinius* à Λόω, Litis, declinat.

Lorb, *ab* AS. Laƿe, Piget, Laƿian, Wlætan, Laƿettan, Deteſtari, Faſtidire, Wlæta, Wlætung, Nauſea, Lætƿe, Livor, Odium, inde Belæƿed, nobis **Lothed**, Exoſus, Laƿ, Odioſus, hinc Belg. **Leeden**, Faſtidire, Teut. **Leyd**, Luctus, Tædium, **Letden**, Moleſtiam pati ſeu ſuſtinere, quid ſi omnia *ab* It. *Lutto*, Lat. *Luctus* deflecterem.

Love, *ab* AS. Leoꝛ, Leoꝛe, Leoꝛa, Charus, Amicus, Lufe, Teut. **Liebe**, Amor, AS. Lufian, Belg. **Lieven**, Teut. **Lieben**, Amare, **Lieb**, Gratus, Acceptus, Fr. Th. **Lief** vel **Lif**, Amicus, quod *Fr. Jun.* more Criticorum, detorquet à Gr. φίλος. Quid mali eſſet ſi à Lat. *Lubere*, *Libere*, *Lubido*, *Libido*, deflecterem, Certè

Certè Critici quotidie audaciora facinora perpetrant. Alludit Λίσσω, Cupio, Desidero.

Love, Sericum tenuissimum, Nebula, Serica, fort. *à* Teut. **Lieb**, Gratus, Acceptus, q. d. Sericum molle & gratum tactu, vel *à* Lat. *Lævis*, Gr. Λεῖος, est enim omnium lævissimum.

Lough, *ab* AS. Luh, utr. *à* Lat. *Lacus*.

Lounge, nescio an *à* Belg. **Lunderen**, Cunctari, Morari, Cessare, *vide* **Lungis**.

Lout, Homo Sordidus, Rusticus, Insubidus. *Minsh.* ingeniosè deflectit *à Luto*, q.d. Homo Lutulentus, Luto Innutritus. Mallem tamen simpliciùs declinare *ab* AS. Læped, Laicus, vel Leode, Fr. Th. **Liut**, Teut. **Leute**, Belg. **Luden**, **Luyden**, **Lieden**, Populus, q. d. homo ex Infima plebe, homo prorsus vulgaris, εἰρηνικὸς τῶ λαῶ. Datur & Fr. Th. **Liuden**, Homines. *Fr. Jun.* AS. Leode, *à* Gr. Λαὸς declinat. Sed primum Etymon præfero, v. **Lewd**.

Louse, *ab* AS. Lus, Teut. **Lauss**, Dan. **Lus**, Belg. **Luys**, Pediculus, **Luysen**, **Luyse Soecken**, Teut. **Lausen**, Pediculos venari, hinc **Crab-louse**, Pediculus Inguinalis, à figura Cancri æmula. *Mer. Cas.* deflectit à Lat. *Lues*, ut Gr. φθεὶς, à φθείρω.

to **Low**, *ab* AS. Hlopan, Hlepan, Belg. **Loeyen**, Teut. **Luyden**, Mugire, AS. Ahlopan, Reboare, Gehlop, Mugitus, omnia à sono. Occurrit & in *Gl. Lipsi.* **Luoginda** & **Luonde**, Rugientes, nisi hoc fort. ortum sit *à* Teut. **Lowe**, **Löwe**, Leo.

Low, Humilis. *Minsh.* deflectit *ab* AS. & Goth Legh, sed AS. Legh non occurrit, nec ulla vocabula in illa lingua in gh desinunt. Ego igitur mallem declinare, *à* Belg **Laegh**, **Loh**, **Leegh**, Humilis, **Leegden**, Demittere, hoc non incommodè deduci potest *à* verbo Belg. **Liggen**, Jacere; quæ enim Mundi infima sunt immota jacent, ut Terra & Fossilia omnia: Aer autem Meteora & Corpora omnia cælestia perpetuo motu volvuntur & agitantur.

Lowbel, *Gouldmanno*, nescio quo Authore, Campinola Campana quædam Portatilis cujus sonitu cum Lucernæ lumine noctu aves in Sylvis territant, territas capiunt; vel *à* **Low**, Humilis & **Bell**, ad discrimen sublimioris Campanæ quæ in turribus suspendi solet, vel q.d. **Lowing Bell**, (i.e.) Campana horrendum mugiens, vel, quod mihi præ reliquis arridet, *à* Run. Dan. **Loge**, Teut. **Lobe**, Flamma, q. d. Campana flammâ, luce seu lucernâ comitata. Dan. autem **Loge**, & Teut. **Lohe**, *à* Lat. *Luce*, satis manifestè ortum ducunt. Suggerit & aliud Etymon Doct. *Th. H.* sc. *à* **Lowd bell**, (i. e.) Campana sonora, quæ acri tinnitu aves attonnitas reddit, & aucupum gradientium strepitum celat.

Lowd, melius **Loud**, *ab* AS. Hlud, Belg. **Luyde**, Sonorus, **Luyd**, **Obeluyd**, Sonus, Tonus, Teut. **Laut**, **Celeut**, **Geläut**, Sonus, item Intentâ voce Adverbial. ut nobis *to* **Sing lowd**, Teut. **Laut Singen**, Dan. **Liuder**, Sono, Resono, **Liud**, Clarè, Sonorè, πρῶς, γηρυτὸς, Belg. **Luyden**, Sonare. Occurrit & in *Gl. Lipsi.* ant. Germ. **Ludon**, Tonare. *Fr. Jun.* suo more deflectit *à* Gr. Κλυτὸς, Clarus.

the **Lowings** *of a hawk*, It. *Longoli*, Florius, v. **Lune**.

a **Lown**, *à* Belg. **Loen**, homo Stupidus, Bardus, Hebes. Alludit Gr. Λίθος, Lapideus, q. d. Vir Cerebro seu Cranio, instar Lapidis, duro præditus.

to **Lowze**, *à* Belg. **Loeren**, retortis & limis oculis Intueri, Teut. **Lauren**, **Belauren**, aliquem Observare, Explorare, Speculari & Insidiari alicui. Doct. *Th. H.* dictum putat quasi *to* **Lower**, (i. e.) frontem Demittere. Potest & non incommodè deduci *ab* AS. Hleape, Vultus, Facies, q. d. vultum in aliquem advertere, certè Doct. *Somneri* conjectura est.

Loyal, *à* Fr. G. *Loyal*, It. *Leale*, Fidelis, q. d. *Legalis*, (i. e.) Lege seu secundùm Legem astrictus, qui sc. illam fidelitatem quam Principi suo secundùm Leges debet, religiosè observat, hinc *Loyaultè*, Fides erga Principem q. d. Legalitas, v. **Law**.

Loynes, *à* Belg. & Teut. **Lende**, **Lenden**, Dan. **Lænden**, C. Br. *Llwyn*, Fr. G. *Longes*, It. *Longia*, *Lonza*, omnia *à* Lat. *Lumbi*. *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Λαγών.

to **Loyter**, *à* Belg. **Loteren**, **Louteren**, Morari, Differre, Cessare, Negligenter agere, **Loterer**, Cessator, hoc, fort. *à* nostro **Late**, **Later**, Belg. **Laet**, **Laeter**, (i.e.) Tardiùs seu Seriùs res Exequi, v. **Late**, *Mer. Cas.* nostrum **Loyterer** deflectit *à* Gr. Ἀλιτήριος.

a **Lozenge**, à Fr. G. *Lozenge*, Orbiculus, Trochiscus, item vox Fœcialium. *Scaliger* deflectit à voce *Laurenge*, ob similitudinem cum Lauri folio quod habet Rhombi figuram.

Lubber, Ignavus vel à Teut. **Lapp**, Stultus, Ineptus, Bardus, q. d. **Lapper**, vel à Belg. **Lubber**, Castrator, sed prius longè præfero. *Minsh.* defl. à λοβὸς, Dedecus, λωβητὴς, Contumeliâ dignus.

Luck, a Dan. **Lycke**, **Lycken**, Belg. **Luck**, **Gheluck**, Teut. **Glück**, Fortuna, Sors, Casus. *Mer. Cas.* deflectit à Gr. λαγχάνειν, λαχεῖν.

Lug, *ab* AS. Geluggian, Vellere. *Minsheu* deflectit à λυγόω, λυγίζω, Flecto, malè. Mallem à nom. **Lock**, Cæsaries, quoniam consuetum est per Capillos præcipuè, utpote prehensu faciles, Vellere & Trahere, vel, quod mihi maximè probatur, à Teut. **Locken**, quod nunc Blanditiis allicere, olim, fortean simpliciter Trahere signabat: hoc, ni fallor, *ab* ant. Lat. *Lacere*, & ejus Frequentativo *Lactare*, quod, ut ex *Lucretio* & aliis probat *Vossius*, primitus autem Trahere simpliciter notavit, hoc *Vossius* per Metathesin declinat à Gr. Ἑλκύω, v. *Voss.* in Et. LL. voce *Lacere*.

Lugs, vox præsertim Scotis familiaris quibus Aures designat, nescio an *ab* AS. Ligan, Jacêre, quia Aures humanæ inter animalia omnia immobiles jacent, cæteris plerisque mobiles, licèt nec inter homines defuerint aliqui qui mobiles habuerint, inter quos, si *Procopio* fides sit, Justinianus Imperator.

Lukewarm, *ab* AS. Wlæc, Dan. **Luncken**, Belg. **Laf**, **Lauw**, Teut. **Law**, Tepidus, hoc à Teut. **Luck**, Mollis, Laxus; notum enim Tepida laxare & Emollire cutim, AS. Wlæcian, Tepescere, Wlæce, Tepor. *Fr. Jun.* Belg. **Lauw**, declinat à Gr. χλιαρὸς, Tepidus. Mallem à λύω, quia tepor humores resolvit & cutim aperit.

to **Lull**, infanti Accinere, à Belg. **Lullen**, **Lollen**, Hisp. *Arrullar*, Cantitare, potius Mussare, v. *Minsheu*, omnia à Lat. *Lallare*, &, hoc parùm deflexo sensu, à Gr. λαλεῖν.

Lullaby, vel, ut *Mer. Cas.* scribit, **Lalleby**, vox Nutricum infantes ad somnum incitantium. Idem *Cas.* deflectit vel à Gr. Ἀλάλη, apud *Lucianum* παιδικὸν Ἐπῳδυγμα, vel à dicto **Lull**, quod v. & AS. Abiban, Manere, Quiescere; (i. e.) Cantu ad Quietem invitare.

Lumber, Supellex vilior, *ab* AS. Geloma, Supellex simpliciter.

Lumber, potius **Lumbar**, *as to put one's Clothes to* **Lumbar**, (i. e.) Pignori dare, Oppignorare à Belg. **Lombaerd**, Fœnerator qui vestes, vel alias quasvis res, Pignori accipit, non sine magno fœnore pecuniæ mutuò datæ redimendas, hoc *ab* alt. **Lombaerd**, Longobardus seu Insuber Italus; hæc enim gens olim fœnoribus exercendis celebris, dicam, an famosa fuit?

Lump, à Belg. **Lompe**, **Klompe**, Teut. **Klump**, **Klumpe**, **Klumpen**, Massa Fr. G. *Lompe*, Tuber, Natta, vel *Loppe*, Massa metalli, item Retrimentum Scoria. *Mer. Cas.* deflectit à Gr. πλόμος, Glomus Lanæ, mallem à λόβος.

Lump-fish, *Adr. Jun.* Leuciscus è genere Mugilum, nescio an *Rondeletij* Orbis Scutatus, fort. ab informi, ut ita dicam, formâ, vel à gravitate sic dictus, v. **Lump**.

Lumpish, à Belg. **Lompsch**, Stupidus, Piger, v. **Lump**.

a **Lunch** or **Lunchion** *of bread*. *Minsheu* deflectit *ab* Hisp. *Lonja*, à Longitudine. Mallem sanè declinare à Teut. & Belg. **Kleynken**, Parum, Pauxillum, Tantillum, hoc diminutivum nominis **Kleyn**, **Klein**, Parvus.

Lune, *a hawks* **Lune**, à Fr. G. *la Longe*, *Lanieres*, It. *Longoli*, Funis quo accipiter detinetur & revocatur. *Minsh.* deflectit à Lat. *Linea*. Sed, cum voces omnes Falconariæ Franco-Gallicæ sint originis, mallem deducere à dicto Fr. G. *Longe*, & hoc à Lat. *Longus*, q.d. Funis Longus seu Corrigia Longa; *Laniere* autem manifestè à *Lana*, quasi Lanaria dicitur.

a **Lungis**, à Fr. G. *Longis*, It. *Longone*, Procerus, Bardus; Nimis enim Longi seu Proceri à Physiognomis pro Bardis habentur, v. **Lounge**.

Lungs, *ab* AS. Lungena, Dan. **Lunge**, Belg. **Longhe**, **Longher**, Teut. **Lunge**, **Lungen**, Pulmo, Pulmones. Nescio an hæc omnia deflectere liceat *ab* AS. Lun, Egenus & secundariò Vacuus, quia sc. solo aere impletur; Germ. etiam

originis

originis est Gr. Barb. σελίγγια, quod idem signat.

Lunt, à Belg. **Lonte**, Teut. **Londe**, **Lunte**, **Lonten**, **Lunten**, Fomes seu Funis Igniarius Bombardicus, omnia, credo, à Lat. *Linteum*, q. d. Linteum Sulphuratum.

Lurch, à Fr. G. *Ourche*, *l' Ourche*, Ludus quidam Tesserarum Belgis usitatissimus, hoc à Lat. *Orca* vel *Arca*, supple, Lusoria.

to **Lurch**, Cibum furtim surripere, item secundariò quidvis Suffurari, parùm deflexo sensu à Lat. *Lurcare* vel *Lurcari*, quod *Nonio Marcello*, exp. cum Aviditate cibum sumere, hoc *Cæs. Scal.* deflectit *ab* ant. *Lura*, secundum Festum, Os Culei vel Utris. *Vossius* à Gr. λαῦξ vel λαξὸς, Vorax, v. *Non. Marc.* voce *Lurcones*, *Voss.* in Et. LL. voce *Lurcare*, & *Scal.* lib. de C. LL. Cap. 22.

Lurdan, non, ut vulgaris illa de Danis fabula perhibet, à **Lord** & **Dane**, sed à Fr. G. *Lourd*, Socors, Ignavus, *Lourdaut*, *Lourdin*, Bardus, hoc fort. à Teut. **Lotter**, Laxus, **Lotterbub**, Scurra. *Menagius* à Gr. λαρδὸς derivat.

to **Lure**, à Fr. G. *Leurrer*, *dresser au Leurre*, Belg. **Loozen**, **Leuren**, Accipitrem Illicio Plumatili Cicurare, **Loer Vogbel**, Illex sub avis imagine, Teut. **Lodet**, It. *Logara*, *Logaro*, *Ludro*, Illicium, omnia, ni fallor, *ab* AS. Belæpan, Prodere, Læpa, Proditor, nisi malis à Lat. *Ludere*, *Illudere*.

Lurk, Latere, *Minshew* deflectit à λαρδὸω, λαρδάω, Incurvo. Mallem *a* **Lark**, q. d. instar Alaudæ, in foraminibus & sulcis terræ se Abscondere, & Nidulari; vel potiùs à Belg. **Loeren**, Insidiari, **Loer**, **Loerer**, Insidiator, q. d. **Loerken**; Insidiantes enim **Latebras** quærunt, vel à Fr. G. *Lairre*, *Lerre*, utr. corr. à Lat. *Latro*, q. d. Furem agere.

Lurry, ni fallor, Acervus rerum Confusaneus, aliquantum deflexo sensu à Belg. **Leure**, **Leurery**, Merx vilis, res Frivola & Futilis (i. e.) rerum Vilium Cumulus; Merces enim pretiosæ ordine disponi solent.

Luscious, Dulcis usque ad Nauseam, fort. *ab* Hisp. *Aloxa*, Hydromel, vel contr. à **Delicious**, vel à *Luxu*, q. d. *Luxuosus*, (i. e.) Luxuriosus. Hoc autem *Aloxa* *Minshew* satis absurdè deflectit *ab* Art. Arab. *Al*, & Gr. ἐξὺς Acutus, Acidus, quasi verò Hydromel ullius esset aciditatis particeps, & non potiùs nimiâ dulcedine peccaret. Non dubito quin tota Arabicæ lit originis. Omnium autem verisimillimum, & cui maximè fido, Etymon est à Fr. G. *Louche*, *vin Louche*, Vinum Turbidum, Fæculentum; quia sc. istiusmodi Vitia plerumque nimis dulcia sunt, hoc q. d. Vinum Luscum, (i. e.) Semicæcum Quia sc. non ut Vina defæcata translucet.

a **Lusk**, *Minsh.* deflectit à Fr. G. *Lasche*, Ignavus.

Lust, *ab* AS. Lust, Desiderium, Dan. **Lyst**, Belg. **Lust**, **Lost**, Teut. etiam **Lust**, Voluptas, Libido, AS. Lystan, Lýstan, Fr. Th. **Lustanne**, Teut. & Belg. **Lusten**, Cupere, Appetere, Concupiscere. AS. Lustfull, Cupidus, Lustlice, Libenter, Belg. **Lustigh**, Teut. **Lustig**, Fr. Th. **Lustich**, Amœnus, Hilaris. Alludit Gr. λίσσω, Cupio, λίσσομαι, Precor.

Luster, à Belg. **Luster**, **Lister**, Fr. G. & Hisp. *Lustre*, It. *Lustro*, Splendor, utr. à vet. Lat. *Lustrare*, unde *Illustrare*, & hoc à *Lux*, & *Lucere*; **Luster** autem *Salmas.* Not. Plin. in Sol. Gr. λαμπὶς dicitur pag. 1146.

Lusty, à Teut. **Lustig**, Belg. **Lustigh**, Dan. **Lystig**, Fr. G. *Leste*, It. *Lesto*, Hilaris, Alacer, Vegetus, v. **Lust**.

Lute, à Fr. G. *Lut*, *Luth*, It. *Liuto*, Dan. **Lutte**, Teut. **Laute**, Hisp. *Laud*, Testudo, Chelys, Instrumentum Musicum, vel *ab* Arab. *Alaud* idem signante, vel à Teut. **Laut**, Clarus, Sonorus, **Lauten**, Sonare, Dan. **Lyder**, Sono, Resono, **Lyd**, Sonus, q. d. Sonus seu Instrumentum Sonans κατ' ἐξοχὴν, per Excellentiam. *Menag.* & *Covarruv.* Hisp. *Laud*, dictum putant à *Laudandis* Heroibus. Ejusdem sc. Germ. originis est Gr. Barb. λαῦτα, quod idem notat.

to **Lute**, It. *Lutare*, Fr. G. *Luter*, q. d. Luto (i. e.) Cæmento forti Oblinere.

Lute-string, ut optimè monet Doct. *Th. H.* corruptum à Fr. G. *Lustre*, *couleur Lustre*, Color Vividus, q. d. Color Illustris seu Illustratus panni cujusdam Holoserici.

a **Ly**, *ab* AS. Læg, Belg. **Lecke**, **Looghe**, Dan. **Lud**, Teut. **Lauge**, It. *Liscia*, Hisp. *Lexia*, C. Br. *Lleisw*, Lixivium, omnia *ab* ant. Lat. *Lix Aqua*, & ejus prole dicto Lixivium.

to **Ly**, *ab* AS. Leogan, Aleogan, Belg. **Liegen**, **Logen**, **Leugen**, Teut. **Liegen**, **Lügen**, Mentiri, AS. Beleogan, Teut, **Weliegen**, nobis *to* **Welp**, Calumniari, AS. Leogope, Leogopa, Mendax, Liga, Mendacium, *Mer. Casaubonus* noſtrum **Ly**, deflectit *à* Gr. Λίγειν, & *Legi*.

to **Ly**, Lincoln: *to* **Lig**, *ab* AS. Licgan, Licgean, Belg. **Liggen**, Teut, **Liegen**, **Ligen**, Jacere, AS. Ligan, Cubare, Dan. **Ligger**, Cubo, Jaceo, Teut. vet. **Legerſtede**, & Run. Dan. **Leierſted**, Lectus. Occurrit & in Gl. Lipſio, ant. Germ. **Legerſtede**, quod exponitur Cubilibus, nobis **Dozters**, Feliciſſimè alludit Gr. Λίγομαι, Cubo, Jaceo.

Ly, terminatio nominum Urbium, Oppidorum, & Pagorum uſitatiſſima *ab* AS. Leag, Campus, Paſcuum.

Lyluit, Fœcialibus, ubi de Pellibus loquuntur, uſurpatur pro Colore Albo (i. e.) ut *Gwillim* divinat, *à* Colore Pellis animalis cujuſdam *Lituanici*, q. d. *the colour of a* **Littawiſh** *Skin*.

M.

A **Mace**, *à* Fr. G. *Maſſe*, It. *Mazza*. Hiſp. *Maça*, *Maza*, Clava, Fuſtis, omnia *à* Lat. *Maſſa*, Occurrit & apud *Amm. Marcell.* Mattiarius pro Militum genere, quos *Martinius Clavigeros* interpretatur. Datur & Hiſp. *Mace*, Malleus.

Mackaroons, *à* Fr. G. *Macarons*, Paſta Saccharata Amygdalata, It. *Macaroni*, Paſta ex Frumento facta, ut quibuſdam placet, *à* Gr. Μάκαρ, q. d. Μακάρων Εὐωχία. Invenitur autem apud *Heſychium* Μακαρία βρῶμα ἐκ ζωμοῦ καὶ ἀλείτου, & Græci recentiores eodem ſenſu Μακαρόνια, dicunt. Sed miror indocta Græcorum palata qui ex tam vili cibo beatitudinem ſibi finxerunt.

Mackarel, *à* Fr. G. *Macareau*, *Maquereau*, Dan. *Makrell*, Teut **Mackerel**, **Makrel**, **Makreel**, C. Br. *Macerell*, Scomber piſcis, *Ridero*, neſcio quo authore, *Magarus*, fort. *à* Fr. G. *Maquereau*, *Maquerelle*, Leno, Lena; Leno autem dictus eſt quòd fort. ad Lenonem ſeu Lupanar mittit (i.e.) ad Venerem irritat; hoc autem *Maquereau* & *Maquerelle*, *à* Teut. **Mackler**, **Macklerin**, Belg. **Maeckelaer**, Internuncius, Proxeneta, ortum ducunt, hæc *à* verbo *to* **Make**, quod vide, ut noſtrum **Factour** *à Faciendo*. Alludit Gr. Μαστρόλλα, Lena, vel uti Doct. *Th. H.* videtur **Mackarel** piſcis derivatur *ab* It. *Maccarello* Scombrum ſignante, à maculis oblongis in lateribus ejus apparentibus.

Mad, *ab* AS. Gemaad, Gemæd, Væcors, Inſanus, It. *Matto*, Stultus. *Mericus Caſaubonus* deflectit *à* Gr. Μαίνεσθαι, melius alludit Μάνης, Vanus, Ineptus; & ſanè non abſurdum eſſet ſi & It. *Matto*, ab hoc Μάνης deducere; quid enim obſtat quin gentes vicinæ à ſe invicem vocabula mutuentur?

Madame, *à* Fr. G. *Ma Dame*, q. d. Mea Domina, hoc *à* Lat. *Domina* contractum. Solent autem Galli omnibus compellationibus honorificis, ſeu amicis pronomen *Mon*, vel *Ma*, præmittere, ut *Mon Pere*, *Ma Mere*, *Mon Frere*, *Ma Saur*, *Mon Amy*, &c.

Madder, *Ælfrico* Mæddpe, Belg. **Meed**, **Mee**, Rubia Tinctorum, fort. *ab* It. *Madera* idem ſignante, q. d. Materia Tinctoria.

Madge howlet, *à* Fr. G. *Machette*, Noctua, Ulula, & **Howlet** Dim. *vel* **Owl**, addito ſpiritu, vel *a* **Madge** pro Margarita & **Owl**: Vulgo enim conſuetum eſt animalia humanis nominibus appellare, ut latiùs obſervaturi ſumus voce **Parrat**.

Madrigall, *à* Fr. G. & Hiſp. *Madrigal*, It. *Madrigale*, *Madriale*, Carmen Agreſte. Doct. *Th. H.* ingenioſè, ut ſolet, deflectit *à* verb. Hiſp. *Madrugar*, ſummo mane Expergiſci, prout Amantes ſolent, ut Amaſiis ſuis Carmina Erotica accinant & Citharâ pangant, *v. Serenade*. Verùm cum & *Franciſcinus* & *Minſheu* & *Covarruvias* ſemper per *i* non per *u* ſcribant, proclivior ſum ad ſententiam ejuſdem *Covarruvias* Viri Hiſpani & Etymologi non contemnendi, qui Carmen Paſtoritium interpretatur & *ab* Hiſp. It. Lat. & Gr. *Mandra* deflectit. Sed hoc omnem mihi ſcrupulum eximit, quòd, ut optimè obſervat Doct. *Menagius*, apud Authores

res Italos antiquos scribitur *Mandriale*.

Maffle, v. **Puffle**.

Magazin, *à* Fr. G. *Magazin*, Hisp. *Magacen*, *Almazen*, It. *Magazino*; Armamentarium, omnia *ab* Arab. *Machsan*, Gaza, Thesaurus. Didacus de Urrea deflectit Hisp. *Magacen ab* Arab. *Marizenum*, hoc *à* verb. *Hozene*, Recondere, q. d. Conditorium, Reconditorium, Apotheca. Datur & Gr. Barb. μαγαζὶ ejusdem & significatûs & originis.

Maggot, Galba, Galbula, Termes, *Musseto* Βυκὰ Hippocratis, fortean, parùm deflexo sensu, *à* Teut. **Made**, Belg. **Made**, **Maerye**, Vermis Acarus, vel *à* Fr. G. *Magaigne*, It. *Magagna*, Putredo, vel *à* Belg. **Huyck**, Mollis & **Hol**, Cavitas quia Galbæ foraminibus molli putrilagine plenis stabulantur.

Maid, *ab* AS. **Mæden**, **Mægden**, Belg. **Maecht**, **Maeght**, **Maeghd**, Teut. **Magd**, Run. Dan. **Maer**, **Mey**, Fr. Th. **Magad**, Puella, Virgo, AS. **Mæden-hade**, **Mægð-hade**, Virginitas. *Abr. Mylius*, quod mireris, **Madab** etiam Persicè Femellam designare testatur. Mallem **Mad** & **Magd** deflectere *ab* AS. **Magan**, Teut. **Mögen**, Posse, q. d. Viripotens, v. **Mar**. *Mer. Cas.* nostrum **Maid**, deducit *à* Gr. Δμὰω.

Maid, Piscis Gazæ Julia, Liguribus Girello sive Girella, aliis Donzella, nobis in agro Lincoln. *a* **Skate Dunzel**, q. d. Raia Virgo seu Puella (i. e.) Raia seu Squatina minor: est enim è Raiarum genere.

Mail, *a Coat of* **Mail**, *à* Fr. G. *Maille*, It. *Maglia*, *Giacco di Maglia*, Hisp. *Jaco*, *Jaca*, vel *Cota de Malla*, Tunica ferrea Reticulata, Paludamentum ferreum militare, omnia *à* Fr. G. *Maille*, Macula retis, *à* manifesta sc. *macularum* retis similitudine, *vide* **Mashes**.

Maim, fort. *à* Fr. G. *Maymis*, Mutilus, *Mehaing*, Mutilatio, *Mehaigner*, Belg. **Vermincken**, **Vermencken**, Mutilare, omnia *à* Lat. *Mancus*.

Main, *ab* ant. Fr. G. *Magne*, *Magnus*, & ab eo manifestè corruptum, ut *in* **Charlemain**, Fr. G. *Charlemagne*, *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Μαγνὸς, pro *Magnus* hinc *the* **Main** pro Oceano (i. e.) Mari Magno, majori seu ampliori.

Main, *with all his* **Might** *and* **Main**, *ab* AS. **Mægen**, Vis, Potentia, hoc *à* verb. **Magan**, Posse.

to **Maintain**, *à* Fr. G. *Maintenir*, It. *Mantenere*, Sustinere, Tueri, Protegere, q. d. manu Tenere, ne sc. cadat seu pessum eat.

Major, C. Br. *Maer*, Belg. & Teut. **Meyer**, Prætor. Optimè *Verstegano* deflectit, non, ut plerique, *à* Lat. *Major*, sed *à* vet. Angl. **Mater**, q. d. Potens *à* verbo **May**, Possum, quod vide, omnino ut It. *Podestà*, & ant. Sabinis, teste *Salmasio*, *Potestas*. Occurrit & apud *Juvenalem* vox Potestas eodem sensu, ut *Anne* Latinorum Gabiorúmve esse Potestas? Datur & Fr. G. ant. *Maire*, Prætor, unde *Maire du palais*, Præfectus Prætorio primæ stirpis Regum Franco-Gallicorum, Curopalates. *Davisius* nostrum **Major** deducit *à* C. Br. **Maër**, Prætor, & hoc *à* *Miror*, Custos, *vide* *Meursium* voce Κωμοδιάρχης.

Major, ni fallor, Structor Cohortis Legionis, vel *à* Lat. *Major* quia sc. Structoribus Centuriæ, **Serjeants** dictis, major est, & honoratior, vel *à* verbo **May**, ut alt. **Major**, quod *vide*. Magis tamen adhæreo priori Etymo; quia ut Structor seu Instructor iste respectu Sergentis vel Servientis seu Instructoris Centuriæ **Major** dicitur, ita Instructor totius Exercitûs respectu ipsius **Major general** appellatur.

Make, *ab* AS. **Macan**, Fr. Th. **Machon**, Belg. **Maeken**, **Maken**, Teut. **Machen**, Facere, Dan. **Mager**, Formo, Fingo, omnia, ut nonnulli existimant, *à* μαχανὰ, Doricè μαχανὰ, μᾶχος, μᾶχος νὸ, μαχανόομαι, μαχανάομαι, vel, è contrà, ut vult *Vossius*, ista Græca *à* Germ. vet. **Machen**. Ego, utpote nec subtilis, nec credulus, neutrum credo, sed Adsonantias istas omninò fortuitas esse censeo. *Fr. Jun.* deflectit *à* Gr. μοχθῶ.

a **Malady**, *à* Fr. G. *Maladie*, It. *Maladia*, *Malatia*, Morbus, hoc *ab* It. *Malato*, *Amalato*, q. d. Malatus, Admalatus, (i. e.) malo Affectus, Æger. *Menagius* minus probabiliter *à* Gr. μαλακὸς deflectit.

the **Malanders**, à Fr. G. *Malandres*, Psora quædam seu Scabies sicca circa suffragines equi cum pilis duris & rigidis, instar Setarum Porci, & succedentibus non rarò ulceribus, *ab* It. *Mal Andare* (i. e.) Malè vel difficulter Incedere: quia hic morbus, dum equus præsertim ire incipit, ipsius gressum valdè impedit, eúmque donec incalescat, luculenter claudicare cogit. Occurrit & Gr. rec. μαλὰ eodem sensu, quæ vox apud *Hesychium* invenitur, ut & μάλες apud *Abstyrtum*, v. *Menag.* voce *Malandre*.

Malapert vel **Malepert**, Impudens, vel, quod *Minsevus* vult, q. d. *Malè Partus*, vel *Malè Apertus*, vel, quod mihi omnium verisimillimum fit, à dicto *Malè*, & Fr. G. *Appert*, Dexter, Promtus, Agilis, q. d. ad Convitia proclivis, qui nihil pensi habet quid dicat, hoc *Appert* fort. à Lat. *Apparatus* pro *Paratus*. Doct. *Th. H.* dictum putat quasi *Mal Appris*, (i. e.) Malè Moratus. *Mer. Cas.* deflectit à Gr. μάλα πεπτῶς, v. **Pert**.

Male, à Fr. G. *Male*, Belg. **Maele**, Pera, Hippopera. *Minsheu* deflectit à Gr. μᾶλος, Villi; quoniam olim pelles rudes ovium Villosæ in hunc usum adhibebantur.

Male, Mas, à Fr. G. *Masle*, It. *Maschio*, utr. à Lat. *Masculus*.

Malecontent, à Fr. G. *Malcontent*, It. *Malcontento*, q. d. Malè Contentus.

Malkin, Diminutivum τῆ ὑποκοριστικῆ nominis Maria. Significat autem Penecillum quo ancilla Ædes detergit, a **Mop**, q. d. Maria Scoparia seu Οἰκονόμος.

Mall *or* **Mallet**, à Fr. G. *Mail*, *Maillet*, It. *Maglia*, utr. à Lat. *Malleus*, *Malleolus*, unde verbum *to* **Mall**, q. d. Malleare, Malleo percutere.

Mallard, à Fr. G. *Malart*, Anas Sylvestris, fort. à Belg. **Mallaerd**. Lascivus, **Mallen**, Lascivire, quia sc. ista avis valdè Lasciva est. **Mallaerd** autem manifestè à dicto **Mallen** & **Aerd**, Natura, ortum ducit, q. d. ingenio seu indole lascivus; **Mallen** autem à nom. **Mal**, Insulsus, Petulans, Lascivus, hoc fort. à Lat. *Mollis*.

Mallowes, *ab* AS. Malu, Mealpe. utr. à Lat. *Malva*, Gr. μαλάχη, παρὰ τὸ μαλάσσειν, (i. e.) à Molliendo seu subducendo alvum, hinc **Marshmallowes**, Althæa, q. d. Malva palustris, Teut. **Heilwortz**, q. d. Radix Sanans, ut Gr. Ἀλθαία, ab Ἄλθω, Medeor, Ἀλθὴ, Medela.

Malmesey, Vinum Creticum, Fr. G. *Malvaisie*, It. *Malvasia*, Lat. secundùm *Minsevum*, Vinum Arvisium, à Promontorio Chij Insulæ quod *Marvisia* vel *Malvisia* appellatur, vel potiùs à *Monembasia* portu, olim Epidauro, urbe Archiepiscopali Peloponesi seu Moreæ, unde optimum advehitur, q. d. Vinum *Monembasites* (i. e.) Vinum ex Epidauro, non Dalmatiæ, sed Laconiæ, urbe advectum.

Malt, Dan. etiam **Malt**, AS. Mealt, Belg. **Mout**, Teut. **Maltz**, Actio βύειν, recentioribus Brasium, à Fr. G. *Brais* idem signante, unde *Brasseur*, Zythepsa, quæ nonnulli deflectunt à Gr. Βράζω, Ferveo, Bullio: Hinc fort. **Malter**, vox ant. quæ exponitur Chœnix seu Mensura 4 modios continens; quia hac mensurâ olim βύτης præcipuè admetiri solebant. Non absurdum esset nostrum **Malt**, cum cognatis, deducere à verbo *to* **Melt**, quia ut omnibus notum est aquâ maceratur donec germina emittat.

Mam, ut suspicantur nonnulli, à C. Br. *Mam*, Mater, hoc à Lat. *Mamma*. Datur & C. Br. *Mam*, *Mammog*, *Mammwys*, Mater & Matrix, *Mammaeth*, Nutrix. Verùm proculdubiò est vox à natura ipsa profecta, eóque ἀπὸ μόνου; omnes enim ubique gentium infantes ab hac voce, utpote omnium pronunciatu facillima, loquélam auspicantur; solâ enim labiorum compressione **Mam** pronunciatur.

Mammet, Authori Dict. Angl. & *Gouldmanno* exponitur Pupa seu Pupula, diminutivum nostri **Mam**, Mater, quod *vide*.

Mammocks, Fragmenta, Segmenta seu Frustula, nescio an à C. Br. *Mân*, Parvus q. d. **Mannocks**, **ock** enim est tantùm vocis productio vel terminatio diminutiva, ut apparet in vocibus **Bullock**, **Ballock** & aliis.

Mammuluck, **Mammulucks**, *à* Fr. G. *Mammelus*, It. *Mammeluccb*, Prætoriani milites Regis Ægypti; qui, cum prius è gente Circassorum emti essent, & in exercitum & satellitium Principis adscripti, tandem, Sultano per tumultum occiso, Ægyptum, Arabiam, Syriam & Palæstinam, electo ex suorum numero Rege diu Imperio tenuerunt. *Menagius* ab Arab. *Almamuch*, Servus Emtitius deflectit. Nimis essem Criticus & Ἑλληνομανὴς, si deducerem, *à* Gr. μεμαλύκιον, Larva seu Spectrum; certè isti homines utpote valdè impigri & bellicosi, instar Spectrorum, hostibus suis terribiles fuerunt.

Man, *ab* AS. Man, Mon, Belg. & Teut. **Man**, **Mann**, Dan. **Mend**, Homo, Vir, ab hoc postremo ortum est nostrum, **Mand**, quod Septentrionales Angli pro Homine usurpant, dicunt enim, *What* **Mander of Mand**? AS. Manna, Mænn, Homines, Manslaga, Homicida, Belg. **Mannen een Hadt**, *to* **Man** *a Town*, Urbem viris munire vel Instruere, Teut. **Mannheit**, Fortitudo Ἀνδρία, **Mannlich**, Ἀνδρῖος, Fortis; omnia hæc derivantur *ab* AS. Mænan, Belg. **Meenen**, Teut. **Meynen**, Sentire, Opinari, Fæliciſſimè alludit Gr. μὶνος, Animus, *à* quo & Lat. *Mens* deflexum videtur. *Mer. Cas.* **Man** pro Servo declinat *à* μάνης.

Manacles, *à* Fr. G. *Manicles*, Manicæ ferreæ, q. d. Maniculæ. Alludit Gr. μάνος, μάνης, μανιάκης, Torquis, Brachiale, Collare.

Manage, *à* Fr. G. *Menage*, It. *Maneggio*, Negotiatio, Tractatio, Conductio, Fr. G. *Mesnager*, It. *Maneggiare* Tractare, Negotiari: omnia *à* Lat. *Manus*, vel *à* verb *Minare*, Ducere, unde & Fr. G. *Mener* & It. *Menare* ortum ducunt. *Mesnie* etiam olim Familiam & *Mesnage* Frugalem familiæ Administrationem signavit, & fort. *à Mœnibus* defluxit. Mœnia autem pro Domo non est dura, nec nobis inusitata Synecdoche, *v. Menagium* optimè de sui cognominis Etymo differentem, *vide* **Meny**.

Manche mal taillée, vox Fœcialium, Fr. G. *Manche mal taillée* (i. e.) Manica malè seu inconcinnè scissa.

Manchet, *à* Fr. G. *Michette*, *Miche*, Panis Candidior & Purior, hoc Dim. *à* Lat. *Mica*, q. d. Micula.

Manciple, Oeconomus, Proxenetà, ὀψωνὴτης, *ab* It. *Mancipio* idem signante, si *Florio* fides sit, quod tamen dubito. Ego mallem *à* Lat. *Manceps* deflectere.

Mandilion, *ab* It. *Mandiglione*, Sagum, hoc *à* Lat. *Mantelium*, unde & Fr. G. *Manteau* & nostrum **Mantle**, quod *vide*.

Mane, *à* Belg. **Maene**, Teut. **Mähne**, Dan. **Man**, C. Br. *Mung*, Juba equi. *Mer. Cas.* nostrum **Mane** deflectit *à* Gr. μάνης quod exponitur κόμης περὶ τράχηλον.

Manger, *à* Fr. G. *Mangeoire*, It. *Mangiatoia*, Præsepe, hæc *à* Fr. G. *Manger*. It. *Mangiare*, Comedere, q. d. locus ubi Comeditur, equorum Mensa; *Mangiare* autem manifestè *à* Lat. *Mandere* & *Manducare* ortum ducit.

Mangle, Lacerare, Mutilare, Excarnificare, *Minshew* scitè deflectit *à Mancus*, q. d. Manculare, vel ἀμάω *à* Belg. & Teut. **Mangel**, Defectus, & hoc proculdubiò *à Mancus Manculus* ortum trahit.

Mangy, Scabiosus, *à* Fr. G. *se Demanger*, Prurire, utr. *à* Fr. G. *Manger*, Edere; cutem enim Exedit & Erodit Ichor ille salsus scabiei author.

Manner, *à* Belg. & Fr. G. *Maniere*, It. *Maniera*, Mos, Gestus, Belg. **Manierlick**, nobis **Mannerly**, Modestus, benè Moratus, omnia *à* Lat. *Manus*, q. d. **Manerles**, Ars sc. manus tractandi, seu potiùs manus huc illuc inter loquendum movendi; maxima enim Urbanitatis, imò Facundiæ, pars est lepida illa χειρονομία, quò vigorem & quandam mutam Emphesin verbis addimus, & ea animi sensa, quæ lingua non attingit, manu exprimimus, & in eorum, quibuscum versamur, mentibus quasi penicillo depingimus.

Manner, *à* Fr. G. *Manoir*, Villa, Prædium, Lat. Barb. *Manerium*, omnia *à* Lat. *Manere*, q. d. *Mansio*.

Mantle, *ab* AS. Mæntel, Fr. G. *Mantel*, *Manteau*, *Mante*, It. *Mantello* Pallium, *à* Lat. *Mantelum*, hoc est Manûs Tela, quòd manus tantùm tegat. *Mantelum* autem apud *Plautum*, *Mantum* apud *Isidorum*, & *Mantasus* apud *Martialem* legitur. Primariò

significavit *Mantile*, seu χειμαυκτηρ Græcorum, secundariò ob similitudinem, etiam vestem, instar involucri, collo & brachiis circumjectam, postea etiam ad pallium translatum est, v. *Casaub.* in Ath. p. 440. & *Voss.* in Et. LL. voce *Mantile*. *Isidorus* autem scribit *Mantelia* suo tempore Mappas, quibus Mensæ insternuntur, signâsse: quod olim, ut nomen ipsum indicat, Sudaria tergendis manibus denotârat; *vide* eundem voce *Mantelia* & *Salmas.* in Treb. Poll. vitis DD. Claud. 2. & Aurel. item utr. Gallieni Augg.

the hawk **Mantleth**, Dispennat seu Pandiculatur (i.e.) ni fallor, pennas instar pallii seu Manteli extendit & explicat, v. **Mantle**.

Mantle-tree *of a chimney*, *Minshew* deflectit *a* Fr. G. *Manteau*, *Mantel de la Cheminée*, It. *Mantello di Camino*, quorum postremum hoc sensu non invenio. *Mer. Cas.* deducit à Gr. ἱμάντιον.

Manure, *à* vet. Norman. *Manouvrer*, Colere, Fr. G. rec. *Manouvrier*, χειστέχνης, χειρώναξ, omnia *à manu* operando.

Many, *ab* AS. Manig, Mænig, Belg. **Menig**, Teut. **Manch**, **Mancher**, Multi, Fr. Th. **Mantg**, Dan. **Mange**, Multum & Multi, **Mangfold**, Multiplex, hinc Teut. **Menge**, Multitudo, omnia credo *ab* AS. Gemengan, Teut. **Mengen**, Miscere; Ubi enim multi sunt est quædam hominum Miscela.

a **Map**, *à* Fr. G. *Mappe*, It. *Mappa*, *Mappa mondo*, Tabula Cosmographica. *Minshew* deflectit *à* Lat. *Mappa*, quoniam est expansa instar Mappæ, eâdem Analogiâ quâ *a* **Sheet** à Linteaminibus ad chartam transfertur, ubi dicimus *a* **Sheet of paper**.

Maple, *ab* AS. Mapul-treo, *Ælfrico* Mapulbep, Belg. **Maes-hout**, **Maeser**, Teut. **Maſs-holder**, Acer arbor; AS. autem Mapul, & nostrum **Maple**, non incommodè deduci possunt *à* Lat. *Amabilis*; Acer enim, præsertim Acer majus latifolium, amœnissimis & pulcherrimis foliis à natura instructum est, v. **Sycamore** in Et. Bot.

to **Mar**, Corrumpere. *Minshew* absurdè deducit *ab* Ἀμαρτάω, Ἀμαρτύνω, vel *à* μαραίνω, Marcescere facio, quod longè tolerabilius *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Ἀμαυρόω, μαυρόω. Longè commodiùs declinari potest *ab* Hisp. *Marra*, Inopia, Defectus, *Marrar*, Deficere, Errare, It. *Smarrire*, vel *ab* Hisp. *Maranna*, Intricatio, *Marannar*, Intricare, Impedire, Irretire, Confundere, Perturbare. Potest & deduci *ab* AS. Myppan, Prodigere, Profundere, Perdere, quod licet apud *Somnerum* non occurrat, invenies tamen ejus propaginem Myppend, Prodigus, Effusus.

Marble, *à* Fr. G. *Marbre*, utr. *à* Lat. *Marmor*, in obliquo casu Marmore, Gr. μάρμαρος & μάρμαρον, hoc *à* μαρμαίρω, Resplendeo, q.d. Lapis Splendicans.

a **Marcasite**, *à* Fr. G. *Marcasite*, *Marcassite*, Lapis Pyrites Matrix Metallorum. Dicitur autem hæc vox Arabicæ originis.

to **March**, *à* Fr. G. *Marcher*, It. *Marchiare*, Militari, seu Martio more lentis & grandioribus passibus Incedere, q. d. Martiari. *Menagius à* verbo *Varicare* (i.e.) Varis seu Divaricatis cruribus Ambulare, deflectit.

a **Marchant**, *à* Fr. G. *Marchand*, It. *Mercante*, *Mercatante*, Mercator, q.d. Mercans (i.e.) Merces divendens, Venales distribuens, hinc Fr. G. *Marchandise*, Merces, Commercium.

Marches, Limes, Confinia, *ab* AS. Meapc, Signum Limitaneum, *vide* **Mark**, *Fr. Jun.* C. Br. *Mars*, quod Limites signat, deflectit *à Marte*, Deo quem in suburbiorum introitu depingebant veteres. Ego nullus dubito quin potiùs à dicto Meapc ortum ducat.

Marchpane, *à* Fr. G. *Massepan*, It. *Marzapane*, *Marciapane*, Teut. **Marzepahn**, Confectio ex Amygdalis, Pistaciis, Saccharo & Aq. Ros. q. d. *Massa panis*, sc. Saccharati seu Dulciarii.

Mare, *ab* AS. Mæpe, Mýpa, *Ælfrico* Mepe, Belg. **Merie**, **Merrie**, Teut. **Mâre**, **Merre**, Equa, AS. Mapa, Belg. **Nacht Mare**, **nacht Merie**, **nacht Merrie**, Teut. **Maar** vel **Alpmahr**, Dan. **Mare** & **Mare Ridelse**, Incubus, nobis *the* **night Mare**. Fr. G. etiam Incubus dicitur *Cauche Mare*, q. d. *Couche Mare* (i.e.) *Cavalle Conchante*, *qui Couche auprez de nous au lict*, Equa quæ nobis accubat vel potiùs incubat.

Unable to display this page

Unable to display this page

a **Mason**, à Fr. G. *Masson*, *Maçon*, Cæmentarius, *Isidoro Machio*, q. d. Machino, à *Machinis* quibus insistit. *Minshew ab Amussi* deflectit, sed perperàm & violenter.

Mas à qui dit, vox nostrum Combibonum propria, sed, quod pessimè accidit, nobis parùm intellecta, fort. *ab* Hisp. *Mas à qui Dize* vel *Diche* (i. e.) plus illi qui poculum auspicatur, *à Mas*, Magis, & *Diche*, Dicit, (i. e.) ille qui inchoat, reliquis plus bibat. vel *à* Fr. G. *Mercy qui dit*.

the **Mass**, *ab* AS. Mæſſe, Fr. G. *Messe*, Teut. *Messe*, Lat. Barb. *Missa*, Sacramentum Eucharistiæ ritu Romano, hoc est populi Missio seu Dimissio.

a **Massacre**, à Fr. G. *Massacre*, Cædes, Strages, μιαιφονία, hoc vel à Lat. *Mactare*, vel, quod longè verisimilus est, *ab* It. *Mazzare*, *Amazzare*, Occidere, sed propriè Clavæ seu Fustis ictu; *Mazza* enim Italis Clavem vel Fustem significat, nobis a **Mace**. *Minshew*, deflectit *ab* Hebr. *Meratseach*, Occisor, Homicida.

Massy, *à* Fr. G. *Massif*, It. *Massivo*, *Massiccio*, Solidus, Ponderosus, q. d. Massivus, *à* Lat. *Massa*.

Mast, *ab* AS. Mæſt, Belg. Dan. & Teut. **Mast**, Belg. **Mast-Boom**, Teut. **Mast-baum** Fr. G. *Mas*, *Mast*, Malus, Arbor navis.

Mast, *ab* AS. Mæſt, Belg. & Teut. **Mast**, Glandes, suum Sagina, **Masten**, Saginare.

Master, Fr. Th. **Meister**, Belg. **Meester**, Teut. **Meister**, Fr. G. *Maistre*, It. *Maestro*, Herus, Dominus, Præceptor, omnia *à* Lat. *Magister*. Alludit Gr. Μάστωρ, Quæsitor, inquisitor, item μάστωρ, Consultor, Consiliarius.

Mastick, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, & est color quidam, seu Tinctura Lutea, quâ utuntur Pictores. Nescio an q. d. It. *Massa Cotta* (i. e.) Massa Cocta.

a **Mastive**, à Fr. G. *Mastin*, It. *Mastino*, Molossus Canis, Fr. G. *Mestif*, Canis Hybrida, a *Mongrel*: omnia *à* Teut. **Masten**, Saginare, quia sc. Grandior est eóque saginatior videtur.

a **Masty fellow**, pro **Mally**, quod *v.* suprà: alludit Gr. Κμάστης, apud *Suidam* Robustus.

Mat, in agro Linc. **Mat**, *ab* AS. Meatte, Dan. **Maatte**, Teut. **Matte**, Matze, Fr. G. *Natte*, Storea, Teges, Belg. **Matte bieſen**, Juncus Aquaticus, Datur & Hisp. *Mata*, Virgultum, Planta, *Minshew* deflectit *ab* Hebr. *Mittah*, Lectus, sed est, ut rectè observat *Vossius*, *Matta* vox Latina hoc etiam eodem sensu, & occurrit tum apud *Ovidium* in Fastis, tum etiam in Glossis 6. *Cyrilli* & *Philoxeni*.

Matachin, Fr. G. *Matachin*, It. *Mattáchino*, Pl. *Mattaccini*, Tripudium quoddam modulatum, credo *ab* It. *Matto*; quia sc. saltatores Insanis gesticulationibus utuntur.

Match, *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. μάχη, quasi verò **Match** tantùm viribus pares, ἰσομάχοι, & non quosvis pares, Compares, Æquales & quasi invicem Coaptatos signaret, Verum Etymon est *à* **Mate**, quod *vide*.

Match, *à* Fr. G. *Meche*, *Meiche*, It. *Miccia*, *Miccio*, Filum Ellychnium, Funis Sulphureus, Incendiarius, *Adr. Jun.* Sulphuratum. Sunt qui *à* Gr. μύξα inter alia Ellychnium significante deflectunt, credo potiùs *ab* AS. Maca, Socius, q.d. tum tormenti tum peditis Socius Bellicus.

Mate, ut in **Check-Mate**, Calculus Incitus, Incitæ. *Salmas.* in Flav. Vop. vitâ Proculi Tyranni deflectit. *à* Lat. ant. *Mattus*, quod, si ipsi fides sit, idem est quod Emollitus, Subactus & Maceratus, hinc via *Matta* Ciceroni in Epistola ad Atticum pro Via Humecta & Lutosa; tales enim viæ viatorem impediunt, *vide* autem verum Etymon in **Check-Mate**.

Mate, *ab* AS. Maca, Gemaca, Æqualis, Socius, Cemæca, Conjux, Belg. **Maet**, Socius, *Collega*, Fr. G. *Macar*, Sodalis. *Fr. Jun.* Belg. **Maet** deflectit *à* Gr. Μετὰ, Cum, Mallem *ab* AS. Metan, Invenire, Occurrere; Pares enim Paribus facilè aggregantur, **Birds of a feather fly together**.

to **Mate**, or **Amate**, *à* Fr. G. *Mater*, *Matter*, Vincere, Subjugare, item vox ludi Latrunculorum propria: vel *à* Teut. **Matt**, Defessus, item Debilis, *vide* **Check-Mate**, **Mate** & **Amate**; Datur & Hisp. *Matar*, Occidere, hoc *à* Lat. *Mactare*.

Matter, *à* Fr. G. *Matiere*, utr. *à* Lat. *Materia*, *Materies*.

Matter, Pus, fort. *à* C.Br. *Madredd*, Suppuratio, Pus, Sanies, *Madru*, Suppurare, Putrescere, vel *ab* AS. Matu, Malignus, q. d. Materia Maligna (i. e.) Corrupta, vel à Lat. *Materia* Supple purulenta, vel *à* Lat. *Maturus*, quia pus

ab

ab Apoſtemate non exit priuſquam, ut Chirurgi loquuntur, Maturatum ſit. Præ reliquis autem omnibus placet *à* Teut. & Belg. *Eyter*, Belg. *Etter*, Pus, Sanies, præmiſſo **M**, deflectere; vel, quod eodem ferè recidit, *ab* AS. Aτep, Virus.

Mattins, *à* Fr. G. *Matin*, It. *Mattina*, *Mattino*, Mane: omnia per contractionem *à* Lat. *Matutinus*, q. d. Preces Matutinæ.

Mattock, *ab* AS. Mattuc, Meottoc, Marra, Bipalium. *Minſheu* deflectit *à* Belg. **Met haeck**, Cum unco, ridiculè, neſcio an *ab* AS. Meop, Muſcus, & ſecundariò quævis herba humilis, & Togen part. verbi Teon, Trahere (i.e.) quod herbas erraticas trahit diſtrahit ſeu divellit.

a **Mattreſs**, *à* Fr. G. *Materas*, It. *Matarazzo*, Culcita: omnia *à* **Mat** quod *vide*.

Mauger, *à* Fr. G. *Maugrè*, *Maulgrè*, It. *Malgrado*, Ingratiis, q.d. Malè Gratum; *Grè* enim & *Grado* manifeſtè *à Gratum* orta ſunt.

a **Mavis**, *Ridero*, neſcio quàm benè, Turdus Pilaris, *à* Fr. G. *Mauvis*, It. *Malviccio*, idem ſignante. Si compertum eſſet Avem iſtam præ reliquis Avibus hebetioribus oculis eſſe præditam, fidenter deflecterem *à Malo* viſu, interim ἰσόχυρ.

Maunch, vox Fæcialium *à* Fr. G. *Manche* Manica.

a **Maund**, *ab* AS. Mand, Fr. G. *Mande*, It. *Madia*, Corbis Anſatus, utr. *à* Lat. *Manus*; quia, propter Anſas, manu commodè circumferri poteſt: vel, ut Author Dict. Angl. divinat, *à* Lat. *Mandere*, quia ſc. cibos eo circumferre ſolent. Sed prius longè præfero.

to **Maunder**, Murmurare, parùm deflexo ſenſu *à* Fr. G. *Mandire*, Maledicere, Execrari: dictum autem *Mandire à* dicto *Maledicere* ortum eſſe nemo eſt in re Etymologica adeò infans ut neſciat.

Maundy-Thurſday, Dies Jovis diem Paſſionis immediatè præcedens. *Minſheu* dictum putat quaſi Dies *Mandati*, quo ſc. die Chriſtus Euchariſtiam inſtituit, & magnum illud Mandatum diſcipulis reliquit, ſc. in Sacramento illo commemorandi. *Spelman* longè melius deflectit *à* Fr. G. *Mande*, Sportula; quia ſc. illo die, Rex pauperibus, quibus, pedes lavat, uberiores eleemoſinas diſtribuit.

Maw, *ab* AS. Maga, Belg. **Maeghe**, Teut. **Mage**, **Magen**, It. *Magone*, Ventriculus, Stomachus.

Mawther, vox Norfolcienſi agro peculiaris, *Spelman* ipſe eodem agro ortus *à* Dan. *Moer*, Virgo, Puella, deflectit. Poſſit tamen & declinari *à* Belg. *Maegd*, Teut. *Magd*. idem ſignante, additâ term. **er**, vel **der**, ut in proximo agro Lincolnienſi in vocibus **Heeder** & **Sheeder**, quæ Marem & Feminam notant. Author Dict. Angl. ſcribit **Modder**, & cum *Kiliano* deducit *à* Belg. **Modde**, **Moddeken**, Pupa, Puella, Virgunculà.

May, *ab* AS. Magan, Belg. **Mogen**, Teut. **Mögen**, poſſe, Valere, AS. Mæg, Poteſt, Mæht, Meaht, Numen, Poteſtas, Nutus, Mage, Potens, Belg. **Ick Mach**, Teut. **Ich Mag**, id Poſſum, id mihi licet, Dan. **Formaar**, Poſſum, Fr. Th. **une Magh der**, quei poteſt? *v.* **Mought**. Miror neminem ex Helleniſtis noſtris noſtrum **May**, & præſertim Teut. **Mogen**, deflectere *à* Gr. μίγας.

to **Mayl Mawks**, vox ἱερογλυφικὸν propria (i. e.) Accipitris alas molli corrigiâ vincire, fort *à* Fr. G. *Emmailloter*, Faſciare ſeu Faſciâ circundare, hoc autem *à* nom. *Maillot*, Faſcia, ſed primariò, ut & *Mailleton*, Malleolus vitis, *à* quo poſtremo omnia ortum ducunt; Malleoli enim Vitium, propter flexibilitatem, Vitilibus faſciis, ſeu Vinculis concinnandis, valdè commodi ſunt.

May-pole, Hiſp. *Majo*, Arbor Genialis, Thyrſus Feſtivus, q. d. Palus ſeu Contus Majalis, ſic dictus *à Majo* menſe totius anni jucundiſſimo & amæniſſimo, quo ruſtici has compitales choreas maximè frequentant.

a **Maze**, Labyrinthus, *à* Belg. **Miſſen** Errare; vel, aliquantùm detorto ſenſu, *ab* AS. Mare, Gurges, Vorago, idque quia ſi vel Labyrinthum vel Voraginem ſemel intraveris, difficile eſt evadere.

Mazer, Poculum Ligneum, Higginio Capedo, *à* Belg. **Maſer**, **Maſer**, Tuber Ligni Aceris, ex qua materia præcipuè hæc pocula confici ſolebant. Alludit Gr. μαζὸς apud *Athenæum*.

Meacock, *Higgin.* Uxorius, nimiùm Obnoxius & deditus Uxori; item, ni fallor, Puſillanimus, Delicatulus, Effœminatus, Ἀνδρόγυνος, vel *à* Fr. G. part. deprav. *Met* & *Coq*. Gallus q. d. Gallus Ignavus, Imbecillis, vel q. d. **Mew-cock** (i. e.) Gallus cavêâ incluſus.

Mead, *ab* AS. Meδo, Dan. **Mod**, C. Br. *Med Meddyglyn*, Belg. **Miede**, Teut.

Meal,

Meth, Meth, Meeth, Mulsum, Hydromel. *Minsh.* deflectit à Gr. μέθη, Ebrietas, μέθυ, Vinum, & ab ἡδύς, Suavis. Datur & AS. Mæðe, Defrutum; Defrutum autem & Hydromel nimiâ dulcedine similes sunt.

Mead, v. **Medow.**

Meager, *ab* AS. Mægre, Belg. **maeger,** Teut. & Dan. **Mager,** Fr. G. *Maigre,* It. *Magro,* omnia à Lat. *Macer.*

Meal, *ab* AS. Mæle, Pastus, Mæl, Pars, Portio, Belg. **Mael,** cibus, **Mael,** Vice, Teut. **Mahl,** Convivium, Run. Dan. **Mal,** Tempus, hoc satis frigidè *Mer. Cas.* deflectit à Gr. ἁμαλὸν, *Fr. Jun.* longe meliùs à Cimbr. **Maal,** Sermo. Hîc proclive est observare iisdem vocibus Cibum, Partem & Vicem designari. Cibus enim secundùm portiones distribui solet, & statis vicibus sumitur.

Meal, *ab* AS. Mealepe, Belg. **Meel, Mael,** Teut. **Mal, Mehl, Mähl,** Dan. **Meel,** Fr. Th. **Melo,** Farina, Teut. **Malen, Mahlen,** Molere, C.Br. *Mal,* Molitura, Tritura, *Malu,* Molere, omnia à Lat. *Molere,* v. **Mill.** *Mer. Cas.* deflectit à Gr. μαλτὸν, Farina, sed μαλτὸν hoc sensu nusquam occurrit; meliùs deduxisset à μαλὸς, Albus, Tener, vel Ἀμαλὸς, Mollis.

Mealy mouth'd, Doct. *Th. H.* dictum putat quasi **Mild mouth'd,** vel fort. q. d. **Mellow mouth'd,** v. **Mellow.**

a **Mean** *or* **Meanes,** à Fr. G. *Moyen,* Medium, q. d. Medianum.

to **Mean,** *ab* AS. Mænan, Belg. **Meenen,** Teut. **Meynen,** Sentire, Opinari, Dan. **Meener,** Arbitror, Opinor, Fr. Th. **Meinen,** Putare. Alludit Gr. μένος, Animus, v. **Man.**

Mean, Mediocris, *ab* AS. Gemæne, Belg. **Gbemeyne, Gbemeene,** Teut. **Gemein,** Communis, Vulgaris, Tralatitius, vel *ab* AS. Mæne, Malus, & nos hodiéque **Mean** pro Vili & Deteriori usurpamus. *Mer. Cas.* deflectit à Gr. μανὸς, Rarus & Minutus.

Means, Substantia, Opes, *vide* **Demeans.**

Mear, *ab* AS. Mepe, Teut. & Belg. **Meer,** Belg. **Maer,** Palus, Stagnum, Lacus, AS. Mepemen, Sirenes, Mepe Spin, Porcus Marinus, Fr. G. *Mer,* omnia manifestè à Lat. *Mare.*

Mearstones seu **Meerstones** pro **Markstones,** Lapides Terminales seu Limitanei, *ab* AS. Mæpa, Belg. **Meer, Peere,** Terminus, Meta. Alludit μείρω, Divido, v. **Mark** & **Meeres.**

Measels, à Belg. **Maselen, Messelen,** Teut. **Maasen,** Papulæ, Pustulæ, Morbilli, Boæ, hoc *ab* AS. & Teut. Mal, Fr. Th. **Metla,** Teut. **Maase,** Belg. **Mael, Masche, Maschel,** C.Br. *Mael,* Macula, Belg. **Maschelen, Maschelen, Maeschen,** Maculare, omnia proculdubiò à Lat. *Macula.* Datur & ant. Fr. G. ut rectè monet Doct. *Th. H. Mesel, Meseleux,* Leprosus, ejusdem originis, hinc *a* **Measel'd hog,** Sus grandinosus, Arist. ὗς χαλαζώδης.

Measure, à Fr. G. *Mesure,* It. *Misura,* utr. à Lat. *Mensura,* hinc verb. Fr. G. *Mesurer,* It. *Misurare,* Metiri, q. d. Mensurare.

Meat, *ab* AS. Mete, Run. Dan. & Dan. rec. **Mad,** Cibus. In *Gl. Lips.* **Mues,** Dan. **Moes,** Esca. Doct. *Th. H.* deflectit à Fr. G. *Mes, Mets,* Ferculum, *Minsh.* à Goth. **Mate,** Hebr. *Mazan,* vet. Teut. **Muas, Mas,** Cibus, Esca, quæ duæ postremæ voces nusquam mihi occurrunt, **Moes** hodiernis Belgis Olus, Gr. ματτύα, Deliciæ ciborum. Potuit & à μάζα derivare. Datur & Teut. rec. **Gemüs,** & Legumen & Jusculum Leguminis. C.Br. *Maeth,* Nutrimentum, *Maethu,* Nutrire, v. **Mels.**

Meath, vox agro Linc. usitatissima, ut ubi dicimus, *I give thee the* **Meath** *of the buying* (i. e.) tibi Optionem & plenariam potestatem pretii seu Emptionis facio *ab* AS. Mæð, Mæhr, Mæg̃ð, Mæg̃en, Potentia, Potestas, hoc à verb. Mæg̃an, Teut. **Mögen,** Posse.

a **Medal,** à Fr. G. *Medaille,* Hisp. *Medalla,* It. *Medaglia,* Numisma antiquum seu Nummus ad memoriam Inaugurationis Regum vel celebris alicujus solennitatis cusus, à Lat. & Gr. *Metallum,* q. d. Metallum seu Numisma Solenne.

to **Meddle,** Scotis rectiùs **Mell,** se alienis negotiis Intermiscere seu Ingerere, negotium seu provinciam Suscipere, levissimè deflexo sensu, vel à Fr. G. *Mesler,* It. *Mescolare,* Miscere, q. d. Miscelare vel Misculare, vel q. d. *to* **Middle** (i. e.) Medium se Interponere. Sed priùs præfero.

Medler, *ab* AS. Mæð, Fr. G. *Mesple, Meste, Nesple, Nesse,* It. *Nespola,* Lat. *Mespilum, Mespilus,* omnia à Gr. μέσπιλον fructus, μεσπίλη arbor.

Medly *colour,* à Fr. G. *Couleur Meste,* q. d. Color Mistus, v. *to* **Meddle.**

Medow vel **Meadow,** *ab* AS. Mæðe, Med, Teut. **Matte,** Pascuum, utr. *ab* AS. Mapan,

Mapan, Belg. Maeden, Teut. Meten; Metere, à quo postremo cætera ortum ducunt.

Meds, *Mussets* Lumbrici terrestres, à Teut. Maden, Galbulæ, facili sanè deflexu.

Me, Belg. My, à Lat. *Me*, Gr. Ἐμέ.

Meed, *ab* AS. Med, Mede, Dan. Mieden, Merces, quæ vox & eodem sensu in *Gl. Lips.* occurrit. Teut. inter Saxones recentiores Miet, Munus, Mietling, Mercenarius, Mieden, Mercede conducere, Fr. Th. Mieta, Merces, vet. Goth. Mizde, Præmium. *Fr. Jun.* deflectit à Gr. μισθὸς. Mallem à verbo AS. Metan, Occurrere; Præmium enim merito occurrere debet, *vide* sis *Minshew.*

Meek, Mansuetus, Lenis. *Minshew* deflectit *ab* Hebr. *Mach*, Attrivit, Marcuit. Mallem *ab* AS. Meca, Maca, Meccea, Æqualis, Socius, Compar, qui sc. cujusvis, vel infimæ plebis hominis ingenio se, præ mansuetudine; accommodat.

Meen, Fr. G. *Mine*, vox nuper Civitate nostrâ donata. Est autem Gestus, Actus seu Figura vultûs, credo à voce labentis Imperii *Minare* pro Ducere, unde verbum Fr. G. *Mener*, It. *Menare* ortum traxerunt, q. d. Ductus seu Lineamentum faciei, Metaphorâ à Pictoribus transsumtâ.

Meeres, *ab* AS. Mæpa, Fines, Termini, Meta, Belg. Meer, Meere, Terminus, Meta, v. **Mearstones** & **Mark.**

to **Meet**, Convenire, Occurrere, *ab* AS. Metan, Gemetan, Invenire, Occurrere, Gemet, Inventus, Belg. Moeten, Gemoeten, Obviam ire, hinc nobis multis in locis *the* **Moot-house**, pro Prætorio urbis usurpatur, ἀμίωσις *ab* AS. Gemot, Conventus, Conscio, Concilium, Comitia, & **house**, q. d. domus Conventûs seu Concilii. Miror Hellenistas nostros nunquam deflexisse nostrum **Meet**, à Gr. μετὰ. O quantum fuisset *Εὕρημα!

to **Meet** *or* **Measure**, *ab* AS. Gemete, Belg. **Ghemet**, Mensura, Modus, utr. à Lat. *Metiri.*

Meet, Aptus, Idoneus, Decorus, vel *ab* AS. Metan, Gemetan, Congredi, Convenire, Occurrere, vel potius Mæde, Modus, Mensura, Mædian, Metiri, Belg. **Ghemet**, Mensura, **Ghemeten**, Demensus, Teut. **Gemäs**, Conformis, Conveniens, Consentaneus, Congruus, hoc à **Maes**, Modus, Mensura, **Passen**, **Meten**, Metiri, & utr. à Lat. *Metior*, *Mensura*; vel denique à Belg. **Maet**, Socius, Collega, Compar, & huic sanè Etymo maximè fido, *vide* **Mate** & **Meet.**

Meeter, Lat. & Gr. *Metrum*, vel à verbo *to* **Meet**, q. d. Versus quorum termini invicem quadrant sive mutuò occurrunt, sed prius longè præfero.

Megrime, à Fr. G. *Migraine*, Lat. & Gr. *Hemicrania*; nobis autem, detorto mirificè sensu, Vertiginem significat.

Mellow, *ab* AS. Meapu, Meapa, Mollis; Tener, Mitis, quo eodem sensu Belgis **Malwe** usurpatur, utr. contr. à Lat. *Maturus*; Fructus enim omnes Maturando Mollescunt.

a **Melocotoon**, *ab* Hisp. *Melocotone*, Fr. G. *Mirecoton*, It. *Malacotogno*, omnia q. d. *Malum Cottoneum*, hoc est Lanuginosum & Villosum seu Tomentosum; est autem species Mali Persici, v. **Cotton.**

a **Melon** *or* **Musk Millon**, à Fr. G. *Melon*, It. *Melone*, *Mellone*, Gr. μηλοπέπων, Lat. Barb. *Melo*, q. d. Magnum Malum, seu Pomum; Melo enim Italis idem quod Gr. μῆλον (i. e.) Pomum significat. Dicitur autem **musk Melon** *or* **Millon**, propter odorem jucundum *Moschi* æmulum.

to **Melt**, *ab* AS. Myltan, Belg. **Smelten**, **Smilten**, Teut. **Schmältzen**, **Schmeltzen**, Liquare, Fundere, Dan. **Smelter**, Colliquo, Liquo, AS. Gemolten, Liquefactus, Meltunge, Liquefactio, Felicissimè alludit Gr. μάλθη, Liquefacio. Etiam Germ. originis est It. *Smalzo*, Butyrum, sc. à Teut. **Schmaltz**, Adeps, Pinguedo, Axungia, q. d. Liquamen.

Membred, vox Fœcialium, à Fr. G. *Membrè* idem signante, q. d. Lat. *Membratus* (i. e.) integris Membris præditus. Dicitur autem de Anseribus, anatibus & aliis avibus quarum pedes divisi sunt, sed tamen unguibus, quales aves rapaces & prædatrices habent, destitutæ, v. *Morgan* lib. 1. cap. 5.

to **Menace**, à Fr. G. *Menacer*, Hisp. *Amenazar*, It. *Minacciare*, Minari, Fr. G. *Menaces*, It. *Minaccie*, Minæ, q. d. Minaciæ, Minaciari.

Menever, v. **Mineder.**

Menker, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit exponitur, Mandibula Balænæ, fort. q. d. **Muncher** (i. e.) Masticator.

a **Menom** vel **Menow**, q. d. Fr. G. *le Poisson Menu* (i. e.) Pisces *Minutus* vel *Minimus*, *Rondelet.* dicitur Gr. Ἐυδρίς δακρύς; è Phoxinorum genere.

Merry

Meny, vox quæ apud solum *Gouldmannum* occurrit, exp. Familia, cujus verum Etymon *v.* voce **Menage**. Vel, quoniam adhuc scrupulus supereſt, interdum enim **Meale** & **Meſne** scribitur, *à* Fr. G. ant. *Mais*, nunc *Maiſon*, Domus, hæc *à* Lat. *Manſus*, *Manſio*.

a **Mercer**, Serici confecti Mercator, aliquantùm deflexo sensu *à* Fr. G. *Mercier*, It. *Merciaro*, *Merciaio*, quod illis idem significat quod nobis *a* **Pedler**, utr. *à* Lat. *Merx*, q. d. Merciarius (i.e.) minutarum mercium venditor.

Mercy, Franco-Gallis antiquis, ut monet Doct. *Th. H.* olim ut nobis Misericordiam, nunc Gratiam & Beneficium significat, *à* Lat. *Merces*, vel, ut *Minſhew* vult, contractum *à Miſereſce*. *Je vous crie Merci*, *I cry you* **Mercy**, etiam apud *Dhuetium* in Dialogis occurrit.

Meritot, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exponitur Oscillum, lusus puerorum, nescio an *à* Fr. G. *Virer*, *Virevoulter* in Orbem vertere, Circumgyrare, prius *à* Lat. *Gyrare*, posterius *ab* eodem & *Volutare*. Ab hoc verbo oritur nom. Fr. G. *Virevonte*, Circumgyratio, unde fort. hoc **Meritot** corruptum est, vel ab eodem *Virer* & *Toſt*, Statim, Celeriter, q. d. *Viretoſt*.

Merkin, Pubes mulieris, *à* Fr. G. *la Mere*, Matrix, & term. dim. **kin**, q. d. Matricula seu parva Matrix.

Merlin, *à* Belg. **Merlin**, **Smerlin**, Fr. G. *Eſmerillon*, It. *Smeriglio*, Lat. Æsalo Accipitris species, fort. sic dicta quia Merulas infectatur.

Merlin, Piscis, *Florio a* **Whiting**, It. *Merla*, *Merlana* idem, q. d. Merula piscis.

Mermaid, Siren, q. d. Puella Marina, v. **Mear** & **Maid**.

Merry, *ab* AS. Myrig, Hilaris, Jucundus, Myrhðe, Gaudium. *Florius* dicit *Merà a Dante Poetâ* pro Hilari usurpari. Luderem, si nostrum **Merry** deflecterem *à* Teut. **Mehren**, **Vermehren**, Augere seu Dilatare; quia sc. Gaudium spiritus & sanguinem diffundit, & cor quasi dilatat, & tamen majores nugæ in plerisque omnibus Criticis occurrunt.

Meshes, v. **Mashes**.

Meſlings, vox agro Linc. usitatissima, *à* Dan. **Meſling**, Boæ, Morbilli, *vide* **Measels**.

a **Meſs**, Ferculum, *à* Fr. G. *Mes*, It. *Meſſo*, Lat. Barb. *Miſſus*, q. d. Cibus Missus. Datur & AS. Myre, Mere, Mensa, Ferculum, Hisp. *Meſa*, *Meſſa*, Mensa, utr. *à* dicto *Menſa*. Occurrit in *Gl. Lipſ.* **Mues**, Esca, v. **Meat**.

a **Meſſage**, *à* Fr. G. *Meſſage*, It. *Meſſaggio*, Mandatum, Legatio, hinc Fr. G. *Meſſager*, *Meſſagier*, It. *Meſſaggiere*, Nuncius, omnia *à* Lat. *Miſſum*, Mitto.

Meſſenger, v. **Meſſage**.

Methegliu, *à* C. Br. *Meddyglyn*, Melicratum, Hydromeli, *à* **Medd**, Mulsum, & **Glyn**, Glutinosum; C. Br. autem *Medd*, & Anglicum **Mead**, ut & Lat. Barb. *Medo* videntur, *à* Gr. μέθυ τὸ, Vinum, deducta.

Mettled, Ἀκρόθραξ, Semiebrius, vel *a* Gr. Μέθυ, Vinum, Μεθύω, Ebrius sum, Μέθη, Ebrietas, Μέθυσος, Ebrius, vel, quod propius, *à* voce **Mettle**, quod nobis pro animi Præsentia & Vigore usurpatur: Metaphorâ ductâ *à Metallis*, quæ quò acutiora sunt eò nobiliora & magis pretiosa habentur, q. d. novo & acutiori metallo munitus; Notum autem est Bacchi instinctu pusillanimos & Cervis fugaciores pugnam deposcere.

to **Mew**, dicitur de Cervis quibus Cornua decidunt, *à* Fr. G. *Müer*, utr. *à* Lat. *Mutare*, q. d. cornua mutare.

to **Mew**, ut Feles, *à* Teut. **Maiwen**, Fr. G. *Miauler*, It. *Miagolare*, *Smiagolare* omnia à sono ficta.

to **Mew**, v. *to* **Pop** *and* **Mew**.

to **Mew up**, & nom. **Mew**, *à* Fr. G. *Müe*, Cavea volucrum, quod, ut optimè monet Doct. *Th. H.* ortum ducit *à* Fr. G. *Müer*, Mutare, quia accipitres quo tempore in Caveâ includuntur mutant plumas. Feliciſſimè alludit Gr. μύω, Claudo.

Mew, *ab* AS. Mæp, Mæpe, Teut. **Mew**, **Meewe**, Fr. G. *Möette*, *Mouette*, Larus, Gavia avis. *Minſevus* & Belg. **Meuwe**, pro eadem Ave usurpat, sed vocem hoc sensu non invenio, hoc, an à sono avis fictum sit, nescio, certè *Minſevus* affirmat. Occurrit & Dan. **Moge**, Mergus, & Belg. **Maurichen**, **Mauwerken**, Spinus, Acanthis.

to **Miche**, Latitare, parùm deflexo sensu, *à* Fr. G. *Muſer*, Otiari, Cessare.

a **Micher**, Avarus, Sordidus, κυμινοπρίστης, vel *à* Lat. *Miſer*, nihil enim Avaro miserius, vel *a* Fr. G. *Miche*, Mica panis, quia sc. omnes micas mensâ decidentes numerat.

Mickle, *ab* AS. Micel, Micel, Teut. vet. **Mikil**, *Gl. Lipſ.* **Mikel**, Run. Dan. **Megit**, Magnus, Fr. Th. **Michol**, Multum, AS. Miclan Ta, Pollex pedis, q. d. Digitus Magnus. *Wormius* omnia *à* μέγας vel μεγάλω deflectit.

Middle, *ab* AS. Middel, Teut. **Mittel**, Belg. **Mid**, Medius, **Middel**, Dimidius, Teut. **Mitten**, Fr. Th. **Middeloth**, Medium, AS. Mid, Inter, Middæg, Teut. **Mittag**, Meridies, Belg. **Mitnacht**, Nox Media, AS. Mid Sumop, Media Æſtas, Solſtitium, Midpintep, Media Hyems, Bruma. Nullus dubito quin noſtrum **Middle** & AS. Middel ortum ducunt *à* Lat. *Medialis*, Medius. Alludit Gr. Μέσος.

Midge, *ab* AS. Myċg, Micge, Belg. **Mugge**, Teut. **Mücke**, Dan. **Myg**, Culex, omnia, fort. *à* Lat. *Muſca*.

Midriff, *ab* AS. Midhpiſe, Diaphragma, hoc *à* Mid, Inter, & hpiſ, hpiſe, Uterus, Alvus, Venter, q. d. Medius Venter, vel *à* Belg. **Rif**, **Riſt**, Involucrum, & hinc **Middel Rif** vel **Rift**, Diaphragma (i. e.) Septum Medium inter Vitalia & Naturalia viſcera.

Midwife, Obſtetrix ſic dicta, inquit *Minſheu*, vel quòd Media ſit inter mulieres, vel quod medias partes tractet & & curet, vel *à* Belg. **Wette**, Mater Luſtrica, vel, ut rectè monet Doct. *Th. H.* q. d. AS. Medpiſ (i. e.) mulier Mercede conducta, *vide* **Med** & **Wife**.

Might, *ab* AS. Mihte, Mæht, Meaht, Belg. & Teut. **Macht**, Dan. **Magt**, Poteſtas, AS. Mihtan, Valere, Run. Dan. **Megit**, Magnus, Belg. **Machtigh**, Teut. **Machtig**, Potens, Belg. **Al-machtich**, Teut. **Allmächtig**, Dan. **Allmectig**, Omnipotens, *à* verb. **May**, quod *vide*. *Mer. Caſ.* deflectit noſtrum **Might** *à* Gr. Μίγεως.

Mild, *ab* AS. Milde, Mitis, Propitius, Benignus, Mildheopt, Miſericors, Belg. **Milde**, Teut. & Dan. **Mild**, Mitis, Mollis. Feliciſſimè alludit Gr. μειλιχῶ, μειλίχω, Mitis, Placidus, Lenis, *à* verbo μειλίσσω, Dulcedine quádam imbuo, Delinio, hoc *à* nom. μέλι, Mel, q. d. Melleum reddo, hoc alii verum Etymon eſſe dejerarent.

Mildew, *ab* AS. Milbeape, Teut. **Meltaw**, Nectar, Melligo, Ros Melleus, vel q. d. Ros Lenis & *à* nom. **Mild** ortum ducit: vel q. d. Ros Liquatus, ſeu Liquamen Roſcidum, & tum verbo **Melt** natales debet, v. **Mild**, **Melt** & **Dew**.

Mile, *à* Teut. **Meil**, Fr. G. *Mille*, It. *Miglia*, *Mille* pedum Paſſus.

Milk, *ab* AS. Meolc, Meoloc, Meoluc; Belg. & Dan. **Melck**, Teut. **Milch**, Lac, AS. Melce, Lactans, unde noſtrum **Milch**, AS. Meolcian, Belg. & Teut. **Melcken**, Mulgere, Dan. **Malcker**, Mulgeo, **Melcken**, Lactes, omnia *à* Lat. *Mulgere*, & hoc *à* Gr. Ἀμέλγειν, Mulgere, Ἀμέλγειν, Sugere; μέλας autem apud *Gal.* exponitur τὸ διὰ γάλακτος ἕψον, fort. Edulium quod Romani unà cum nomine à Germanis didicerunt.

Mill, vel, ut Lincolnienſes efferunt, **Miln**, *ab* AS. Mylen, C. Br. *Melin*, ſed hoc noſtræ, credo, originis, Belg. & Teut. **Molen**, **Moulen**, Teut. **Mühle**, **Mühlen**, Fr. G. *Meule*, *Moulin*, It. *Molino*, Mola, Molendinum, AS. Mylen-Stan, Lapis Molaris, Teut. **Mülter**, Molitor, omnia *à* Lat. *Mola*, Gr. μύλη.

Millet, *à* Fr. G. *Millet*, utrumque *à* Lat. *Milium*.

Million, *vide* **Musk Million** & **Million**.

a **Million**, *à* Fr. G. *Million*, It. *Milione*, *Miglione*, Centum Myriades, *à* Lat. *Mille*, q. d. Magna Chilias.

Milt, *ab* AS. & Dan. Milt, Belg. **Milte**, **Milde**, Teut. **Miltz**, It. *Milza*, Lien, *Voſſius* in Et. LL. deflectit *à* Belg. **Milt**, **Milde**, Mollis, Lenis, prorſus ut Lien *à* λεῖος, Levis, Mollis, ſc. *à* **Mollitie**, & teneritudine hujus viſceris.

the **Milt**, *à* Belg. **Milde van een viſch**, Lactes ſeu partes Seminales piſcium, Gr. γαλακτίδες, vel *à* nom. **Milk**, à Lacteo, ſc. Candore & ſuavitate, vel *à* **Milde**, Mitis, Lenis, à ſapore ſc. Miti & Leni.

Milwyn, vox agro Lanc. familiaris, ut monet *Spelman*, qui exponit **Greenfich**, ſed de Etymo ſilet, fort. deflecti poſſet à *Milvo* vel *Milvino* piſce.

to **Mince**, *à* Fr. G. *Mincer*, It. *Minuzzare*, *Sminuzzare*, Comminuere, Fruſtillatim Concidere, Fr. G. *Mince*, Tenuis, Minutus, omnia *à* Lat. *Minutus*, Minutiæ, q. d. Minutiare (i. e.) in Minutias ſeu Minutas partes redigere, hoc *à* Gr. μινυθὲς, μινυθὲς, Parvus, μινυθὼ, Parùm, μινύθω, Minuo. *Mer. Caſ.* deflectit *à* μειόω.

Mind, *ab* AS. Gemynde, Mens, Gemyndian, Memorare, Myndigan, Commonere, Dan. **Minder**, Commoneo, Cómonefacio, omnia

à verbo

à verbo *to* **Mean**, quod *vide*, ut & vocem **Mein**.

Mine, *ab* AS. & Fr. Th. Min, Belg. **Mijn**, Teut. **Mein**, Fr. G. *Mien*, Meus, q. d. Meanus.

a **Mine**, vox Anglica, Fr. G. & It. à Latina voce posteriorum sæculorum *Minare* (i. e.) Ducere, sc. ductus subterraneos facere, unde Lat. Barb. *Minerale*, pro Fossili. *to* **Countermine**, Fr. G. *Contreminer*, It. *Contraminare*, Hostium Cuniculos transversim actis cuniculis Eludere. **Mine** autem significat tum Cuniculos agere, tum Metalli Scaptensulam. *Davisius* autem deflectit nostrum **Mine**, à C. Br. *Maen*, Saxum, Lapis.

Minerat, Fossile, v. **Mine**.

Minever, *a* Fr. G. *Minuver*, *Menuvair*, Pellis Muris cujusdam Pontici ad suffulciendas vestes hibernas expetita. *Cæsar Scal.* deflectit à Lat. *Varius*, *v. Scal.* in Hist. An. Ar. cap. 34. lib. 8. p. m. 940.

a **Minew** *or* **Minnom**, v. **Menom**.

Mingle, *ab* AS. Gemengan, Belg. & Teut. **Mingelen**, **Mengelen**, **Mengen**, Miscere, AS. Gemænced, Mixtus. Alludit Gr. μιγνύω, μίγνυμι, hinc à **Mingle Mangle**, Teut. **EinGemáng** vel **Gemeng**, Farrago, Κυκεών, Miscela confusa.

Minion, à Fr. G. *Mignon*, *Mignot*, It. *Mignarda*, Deliciæ, Amasius, Amicus, Intimus, Fr. G. *Mignard*, Delicatus, Mollis, Venustus, *Kilianus* omnia deflectit à Belg. **Minnen**, Amare, **Minne**, Gratia, **Min-genoot**, **Mignoot**, Deliciæ, Amasius, **Ghe-noot** autem Consortem seu Socium signat, à **Ghemet**, Mensura, **Ghemeten**, Demensus, q. d. secundùm Mensuram coaptatus, & quasi Commensuratus. Ejusdem familiæ est Fr. Th. **Minnan**, Amare, **Minno**, **Minna**, Amor; **inter Minnon**, Amore ejus, ut & Hisp. *Minno*, Puellus. Immediatum autem Etymon Fr. G. *Mignon*, & It. *Mignone* hoc sensu, ut rectè observat *Florius*, petendum est *ab* It. *Mignone*, quod primariò Perinæum seu Lineam inter Anum & testes designat, & inde secundariò pro Cinædo, qui illis partibus ad Præposteram venerem abutitur, usurpatur; hoc autem per turpem καταχρησιν ὀνοματων, à dicto Fr. Th. **Minno**, **Minna**, Amor denominatum puto.

Minnecken, *ab* AS. Minicene, Monialis Monacha, q. d. Monachina, nobis, deflexo parùm sensu, Delicatulam & Comptulam Puellam designat.

Minnow, Vermis troctæ pisci esca solennis, qui & alio nomine **Penk** dicitur, q. d. Vermis *Minutus*.

Minster, *ab* AS. Mynster, Mynstre, Fr. G. vet. *Monstier*, omnia à Lat. & Gr. *Monasterium*.

Minstrel, à Fr. G. *Menestrier*, Fidicen, Citharædus, quia sc. voluptatibus ministrat, vel potiùs, secundùm *Fr. Jun.* quia in monasteriis choro magno ministrat vel inservit.

Mint, *ab* AS. Minte, Minta, Belg. **Munte**, **Munte**, Teut. **Münz**, omnia à Lat. *Mentha*, & hoc à Gr. Μίνθη.

Mint, Officina Monetaria, *ab* AS. Mynet, Dan. **Mint**, Numisma, Moneta, AS. Mynetere, Monetarius, Mýnetian, Cudere, Teut. **Münz**, **Münze**, Belg. **Munte**, Numisma & Officina Monetaria, Teut. **Münzen**, Belg. **Munten**, pecuniam Cudere, omnia à Lat. *Moneta*.

Mire, à Belg. **Moeser**, **Modder**, **Maede**, Lutum. *Minsh.* deflectit à μαίω, Polluo. Alludit Gr. μύρον, Unguentum, à μύω, Stillo, hoc *Mer. Cas.* prò Etymo habet.

a **Mirrour**, à Fr. G. *Miroir*, Speculum, hoc à verb *Mirer*, Inspicere, utr, à Lat. *Mirari*, Mirari autem pro Contemplari, seu attentè Considerare occurrit apud Treb. Poll. vitâ utr. Gallieni Impp. v. Not. *Salmas.*

Mirth, *ab* AS. Myrhðe, Gaudium, v. **Merry**.

Mirtle, It. *Murtella*, *Mirto*, utr. à Lat. *Myrtus* & Myrtillus, hæc à Gr. μύρτος, μυρσίνη.

Mis, AS. Fr. Th. Teut. Belg. & Fr. G. *Mes*, in Comp. est particula Adversativa Depravationem significans, inde nostrum **Amiss**, quod *vide*, ut & verbum *to* **Miss**.

Misadventure, *ab* It. *Misaventura*, *vide* **Adventure**.

Mischief, in Vers. Bibl. ant. Fr. G. *mihi*, à Doct. *Th. Hensh.* communicata etiam *Mischief*, nunc *Mischef*, *Meschef*, Damnum, à *Mes* part. deprav. & *Chef*, Caput, ut Itali dicunt *che Capita male*, quod malè Succedit seu Cedit.

Miscreant, à Fr. G. *Mescreant*, It. *Miscredente*, hæc à part. Adversativa seu Depravativa *Mes Mis*, & Fr. G. *Creant* vel *Croyant*, q. d. malè credens (i. e.) Incredulus, Infidelis, Ethnicus.

Misdeed, *ab* AS. Myr-ðæd, Fr. Th. **Misdat**, **Misdat**, Malefactum, AS.

Mirdoen, Mirdon, Malefacere, à part. deprav. Mis & Doe, quod *vide*.

Mise, vox quæ apud solum *Gouldmannum* occurrit, & est pura puta Fr. G. quæ Sumtus vel Expensas signat, numero plerumque plurali. Est autem verbale verbi *Mettre*, Ponere, & secundariò Deponere pecunias & Repræsentare, hoc à Lat. *Mittere* pro *Demittere*.

Mich Mash, à Teut. Misch masch, Chaos seu Κυκεὼν, confusa rerum Congeries, hoc à Teut. Mischen, Miscere, & Mälsen, Mellen, Metiri.

a Miskinestro, vox quæ mihi apud *Higginsium* solum occurrit, & exp. Ancilla; quòd si reverâ Anglica sit, proculdubiò est vox origine hybrida; oritur enim à Fr. G. præsertim dial. Norm. & Picard. *Meschine*, Ancilla, & Belg. Vrouwe, Teut. Fraw, Mulier, Uxor; hoc autem *Meschine* declinari possit à Belg. Maeghd Teut. Magd, Puella, Ancilla, additâ term. *inne* quæ interdum Fœmineum sexum notat, interdum etiam minuit, q. d. Puella, Ancillula; vel à verb. Belg. Maecken, Teut. Machen, Facere, Operari, q.d. Maeckinne pro Maeckerinne (i.e.) Operatrix.

it Misleth, à Belg. Mist, Mieft, Nebula, Miselen, tenuem Pluviam Rorare, q. d. to Mistle (i.e.) nebulâ Pluere, v. Mist.

Misprision, à Fr. G. *Mesprison*, Error, hoc à verb. *Mesprendre*, Errare, q. d. malè Accipere (i.e.) Malè Intelligere, à part. deprav. *Mes*, nobis Mis, & verbo *Prendre*, Accipere, hoc à Lat. *Prehendere*, v. Misprision in Et. vocum For.

to Miss, à Belg. Missen, Errare, Falli, Teut. & Fr. Th. Missen, Carere, Desiderare; item Vermissen, quæ vox eodem sensu occurrit in Versione Bibl. Teutonica *Lutheri* lib. 1 Samuelis cap. 20. versu 18. *Dhuezium* omisisse miror, Fr. Th. Missum thes kinces, they Misse the child, fort. omnia à Lat. *Amittere*, sc. scopum (i.e.) scopo Aberrare, vel à part. deprav. Mis.

Mis-shapen, à Belg. Mis-schaepen, Deformis, hoc à verb. Misscheppen, Malè Formare, v. Shape.

Mist, Nebula, *ab* AS. Mirt, Caligo, Mirtian, Caligare, Belg. Mist, Mest, Nebula. *Minsh.* deflectit à Lat. *Mistus*; quoniam Vaporum Miscela est; vel, ut monet Doct. *Th. H.* fortean quasi Motst; ita enim effertur in quibusdam Angliæ provinciis. Alludit Gr. Ὀμίχλη.

a Mistery or Trade, à Fr. G. *Mestier*, It. *Mestiero*, Ars seu Negotiatio quâ quis se sustentat, omnia credo à Lat. *Mysterium*, Gr. Μυστήριον, quia sc. quælibet ars, quamvis vilissima, sua arcana habet quæ non initiatis non temerè ab Artificibus communicantur.

Mistletoe or Missenbine, secundùm *Minsh.* & *Somnerum ab* AS. Mirtel-Ta, Ac Mistle, Viscum Quernum, Teut. & Dan. Mistel, Viscum, utr. *ab* AS. & Teut. Mirt, Fimus; notissima autem est fabula quòd Turdus malum sibi Cacat.

Mistress, à Fr. G. *Maistresse*, q. d. Magistrissa (i.e.) Domina, Magistra, v. Master.

to Misuse, *ab* It. *Misusare*, Abuti, malè Tractare, v. Use.

Mite, à Fr. G. *Mite*, Belg. Mite, Tessis, Minutissimum Numisma, credo contr. à Lat. *Minutum*.

a Mite in cheese, à Fr. G. *Mite*, Belg. Mite, Maede, Maeye, Acarus, Teut. Made, Vermis caseo & carni innascens *Aristoteli* Ἄκαρι τὸ, Teut. Käsemaden, Acari vel Midæ caseorum, Acari vel Midæ πεγγυῶν. Invenio & apud *Ælfricum* Maða, Mitè, quod nescio quo vocabuli portento Tomus fort. pro Gr. τόμῳ potiùs πομὰ, Segmentum, exponitur. *Hesychio* autem Μίδα dicitur Vermiculus fabas arrodens.

a Miter, à Fr. G. *Mitre*, Lat. & Gr. *Mitra*, Fascia quâ caput obligatur ἀπὸ τῶν μιτῶν, à Filis & Fasciis quibus ligatur, ut non malè divinant *Jos. Scal.* & *Minsh.*

Mittens, à Fr. G. *Mitaines*, Chirothecæ crassiores hibernæ, fort. q. d. Chirothecæ Eremitanæ, quibus sc. Eremitæ utebantur, v. Hermit.

Mixen, *ab* AS. Mixen, Sterquilinium, utr. à Meox, Fimus, hoc fort. à *Misceo* & *Miscela*, quia est Miscela omnium alimentorum. Datur & Teut. Mistpfuhle, Cloaca Publica.

the Mizzen-sail, à Belg. Melaene, Melaene, Fr. G. *Misaine*, *Mejane*, It. *Mezzana*, Vox Nautica. *Adr. Jun.* Epidromus, Epidromum, Velum ad puppim, q.d. Velum Medium.

Mo for More, *ab* AS. Ma, Plures, Magis, Potiùs, hoc contr. à Lat. *Magis*.

Mobby, vox cum re iis qui colonias Americanas frequentârunt notissima; significat autem Potum ex radicibus Battatas, nobis Potatoes, dictis, certo artificio confectum: nisi, quod valdè suspicor, vox hæc Barbaræ Americanæ sit originis; fort. contracta est ab Hisp. *Muy Bueno* (i. e.) Valdè Bonum; est enim potus satis jucundus & valdè salubris & Ἐυγεῶ.

to

to **Mock**, *à* Fr. G. *Mocquer*, Belg. **Mocken**, C. Br. *Moccio*, Illudere. Feliciſſimè alludit Gr. *μωκάομαι*, *μωκῶμαι*, Irrideo, Derideo, præſertim vultu diſtorto & valgis labiis, hoc *à μῶΘ*, Fatuus, Irriſor, Samna, *Monk. Chald.* & Syr. Irridere, Arab. Stultum ſignat, v. *Salmaſ. Menag. Minſ.* & alios.

Mocker, v. **Mawther**.

a **Model**, *à* Fr. G. *Modelle*, It. *Modello*, Prototypon, Forma, hæc à Lat. *Modulus*, *Modellus*.

Modern, Fr. G. *Moderne*, It. *Moderno*, Recentior, à Latina voce labentis Imperii *Modernus*, hoc *ab* Adv. *Modò*, ut *Sempiternus* à *Semper*.

Modillion, vox Architectonica, *à* Fr. G. *Modillon*, It. *Modiglione*, *Modione*, v. *Evelin* de Architectura pag. 134. omnia, ni fallor, *à* Lat. *Modiolus*.

Mohaire, Fr. G. *Moüaire*, utr. *ab* Orientali voce *Mojacar*, quod ſpeciem Cameloti deſignat, v. **Chamlet**.

Moil pro **Mule**, *à* Lat. *Mulus*, hoc *à* Gr. *μῶλΘ*; quia ſc. eſt animal revera laboribus naturâ comparatum.

to **Moil**, Impigrè Laborare, credo *ab* ant. **Moil**, Mulus, q. d. Mulum agere, inſtar Muli Laborare, vel *à* Belg. **Modelen**, **Modden**, Terram ſeu Lutum movere, Fodicare, Scrutari, vel *à* **Moeden**, **Moeyen**, Moleſtare, Defatigare: hoc autem *à* **Moede**, **Moede**, Laſſus, Defeſſus, vel *à* Fr. G. *Mouiſſer*, Humectare, hoc *à* Lat. *Mollire*. *Minſhew* deflectit *à* Gr. *μολύνω*, Polluo. Si à Græcia uſque Etymon arceſſere liberet, mallem cum *Mer. Caſ.* declinare *à* Gr. *μῶλΘ* vel *μῶλΘ*, Labor, v. **Mud** & **Mould**.

Moils, vox quæ mihi in ſolo Dict. Angl. occurrit, exp. Calcei altioribus ſoleis ſuppacti, olim Regibus & Magnatibus uſitati, proculdubiò *à* Lat. ant. *Mulleus*, ſeu Calceus *Mulleus*. Ab eodem vocabulo orta eſt vox Patavinis uſitatiſſima Muli ſeu Mulli quæ ipſis Baxeas ſeu Crepidas (i. e.) **Slippers** deſignat, v. *Voſſ.* in Et. LL. voce *Mulleus*.

Moiſt, *à* Fr. G. *Moite*, credo, antiquis *Moiſte*, Humidus, hoc fort. *à* Lat. *Muſtum*, q. d. Muſteus. *Mer. Caſ.* deflectit *à* Lat. *Humidus*, ubi ſanè mirari ſubit virum Franco-Gallum originem tam manifeſtè Franco-Gallicam non animadvertiſſe. Sed Græcia & Syria ſolæ ſunt Criticorum patriæ.

a **Moity**, *à* Fr. G. *Moitié*, It. *Metà*, hoc per Syſtolen *à* Lat. *Medietas*.

Moky *weather* (i.e.) Caliginoſa Tempeſtas, q.d. **Murky** *weather*, v. **Murk**.

a **Mole**, Nævus, *à* Belg. **Mael**, Teut. **Mahl**, Macula, utr. *ab* eodem Lat. *Macula*.

Mole, *à* Belg. **Mol**, Teut. **Maul**, ant. Angl. **Moldwarp**, Dan. **Muldvarp**, Teut. **Maulwerff**, **Maulwurff**, Fr. G. *Mulot*, Talpa, Belg. **Molhoop**, Teut. **Maulwerffs hauffe**, terræ Cumulus ſeu Tuber quale à Talpa egeritur, Fr. G. *Mulot*. *Menagius* dictum putat quaſi *Murot* (i.e.) parvum Murem ſeu Muſculum. Doct. autem *Th. H.* noſtrum **Moldwarp** ingenioſè pro ſolito deducit *ab* AS. **Molde**, Terra, & **Weorpan**, Jacere, Projicere. Teut. autem **Maulwerff**, eâdem Etymi ratione proclive eſt declinare à Teut. **Maul**, Os, & **Werffen**, quod ut cognatum verb. AS. **Weorpan** etiam Jacere Projicere deſignat, q. d. animal quod ore ſeu roſtro Terram egerit ſeu projicit. Doct. quidam Amicus noſtrum **Mole**, deflectit *à* Gr. *μολύδαω*, apud *Hipp.* Cuniculos agere, quæ ſanè feliciſſima videtur Allusio, vix Etymon. *G. Rogers M. D. C. M. L. S.*

a **Mole**, Cothon, *ab* It. *Molo*, utr. *à* Gr. *μῶλΘ*, Portus manu factus, hoc *à μῶλΘ*, Labor, q. d. Portus ſeu Agger magno labore contra aquarum impetum extructus, vel *à Mole* Lapidum quæ maris impetum repellit, ut Doct. *TH. H.* placet.

a **Mole-but**, *Ridero* Orthragoriſcus piſcis, qui, ut ex nomine ſuſpicari proclive eſt, ex Paſſerum genere eſt, fort. ſic dictus à Talpæ ſimilitudine, v. **Mole**, **But**, **Pout** & **Hallibut**.

Molewarp, v. **Mole**.

Moline, *a croſs* **Moline**, vox Fæcialium, *à* Fr. G. *Molin*, *Moulin*, Mola, q.d. Crux Moliformis vel ſimilis ferro Molæ, v. **Mill** & *Gwillim*.

Molaſſes, vox valdè corrupta, *à* Fr. G. *Mallece*, utr. *ab* It. *Melazzo*, Sacchari Spuma, ſeu Fæx, & hoc *à Melle*, cui & Dulcedine & Conſiſtentia valdè affine eſt. Occurrit & apud *Nonium Marcellum* vox *Mellacium*, quæ exp. Muſtum ad mediam partem decoctum.

Molten, Participium verbi *to* **Melt**, quod *vide*.

Mond, Authori Dict. Angl. apud quem ſolum occurrit, exp. Globus ille Aureus qui Imperatori & magnis quibuſque abſolutis, ut loquimur (i. e.) liberis & ſui juris Regibus præferri ſolet, proculdubiò

bio à Fr. G. *Mond*, Mundus; Globus enim iſte Principes, quibus præfertur, mundi Dominos eſſe deſignat.

Monday *ab* AS. Monan dæg, Dan. **Mandag**, Teut. **Montag**, Belg. **Maendagh**, Dies Lunæ, *v.* **Moon** & **Day**.

Mone, *ab* AS. Mænan Dolere, *Minſh.* malè deflectit à Gr. μόρος. Longè proclivius eſt AS. Mænan deducere *a* Gr. μάινομαι, ſed has nugas aliis relinquo. Mallem *à* nom. **Mæne**, Malus omnino, ut Gr. κηλεπάινων à κακὸς.

Moneth, *ab* AS. & Teut. Monaδ, Dan. **Maanet**, Belg. **Maend**, Teut. **Monat**, Menſis, AS. Monaδ Able, Menſes Muliebres, q. d. Ægritudo Menſtrua, omnia *à* nom. **Moon**, ut menſis & Μὴν *à* Μήνη.

Monger, in terminationibus ut **Fiſhmonger**, **Ironmonger**, &c. *ab* AS. Mangepe, Mercator, hoc *à* Mangian, Commercium ſeu Mercaturam facere, utr. fort *à* Lat. *Mango*, vel *ab* AS. Mengan, Gemengan, Miſcere, quia ſc. inſtitoribus nimis conſuetum ſemper fuit merces Miſcere (i. e.) Adulterare.

Mongrel, Hybrida, Bigener, quaſi **Mingrel**, (i. e.) Mixtus, ſeu Mixti generis, *v.* **Mingle**.

Monk, à Teut. **Monch**, **Münch**, Hiſp. *Monge*, Dan. **Munck**, *a* Lat. & Gr. *Monachus*, hoc *ab* Adject. μόνος, Solus; Veteres enim Monachi, præſertim Ægyptii, non in urbibus, ſed Eremis & Solitudinibus degebant.

Monky, Simia Caudata. *Minſh.* deflectit *à* Μιμέομαι, Imitor, vel μίνος, quoniam in locis non habitatis invenitur, rediculè; nam ſatis manifeſtè deſcendit *ab* ant. **Mon** pro **Man** & term. dim. **kin**, q. d. **Monikin** vel **Monkin** (i. e.) Homunculus, rejecto tantùm propter Euphoniam finali *n*, nihil enim homini ſimilius. Ejuſdem, credo, familiæ eſt, It. *Mona*, Simia & Hiſp. *Munneca*, Pupus vel Pupa.

Montero, *ab* Hiſp. *Montero*, Venator, Eques, & ſecundariò Pileus Venatorius ſeu Campeſtris, utr. *à* verb. *Montar* Aſcendere, ſeu Conſcendere, ſc. Equum, q. d. Pileus Equeſtris.

Money, *à* Fr. G. *Monnoye*, C. Br. *Mwnai* Pecunia, *Mwn* Metallum, hinc **Moniers**, Monetarii, omnia nimis manifeſtè *à* Lat. *Moneta*.

Mood, animi Affectus, parùm deflexo ſenſu, *ab* AS. Mod, Mode, Teut. vet. **Mu**, Belg. & Run. Dan. **Moed**, Teut. **Muth**, **Gemuth**, Mens, Animus, Belg. **Wel Gemoed**, Alacer, eodem ferè ſenſu quo nos dicimus *in a good Mood*, Fr. Th. **Munt**, Mentes, **Heitmodi**, Furor, *à* **Mod**, Mens, & **Heit**, Calidus, Flagrans, **Themo ſoze muode**, is qui ſic affectus eſt, *He that is in the Mood*. Occurrit & in Gl. Lipſ. **Muedis**, Mentis. *Fr. Jun.* AS. Mod deducit *à* Gr. μόθος, Labor, ut θυμὸς *à* θύνω pro ὁρμὴν ſubitò Commoveri. Mallem *à* μάω, Cupio, μάω, Quæro, Scrutor.

Moon, *ab* AS. Mona, Belg. **Maene**, Dan. **Maane**, **Maanen**, Teut. **Mond**, **Mon**, Luna, Belg. **Maen-kind**, Partus Lunaris, nobis *à* **Mooncalf**, Feliciſſimè alludit Gr. μήν, Datur & Teut. **Monkalb**, quod *Dhuezio* exponitur Mola ſeu Caro informis in utero muliebri.

Moor, Fr. G. *More*, It. *Moro*, Teut. **Mohr**, Maurus vel Æthiops; *Maurus* autem proculdubiò ortum ducit *à* Gr. Ἀμαυρὸς, Obſcurus, Tenebricoſus, *à* colore ſc. nigro.

Moor, Terra Sterilis, *ab* AS. Mop, Mons, Ericetum, Terra Sterilis, Inculta, *Elfrico* Moop, Uligo, Dan. **Morats**, Locus Paluſtris, Belg. **Moer**, Cœnum Paluſtre, **Moer**, **Moor**, Palus Nigra; Nigrum autem ſolum plerumque ſterile eſt. Datur & It. *Maroſo* pro **Moorish**, omnia fort. *à* Gr. Ἀμαυρὸς, vel potiùs *à* **Mear**, Palus.

to **Moor**, *à* Fr. G. *Marer*, Rudentibus vel Anchoris navem in Portu ſeu Statione detinere, fort, utr. *à* Lat. *Morari* pro Detinere, vel *à Mare*, q. d. in Mari Siſtere.

Moorhen, Fulica, q. d. Gallina Paluſtris.

Moot, *v.* **Mote**, & **Meet**.

to **Moot** *a Caſe*, *Minſhew*, deflectit, *à* Fr. G. *Mot*, Verbum, vel *ab* As Metan, Gemetan, vel *à* Belg. **Gemoeten**, Convenire, Occurrere. Mallem *à* Lat. *Motare* Freq. *a* Movere, q. d. litem ſeu difficultatem Movere, ſeu Objicere.

Mooted *up by the roots*, vox Fæcialium (i. e.) radicibus Evulſus, Eradicatus, fort. *à* Belg. **Moetſen**, **Mutſen**, It. *Mozzare* Truncare, Detruncare, Abſcindere, Amputare, Secare, hoc *à* Lat. *Mutilare v. Morgan*, lib. 1. cap. 3.

Moove, *à* Fr. G. *Mouvoir*, It. *Muóvere* utr. *à* Lat. *Movere*.

Moy *and* **Mow**, credo, q. d. **Mump** *and* **Mew**, eliſo, ſc. propter Euphoniam *m*, fort. *à* Belg. **Mompelen**, Muſſitare, Obmurmu-

murmurare, hoc, secundùm *Kilianum*, à Belg. Mond, Os, & Pellen, Vellere, Vellicare, q. d. Os distrahere, v. Mow and Mew.

a Mop, Centones pannorum ligno affixi quibus famulæ sordes ædium abstergunt, Peniculus vel Penicula, parùm deflexo sensu, *ab* AS. Þnoppa, Belg. Noppe, Villus, Floccus, Tomentum, vel *à* Lat. *Mappa*, q. d. Mappa Detersoria.

to Mope, Obstupescere, Mutum & Ignavum incedere, nescio an, parùm deflexo sensu, *à* Belg. Mompelen, Mussitare, vel *à* Belg. Moon, Dæmon, Genius, q. d. Moonen, interserto p & elisò n, q. d. instar Lymphatici Energumeni seu σύριγξ agitare.

Morals, v. Moor.

More, Mo, *ab* AS. Ma, Plures, Mapa, Mæpe, Major, Mape, Dan. Mere, Meere, Belg. Meer, Fr. Th. Mere, Mer, Teut. Mehr, Plus, C.Br. *Mawr*, Magnus, quid si omnia *à* Lat. *Major*?

Moresk, Authori Dict. Angl. genus Picturæ seu Sculpturæ, quo Aves, Quadrupedes, Arbores & alia inartificiosè & rudi quasi Minervâ oculo exhibentur, *à* Fr. G. *Moresque*, It. & Hisp. *Moresco*, Mauritanus, Mauritanicus, q. d. genus Picturæ seu Sculpturæ Mauritanicum; Mauri enim primi in Hispaniam, eóque in Europam reliquam, invexerunt.

Morglay, nomen Gladii Herois cujusdam fictitii qui singulis ictibus singulos hostes occidit, ut rectè divinat Author Dict. Angl. *à* Fr. G. *Mort*, Mors, & *Glaive*, Gladius, q. d. Gladius Mortifer, qui Mortem & stragem latè spargit.

Morning, *ab* AS. Mapne, Mepzen, Morzen, Manè, Cras, Belg. Morgen, Morgben, Teut. Morgen, Cras, Belg. Morgben tijd, des Morgbens, Manè, Fr. Th. Morginrod, Belg. Morgbenroot, Teut. Morgenröthe, Aurora. AS. autem Aurora seu Diluculum elegantissimo vocabulo Dæz-pime appellatur, q. d. Ora seu Margo diei, *à* Dæz, Dies, & Rima, Margo, Ora.

a Morphew, *a* Fr. G. *Morphée*, Alphus, Vitiligo, Lat. Barb. *Morphæa*, fort. *à* μορφὴ, Forma, quam deturpat & vitiat. Mallem tamen deflectere *à* Fr. G. *Morte* & *Veue*, q. d. Aspectus Mortuus & quasi Cadaverosus.

a Morrice dance, *Higginio* Chironomia, q. d. It. *a la Moresca*, Fr. G. *Moresque*, *Morisque*, (i. e.) Tripudium Mauritanicum, vel secundùm modulos Afrorum.

Morrow, *à* Belg. Morgben, Teut. Morgen, Dan. Imorgen, Cras, Morgendag, dies Crastinus, v. Morning. Good morrow autem *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. γαῦρ ἡμέρα, to Morrow *ab* Ἄυριον. Proh Criticorum fidem!

a Morsel, *à* Fr. G. *Morcel*, *Morceau*, Buccea, Offa, q. d. Morsulus, Morsellus.

a Mort, magna Copia, vox agro Linc. usitatissima, *à* Fr. G. ant. *Moult*, *Mout*, utr. *à* Lat. *Multum*, vel *ab* AS. Mop, Mons, q.d. Mons, Tumulus seu Cumulus rerum.

Morter, à Belg. Morter, Teut. Mörtel, Cæmentum Arenatum, Arenatum cum Calce.

a Mortise, *à* Fr. G. *Mortaise*, Foramen quo coarticulantur & coaptantur ligna in ædificiis, *Budæo* Orthostata, qui etiam Fr.G. *Mortaise* à *Mordendo* deflectit, v. Annot. prior. in Pandect. Edit. Basil. anno 1534. pag. 684.

Mortress, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit exponitur satis imperfectè, nequid pejus dicam, Cibus quidam ex multis simul mixtis confectus, credo *à* Fr. G. *Mortier de Sagesse*, quod *Cotgravius* interpretatur Cibum quendam sapore gratissimum ex albuminibus ovorum, Farina Fabacea & tantillo Masticbes confectum, fort. sic dictum quia res quibus constat priùs Mortario contunduntur.

Mosaick work, *à* Fr. G. *Mosaique*, utr, *à* Lat. *Musivum*, quod apud *Spartianum* pro eodem usurpatur. Istiusmodi opera Doct. *Evelino* veterum *Tessellata* & *Vermiculata*, item *Asarota* creduntur, v. Not. *Salmas.* in Æl.Spart.vitâ Pescennii Nigri Imp.

a Moschey, *à* Fr. G. *Mosquée*, It. *Moscheta*, Hisp. *Meschita*, omnia *à* Turcico *Meschit*, Templum Muhammedanorum. Nescio utrùm Arabicæ an, ut *Menagius* vult, Chaldaicæ originis, certè nec Latinæ nec Græcæ, *vide Menag.* voce *Mosquée*.

Moschito, vox Nautis, præsertim qui calidiores Americæ, Africæ & Asiæ regiones frequentant, usitatissima, & Culicem notat, *ab* Hisp. *Mosquito*, Culex, q. d. Muscula vel parva Musca.

Moss, *ab* AS. Meor, Teut. Moos, Fr. G. *Mousse*, omnia *à* Lat. *Muscus*.

Most, *ab* AS. Mæst, Mæsta, Primus, Præ-

Præcipuus, Maximus, Mæytan tæle, Pars Maxima, Meyt, Belg. Meest, Teut. Meist, Meiste, Maximus, Fr. Th. Meyston, Plurimæ, in *Gl. Lipſ.* Meistero, Maximo; Teut. autem Meist feliciter alludit Gr. μᾶλλον, Plurimum, Maximum, contr. à μέγιστον.

a **Mottick**, Authori Dict. Angl. apud quem ſolum occurrit, exponitur Baculus rotundus 12 circiter uncias longus, cui Pictores, dum pingunt, cubito ad firmandam manum innituntur. fort. ſic dictum quaſi **Mal-Stick** (i. e.) Baculus Pictorius, à Teut. **Malen**, **Mahlen**, Pingere, hoc à Lat. *Maculare*, v. **Stick**.

Mote, *ab* AS. Mot, Atomus, Feſtuca. *Minſh.* deducit *ab* Hebr. *Mots*, Gluma. *Fr. Jun.* AS. Mot, deflectit à Gr. μοῖα, Licium, *Mer. Caſ.* *ab* Ἅλμος, v. **Mite**.

Mote *or* **Moot**, *ab* AS. Mot & Gemot, Conventus, hoc à verb. Metan, Gemetan, Convenire, unde Motheal, Gemotheal, nobis *the* **Moot-hall**, v. *to* **Meet**, hinc vox ant. For. **Motebell** quæ exponitur Campana quâ Conventus publicus indicitur.

Moth, *ab* AS. Moð, *Ælfrico* Mothe, Belg. & Teut. **Motte**, Blatta, **Made**, Vermes quales caſeis & carnibus innaſcuntur, Gr. μύδα qui exponitur Vermiculus quidam fabas peredens, hoc credo à μυδάω, Uligine putreſco, v. **Mite**.

Mother, *ab* AS. Moðor, Medep, Meddep, Fr. Th. **Muoder**, Dan. **Moder**, Belg. **Moeder**, Teut. **Mutter**, Fr. G. *Mere*, It. *Madre*, omnia à Lat. *Mater*, & hoc à Gr. μάτηρ, Dor. μάτης, quod fort. à verb. μάω, Vehementer Cupio, ortum ducit, à tenero ſc. & vehementi amore quo matres liberos ſuos proſequuntur.

the **Mother**, It. *Madre*, Hyſterica Paſſio, quia præcipuè à *Matrice* malè affecta oritur.

the **Mother** *of wine*, à Belg. **Moeder**, Fæx, Craſſamentum, hoc à **Modder**, **Moder**, Limus, Cœnum.

Motly *colour* (i. e.) Color ex albo & nigro mixtus, q. d. Medly, & hoc à Fr. G. *Meſler*, It. *Meſcolare*, q. d. Miſculare vel Miſcelare, *vide* **Medle** & **Medly**.

a **Motto**, Symbolum, Emblema, *ab* It. *Motto*, Fr. G. *Mot*, Verbum, Vocabulum, hoc à Lat. *Mutire*, unde Lat. Barb. *Mutum*, *Muttum*, omnia à Gr. μῦθος, Sermo.

Mought, *ab* AS. Mot, Poteſt, Belg. **Macht**, **Ick Mochte**, Teut. **ich Möchte**, Poteram, hæc à **Mogen**, Teut. **Mögen**, Poſſe, vel à Belg. **Moeten**, Debere, Teneri, Obligari, Fr. Th. **ne Mugan**, non Poſſunt, **ne Mothe**, non Poterat, *vide* **May** & **Might**.

Mould vel **Mold**, *ab* AS. Moldе, Belg. Flander. **Mul**, **Ghemul**, Pulvis, Humus, Sabulum, Belg. **Modder**, Limus, Lutum, fort. à Lat. *Moles*.

Mould vel **Mold**, à Fr. G. *Moule*, Belg. **Moele**, Hiſp. *Molde*, Formula, Typus, Proplaſma, Hiſp. *Amoldar*, *to* **Mold**, *or caſt into a* **Mold**, Injicére in typos, omnia à **Model**, quod *vide*. Datur & C. Br. *Mold*, ſed noſtræ, credo, originis.

Moulder, agro Linc. **Milder**, hoc *ab* AS. Myl, hoc à Moldе, Pulvis, q. d. in Pulverem reſolvi, v. **Mould** ſupra.

Mouldy vel **Moldy**, à Gotho-Suecico **Mögel**, Mucor, vel à Fr. G. *Moiſi*, hoc à Lat. *Mucidus*, vel à Lat. *Mollities*, præ Mollitie enim cibi mucescunt.

Moult, à Belg. **Muyten**, **Muyteren**, Fr. G. *Mûer*, Plumas Exuere, Amittere, inſtar avium, fort. utr. à Lat. *Mutare* (i. e.) Plumas Mutare.

Mound, vox Fœcialium, à Fr. G. *un Mond*, Mundus.

Mound, Sepes, Sepimentum, *Minſh.* deflectit à *Munimento*. Mallem à C. Br. *Maen*, Saxum, Lapis, vel à Lat. *Mons*, q. d. Monticulus (i. e.) Tumulus. Non abludit vox priſca Latina quæ apud *Ennium* occurrit *Mœne* pro *Muro*, unde pl. *Mœnia*, quæ etiamnum in uſu eſt. Alludit & Gr. Ἀμύνω, Defendo, à quo fortean *Munio* ortum ducit.

Mounſire, à Fr. G. *Monſeigneur* (i. e.) Domine mi, *Mon* enim Meum, & *Sieur* Dominum notat. Conſuetum enim eſt Gallis, blandis & honorificis compellationibus prænomen appropriativum Meum præmittere, ut *Mon Pere*, *Ma Mere*, &c. *Sieur* autem credo contr. & corr. *ab* It. *Signor*, v. **Signeur** & **Sir**.

a **Mount**, Tumulus, à Fr. G. *Mont*, utr. à Lat. *Mons*, q. d. parvus Mons, Monticulus.

Outward, *ab* AS. Utpeapd, Externus, Belg. **Uutwaerts**, Teut. **Auſzwerts**, **Auſzwartſ**; Forinsecus, Extrinsecus, v. **Out** & **Ward**.

Ouzel *or* **Blackbird**, *ab* AS. Oſle, Merula, non, ut *Minsevus* vult, *à* Teut. **Amſel**, licèt hoc sensu idem sit, nec sono multùm differat. Quid si nostrum **Ouzel**, & AS. Oſle, declinarem *à* Fr. G. *Oiſeau*, It. *Augello*, *Uccello*, Avis, q. d. Aviculus, Avicellus.

to **Ow**, Debere. *Minsh.* deflectit à Belg. **Uuwe**, **Auwe**, Pratum, sc. quòd hæc antiquitus omnium sola opes fuerunt. Mallem à Gotho-Suecico, **Oſwa**, Teut. **Uben**, Exercere, Uti, quia sc. qui pecuniam mutuò accipit ipsâ in negotiatione sua ad lucrum & emolumentum suum utitur.

Owl, *ab* AS. Ule, Dan. **Ugle**, Belg. **Uil**, Teut. **Eul**, Hisp. *Antillo*, Bubo, Ululà, Nóctua, omnia vel *à* Lat. *Ululo*, Gr. Ὀλολύζω, vel, quod verisimilius est, omnia, etiam Ὀλολύζω, à sono quem avis edit. Datur & Gr. Ἐλεὲ, ii *Cæsari Scal.* fides sit in Hist. An. propriè Ululà ab Ἐλεὲ, Misericordia, ob vocem sc. flebilem quam edit, sic dicta.

Own, *ab* AS. Geanian, Geagnian, sibi Ascribere, Vendicare, Agen, Proprius. *Minsh.* deflectit à cognata sanè voce Teut. **Eigen**, **Eygen**, Proprius, & hoc *ab* Οἰκεῖον; sed quid cum domi se offerat alicubi quærerem? *Mer. Cas.* deducit *à* Gr. Ὀφείλω.

Owſe *or* **Ouſe**, *Tanners* **Ouſe**, Cortex, Quercûs quo ad densanda coria utuntur Coriarii, nescio an *ab* AS. Oyt, Squamma, Cortex enim est quasi arboris Squamma. Doct. *Th. H.* videtur corruptum *à* Fr. G. *Eaux*, Aquæ, sc. coriariorum.

Ox, *ab* AS. Oxa. Dan. **Oxe**, Belg. **Os**, Teut. **Ochſz**, **Ochs**, **Ochſe**, **Or**, Bos, Taurus, nobis tamen tantùm Castratum Bovem designat. *Fr. Jun.* deflectit *à* Gr. Αὐξω; quoniam Vaccarum fertilitas maximum bonorum apud priscos habebatur. *Abr. Mylius*, Belg. **Os** deduxit *à* Lat. *Bos*. Mallem omnia formare *à* Lat. *Occare*, quia sc. hoc animal tum pedibus tum aratro, quod trahit, terram frangit & proscindit.

Oxgang, in agro Linc. **Oskin**, q. d. Bovata terræ, *ab* **Ox**, Bos, & **Gang**, Itio, sc. quantum ab uno Bove arari potest. *Minsh.*

Oyes, vox Præconis Silentium indicentis, *à* Fr. G. *Oyez*, Audite, cui optimè respondet Attica illa Præconum Ἀκὴ, Σίγα.

Oze *or* **Ozey** *ground*, vox Nautica. Sic autem dicitur Solum Uliginosum & Cœnosum, anchoris infidum, nescio an *ab* AS. Oyt, Squamma, q. d. Solum Squammosum, v. Dict. Naut.

an **Ozier**, *à* Fr. G. *Osier*, *Ozier*, Salix Aquatica Humilis, utr. fort. *à* Gr. Ὀσιὰ, Ὀσιὰς, Salix.

P.

A **Pace**, *à* Fr. G. *Pas*, It. *Passo*, utr. *à* Lat. *Passus*.

to **Pacify**, Pacare, Placare, *à* Fr. G. *Pacifier*, q. d. Pacificare.

Pack, *à* Belg. & Teut. **Pack**, Fr. G. *Pacquet*, It. *Pacchetto*, Fascii, Sarcina, omnia *à* Lat. *Fascis*, hinc Belg. **Packhuys**, Apotheca Mercium, **Pack-kleed**, Segestre, Pannus vilior, quo merces involvuntur, **Pack-naelde**, Acus Sarcinaria, **Pack-Sadel**, Clitella, **Packen**, in Fascem seu Sarcinam compingere, Colligare, Stipare. *Menagius* autem deflectit *à* *Pangere* vel *Compingere*. Datur etiam, ni fallor, verbum Doricum πάγα unde πηγνύω. Alludit, sed tantum alludit, παχὺς, Crassus, Densus, Spissus. *Fr. Jun.* deducit *à* Gr. φάκελος.

Pack, *he* **Pack'd** *away*, Abire, Discedere, præsertim cum Festinatione, *à* Teut. **Sich Packen, sich fort Packen**, Abire, Discedere, Facessere, **Pack dich**, Apage, hinc Facesse, Metaphorâ à militibus confestim vasa colligentibus & discessionem properantibus sumtâ.

A **Pad** *of straw*, *Higgin.* Culcita Stramentitia, fort. contr. *ab* Hisp. *Pajado*, hoc *à* *Paja*, Stramen; *Paja* autem *à* Lat. *Palea* ortum esse nemo ambigat.

to **Pad**, **Padded** *way*, *to* **Pad** autem tantùm Calcare terram & Calcando Coæquare, quò via melior fiat, designat. Si Græcus essem, fidenter deflecterem *à* Gr. πάτος, Via Trita, hoc *à* πατέω, Calco, vel *à* πατάσσω, Percutio. Interim tamen, utpote majore cognatione Germanis, præsertim Anglo-Saxonibus, quàm Græcis conjunctus, mallem deducere *ab* AS. Paad, Callis, Semita.

to **Paddle**, *à* Fr. G. *Patouiller*, Aquam manibus seu pedibus Agitare, v. **Pad**. Alludit Gr. σκαλίζω, pedes Agito, Jacto, πατέω, Calco, Conculco, πατάσσω, Percutio.

A **Paddock**, *Minsh.* deflectit à Belg. **Padde**, Bufo.

Padlock, *Minshew* dictum putat quasi **Pendlock**, Sera Pendula, quia sc. pendet ad fores. Mallem *à* Belg. **Padde**, Seræ Latibulum, v. **Lock**.

A **Pad-nag**, Equus itineri magis quam Cursui aptus, vel *à* nom. **Path**, Via, Semita, q. d. Equus viis idoneus, vel potiùs *a* **Pad**, Culcita Stramentitia, quia sc. olim sellæ equestres stramine solo erant refertæ, non, ut jam delicatiore nostro sæculo, pilis, q. d. Equus Sellæ aptus, *a* **Saddle-horse**, v. utr. **Pad** & **Path**.

Page, Fr. G. *Page*, utr. contr. *à* Lat. *Pagina*, & hoc *à* *Pangendo*.

Page, *à* Fr. G. *Page*, It. *Paggio*, Ephebus, Puer, *Higgin.* optimè Prætextatus Assecla, *à* Gr. παῖς, παιδίον, quod & apud Græcos non tantùm Puerum sed & Servulum designavit, v. *Voss.* in Et. LL. voce *Puer*.

A **Pageant**, *Minsh.* deflectit à dicto **Page**, sc. quod pulchri pueri plerumque castellis imponuntur. Mallem *à* Gr. πάγος, πάγνυμι, πῆγμα; vel, quod mihi præ cæteris arridet, *à* Belg. **Waegben**, Teut. **Wagen**, Currus, q. d. Currus Pompaticus.

Pagod, quo nomine, in Commentariis rerum Indicarum Anglicè conscriptis, Statua Dei cujusvis Indici appellatur, nisi, quod longè verisimilius est, vox Indica sit & Indicæ originis; siquidem nos & Belgæ soli hoc vocabulo Idola illa insigniremus, jurarem contractum esse *a* **Pagan-God** (i. e.) Deus Ethnicus seu Paganus.

Pail, si Græcus essem jurarem ortum *à* Gr. πέλλα, Mulctra, seu Mulctrale. Propiùs tamen, credo etiam verius, deflecti potest *ab* Hisp. *Paila*, quod *Covarruv.* exponitur magnus Pelvis, *Minsh.* Pelvis, Situla, Mulctra, hoc contractum *à* Lat. *Patella*.

Pail potiùs **Pale**, *ab* AS. & Fr. G. Pal, Belg. **Pael**, Lat. *Palus*, Belg. **Paelen**, Limitibus distinguere.

Pain, *à* Fr. G. *Peine*, AS. Pin, Teut. **Pein**. AS. Pinian, Punire, Dan. **Pine**, Crucio, omnia *à* Lat. *Pœna*, Gr. ποινὴ: hinc, parùm deflexo sensu, *to take* **Pains**, pro Laborari, cui alludit Gr. πένομαι, Facio, Efficio, Curo, unde πόνος, Labor.

Painim, vox in Fabulis militaribus Eroticis, nobis Romanis dictis, usitatissima, *à* Fr. G. *Payen*, Paganus. Sic autem sunt dicti Ethnici, quia invalescente Christianâ religione, cum ademta ipsis essent Templa in Urbibus, & Christo consecrata, in Pagis solis Sacra facere coacti sunt.

to **Paint**, *à* Fr. G. Part. *Peint* verbi *Peindre*, utr. *à* Lat. *Pingere*, unde *Paintre*, *Peintre*, Pictor.

Pair,

Pair, Fr. G. *Paire*, Belg. **Paer**, It. *Par*, *Paio*, Biga, Δυὰς, omnia à Lat. *Par*.

Paisage, vox quæ in solo Dict. Angl. occurrit, à Fr. G. *Paisage*, Chorographia, Tractûs seu regionis Delineatio seu Descriptio, hoc à Fr. G. *Pais*, Regio, Terra, Provincia, Rus, It. *Paese*, utr. à Lat. *Pagensis*, q. d. Ager Pagensis.

Paladine, vox Fabulis militaribus Eroticis usitatissima, à Fr. G. *Paladin*, *Palatin*, q. d. Comes Palatii, seu Palatinus.

Palanquin, vox omnino peregrina, sed quæ tamen in Commentariis rerum Indicarum Anglicè scriptis, & præcipuè in Versione *Mandelslοi* passim occurrit. Significat autem Sellam portatilem quibus Indi & Indiarum incolæ Lusitani per plateas vehuntur, credo *ab* Hisp. *Palanquin*, Bajulus, & hoc à *Palanca* quod est idem cum Lat. *Palanga*, qui exponitur Baculus quo in deferendis, attollendisq; oneribus utuntur bajuli, item Ligna quibus subjectis naves devolvuntur in mare, nobis **Rowlers**, à Gr. Φάλαγγες, Φαλάγγια idem signantibus, vel, ut *Scal.* vult à Φαλλὸς, quod Palum notat.

Pale, à Fr. G. *Pasle*, utr. à Lat. *Pallidus*, Palleo. Alludunt Gr. Πάλη, Παλάη, Flos farinæ, & Παλύνω quod inter alia etiam Albefacio designat.

Pale, vox Fœcialium, à Fr. G. *Pal*, hoc à Lat. *Palus*, *Pali*, v. **Pallet**.

Pales, *ab* AS. Pal, Vallus, Sudes, Paxillus, utr. à Lat. *Palus*.

a **Palfrey**, à Fr. G. *Palefroy*, It. *Palafreno*, C. Br. *Pallfrai*, credo à nobis mutuatum, q. d. Paraveredus, Equus Cursor, Veredus, Ταχυδρόμος. *Minsh.* deflectit *ab* AS. Pale, Pullus seu Juvenis Equus, & Fpeoh, Liber, Generosus, sed Pale illud nusquam comparet. Mallem igitur à Fr. G. *Parer*, It. *Parare*, Ornare, & *Freno*, Frænum, q. d. Equus cujus Frænum & Ephippium operosè & splendidè ornata sunt. Nimis essem Criticus si à Gr. Πάλλω, Quatio, & Lat. *Frenum* deducerem.

Pall (i. e.) Palla pretiosa à Pontifice Romano consecrata sed nimio emta, v. *Sleidan* in Comment.

to **Pall** (i. e.) Vapescere, à C.Br. *Pallu*, Deficere, *Pall*, Defectus. Sed quis spondebit istud *Pallu* à nostro **Pall** ortum non esse? Mallem igitur deflectere à Fr. G. *Appalir*, Pallescere; Vinum enim, dum vapescit, plerumque ex fœcibus per totum liquorem sparsis, & usque in superficiem evectis luridum quendam Pallorem contrahit, *vide* **Pale**.

a **Pallaur**, *Ridero*, nescio quo authore; Peloris piscis, potius n. pl. ut apud Ath. Πιννοίδες, Ostrea magna, à Gr. Πίννη, Monstrum magnum.

a **Pallet**, Lectulus humilis, Stibadium, *Higgin.* Segesta. *Minsh.* deflectit à Fr. G. *Paille*, It. *Paglia*, Lat. *Palea*, q. d. Stratum paleâ seu Culmo sartum. Non minore etiam cum verisimilitudine deduci possit à Lat. *Pelles*, additâ term. dim. & q. d. Pelliculæ (i.e.) Culcitæ ex Pellibus. Non absurdè etiam tertiò formari possit, à Fr. G. *Pied* vel *Pie*, Pes, & *Lict*, Lectus, q. d. Lectus Humilior ad Pedes positus.

Pallet, vox Fœcialium, diminutivum à **Pale** quod *vide*.

Palliardize, vox quæ in solo Dict. Angl. occurrit, proculdubiò à Fr. G. *Paillardise*, Vaga Libido, Amores, Impuri, Impudicitia, vita in illicitas Veneres prona, hoc a **Palliard**, Scorcator, **Palliarder**, Scortari, utr. à Fr. G. *Paille* primariò Stramen seu Palea, secundariò Lectus, q.d. qui Lectos alienos frequentat, nos etiam pro Lecto utimur, ut ubi dicimus, *the Lady in the Straw*, Puerpera.

a **Pallizade**, vox Castrensis, *ab* Hisp. *Palizada*, *Palisada*, Fr. G. *Palissade*, It. *Palificata*, Vallum è Sudibus, omnia à Lat. *Palus* vel *Vallum*, sed prius verisimilius est.

a **Palmer** *or* **Pilgrim**, Peregrinus Religionis ergò, à baculis *Palmarum* quas reduces è bello sacro, inquit *Spelman*, gestare solebant, *vide Minsheu* & *Spelman*.

a **Palmer-worm**, Eruca Pilosa, à *Palmis* quas rodit, inquit *Minsh.* vel fortè ab aliqua *Palmæ* manûs similitudine; apud nos enim *Palmæ* non crescunt, vel, ut *Muffetus* autumat, à continuo motu, quia semper, instar Peregrinorum, ambulant.

Palmestry, Χειρομαντεία, à *Palmis* seu Volis manuum, quas Χειρομάντεις inspiciunt. *Palma* autem manifestè à Gr. Παλάμη ortum ducit.

Palm-sunday, *Adr. Jun.* Ramalia, Verbenalia, aliis dies Palmarum, *Budæo* Ὀσχοφόρια, sic dicta à *Palmarum* ramis, quos illo die Christo obviam prætulere Judæi.

Palsgrave, à Belg. **Palts-grave**, Teut. **Pfalts-graff**, q. d. Comes Palatii, Comes Palatinus.

Palsy,

Palſy, *à* Fr. G. *Paralyſie*, It. *Paraleſia*, utr. *à* Lat. & Gr. *Paralyſis* (i. e.) Reſolutio: Maximo autem vulgi noſtri errore Tremor Paralyſis, vel Paralyſis Tremula appellatur, Vera autem Paralyſis, præſertim ubi tum motus tum ſenſus perit, *a Dead* **Palſy** (i. e.) Paralyſis mortua dicitur, hoc non malè.

to **Palt**, Impetere, *à* verbo *to* **Pelt**, quod *vide*.

Palter, vox agro Linc. ſatis frequens. Significat autem Hæſitare, Tergiverſari, Reſſiltare, Ignavè & negligenter rem Aggredi, neſcio an corruptum *à* Fr. G. *Poltron*, Ignavus, Puſillanimus, q.d. **Poltronner** (i. e.) Ignavè & Timidè rem agere, quorum genuinum Etymon *vide* voce immediatè ſequente **Paltry**.

a **Paltry** *knave*, vel *ab* It. *Paltone*, *Paltoniere*, Profligatiſſimus Nebulo, Trifurcifer, *Paltrocca*, *a* **Paltry** *whore*, Scortum Sordidiſſimum, populi Latrina, vel potiùs contractum *à* Fr. G. *Poltron*, It. *Poltrone*, Puſillanimus, φυγόμαχος. *Poltrone* autem à *Pollicem* Truncando ortum ducit: Labente enim cum diſciplina Imperio Romano, iiſdémque virtutibus, quibus in tantum faſtigium evecti ſunt, ſc. præſertim Fortitudine & Frugalitate per ſummam rerum ex victis gentibus affluentiam & Græci Aſiaticíque luxûs imitationem ſenſim corruptis, enervatis & prorſùs profligatis eò uſque tandem degenerârunt ut multi, præſertim in Italia rerum Domina & orbis terrarum victrice, ſibi Pollicem dextrum præciderent ne in militiam cogerentur, tales etiam memorantur apud *Suetonium* in Auguſti vita, & ab *Amm. Marcel.* lib. 15. penè extremo Murci appellantur, v. & *Voſſ.* voce *Murcus*.

Paly, vox Fœcialium, It. *A Pali*, *vide* **Pall**.

to **Pamper**, vel q. d. *Pompare* (i. e.) ad Pompam Saginare, vel propiùs *ab* It. *Pamberare*, Saginare, *Pamberato*, Obeſus, Saginatus, hoc *à Pambére*, Cibus & Potus, nec non Merenda, q.d. **Pan** & **Beer**, (i. e.) Panis ſeu Cibus & Potus.

Pamphlet, *Minſh.* deflectit *à* πᾶν & παίδω, q. d. παμπαιδία, quod ſc. Stultorum plena ſunt omnia, & talium librorum multitudine mundus æſtuat, ingenioſius; credo, quàm veriùs. Mallem deducere *a* Pamflet, vel contractè **Pamplet** dim. Belg. **Pampier** (i. e.) Charta, addito ſpiritu, hoc autem **Pampier**, per Epenthefin ῥ m ortum eſt *à* Lat. *Papyrus*, q.d. Chartula ſeu Papyrulus (i.e.) Charta ſeu Libellus vilis.

Pan, *ab* AS. Ponne, *Ælfrico*, Panne, Dan. etiam **Panne**, Patella, Belg. **Panne**, Teut. **Pfann**, Frictorium, Sartago: Cranium autem AS. Panne, nobis **Brain pan** appellatur, q. d. Patella Cerebri.

Panado, *à* Fr. G. *Panade*, It. *Panada*, *Panata*, Lat. Barb. *Panata*, omnia *à* Lat. *Panis*.

Pancake, *à* Belg. **Pankoeck**, Teut. **Pfannkuch**, Laganum, Scriblita.

Pander, Leno, Pararius ſeu Proxeneta Venereus, *à* Belg. **Pander**, Pignorator (i. e.) qui Pignus ſeu Præmium accipit, hoc *à* Belg. **Pand**, Teut. **Pfand**, Pignus. Si Græcus eſſem deflecterem παρὰ τὸ πάντας ἄγειν, ſc. *à* ἄγειν, Laſcivo ſenſu accepto. Imò, quod ſanè longè reliquis ſimplicius eſt, quid ſi **Pander** dictum ſit *à Pandaro* Troili amico, qui ipſi Chryſeidis amorem & gratiam conciliavit. v. *Chauc. fab. de Troilo & Chryſ.*

Pangs, vel *à* Teut. **Bang ſein**, in magno Angore eſſe, Æſtuare, vel potiùs *à* Teut. **Peinigen**, Cruciare, vel, quod eodem redit, à noſtro **Pain**, utr. *à* Lat. *Pœna*, Gr. Ποινή.

a **Panguts**, Authori Dict. Angl. apud quem ſolum occurrit exponitur Ventrioſus, Παχύμηρος, cui, ut Poeta ait, Pinguis Aqualiculus protento ſeſquipede extat. Authori videtur vox hybrida Græco-Anglica à πᾶν, Totum, & **Guts** (i. e.) **All Guts**. Mallem tamen, quoniam Etyma ex duabus linguis petita non multùm probantur, mallem, inquam, deducere *à* Fr. G. *Panſu*, *Panſeron*, Ventrioſus, v. **Paunch**.

Pannade, Authori Dict. Angl. apud quem ſolum occurrit, exponitur Equi Generoſi & Ferocis Surrectio, item Laſciviens & Concitatior Greſſus, *à* Fr. G. *Pennader* idem ſignante, ſed primariò Gloriari, ſe Oſtentare, hoc proculdubiò *a* Lat. *Penna*, Metaphorâ à Pavonibus præ Superbia & Laſcivia alas explicantibus ſumtâ.

a **Pannel** *of Wainſcot*, &c. *à* Fr. G. *Panneau*, Operis Contabulati Area, Quadra ſeu Tabula, *à* Lat. *Pannus*, q. d. Pannellus, Metaphora à ſegmento Panni ad Segmentum Ligni tabulati traducta.

the **Pannel** *of a hawk*, vox Falconariorum propria, ni fallor, Ventriculus ſeu Stomachus accipitris, neſcio an *à* Fr. G. *Panne*, Pellis, Membrana, vel *à Panneau*, Quadra, utr. *à* Lat. *Pannus*, Panniculus.

Pannel, Clitellæ, *à* Fr. G. *Panne*, Pellis, Membrana.

Pannier,

Pannier, *à* Fr.G. *Panier*, It. *Paniere*, Corbis, q. d. Corbis Panarius (i. e.) in quo Panis circumfertur.

to **Pant**, *à* Fr. G. *Panteler*, *Pantoiser*, *Pantiser*, Anhelare, Suspirare.

Pantagruelist, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. Ebriosus, Compotor strenuus, Pergræcator, satis manifestè *à Pantagruele* fictitio illo *Rabelaisii* Gigante, cujus Etymon ad risum solum comparatum, si tanti putas, pete ex libro secundo ejusdem *Rabelaisii* Cap. item secundo.

the **Pantas**, *à* Fr. G. *Pantais*, Asthma quoddam, morbus Accipitrum, *à* verbo Fr. G. *Pantiser*, *Pantoiser*, *Panteler*, Anhelare. *Ab* eodem *Panteler*, quod etiam Palpitare, Subsilire & Pulsare signat, oritur nostrum **Pintle**, **Pantle**, ut nos dicimus hîc in agro Linc. *my heart went* **Pintledy**, **Pantledy**, omnia *à* Lat. *Pandulare*, *Pandere*.

Pantch, Storeæ ex funibus, instar Jubarum Equinarum, implexis, & mallei ictibus extensis, quibus vela muniunt ne atterantur, fort. *à* Fr. G. *Pennache*, quia expansæ sunt instar serti Pennarum, v. Dict. Naut.

Panters, *à* Fr. G. *Pantiere*, *Panthiere*, *Everriculum*, *a* **Swoop net**, *à* Gr. Παγδήκη, hoc παρὰ τὸ πάντα δηρᾶν, quia omnia obvia abripit, vox autem in solo Dict. Angl. occurrit.

a **Pantler**, *à* Fr. G. *Panetier*, It. *Panatiere*, Custos panis. Deridiculum deberem si *à* Lat. *Panis*, & Gr. Τηρέω, Servo, Custodio, deflecterem, & tamen hujusmodi nugæ multis in deliciis sunt.

a **Pantofle**, *à* Fr. G. *Pantoufle*, It. *Pantofola*, Crepida seu Soccus, *à* Gr. fonte, q. d. Παντόφλαξ, omnino Subereus, vel *à* Πατέω, Calco, & φελλὸς, Suber, quia olim ob levitatem ex Subere confecti erant.

Pantry, *à* Fr. G. *Paneterie*, It. *Panateria*, *Panara*, *Panaia*, Arca Panaria, Ἀρτοθήκη, nimis manifestè *à* Lat. *Panis*.

Pap, *à* Belg. **Pappe**, Fr. G. *Pappin*, It. *Pappa*, *Poppa*, Lat. obs. *Pappa*, unde Pappare pro Pultem edere, omnia per onomatopœiam *à* voce Infantum ficta, *vide* **Dad**, & *Voss.* in Et. LL. voce *Pappare*.

Paper, *à* Fr. G. *Papier*, Charta, Papyrus, utr. *à* Gr. Πάπυρος, Arundo quædam Ægyptia ex qua olim charta conficiebatur.

Parabien, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, proculdubiò *ab* Hisp. *El Para Bien*, Congratulatio, *dar el Para bien*, Congratulari, credo *ab* AS. & fort. Goth. ant. Fapan, Ire & Bien, Bonum (i.e.) Benè Cessit, vel Benè porrò cedat, v. **Fare**, Ire, & **Fare**, Valere.

a **Parade**, *à* Fr. G. *Parade*, q.d. Parata vel Paratus (i. e.) Apparatus, nobis, parùm deflexo sensu, Ostentatio, Copiarum Lustratio.

a **Paragon**, *à* Fr. G. *Paragon*, *Parangon*, It. *Paragone*, *Parangone*, eximium Exemplar seu Idea, *à* Lat. *Par* vel *Parare*, pro Comparare, & Gr. Ἀγὼν, Certamen; vel, ut ab una lingua originem petam, quod semper ab Etymologo conandum est, *à* Gr. Παρὰ, Juxta, & Ἀγὼν, q.d. quod juxta positum de palma certat.

Paramount, Supremus, credo *ab* obs. voce Fr. G. *Paramont*, quod olim idem signavit, vel *ab* Hisp. *Para*, Ad, & *Montar*, *Amontar*, Ascendere, v. **Mount**.

Paramour, Amasius, credo esse obsoletam vocem Franco-Gallicam *à Parando*, seu Comparando Amorem; Pellicem enim seu Amasium signat.

a **Parapet**, *à* Fr. G. *Parapet*, It. *Parapetto*, Murus Cespititius humilis ad ictus tormentorum arcendos structus, *à* Fr. G. *Parer*, It. *Parare*, Defendere, Protegere, & It. *Petto*, Pectus, q. d. Παρεγχείδιον.

to **Parboil**, *à* Fr. G. *Pourbouiller*, Μολύνειν, seu Semi-Elixare, Semicoquere, vel, ut *Minsevo* placet, q. d. parùm Bullire, vel potius q. d. **Part Boil** (i.e.) Partim seu Imperfectè Coquere, v. **Boil**.

to **Parbreak**, vel *à* Belg. **Braecken**, Teut. **Brechen**, Vomere, vel *à Per* & **Break**, q. d. Erumpere, Prorumpere in Vomitum.

a **Parbunkle**, vox Nautica. Est autem Funis duplicatus quo dolia in sublime attrahuntur, nescio an *ab* AS. & Fr. Th. Bepan, Ferre, & Teut. **Bundel**, **Buntel**, Fascis, Sarcina, Onus, hoc *à* verb. *to* **Bind** quod *vide*, v. & Dict. Naut.

a **Parcel**, *à* Fr. G. *Parcelle*, Portio, hoc contr. *à Particella*, Particula.

Parch, Adurere, Ustulare, fort. *à* Lat. *Percoquere*. Si Græcus essem audacter deflecterem *à* Gr. Πίρκος, Niger, Nigris maculis aspersus; Adusta enim & Ustulata Furvum & atrum colorem contrahunt. Alludit & Πρήθω, Incendo. Non absurdum esset si declinarem *à* Belg. **Barcken**, **Bercken**, Decorticare, Delibrare arborem; Cortex enim arboris, ut & Cutis animalis si aduratur abscedit & separatur, v. **Bark**.

Parchment, *à* Fr. G. *Parchemin*, It. *Pergamina*, *Bergamina*, Teut. **Pergament**, omnia *à* Lat. *Pergamena*, supple charta, quoniam ejus usus primò *Pergami* in Asia minori inventus est *ab Eumene* Rege, cum à *Ptolemæo* Ægypti Rege Papyrum, quæ in sola Ægypto crescit, in Asiam transportare interdictum esset.

Pardon, *à* Fr. G. *Pardon*, It. *Perdono*, Venia, Fr. G. *Pardonner*, It. *Perdonare*, Ignoscere, q. d. Lat. *Perdonare* (i. e.) prorsus Condonare.

to **Pare**, Recidere, Præcidere, *Minsh.* deflectit *à* Lat. *Separare*, credo potiùs à Lat. *Parare* vel *Præparare*, quia sc. dum aliquid scindendo in aptam figuram redigimus & concinnamus Fr. G. *Parer* dicitur, ut ubi *Parer les Ongles*, idem sonat quod Callum ungulæ equinæ eò usque Præcidere & Circumcidere, ut soleas equo accommodare & coaptare possimus. Alludit Gr. Πάρω, Transeo, vel Παρὸς, Mutilus, Παρόω, Mutilo.

Pareil, *a letter* **Pareil**, vox Typographorum propria, *à* Fr. G. *Pareil* idem signante, hoc *à* Lat. *Parilis*.

Parentage, Genus, Stirps, *à* Fr. G. *Parentage*, It. *Parentaggio*, *Parentado*, Cognatio, Affinitas, Consanguinitas, hoc *à* Fr. G. *Parent*, It. *Parente*, Cognatus, Affinis. Parentes autem pro Cognatis labente Imperio in usu esse cæpit, v. *Salmas.* in Jul. Capitol. vitâ D. Marci Aug.

Parget, Parietes Cœmento Incrustare, *Salmasio* Opus Tectorium, Gr. Παργάσσω dicitur, v. *Flav. Vop.* vitâ D. Aurel. Aug. cum notis *Salmas.* q. d. Lat. *Parietare*. *Pargetter* autem videtur olim fuisse vox Fr. G. licet jam cum multis aliis in desuetudinem abierit.

a **Parish**, *à* Fr. G. *Paroisse*, Curia, non ut Lat. Barb. scribunt à *Parochia*, sed *Paræcia*, Gr. Παροικία, Accolatus seu Sacra Vicinia, quot sc. sub unius Curionis seu Sacerdotis tutela in rebus sacris constituti sunt.

Park, *ab* AS. Peappoc, Peappuc, Belg. **Paerck**, Teut. **Pferch**, Fr. G. *Parc*, It. *Parco*, Saltus, Septum ferarum, Vivarium, fort. omnia à Gr. Φρκ addito digamma Æolico.

Parliament, *or rather* **Parlement**, parùm deflexo sensu *à* Fr. G. *Parlement*, hoc autem Franco-Gallis Curiam seu Tribunal Provinciale, nobis Conventum ordinum seu Comitia totius Regni designat, *à* Fr. G. *Parler*, Loqui, sic dictum, quia in hoc & ordines inter se, & cum Rege de re & salute publica colloquuntur, & in commune consulunt.

Parlour, Triclinium, *Adr. Jun.* Cœnatio, *à* Fr. G. *Parloir*, It. *Parlagio*, *Parlaggio*, *Parlatoio*, locus ad colloquia familiaria destinatus, hæc *à* verb. Fr. G. *Parler*, It. *Parlare*, Loqui. Datur & C. Br. *Parlur* idem ex amussim cum nostro **Parlour**, sed à nostro proculdubiò fonte haustum.

to **Parly**, *à* Fr. G. *Parler*, Loqui, Colloqui, nobis de articulis seu conditionibus pacis Disceptare: *Parler* autem dicitur quasi *Paroller*, *à* nom. *Parolle*, Vocabulum, *Parolle* autem *à* Lat. & Gr. *Parabola* deflectitur.

Parma city, corruptum à *Sperma Ceti*, quia olim Sperma Balænæ creditum est, nunc autem in Balænæ capite reperiri certum est, *Minshew* ridiculè à Civitate *Parma* dictum putat.

Parmesan, *à* Fr. G. *Parmesan*, It. *Parmegiano*, Caseus Parmensis, à *Parma* seu potiùs *Placentia*, sed eidem Principi subdita, Insubriæ urbe advectus.

Parnel, Impudica Puella, *Minsh.* deflectit à Πέτρα. Ego mallem contractum à *Petronilla*, nomen enim **Parnel** Petronillæ respondere etiam pueris notum est.

Parol, *à* Fr. G. *Parole*, Verbum, Vocabulum, hoc ut & Verbum *Parler* à *Parabola*, Parabolare, unde & C. Br. *Parabl*, Sermo. Sic in bello ubi Captivus ab hoste dimittitur, fide datâ se rediturum intra conditum tempus, nisi parùm sibi Captivum pro se commutandum à Rege suo, vel Lytrum constitutum à suis impetraverit, dicitur **released upon Parol**, item Testamentum Nuncupativum *a* **Will Parol** appellatur, q. d. Testamentum Verbale.

a **Parrat**, contractum *à* Fr. G. *Parroquet*, *Perroquet*, Psittacus, secundùm *Menagium ab* ant. *Perrot*, quod parvum Petrum signat, quo nomine Psittacos, ut Arietes *Roberti*, Graculos *Richardi* vulgus appellitabat.

Parrels, vox Nautica, credo *à* Fr. G. *Appareil*, Apparatus, v. Dict. Naut.

to **Parse**, Particulatim Construere, vel, quod *Minsevus* vult, q. d. in partes scindere (i. e.) singula per se Examinare, vel *à* verbo *to* **Pierce**, Penetrare.

Parsly, C. Br. *Persli*, credo à nostro fonte, Fr. G. *Persil*, Apium Hort. seu Σέλινον antiquorum, corruptum *à* Gr. Πετροσέλινον (i. e.) Apium Petrosum, cum Apium longè alia planta sit quàm *Petroselinon*, & non locis Petrosis, sed Planis gaudeat, imò Petroselinum verum in regione nostra non crescit, & Apium officinarum, quod vulgò **Smallage** dicitur, antiquorū Eleoselinon

seu

seu Apium Palustre fuit, Gazæ Paludapium.

Parson, q. d. **Parishon**, Ecclesiastes, Curio, Lat. Barb. *Parochianus*, potiùs Parœcus seu Parœcianus (i. e.) Parœciæ Pastor, v. **Parish**. Doct. *Th. H.* deflectit à Fr. G. *Parochien*, sed vox apud *Cotgravium* non occurrit, & longè vulgatius Curè eodem sensu usurpatur.

to **Part**, Separare, à Lat. *Partiri* (i. e.) Dividere.

Partage, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, proculdubiò à Fr. G. *Partage*, Divisio, hoc à Lat. *Partiri* & *Pars*.

Partial, It. *Partiale*, q. d. Partialis (i. e.) Partium nimis studiosus.

Partisan, à Fr. G. *Partisan*, It *Partaggiano*, Particeps, sc. qui eidem parti seu factioni adhæret.

Partizin, *Adr. Jun.* Gæsum vel Gesum, à Fr. G. *Pertuisane*, Hisp. & It. *Partesana*, It. *Pertugiana*, *Parteggiana*, Hasta Cuspidata, non, ut *Minsæo* placet, à *Partho* inventoribus, sed *ab* It. *Pertugiare*, Perforare, hoc à Lat. *Pertusare* freq. verb. Pertundere, unde & Fr. G. *Pertuis*, Foramen, q. d. Pertusum, hoc armorum genus Gr. rec. πελεκὺς dicitur.

Partlet, vetus vox pro Sudario, præsertim quod circa collum gestatur, *Adr. Jun.* Amictorium. *Minsæo* dictum putat quasi **Portelet** quod circumfertur, vel, ut melius divinat *Cowell*, à verbo *to* **Part**, quia facilè separatur à corpore.

Partner, à Belg. **Paertenaer**, q. d. Partiarius, Partinarius, vel à Fr. G. *Personnier*, Particeps, vel, quod omnium verisimillimum est, **Partner** dicitur quasi **Part-Owner**.

a **Partridge**, à Fr. G. *Perdrix*, It. *Pernice*, à Lat. & Gr. *Perdix*, v. *Voss.* in Et. LL. voce *Perdix*.

a **Party**, à Fr. G. *Parti*, *Partie*, It. *Partito*, Factio, omnia à Lat. *Pars*, Partes.

Party per bend. Fr. G. *Partie par Bende*, It. *a Partite di Benda*, ut contra *a Partite di Fascie*, **Party per Fesse**, *a Partite di Pali*, **Party per Pale**, Fr. G. *Partie par Fesse*, & *Partie par Pal*, Termini Fœcialium.

Party per Pall, vox Fœcialium, à Fr. G. *Palle* idem, *vide* vocem proximè præcedentem.

Path, Elido, Contero, fort. deflectitur à Gr. Πατέω vel Πατάσσω, Percutio. Mallem tamen, quia Belgæ nobis quàm Græci vicinores sunt, mallem, inquam, deducere à Belg. **Persen**, Prælo premere, vel *ab* It. *Pestare*, hoc à Lat. *Pistare*, frequentativo verbi Pinsere. Imò potiùs à sono per onomatopœiam quàm à Græcia Etymon peterem.

Pasquil, *ab* It. *Pasquino*, Nota Statua, seu potiùs Truncus statuæ Romæ quæ olim Herculis fuisse creditur, & cui libelli famosi affigi solent, nobis, lenissimè deflexo sensu, pro Libello ipso famoso usurpatur. *Pasquino* autem contractum credo à Prænomine *Paschalino* hoc dimm. prænom. Paschalis.

to **Pass**, *well to* **Pass**, *I am come to a fine* **Pass**, à Teut. **Wohl zu Passe**, Sanus, Alacer, **Wohl zu Passe seyn**, Benè Valere, Benè se habere. Aliquis me Ἑλληνόπτῳ deflecteret à Gr. Πάσχω, in his locutionibus Πάσχω εὖ τὸ, hoc mihi accidit τὸ δὲ ἀν καὶ πάθοι τις ἐπὶ τούτῳ vel ἐπὶ τούτοις. Quid ageres vel faceres, quomodo afficereris si? Ego mallem deducere *ab* alt. **Pass**, Metaphorâ sc. à viis angustis, periculosis juxta præcipitia, sumtâ.

to **Pass**, à Fr. G. *Passer*, It. *Passare*, Incedere, Transire, Fr. G. *Passable*, Tolerabilis, *Passage*, Translitus, *Passageur*, Portitor, Περάθμιος, *Passant*, Transiens, Ambulans, vox Fœcialium. *Menagius* vult dici *Passer* quasi Passis (i. e.) divaricatis seu Pansis cruribus Ambulare, v. **Pitch**. Simplicius est Etymon à Lat. *Passus*, & inde *Passare*.

Passade, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. Eleemosyna seu Stips Viatori, seu Mendico collata, item artificiosa Equi prorsum & retrorsum Directio, à Fr. G. *Passade* idem signante, *Passada* etiam Hisp. Passum seu Gressum designat, v. **Pass**.

Passage, à Fr. G. *Passage*, It. *Passaggio*, Translitus, utr. à Lat. *Passus*.

Passant, vox Fœcialium, Fr. G. *Passant*, v. **Pass**.

a **Passartuo rope**, vox Naut. v. Περας α'ὸ tua rope, & Dict. Naut.

Passenger, à Fr. G. *Passager*, It. *Passaggiere*, Viator, v. **Passage** & **Pass**.

Pass-over, Pascha, v. **Pass** & **Over**, Sic dictum, quia Angelus Vindex Transiit seu Præteriit domos sanguine agni consperfos, *ab* Hebr. *Pesah*, Transire, ubi notare est miram nostri **Pass** & Hebr. *Pesah* Παρέρχεσθαι.

Passport, à Fr. G. *Passe-port*, It. *Passaporto*, Commeatus, Salvus. Conductus, ut vulgò Barbari loquimur, sc. Transeundi Portus seu Portas Venia seu Licentia.

Pastime, à Fr. G. *Passetemps*, It. *Passatempo*, Lusus. *Salmas.* not. in Æl. Spart. vitâ Æl. Adr. Aug. Oblectamentum seu Διαγωγή. *Passatempo* autem Italis Patavinis Ὀνειδισμὸν significat.

Pastvolant, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exponitur Supposititius quidam, Personatus, Conductitius & Temporarius miles, qui die lustrationis exercitûs à Centurione ad supplendum numerum certâ mercede conducitur, posteà dimittendus, *a* Fr. G. *Passer* & *Voler*, Progredi & Volare (i. e.) qui hodiè inter milites graditur, cras avolaturus.

Past, à Fr. G. *Paste*, It. *Pasta*, Lat. Barb. etiam *Pasta*, omnia à Lat. *Pascere*, *Pastus*, hinc nostrum **Pastry**, It. *Pasticciaria*, locus ubi *Pasta* conficitur.

the **Pasterns** *of a horse*, Fr. G. *Pasturon*, *Paturon de Cheval*, It. *Pastora*, *Pastoia*, *Comenio* Suffrago, unde verb. It. *Pastoiare*, Compedibus intercipere, It. autem *Pastora* & *Pastoia* orta videntur à verb. *Passare*, q. d. *la giontura Passatora* vel *Passatëa* (i. e.) Articulus Ambulatorius, cujus potissimum adminiculo equus graditur.

Pasture, à Fr. G. *Pasture*, It. *Pastura*, Pascuum, q. d. Lat. *Pastura*, Pastus.

a **Pasty**, à Fr. G. *Pastè*, It. *Pasticcio*, Ἀρταλάριον, unde **Pasterer**, Fr. G. *Pastissier*, It. *Pasticciere*, *Pasticciaro*, Coquus Crustularius.

Pat, Idoneus, Accommodus, quod optimè Quadrat, à Belg. **Pas**, Commoditas, **te Pas komen**, Commodùm, Numero, Tempestivè, Opportunè Venire seu Accidere. Posset etiam per Metathesin deflecti à Lat. *Aptus*. *Mer. Cas.* deducit à Gr. Ἁρμόττω.

a **Pat**, à Fr. G. *Bat*, Ictus, vel à *Patte*, Ungula, Pes, Unguis, hinc *to* **Patter**, Pede percutere. Datur & Lat. *Batuere*, omnia fort. à Gr. Πατάσσω, Percutio, vel à Πατέω, Calco, Protero.

Patacoon, Nummus quidam scuto nostro æqualis, vox mercatoribus usitatissima *ab* Hisp. & Lusitan. *Patacon* & *Pataca* idem signante, nescio an utr. *ab* Hisp. *Patache*, Celox sc. à naviculæ signo huic numismati olim impresso.

Patart, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, à Fr. G. *Patart*, qui est Nummus quidam Belgicus Stufero Hollandico, Solido Gallico & nostro Denario suppar, nescio an à Fr. G. *Bastard*, Spurius, q. d. Nummus Spurius seu Adulteratus, & sanè metalli vilitas id Etymon planè meretur.

to **Patch**, vel à Dan. **Pudtzer**, Interpolo, Resario, vel *ab* It. *Pezzo*, Pars, Particula, Segmentum, *Pezzare*, Resarcire, v. **Peece**. *Minsh.* deflectit à Teut. **Bletsch**, quod nusquam gentium occurrit. Certè cognatæ voces **Bletz**, Segmentum, Frustum, & **Bletzen**, Sarcire, quæ ipsi credo errorem pepererunt, inveniuntur. Datur & Lat. *Patagium*, quod à *Turnebo* exponitur id quod ad summam tunicam assui solebat, velut Instita quædam Inaurata, & secundùm *Scal.* in Conject. in Varr. idem erat honestis Matronis quod Clavus viris, *Mer. Cas.* deducit à Gr. Πετάλιον.

Pate, Caput, vel unius literæ **T** in **P** mutatione à Fr. G. *Teste*, Caput, *Teste*, enim truncato s, & e latiùs prolato à Gallis tanquam *Tate* pronunciatur, vel potiùs à Lat. *Patina*, **Pate** autem credo, ut & dictum Fr. G. *Teste*, primariò & originariò Cranium, posteà deflexo leniss imè sensu, Caput notavit, & nos Cranium, **Brain-pan** (i. e.) Cerebri patinam appellamus.

Patee, cross Patee, Fr. G. *Croix Pattee*, sic dicta, inquit *Gwillim*, quia extremitates ejus sunt Patulæ, q. d. *Crux Patula* (i. e.) Lata & Expansa. Mallem à Fr. G. *Pattè*, Ungulæ in modum expansum, hoc à nom. *Patte*, Ungula, vel *Pate*, Bractea vel Lamina ferrea.

Patelin, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, proculdubiò à Fr. G. *Patelin*, Adulator, Assentator, Impostor, Blatero, Garrulus, à verbo *Pateller*, Garrire instar avicularum, modulos suos repetentium, hoc à sono fictum ut nostrum **Chatter**,

Path, *ab* AS. Paþ, Paat, Paad, Belg. **Pad**, **Pat**, Teut. **Pfad**, Callis, Semita, omnia à Lat. *Batuere*, q. d. Via Calcata, Trita, **Beaten way**, hoc à Πατέω, Feliciss imè alludit Gr. Πάτος, Via, Πατέω, Calco.

Patonce, cross Patonce, vox Fœcialium, q. d. *Crux Patens*, vel Patula, inquit *Morgan* lib. 2. cap. 1. p. 13. Potiùs à Fr. G. *Potence*, Fulcrum, *a* **Crutch**.

to **Patter**, v. **Pat** & **Potter**.

Pattern, à Fr. G. *Patron*, Belg. **Patroon**, Exemplar item Archetypon, Prototypon, in rebus venalibus Digma. Dicitur autem Archetypum Patronus, fortean quia Archetypum omnia expressa, inde Exemplaria seu Apographa tanquam Patronum clientes sequuntur.

Pattin

Pattin vel **Patten**, à Fr. G. *Patin*, It. *Pattini*, n. pl. Dan. **Patine**, Ciceroni Calopodium (i.e.) Soleæ Ligneæ, Festo Calones, *Plauto* Baxeæ. *Minsh.* deflectit à Gr. Πατέω, Calco, fort. melius à Lat. fonte derivari possit, q. d. *Pedina* (i. e.) Loculus pedis. *Spelman* minore cum verisimilitudine deducit, à Fr. G. *Potence*, Furcula Subalaris quâ claudi dum incedunt se suffulciunt, a **Crutch**, v. eundem voce **Potences**, v. & **Potent**, **Counterpotent**.

to **Pave**, à Fr. G. *Paver*, Lapidibus sternere, à vet. Lat. *Pavire*, Percutere, quod à Gr. Παίω ortum ducit, hinc **Pavement** Pavimentum, quia sc. lapides magnis ictibus in terram adiguntur.

a **Pavese**, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, à Fr. G. *Pavois*, It. *Paveſe*, *Paveſce* item *Palveſe*, Clypeus quidam magnus qui totum corpus protegit, vel à Ticino seu Papia Longobardorum urbe, olim Regiâ, quæ Italis hodiernis *Pavia* dicitur, q. d. Clypeus Papiensis, vel, si literæ *l* in *Palveſe* ratio habenda sit, à Fr. G. *Parer*, It. *Parare*, Defendere, Protegere, Ictum eludere, & It. *Viſo*, Vultus, Facies, quia sc. Faciem tegit.

Pavilion, à Fr. G. *Pavillon*, It. *Padiglione*, Tentorium ab animali cui *Papilio* nomen est, cujus alæ expansæ Tentorii speciem exhibent. Vox autem *Papilio* pro Tentorio videtur in usum irrepsisse declinante Imperio. Invenitur enim apud *Æl. Lamprid.* vitâ Alexandri Severi Aug. item apud *Vegetium* & *Isidorum*.

the **Pavin** *dance*, à Fr. G. *Pavane*, It. *Pavana*, Tripudii modulati genus. *Minsh.* deflectit à *Paviendo* (i. e.) Percutiendo terram. Credo potius dictum à *Papiâ* seu Ticino Longobardorum urbe, olim Regiâ, quæ nunc Italis *Pavia* dicitur, q. d. Tripudium Papiense.

a **Paunch**, à Fr. G. *Panse*, *Panſe*, Hisp. *Panza*, It. *Pancia*, Belg. **Panse**, **Pense**, Teut. **Pantz**, Lat. *Pantex*, Venter, q. d. Panticia, vel, secundùm *Scal.* a *Pane*, q. d. Panicia, vel secundùm *Voss.* a *Pandendo*, qui antiquis Pantices Intestina in genere, vel saltem pelliculata illa intestina quæ ob multiplicia volumina seu pagellas Belgis **t**, **Boek** appellantur, sc. Intestina tenuia seu Lactes signâsse autumat, v. eundem in Et. LL. voce *Pantices*.

a **Pavy**, fructus è Persicorum genere, à Fr. G. *Pavie* idem signante, credo sic dictum quia è *Papia*, vel Ticino Italiæ urbe primùm in Galliam transplantatum est.

a **Paw**, C. Br. *Pawen*, Ungula, Manus, à Fr. G. *Patte*, Hisp. *Pata*, Unguis, Pes, putà Bruti, Belg. **Poot**, Pes avium vel minorum Quadrupedum, quod *Fr. Jun.* deflectit à Gr. Πάτος.

the **Pawl**, Ferramentum parvum in navi, nescio an à Lat. *Paulus* pro *Parvus*, an à Prænomine *Paulus*; certum autem est tum bruta, tum etiam res inanimas sæpe humanis nominibus appellari, v. Dict. Naut.

Pawn, à Belg. **Pand**, Teut. **Pfand**, Fr. G. *Pan*, It. *Pegno*, Pignus, Belg. **Panden**, Teut. **Pfanden**, Pignorare, Oppignorare, omnia à Lat. *Pignus*.

a **Pawn** *at chess*, à Fr. G. *Pion*, It. *Pedina*, *Pedone*, Latrunculus, q. d. *Pedito* (i. e.) Pedes seu Miles Gregarius.

to **Pay**, à Fr. G. *Payer*, It. *Pagare*, Solvere, hoc à Lat. *Pacare* (i. e.) Satisfacere.

to **Pay** *for to* **Beat**, fort. à Gr. Παίω, Percutio, nisi malis deducere *ab* alt. **Pay**, pro Solvere, q. d. Debita Verbera solvere, per Metaphoram, quod sanè longè probabilius.

to **Pay**, vox Nautica. Nautis autem significat Picem incutere, à Fr. G. *Poix*, Pix.

Peace, à Fr. G. *Paix*, utr. à Lat. *Pax*.

a **Peach**, à Fr. G. *Peſche*, It. *Peſca*, utr. à Lat. *Persica* arbor, Persicum supplè Malum, Fructus.

a **Peacock**, *ab* AS. Papa, apud *Ælfricum* Pape, Dan. **Paafugl**, Belg. **Pauw**, Teut. **Pfaw**, Fr. G. *Paon*, It. *Pagone*, *Paone*, *Pavone*, omnia à Lat. *Pavus*, *Pavo*, & hoc à Gr. Ταὼς, quod, ni fallor, à Τάω, Extendo ab Extentione, sc. seu Explicatione alarum ortum ducit.

Peak, Extuberantia, Acumen, Peac autem ant. Saxonibus, ut Hispanis *Pico* altum Montem in Conum assurgentem denotat, ut *Pico de Tenariffa*, & nostrum **Peak** *in Derbyshire*, credo sic dictum, quia instar Hastæ seu Sagittæ acuminatur, v. **Pike** & **Piked**.

a **Peaking** *fellow*, *ab* Hisp. *Pequenno*, It. *Piccino*, *Piccinino*, Parvus, utr. ni fallor, à Lat. *Paucinus*, Paucus, vel *ab* AS. Pæca, Deceptor.

a **Peal** *of bells*, Campanarum musica Pulsatio. *Minsh.* deflectit à Fr. G. *Appeller*, quia populum ad Templum vocat. Alludit Gr. Πάλλω, Vibro, Quatio, Agito.

Pean, vox Fœcialium quo nomine, ni fallor, appellatur color ex nigro & Luteo mixtus, fort. q. d. Fr. G. *Couleur de*

Paon

Unable to display this page

Attollere, q.d. oculos in aliquid Attollere.

a **Peer**, à Fr. G. *Pair*, *Budeo*, Patritius, utr. à Lat. *Par*; quia sc. hujusmodi Patritij & olim fuerunt, & nunc sunt, inter se Pares. Olim apud Gallos 12 fuerunt Principes maximæ dignitatis, sex Ecclesiastici & totidem Sæculares, nunc longè plures sunt, aucto pro arbitrio Regis numero. Apud nos autem omnes Barones majorum Gentium, qui jus sedendi & suffragia ferendi in camera Parliamenti superiori habent, pares censentur.

Peer, Agger seu Portus Factitius fluctibus objectus, Cothon, vel à Lat. & Gr. *Pharus*, vel quod mihi verisimilius sit, *ab* AS. Beorg, Teut. **Berg**, Dan. **Bierg**, Tumulus, Collis; est enim Tumulus Factitius. Datur & AS. Pep, Pepe, Pila, Pes pontis, exponitur etiam *Somnero* hâc eâdem voce à **Peer**, credo ortum à dicto *Pila*. *Mer. Cas.* deducit à Gr. πυρά.

Peevish, Iracundus. *Minsh.* deflectit à Teut. **Viehisch**, Pecuinus, à **Vieh**, Armentum, q. d. instar Jumenti vel bestiæ Furiosus, Immodicâ irâ ultra omnes Rationis limites abreptus, vel, ut scitissimè pro solito divinat Doct. *Th. H.* q. d. **Beerish**, ut eodem sensu dicimus **Waspish**; Omnes autem cutis nostræ damno sensimus quàm facilè Apes & Vespæ irritentur.

Peg, Impages, item Verticillum, seu Vertibulum Citharæ, Κόλλαβος, Κόλλιξ. Si Græcus essem deflecterem à πηγνύω, πήγνυμι, Dor. πάγω, Pango, Figo. Interim mallem deducere *ab* AS. Pric, Acicula, & hoc à Lat. *Spica*.

Pego, *ab* It. *Pega*, Penis, vel potiùs à nostro **Peg**, q. d. Impages Virilis. It. autem *Paga* credo ortum à Gr. πυγὴ, Nates, omnino ut Teut. **Schwantz**, quod primariò caudam notat, etiam pro Cole virili usurpatur.

Pelf, vox ἰκμαιοτικὴ propria, & videtur Esca accipitris. Nescio an à Lat. *Puls*, Pultis.

Pelf, nobis Divitiæ à Fr. Norm. *Pesse*, idem quod **Peipery**, quod vide: vel potiùs *ab* AS. Fela, Feo, Multa pecunia seu multum pecuniæ, *v.* **Fee**.

Pellet, q. d. Fr. G. *Ballette*, parva Pila, *v.* **Ball**. Datur & Hisp. *Pella* pro Globulo vel parva Pila, quod ideò mallem à Lat. *Pila*, quàm cum *Minsæo* à Pellendo declinare.

Pell-mell, à Fr. G. *Pesle*, *Mesle*, Confusim, sine ullo Ordine, à Fr. G. *Pesles*, Flocci & *Mesles*, Mixti, q. d. floccis invicem mixtis, *Pesles* autem à Lat. *Villi* ortum credo.

Pell-mell, à Fr. G. *Palemaille*, It. *Palamaglio*, Hisp. *Palamallo*, Lusus quidam, à **Pale** ant. seu **Balle** Pila, & ant. *Maille*, Malleus, quia in hoc ludo pila malleo percutitur.

Pelt, à Belg. **Pelt**, Teut. **Veltz**, AS. Pylche, Fr. G. *Pellice*, *Pelisson*, It. *Pelliccia*, Vestis ex Pellibus facta, omnia satis manifestè à Lat. *Pellis*.

to **Pelt**, missilibus, putà Lapidibus, aliquem Petere, Impetere, Impluere, fort. à Teut. **Poltern**, Pulsare, Strepitum edere, Alludunt βάλλω, Jacio, & πάλλω, Vibro, Quatio, Agito. *Mer. Cas.* deflectit à παλτὸς, Vibratus, item Jaculum, Tragula, Pilum, vel à πάλλω, Percutio, *v.* **Pall**.

a **Pen** *for a Sheep*, Ovile, Caula, *ab* AS. Pynban, Includere.

Pencil, à Teut. **Pensel**, **Pinsel**, Fr. G. *Pinceau*, Lat. Barb. *Penicillum*; nam classica antiqua vox hoc saltem sensu non est. Mallem igitur cum *Ovidio* Lat. Graphium, Gr. γραφεῖον, γραφίδα appellare, *v. Voss.* in Et. LL. voce Penis.

Pendant, Inauris, Ἐνώτιον, à Fr. G. *Pendant*, q. d. Pendens, (i. e.) Appendix quia sc. *ab* Aure *Pendet*.

a **Pendant**, à Fr. G. *Pennon*, It. *Pennone*, Hisp. *Pendon*, Vexillum, hoc vel à *Penna*, vel à *Pendendo*; si à *Penna*, ut videtur innuere modus scribendi Gallicus & Italicus, ideò sic dicitur, quia instar Pennæ in aere volat, & ad quemvis venti motum huc illuc impellitur; si à *Pendendo*, ut noster & Italicus arguit, adhuc manifestius est Etimon, quia sc. in aere revera Pendet.

Pendloches, vox quæ mihi in solo, Dict. Angl. occurrit, & est vox pura puta Franco Gallica, exponitur Gemmæ quæ dependent, à Lat. *Pendicula*, seu Appendiculæ.

Penk, alio nomine **Pinew** dictus, nescio an *ab* It. *Pinco*, Penis, *ab* aliqua sc. Penis similitudine, q. d. Lat. *Penicus*, *v.* **Pinnow**.

Pennance, à Fr. G. Vet. *Penence*, unde etiamnum in usu est *Penéncier*, Sacerdos, qui pœnitentiam imperat, utr. contr. à Lat. *Pœnitentia*.

a **Pennant**, q. d. **Pendant**, magnus rudens quo graviores merces in navem tolluntur, *Minsheu*.

a **Pennon**, à Fr. G. *Pennon*, Sericum, vel Linteum

Linteum summo vexilli baculo appensum, *v.* **Pendant.**

Penny, *ab* AS. Peny, Peneg. Denarius, Belg. **Penninck.** Teut. **Pfenning, Gotts Pfenning,** nobis etiam **Gods-Penny,** Arrah, Dan. **Penge, Pending,** Suecice **Penning,** Pecunia generatim, Dan. **Hede Penge,** præsenti Pecuniâ, nec absurdum est hæc omnia derivare *à* Lat. *Pecunia.*

Penoncels, vox Fæcialium, *à* Fr. G. *Pennoncel, Pennonceau,* Plumula, *Pennon,* Pluma, *a* Lat. *Penna, v.* **Pennon** & **Pendant.**

Pensioner, qui in Hospitio statо precio seu mercede victitat, *à* Fr. G. *Pension,* Lat. *Pensio,* quia sc. pro cibo pecuniam pendit, hinc & **Pensioner,** qui Stipendium, seu pensionem *à* Rege accepit, Regis Satelles Honorarius.

Pensive, *à* Fr. G. *Pensif,* Cogitabundus, hoc a verb. *Penser,* It. *Pensare,* Cogitare, utr. *à* Lat. *Pensare,* Pendere, Expendere, sc. animo.

Pent, part. verbi *to* **Pin,** quod *vide.*

Penthouse, *à* Fr. G. *Apentis, Appentis,* It. *Pendice,* Suggrunda, utr. *à* Lat. *Pendere,* q. d. Appendix domûs.

People, *a* Fr. G. *Peuple,* Teut. **Volck, Pöbel,** omnia *à* Lat. *Populus.*

Pepper, *à* Belg. **Peper,** Teut. **Pfeffer,** Fr. G. *Poivre,* It. *Pepe, Pevere, Pevero,* Dan. **Peber,** omnia *à* Lat. *Piper,* vel Gr. πίπερι, & hoc originaliter Barbarum Indicum proculdubiò vocabulum.

Peradventure, It. *Peraventura,* Fortasse, q. d. per Fortunam, *v.* **Adventure.**

Perceive, *à* Fr. G. *Appercevoir,* utr. *à* Lat. *Percipere.*

Perdu, *to lye* **Perdu,** vox Castrensis, *à* Fr. G. *Sentinel,* Perdus, q. d. Perditi, ut nobis *the* **Forlorn-Hope.** Sic autem dicuntur Acies prima seu Milites Selecti primâ exercitûs fronte dispositi ad excipiendum hostium impetum, maximo sui cum periculo, eóque tanquam in certum exitium ruerent, satis eleganti vocabulo *Perditi,* deplorati & quasi jam occisi appellantur.

Perform, *ab* It. *Performare,* Præstare, Effectum dare, q. d. Lat. *Performare* (i. e.) Implere, Complere, Perficere, sc. ad formam seu perfectionem perducere; vel, quod non multò minùs verisimile, est *à* Fr. G. *Parfournir,* Implere, Complere.

Perfume, *ab* Hisp. *Perfume,* Fr. G. *Parfum,* It. *Profumo,* Suffitus, Suffumigium, Hisp. *Perfumar,* Fr. G. *Parfumer,* It. *Profumare,* Suffire, Suffumigare, q. d. Lat. *Perfumare,* vel *Profumare,* (i. e.) Fumo vel Vapore afflare.

Perhaps, Fortè, Fortean, Forsan, Forsitan, *à Per* & **Hap,** vel **Happen,** quod *vide.*

Peril, *à* Fr. G. *Peril,* It. *Periglio,* utr. *à* Lat. *Periculum.*

Periwig, *à* Fr. G. *Perruque,* Capillamentum Sutile, Capillus Ascititius, Capillitium, Crinis Addititius, Galericulum, Coma Adulterina, quibusdam, nescio an benè, Caliendrum, secundùm *Budæum* apud *Demosth.* περὶ παραπρεσβ. πολίτου, κλοπῆ ἐπιτιμίου. *Menagius* deflectit *à* Gr. περίκη, pro κυνάκη, quod idem sonat. Possim &, si ludere liberet, deducere, *à* Gr. περιοχὴ verbali verbi περίχω, Circundo, Cingo, q. d. quod Caput Circundat, ut Fr. G. *un Tour.* Vide *Budæum* Annot prior. in Pandectas Edit. Basil. anno 1534. pag. 763.

Periwinkle, Cochleæ marinæ species, nescio an *à* Gr. περιοχὴ, Circuitus sc. *à* Contorta figurâ.

to **Perk** *or* **Pirk** *up,* q. d. *to* **Pearch** *up,* Metaphorâ ab avibus super Perticas Stantibus sumptâ, *v.* **Pearch.** Alludit Gr. ὑπερέχειν.

a **Perpender,** *or* **Perpent** *stone,* vox Architectonica *Vitruvio* Lapis Frontatus, qui utrinque lævigatus parietis crassitudinem exæquat, διάτονος λίθος, Fr. G. *Perpins, Perpeignes,* credo *à Per* & *Pendeo.*

a **Perrier,** *à* Fr. G. ant. *Pierriere,* quod jam hoc sensu in usu esse desiit, It. *Petriero,* Tormentum ad lapides jaculandos, hæc *à* Fr. G. **Pierre,** It. *Pietra,* Lapis, utr. satis manifestè, à Lat. & Gr. *Petra,* Gr. πέτρος.

Perry, *à* Fr. G. *Peré, Poiré,* q. d. Vinum *Pyraceum* seu *Pyraticum* Sancto *Hieronymo, v.* **Pear.**

Perse *colour,* vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit exp. Color Cæruleus, q. d. Color *Persicus,* fort. quia *Persæ* eo colore delectantur. Nec novum est colores *à* gentibus denominari, ut Color *Baticus* ab Hispania *Batica.*

Perses, Fructus è Perlicorum genere, *v.* librum *The French Gardiner* dictum, hoc nimis manifestè *à* Lat. *Persicum* ortum ducit.

Personage, *à* Fr. G. *Personnage,* It. *Personaggio* utr. *à* Lat. *Persona.*

Pert, *à* Fr. G. *Appert,* Peritus, Habilis, Agilis, Dexter, Promtus, C. Br. etiam *Pert,* quod *Davisius* exponit Trossulus, Nitidulus, Elegatulus, non Dubito quin vox *à* nobis profecta sit. *Mer. Cas.* deflectit nostrum Pert *à* Gr. περίλεος. Sed unde, inquies, Fr. G. *Appert,* credo dictum quasi *Aperitus.*

Pertain, *à* Lat. *Pertinere, v.* **Appertain.**

Peruques,

Peruques, vox Fœcialium, pura puta Franco-Gallica, idem quod **Periwig**, quod *vide*, *vide* & *Gwillim* pag. 174.

Peruſe, Perlegere, à *Per* & **Uſe**, quod *vide*.

to **Peſter**, Vexare, Moleſtiâ afficere, *à* Fr. G. *Empeſter*, Turbare, Opprimere, Intricare, vel *Peſtrir*, Subigere panem, hoc credo *à* Lat. *Piſtare* (i. e.) Pinſere ſeu Contundere. *Mer. Caſ.* deflectit *à* Gr. πάσσω. Sed unde, inquies, Fr. G. *Empeſter*, proculdubiò *ab* It. *Impeſtare* ſeu *Appeſtare*, *Peſte* inficere, deflexo aliquantùm ſenſu, q. d. Peſtem (i.e.) magnum malum inferre.

a **Peſtle**, *à* Fr. G. *Piſteau*, It. *Piſtello*, *Peſtello*, à verbo *Peſtare*, Conterere, utr. *à* Lat. *Piſtillum*, hoc à *Pinſendo*.

a **Petard**, vox Caſtrenſis, *Dhuezio* Crepitaculum Tormentarium, vel Inſititium Tormentum, *Strade* longè feliciùs Pyloclaſtrum, *à* Fr. G. *Petard*, *Petart*, It. *Petardo*, Teut. **Pedard**, Ἐλέπολις, Machina ſc. Ignivoma quæ exploſa portas urbis obſeſſæ diffringit, & diruit, credo à verbo **Peter**, Pædere; quoniam ſc. dum exploditur, horrendum pædit vel crepat.

Petticoat, *à* Fr. G. *Petite* & *Cotte*, q. d. parva Tunica, ſc. reſpectu Togæ.

a **Petrel** *for a horſe*, Thorax equi bellici. *Adr. Jun.* Antilena, Περιστήθιον, *à* Fr. G. *Poitrail*, It. *Pettorale*, q. d. *Pectorale*.

a **Petronel**, *à* Fr. G. *Petrinal*, It. *Petrinale*, *Petronello*, Stloppus Equeſtris, Tormentum Equeſtre. *Minſh.* ſic dictum putat quia olim *Pectori* appendi ſolebat. Doct. *Th. H.* deflectit *ab* Hiſp. *Pedernal*, Silex, hoc credo *ab* Hiſp. *Piedra*, It. *Pietra*, Gr. & Lat. *Petra*, q. d. **Piedernal**.

to take **Pett**, Indignari, Stomachari. Poſſem hoc longè probabiliùs deflectere *à* Gr. πάθος, Dolor, πάσσω, Doleo, Lugeo, quàm quod facit *Mer. Caſ.* à πάσσω pro πάσσω, voce omninò Poeticâ figuratâ & parùm uſitatâ, ut ubi Poeta ait μυρία κήδεα πάσσω. Mallem tamen *à* Lat. *Impetus* & *Impetum* capere. Non tamen incommodè origo peti poteſt à ſono quem Indignabundi labia & buccas inflantes & iram in inimicum tanquam in Vindictam expirantes ore edunt, *vide* **Pewt**. Nec abſurdum eſt formare *à* Fr. G. *Deſpit*, *prendre Deſpit*, abjectâ propter brevitatem priori ſyllabâ.

Pettifogger, Delator, Rabula, vox hybrida, *à* Fr. G. *Petit*, Parvus, & AS. Foȝere, Procus, hoc fort. *ab* AS. Gefeȝan, Belg. **Voeghen**, Teut. **Fügen**, Accommodare, Coaptare, Conjungere, nom. Foȝ, Belg. **Voeghe**, Teut. **Fuge**, Conjunctio, Connexio, Commiſſura, quia ſc. qui alterius gratiam ambit, illius moribus ſe accommodat.

Rancounter, à Fr. G. *Rencontre*, Occursus, συγκυρία, Casus, hoc à verbo *Rencontrer*, Incidere, Coincidere, Accidere, q. d. *Re in Contrare*.

Rancour, à Fr. G. *Rancoeur*, It. *Rancore*, Odium Inveteratum, Gravis Simultas, q. d. animi *Rancor*, seu Rancedo; vel, si mavis, quod secunda syllaba vocis Fr. G. *Racoeur* innuere videtur, à *Re*, *En* & *Cœur*, quod sc. profundè Cordi infixum est.

a **Rand**, fort. à Teut. & Belg. **Rand**, Margo, Ora, Crepido, Limbus.

at **Random**, It. à *Randello*, ἰκὴ, παρβόλως, ἀπερισκέπτως, Temerè, sine ullo Consilio aut Scopo, vel potiùs à Fr. G. *Rendon*, Incertitudo, hoc à *Randon*, Rapidi & Præcipitis Fluvii Impetus, quod *Minsh.* deflectit à Belg. **Rannen**, Currere, It. autem *Randello*, Sibilum in Aere & Sonum instar Turbinis denotat, fort. vox à sono ficta.

Range, à Fr. G. *Ranger*, *Arranger*, Ordinare, utr. à nom. **Rang**, **Renge**, Ordo, *v.* **Rank.**

to **Range** *up and down*, Vagari, Errare, fort. à Belg. **Rannen**, Currere, vel **Rangheu**, Agitare, Movere, Dicitur autem hoc de Cane Aviario seu Hispanico aves venante.

to **Range** *meal*, Cernere seu Cribrare, parùm deflexo sensu à Belg. **Rangheu**, Movere, Quassare.

Rank, *ab* AS Ranc, Superbus, Fertilis, Ignavus, Sic enim nobis dicitur Ager nimis Luxurians, q. d. nimis Superbiens.

Rank, à Belg. **Ranche**, Fr. G. *Rang*, *Renge*, Ordo, Belg. **Renchen**, Flectere, Deflectere, C. Br. *Rheng*, *Rhenge*, Series in longum diducta, *Menagius* Fr. G. *Rang* à Teut. **Ring**, Annulus, deflectit.

Rank, à Teut. **Ranch**, Belg. **Wrangh**, **Wranch**, Austerus, Asper gustu, fort. à Lat. *Rancidus*.

a **Rank** *Rogue*, Profligatissimus Nebulo, vel à Teut. **Ranck**, Astutia, Versutia, Dolus; vel, quod verisimilius est, *ab* alt. **Rank**, Rancidus, q. d. Nebulo nequitiæ tam manifestus, ut licèt obesæ naris sis, ipsum non possis non olfacere.

Rankle, Inflammari, in Abscessum seu Ulcus tendere, à Lat. *Ranceo*, Rancidus; est enim nostrum **Rankling** quidam Rancedinis seu Putredinis gradus.

to **Ransack**, Diripere, q. d. *Reinsaccare*; à *Re* Neg. *In* & *Saccus*, hoc est Saccos, Expilare, Excutere.

Ransom, à Fr. G. *Rançon*, λύτρον, quod *Menagius*, Scitissime ut solet, deflectit per Systolen à *Redemtione*, quia est Redemtionis pretium. Potest & aliquantò propiùs, nec minore cum verisimilitudine, deduci *ab* It. *Renditione*, q. d. Pretium Redditionis vel Restitutionis in libertatem, Alludit, sed parùm, τὸ ῥύσιον quod idem signat.

to **Rant**, à Belg. **Randen**, **Randten**, Delirare, Insanire.

Rap, *ab* AS. Hpeppan, Tangere, Ahpepoꝺ, Tactus, vox à sono ficta. Felicissimè alludit Gr. ῥαπίζω, Percutio.

Rap *and* **Rend**, *what he can* **Rap** *and* **Rend**, a Lat. *Rapere*, AS. Reapian, & **Rend**, quod *v.* suo loco.

Rape, pro Stupro violento, à Lat. *Rapere*, *v.* **Ravish.**

Rape-*apples*, item **Wrest**-*apples*, *Ador. Jun.* Mala Orthomastica, sic dicta Latinè & Græcè à mammarum, Anglicè à radicis *Rapi* similitudine.

a **Rapier**, à Fr. G. *Rapiere*, Ensis Longus & Angustus, nescio an à *Rapiendo* vitam.

Rasberry *or* **Respis**, It. *Raspo*, *Raspolo*, Rubus Idæus & ejus Baccæ. *Minsh.* deflectit à Gr. Ῥωψ, Virgultum, ῥώπες, Virgulta.

Rascall, *ab* AS. Rarcal, Fera Strigosa, hoc fort. à Teut. **Rahu**, Macer & **Schaal** Cortex, q. d. Cortex Macer, hinc & Fr. G. *la Racaille*, Sordida Plebecula, Fæx plebis, σφρῖδες τῦ λαῦ, Datur & Gr. Ῥακία, quod idem sonat teste *Casaubono* in *Athenæum* à quo Fr. G. *Racaille* vir Eximius deflectit.

to **Rase**, à Fr. G. *Raser*, *Razer*, solo Æquare, *Rayer*, Delere. utr. à Lat. *Radere*, q. d. Rasare, Alludit Gr. Ῥαίω, Destruo, Frango.

Rash, Temerarius à Belg. **Rasch**, Rapidus, Celer, Præpes, vel à Teut. **Rasen**, Furere. *Mer. Cas.* nostrum **Rash** deflectit à Gr. Ῥαγδαῖος, Præceps, Impetuosus, Ῥάγδην, Præcipitanter, Abruptè, Melius *Camdenus* à θρασὺς, quod tamen solitâ prudentiâ tantùm pro Allusione habet.

Rash, *Minsh.* deflectit à Belg. **Ras**, It. *Raso*, *Rascia*, Sericum, **Sattin**, q. d. Sericum *Rasum*, Villi enim expers est.

a **Rasher** *of Bacon*, q. d. *Rasura Laridi*, seu Carnis Porcinæ infumatæ, Segmentum super Carbonibus assum,

Rasour,

Rasour, à Fr. G. *Rasoir*, It. *Rasiere*, *Rasoio*, Novacula, q. d. Rasorium (i.e.) Instrumentum *Radendi*.

to **Rasp**, à Teut. **Raspen**, It. *Raspare*, Fr. G. *Rasper*, Limare, Eradere in Scobem, It. *Raspa*, Fr. G. *Raspe*, *Rape*, Lima, Dan. **Raspe**r, Rado, omnia à Lat. *Radula* & *Rado*.

to **Rasp** *or* **Resp**, à Belg. **Respen**, **Rispen**, **Ruyspen**, **Ruspen**, Fr. G. *Renper*, Ructare, Belg. **Oprispen**, Eructare, Dan. **Raber**, Ructo, Belg. **Ruyspere**n, Teut. **Rusperen**, Screare, Exscreare, Gr. Ἐρεύγω, Ructo, omnia à sono ficta, v. **Resp**.

Rat, à Belg. **Ratte**, **Rotte**, Fr. G. *Rat*, *Raton*, Hisp. *Rata*, Sorex, Teut. **Ratt**, **Ratz**, Dan. **Rotte**, Glis.

to **Rate** & **Rattle**, Increpare, Aliquantùm detorto sensu à Belg. **Ratelen**, Crotalum Pulsare, Strepitare, vel *ab* AS. Rabe, Sævus, q. d. verbis in aliquem Desævire, vel à Lat. *Iratus*. Occurrit & in *Gl. Lipsi*. **Ratoven**, Irritaverunt. Alludit Gr. Ῥάδαγος, Ῥιδή, Strepitus, ἠχέω, Strepo. *Mer. Cas.* deflectit *ab* Ἀράω, Convitior, & Ἐρίζω, Ἐριδίζω, Irrito.

to **Rate** *or* **Prize**, à Lat. pro *Rata* supple Portione Æstimare, q. d. *Ratare*, vel *ab* AS. Gepabe, Conditio.

Rath *fruit* pro **Early** *fruit*, fructus Præcoces, qui primâ æstate matureścunt, *ab* AS. Rab, Rabe, Belg. **Rade**, **Raede**, Citò, Fr. G. dial. Picard. *Rade*, Celer, Velox, nescio an omnia contracta à Lat. *Rapidus*.

Rath-wine, *Higgin.* Vinum Præcium vel Præliganeum, quod præ omnibus legitur vindemiatur & conficitur ex uvis ante justam maturitatem collectis, *ab* AS. Rab, Rabe, Citò, Confestim, Ocyùs, q. d. Vinum Præmaturum, Præcox, v. alt. **Rath**.

Rather, Potiùs, *ab* AS. Rab, Rabe, Citò, Rabor, Citiùs. *Mer. Cas.* hoc Rabe deflectit à Gr. Ὄρθρος, quod sanè longiùs distat quàm Mane à Vespere.

Rattle, *I* **Rattled** *him*, à Teut. **Ratteln**, Quatere, Concutere, Agitare.

Rattle, *ab* AS. Wpeotan, Strepere, Crepitare, Belg. **Ratel**, **Rotel**, Crotalum, Crepitaculum, **Ratelen**, Crotalum pulsare, Crepitare, Fr. G. *Raller*, Spiritum interruptum & creperum emittere instar morientium, Gr. ῥεχθῶν. *Mer. Cas.* nostrum **Rattle** primario sensu à Gr. Ῥάδαγος declinat, sed nihil manifestius est quàm hæc omnia esse ὀνοματοποιήσεις, v. **Rattle**.

to **Ravage**, à Fr. G. *Ravager*, Diripere, Spoliare, Populari, *Ravage*, Direptio, Deprædatio, utr. à Lat. *Rapere*, q. d. Rapaciare.

to **Rave**, à Fr. G. *Resver*, *Ravasser*, Belg. **Reven**, **Revelen**, Delirare, utr. à Lat. *Rabies* & *Rabire*.

to **Rave** *up*, vox agro Linc. usitatissima pro Explorare, immissâ manu Explorare, vel à verb. *to* **Rake**, cui συνώνυμος est, vel *ab* AS. Reapian, Spoliare, Rapere, Teut. **Raffen**, Corripere, v. **Forreave**, **Grave** *and* **Rob**.

a **Ravelin**, à Fr. G. *Ravelin*, It. *Ravellino*, *Rivellino*, vox Castrensis, *Stephanio* exp. Moles, Seclusum.

to **Ravel**, à Belg. **Ravelen**, Intricare, hinc *to* **Unravel**, Evolvere, Extricare, Expedire.

Raven, *ab* AS. Þpæpn, Ræpen, *Ælfrico* Remn, Dan. **Raffn**, Belg. **Rave**, Teut. **Rabe**, Corvus. *Somner* deflectit *ab* AS. Reapian, Rapere, propter *Rapacitatem* scilicet.

Ravenous, Avidus, Vorax, parùm deflexo sensu à Fr. G. *Ravineux*, Violentus, cum Impetu fluens, instar amnis extra ripas effusi, *Ravine*, Diluvium, Torrens, utr. à Lat. *Rapina*, vel à fonte Anglico sc. nom. **Raven**, q. d. qui Corvum agit, quia Corvus avium omnium voracissimus & avidissimus est.

to **Ravin**, vox quæ *Gouldmanno* exp. Helluari, cujus verum Etymon invenies voce **Ravenous**.

to **Ravish**, vi Comprimere, Constuprare, Vitiare, parùm deflexo sensu à Fr. G. *Ravir*, vi Abripere, utr. à Lat. *Rapere*.

Raw, *ab* AS. Þpeap, Belg. **Rauw**, **Rouw**, Teut. **Rob**, Crudus, credo omnia contracta à dicto *Crudus*.

Rawbon'd, valdè Macer, Strigosus. Doct. *Th. H.* dictum putat quasi **Roughbon'd**.

a **Ray**, à Fr. G. *Ray*, utr. contr. à Lat. *Radius*.

Ray *fish*, *ab* It. *Raia*, *Raggia*, *Raina*, *Race*, Lat. Barb. *Raia*, Raina, Squalus piscis, fort. sic dictus à *Radio* Osseo quem in dorso gerit.

Reach, *ab* AS. Ræcan, Apæcan, Apeccan, Gepæcan, Prehendere, Assequi, Teut. **Recken**, Exporrigere, item Pandiculari, Belg. **Reycken**, **Raecken**, Teut. **Reichen**, Attingere, It. *Recare*, Prehendere, Attrahere, Dan. **Recker til**, Pertingo, **Rorecker**, Porrigo. Satis feliciter alludit Gr. Ὀρίγω, Porrigo: alius κατακόπτω verum

Etymon esse jurâsset, nobis non licet esse tam disertis.

Reach, pro nisu vomendi, *ab* It. *Recere*, Teut. **Wzechen**, **sich Erwzechen**, Belg. **Wzaecken**, Vomere, omnia *à* Teut. **Recken**, Extendere.

Reach, vox Naut. præsertim in fluviis, ut *Lime-house* **Reach**, *Greenwich* **Reach**, &c. Intervallum duorum Promontoriorum, vel *à* verbo *to* **Reach**, vel potiùs *ab* AS. Þpicz, Dorsum, q. d. Dorsum Littoris.

Read, *ab* AS. Rædan, Legere, Belg. & Teut. **Reden**, Loqui, Teut. **Red**, Vox, Fr. Th. **Raada**, Teut. **Riht**, AS. Ræd, Consilium, Fr. Th. **Raden**, Suadere.

to **Read**, *ab* AS. Apædan, Belg. **Raeden**, **Gheraeden**, Divinare.

Ready, *ab* AS. Gepædian, Belg. **Reeden**, **Reyden**, Teut. **Bereyten**, Parare, Apparare, Præparare, AS. Gepeda, Belg. **Ghereet**, Teut. **Bereit**, Paratus, Apparatus, inde It. *Arredi*, Ornamenta, *Arredare*, Adornare, AS. Ræd, C. Br. *Rhwydd*, Expeditus, Prosper, Dan. **till Reder**, Apparo, Belg. **Ghereed Gelt**, Præsens Pecunia, Dan. **Rede Penge**, Præsenti Pecuniâ. Possem & deflectere *ab* AS. Þpade, Agilis, Celer, Paratus, Cimbrico **Hzadu**, Acer, **Hzadar**, Citò; quæ omnia *Fr. Jun.* suo more deducit *à* Gr. ϛαδιὸϛ, Celer, vel à ϛαδὸϛ cum Impectu ferri, item alibi Belg. **Reed**, Paratus, à ϛαδὸϛ.

Reaks, *he plaid* **Reaks**, sunt qui ortum putant, à Lat. *Rex*, q. d. Regem egit; Vel, quod eodem redit, *ab* AS. Rice, Imperium, Dominium.

Realgar, à Fr. G. *Realga*, Lat. Barb. *Risagallum*, species Arsenici. Vox fort. ut multæ aliæ Chymicæ Arab. originis.

Realm, *à* Fr. G. *Royaulme*, *Royaume*, It. *Reame*, Regnum, q. d. Regamen.

Ream, *à* Belg **Riem Papiers**, Fr. G. *Rame*, It. *Resma*, *Resma*, *Risma*, Teut. **Riemz Papier**, Fascis seu Scapus Chartaceus major, fort. omnia *à* Belg. & Teut. **Riem**, Lorum, Corrigia, Ligula, quantum sc. uno loro commodè colligari potest.

Reap, *ab* AS. Rippan, Metere, Ripep, Falx, Messor, vel *à* Belg. **Rupen**, **Roopen**, **Ruppen**, Vellere, Carpere, Trahere. *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Δρέπω. Mallem *à* Lat. *Rapere*.

Rear, *ab* AS. Apæpan, Up-Apæpan, Erigere, Ahpeped, Elevatus, hoc fort. *à* Þpepan, Agitare, quæ enim agitantur se plus minùs attollunt, Apehr, Erectus, Þpepemur, Vespertilio, Mus Alatus, quia sc. alis se attollit.

Rear, *ab* AS. Þpepe, Crudum, putà Ovum. Alludit Gr. Ῥὸν, quia Ova incocta facilè diffluunt, vel deflecti possit nostrum **Rear**, & AS. Þpepe, *à* Lat. *Rarus*, quatenus opponitur Denso; ova enim coquendo crassescunt.

Rear, v. **Rereward**.

Reason, *à* Fr. G. *Raison*, It. *Ragione*, utr. *à* Lat. *Ratio*, hinc Fr. G. *Raisonner*, It. *Ragionare*, q. d. Rationari, vel Ratiocinari, Fr. G. *Raisonnable*, It. *Ragionevole*, Rationabilis (i. e.) Rationi congruens.

to **Rebait** *a hawk*, *Ridero* Relicere, Retractare, v. **Bait**.

Rebate, *à* Fr. G. *Rabbatre*, It. *Ribattere*, *Rabbattere*, v. **Abate**.

Rebatement, vox Fœcialium. Significat autem Notam aliquam vel Signum infamiæ in Scuto Gentilitio, v. *Morgan* lib. 2. cap. 7. p. 78. & verb. **Rebate** & **Abate**.

a **Rebeck**, *à* Fr. G. *Rebec*, It. *Ribecca*, Nablum, Nablium minus. Sed unde, inquies, *Rebec* & *Ribecca?* credo à *Rebacchando*, ubi *Re* sensum auget, quia sc. hoc instrumento in Conviviis, Commessationibus & Sympoliis uti solebant.

Rebesk, vox Pictorum & Phrygionum propria, Fr. G. *à l' Arabesque* (i.e.) more *Arabico*, quia sc. tales figuras Arabes primi excogitârunt.

to **Rebound**, *à* Fr. G. *Rebondir*, Resilire, Repercuti, Reflecti, Relidi instar pilæ, It. *Ribombare*, *Rimbombare*, Resonare instar Echûs, hoc fort. à Præp. loquelari *Re*, & Gr. Βόμβος, Strepitus, præsertim apum, Βομβεῖν, Bombilare.

to **Rebuke**, Reprehendere, *à* Fr. G. *Reboncher*, Obtundere, os Obturare, It. *Ribuffare*, *Rimboccare*, Exprobrare, hoc *à* Præp. *Re*, & Fr. G. *Bouche*, It. *Bocca*, Os, sc. aliquid in Os dicere, vel justâ increpatione ad Silentium adigere, q. d. *Re-Im-Boccare*, *Bocca* autem & *Bouche* à Lat. *Bucca* orta esse quis dubitet?

Rebus, dicitur ubi nomen viri Nobilis effigie armorum Gentilitiorum exprimitur, credo *à* Lat. *Rebus*, quippe hîc conveniunt *Rebus* nomina quæque suis.

Recargason, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. Sarcina navis domum redituræ, v. **Cargason**.

te

to **Receive**, *à* Fr. G. *Recevoir*, It. *Ricevere*, utr. *à* Lat. *Recipere*; hinc *a* **Receit**, Fr. G. *Recepte*, It. *Ricetta*, Præscriptum Medicum, quia sc. medicamentum præscriptum *ab* ægro *recipitur*.

Recercle, vox Fœcialium, *Croſs* **Recercle**, ni fallor q. d. Fr. G. *Croix Recercellée* (i. e.) Crux *Recirculata*, vel Circulis (i. e.) **hoopes** cincta, v. *Morgan* lib. 2. cap. 1. pag. 14.

Recheat, vox Venatica; significat autem Palinodiam Venatoris, ubi sc. venator canes vagantes cornu revocat, *à* Fr. G. *Rachet*, Redemtio, *Racheter*, Redimere.

Reckleſs, *ab* AS. Recceleaſ, Negligens, hoc *à* Recc, Cura, & Leaſ σημαῖ. Datur & ejusdem tribûs Belg. **Roecken**, **Ruchten**, **Ruchten**, Curare, Perpendere, Considerare, **Roeckeloos**, Temerarius, Inconsideratus, Præceps, Fr. Th. **Ruchaloſe**, Negligentes, *à* **Ruah**, **Ruach**, **Ruoch**, Cura, **Ruachen**, **Ruachen**, Curare.

Reckon, *ab* AS. Reccan, Apeccan, Numerare, Curare, Narrare, Gepæcan, Exponere, Declarare, Æstimare, Belg. **Rekenen**, Teut. **Rechnen**, Computare, Belg. **Rekeninghe**, Teut. **Rechnung**, Computatio, Dan. **Opregner**, Enumero, **Regner**, Computo, Numero, nescio an omnia *à* Lat. *Recognoscere*.

Reclaim, ad bonum frugi Reducere, Revocare, *ab* It. *Richiamare*, Revocare, vel potiùs immediatè *à* Lat. *Re* & *Clamare*, vox è re Accipitraria petita. Suspicor autem, cum pleræque omnes voces Falconariæ Gallicæ sint, olim extitisse verb. Fr. G. *Reclaimer* eodem sensu, licèt jam obsoleverit.

Recluſe, quo nomine Monachum cœnobio tanquam carcere clausum, jubente tyrannâ consuetudine, appellamus, cum contrà *Reclusus*, Latinè Apertum seu Reseratum designat.

to **Recognize**, *à* Fr. G. *Reconnoiſtre*, Recognoscere (i. e.) Agnoscere, hinc **Recognizance** *quasi à* Fr. G. *Reconnoiſance*, Recognitio, v. **Cognizance**.

Recoil, *à* Fr. G. *Reculer*, It. *Riculare*, *Rinculare*, Recedere, *à Re*, *In* & *Culus*, q. d. Reculare, vel Reinculare (i. e.) Culo retrò acto Retrogredi.

Recommence, v. **Commence**.

to **Recommend**, Commendare, *à* Fr. G. *Recommander*, *Recommender*, It. *Raccommandare*, q. d. *Recommendare*.

Recorder, Instrumentum Musicum, *Ridero* Syrinx, Syringa, Monaulos, nescio an *à recordando*, quia olim ad celebranda Heroum facinora usurpari solebat, an *à Re* & *Chorda* (i. e.) Fides.

Records, *à* Fr. G. *Records*, It. *Ricordi*, Archivæ, Tabulæ seu Commentarii Publici, *à* Lat. *Recordari*, hinc **Recorder**, nobis Causidicus aliquis Prætori *à* consiliis, ejúsque in Jure Dicundo orator, q. d. Præfectus Archivarum seu Tabularum publicarum. *Higgin.* qui est *à Memoria*, Magister memoriæ.

to **Recover**, à Fr. G. *Recouvrer*, *Recouvrir*; It. *Ricoverare*, utr. *à* Lat. *Recuperare*, Recipere.

to **Recount**, *à* Fr. G. *Raconter*, It. *Raccontare*, Narrare, q. d. Readcomputare vel potiùs Recognitare. Datur enim tum Fr. G. *Conter*, It. *Contare* pro Numerare, tum etiam pro Exponere, Narrare, illud *à Computare*, hoc *à* Fr. G. *Conte*, It. *Conto*, Fabula, quæ duo *à* Lat. *Cognitum* oriuntur, q. d. Cognitare (i. e.) Cognitum seu Notum facere, hinc & It. *Contezza*, Amicitia, Familiaritas, *à* Fr. G. *Accointer*, It. *Accontare*, v. **Acquaint**.

Recourſe, *à* Fr. G. *Recours*, Perfugium, q. d. *Recursus* (i. e.) locus in quem Recurri potest.

Recreant, It. *Ricredente*, tam nobis quàm Italis in fabulis militaribus Infidelem seu Ethnicum designat, q. d. *Recredens*, *à Re* Neg. & *Credo*. *Re* autem in multis genuinis vocibus Latinis negat, ut in *Reſero*, *Retego*, *Recludo*, v. **Miſcreant**.

to **Recruit**, *à* Fr. G. *Recrûe*, *Dhuez* etiam *Recrente*, Supplementum militum, hoc *à* verb. *Recroiſtre*, Recrescere.

Red, *ab* AS. Reð, Read, Reod, Belg. **Rood**, Dan. **Rød**, Teut. **Roth**, **Rot**, Fr. G. *Rouge*, It. *Roſſo*, C. Br. *Rhudd*, Ruber, Rubeus, *Rhud*, Rubigo, *Rhydu*, Rubiginare, Dan. **Eg Rioda**, Rubefacio. Alludit Gr. Ἐρυθρὸς, Rubor. Russus etiam apud Scriptores Augustæ historiæ occurrit & exp. dilutiore Rubedine (i. e.) ut loquimur colore Incarnato præditus. *Mer. Caſ.* nostrum **Red** deflectit *à* Gr. Ἐρυθρὸς.

to **Redouble**, *à* Fr. G. *Redoubler*, It. *Raddoppiare*, utr. à Lat. *Reduplicare*, *vide* **Double**.

to **Redoubt**, *à* Fr. G. *Redoubter*, Timere, Vereri, Revereri, Dubitare enim Vereri signat, & *Re* Ἐυσεβὲω est, q. d. *Redubitare* (i. e.) valdè Dubitare hinc part. **Redoubted**, hoc est Venerandus, Suspiciendus, Tremendus.

a **Redout**, Munimentum quoddam militare, à Fr. G. *Reduite*, It. *Ridotto*, q. d. Lat. *Reductus*, quò sc. fessi milites Reduci (i. e.) se Recipere possunt, *Steph.* exponitur *Reductus*, Prætenturæ, Receptacula.

to **Redreſs**, à Fr. G. *Redreſſer*, It. *Rindrizzare*, Corrigere, q. d. *Redirigere*, vel *Redirectare*.

a **Redſhank**, Gr. Ἀμαθίτης, Avis à colore sc. *Rubro* & Sanguineo pedum & tibiarum sic dicta.

a **Redſtart**, Rubicilla, à nostro **Red**, & AS. Steort, Steort, Teut. **Stertz**, Belg. **Stert**, **Steert**, Cauda, q. d. avis caudâ rubrâ prædita, Ουρίλυρος.

a **Redtail**, v. **Redſtart**.

Reed, *ab* AS. Hreod, Reod, Red, Teut. **Ried**, Belg. **Riet**, Calamus, Carex, Arundo sic dictus, fort. quia crescit instar *Radii* longitudine in Conum desinente. *Mer. Cas.* satis violenter AS. Hreod deflectit à Lat. *Carecta*.

Reek, *ab* AS. Hreac, Strues, Meta, Cumulus puta fœni, Doct. *Th. H.* deflectit *ab* AS. Hricg, a **Pinnacle**, quod tamen eo sensu apud *Somnerum* non occurrit.

Reek, Fumus, *ab* AS. Recan, Reocan, Teut. **Ranchen**, Fumare, Vaporare, AS. Rec, Belg. **Reuck**, **Roke**, Teut. **Rauch**, Fumus, Vapor, **Riecken**, Odorare, Redolere. Datur & Run. Dan. **Roget**, Fumigabam, Dan. rec. **Roger**, Fumo, Effumo, Fumum emitto.

Reel, *ab* AS. Reol, Girgillus, Rhombus, hoc à Belg. **Rollen**, Volvere, Versare, Rotare, v. to **Rowl**.

to **Reel**, Vacillare, Titubare, à Belg. **Rollen**, Versare, Volutare, Rotare, v. to **Rowl**.

to **Reeve**, vox Naut. sic dicitur Nautis Rudentem, putà foramini immittere, vel per Foramen trajicere, nescio an *ab* AS. Reafian, Teut. **Raffen**, Rapere.

Reeve, v. **Grave** & **Greve**.

to **Refine**, à Fr. G. *Raffiner*, It. *Raffinare*, Depurare, v. **Fine**.

Reformado, Evocatus, Gr. Ἀμαθείτης, vox Hispanica, *ab* It. *Riformare*, Hisp. *Reformar*, Lat. Barb. *Reformare*, nobis etiam to **Reform**, quod dicitur ubi contracto in pauciores exercitu, quidam ex ducibus dimissis inter Gregarios, duplicato tantùm stipendio, merentur, v. **Lancepesado**.

to **Refrain**, à Fr. G. *se Refraindre*, *Refreindre*, hoc à Lat. *Refringere*, vel *ab* It. *Raffrenare*, Cohibere, Abstinere, q. d. Lat. *Refrenare*; sed prius Etymon longè præfero.

to **Refreſh**, à Fr. G. *Refraischir*, *Refreschir*, It. *Rinfrescare*, *Risfrescare*, Refrigerare, Recreare, v. **Freſh**.

to **Refuſe**, à Fr. G. *Refuser*, It. *Rifusare*, *Rifiutare*, Recusare, q. d. Reiutare, hinc *the* **Refuſe**, Reliquiæ, Rejectamenta, quæ sc. Recusata & Rejecta sunt.

to **Regale**, *ab* It. *Regalare*, Magnificis donis seu Conviviis excipere, q.d. *Regaliter*, (i. e.) more Regio excipere.

to **Regard**, à Fr. G. *Regarder*, It. *Rignardare*, Respicere, Inspicere, v. **Gard**.

a **Regiment**, à Fr. G. *Regiment*, It. *Regimento*, *Reggimento*, Legio, Chilias, Cohors militum, hæc à Lat. *Regimen*, q. d. Regimentum, quod vocabulum etiam apud *Amm. Marc.* reperitur.

a **Regiſter**, à Fr. G. *Registre*, It. *Registro*, Lat. Barb. *Registrum*, sed melius *Registum*, Commentarii seu Tabulæ publicæ, Archivæ, *Salmas.* Ἀναγραφὴ, v. *Voss.* de Vit. Serm.

Regret, à Fr. G. *Regret*, It. *Regretto*, Dolor, Tristitia, hoc à *Re* Neg. & *Gratum*, q. d. Regratum (i. e.) Ingratum, vel, si mavis, à Fr. G. *Regrater* iterum Scabere, quod sc. iterum atque iterum animum scabit (i. e.) Pungit & Fodicat, sed prius Etymon præfero.

Rehearſe, Narrare, Recitare, fort. à *Re* & **Hear**, q. d. iterum Audiendum exhibere.

to **Reign**, à Fr. G. *Regner*, utr. à Lat. *Regnare*.

Reimburſe, à Fr. G. *Rembourser*, It. *Rimborsare*, nomen seu fidem Liberare, Æs creditum Refundere, Solvere, à Præp. *Re* & *In*, & nom. Fr. G. *Bourse*, It. *Borsa*, Marsupium, q. d. Marsupio iterum immittere, v. **Purſe**.

Reines, à Fr. G. *Reines*, utr. à Lat. *Renes*, & hoc *Vossius*, pro solito, doctè & ingeniosè deflectit à Gr. Πέω, quia per hos fluit & percolatur urina.

to **Reinforce**, à Fr. G. *Renforcer*, It. *Rinforzare*, Instaurare, Reparare, Reficere, vires & Animos addere, Supplere Exercitum, q. d. *Reinfortiare*, v. **Force**.

to **Rejoice**, à Fr. G. *Resjouir*, Gaudere, Exultare, Exhilarari, q. d. Regaudere, à *Re*, Ἐπιπανῶ & Gaudere (i. e.) valdè Gaudere.

Rejoynder, à Fr. G. *Rejoindre*, q. d. *Rejungere*. Idem autem est nobis quod in Jure Civili Duplicatio.

a **Reiſter**, Eques Tuto, à Fr. G. *Reistre*, It.

It n. pl. *Raitri*, utr. *à* Teut. **Reiter**, Reitter, Eques. *v.* **Ride.**

to **Retumble**, vox agro Linc. usitatissima, ut *it* retumbles *upon my stomach*, Fr. G *il Regimbe sur mon estomac* (i. e.) Calcitrat. Sic autem dicimus ubi cibus in ventriculo fluctuat & nauseam parit. verb. autem Fr. G. *Regimber*, *à* præp. *Re* & Fr. G. *Jambe*, It. *Gamba* ortum ducit *v.* **Gammon.**

to **Relate**, *ab* It. *Relatare*, Referre, Narrare, *à* Lat. *Relatare*, Freq. verbi Referre.

Relay, vox venatica. Exponitur ubi Canes ordine, & quasi in procinctu collocantur eo in loco quem Cervus transiturus est, *à* Fr. G. *Rallier les Chiens*, Canes Componere seu ordinare, *v.* **Rally.**

to **Release**, *à* Fr. G. *Relaisser*, It. *Rilasciare*, iterum Relinquere, vel potiùs *à* Fr. G. *Relascher*, Relaxare, utr. nimis manifestè Latinæ originis.

Relent, *à* Fr. G. *Ralentir*, It. *Rallentare*, q. d. Lat. *Relentare* (i. e.) Relentescere; Nobis autem, aliquantùm deflexo sensu, Linquescere designat, Lenta enim & Pinguia à calore facilè funduntur & eliquantur.

to **Relieve**, *à* Fr. G. *Relever*, Sublevare, necessaria Suppeditare, q. d. *Relevare*, unde Fr. G. *Relief*, It. *Rilevo*, *Rilievo*, Subsidium, Remedium.

Relish, Sapere, Gustare, *Minsh.* deflectit *à* Fr. G. *Relecher*, Relambere, hoc *à Re* & *Lecher*, Lambere', quoniam sc. jucundi saporis voluptate illecti iterum atquè iterum lambimus, imò etiam linguam dulcedine imbutam ad pleniorem perceptionem in ore volvimus & revolvimus, *v.* **Lick.**

Rely, Confidere, Acquiescere, Fiduciam in aliquo ponere, *à Re* ἐπαλικῶ & **Ly**, Jacere, Niti, q. d. vehementer in aliqua re Jacere seu aliqua re Niti & tanquam Securum Quiescere, vel *à* Fr. G. *Relier*, Colligare, Alligare.

Remain, *à* vet. verb. Fr. G. *Remaindre*, hoc *à* Lat. *Remanere*, Supereſſe, hinc **Remnant**, q. d. **Remainant**, Residuum, Reliquum.

Remainder, Reliquum, Residuum, *à* Fr. G. *Remaindre*, Remanere.

Remark, *v.* **Remarkable.**

Remarkable, *à* Fr. G. *Remarquable*, It. *Remarcabile*, *Rimarcabile*, Notabilis, Notatu Dignus, hæc à verb. Fr. G. *Remarquer*, It. *Remarcare*, *Rimarcare*, Notare, *à Re* ἐπαλικῶ, & **Mark** quod *vide.*

to **Remble**, vox agro Linc. ulitatissima quæ Movere, Removere significat, q. d. *Remobiliare*, *v.* **Ramble.**

to **Remember**, *à* Fr. G. *Remembrer*, It. *Rimemorare*, *Rimembrare*, *Remembrare*, Recordari, Meminisse, q. d. Rememorare, hinc Fr. G. *Remembrance*, It. *Rimembranza*, *Ramembranza*, Memoria, q. d. *Rememorantia*, & nostrum **Remembrancer**, Nomenclator, Memorialis, Magister memoriæ, Monitor.

to **Remoove**, *à* Fr. G. *Remouvoir*, It. *Rimuóvere*, Movere, Tollere, q. d. *Removere.*

Remorse *of Conscience*, *à* Fr. G. *Remors de Conscience*, It. *Rimorso* seu *Rimordimento di Conscienza*, Hisp. *Remorso* seu *Remordimento de Conciencia*, seu *Conscientia*, Fr. G. *Remordre*, It. *Rimordere*, Hisp. & Lat. *Remordere à Re* ἐπαλικῶ & *Mordere.*

Renard, quo nomine καθ' ὑποκειμὸν Vulpes appellamus, *à* Fr. G. *Renard*, *Regnard*, simpliciter vulpes, hoc fort. *à Renibus* Ardentibus (i. e.) calidis, *à* quibus præcipuè ille ingratus vulpium odor dependet. Doct. *Th. H.* longè verisimiliùs deflectit *à* proprio nomine humano *Renard*, Teut. **Reinard**, ut multa animalia nominibus humanis vocare solemus, *v.* **Parrot** & **Reinard.** in Et. On.

Rend, *v.* **Rent.**

to **Render**, *à* Fr. G. *Rendre*, It. *Rendere*, utr. à Lat. *Reddere* per epenthesin τῦ *n.*

Rendevous, *à* Fr. G. *Rendezvous*, *ceſt a dire*, *lieu ou tous les ſoldats ſe doivent Rendre*, Diribitorium.

Renegado, *v.* **Runnagate.**

Renew, Renovare, *à Re* Iterativo & **New**, omninò eâdem Analogiâ quâ *Renovare à Re* & *Novus* deflectitur, *v.* **New.**

Rennet, *or* **Runnet**, Coagulum, πῆγμα, *Theocr.* τάμις & *ab* AS. Gepunnen, Concretus, Belg. **Runsel**, **Rensel**, **Rinsel**, Coagulum, **Rennen**, **Ranneu**, Coagulare, Teut. **Rinnen**, **Verinnen**, **Gerinnen**, Coagulari. **Gerunnen**, Coagulatus, omnia vel *à* Belg. **Ranneu**, **Runneu**, Teut. **Rennen**, Currere, quia sc. partes Homogeneæ serosæ & liquidæ serosis, Crassæ & Caseosæ Caseosis aggregantur, *they* **Run** *together*, vel *à* Teut. **Trennen**, Separare, quia partes Heterogeneæ (i. e.) Caseosæ & serosæ *ab* invicem separantur.

the **Rennetting** *Apple*, Pomum delicatissimum, è Pepinorum, Curtipendulorum seu Petitiorum genere, Fr. G. *Pomme Renette*, nescio an sic dictum à *Renes*, seu *Rennes*, civitate Rhedonum, urbe Brittanniæ Celticæ primaria, quæ *Ptolemæo* Condate,

Condate, in Conciliis *Rhedonæ* appellatur.

Renounce, à Fr. G. *Renoncer*, It. *Rinonciare*, Abdicare, nimis manifestè à Lat. *Renunciare*.

Renewn, à Fr. G. *Renom, Renommée*, It. *Rinome, Rinoméa*, Fama, Existimatio, Gloria, q. d. *Renomen, Re* enim hic sensum intendit.

Rent *or* **Rend**, *ab* AS. Þpenban, Lacerare, *Mer. Cas.* deflectit à Gr. Ῥήγνυμι.

Rent, à Fr. G. *Rente*, It. *Rendita*, utr. à Lat. *Reditus*, vel *Redditus*, quantum sc. pecuniæ reddunt fundi, vel redit è fundis, hinc à **Rental** pro *Redituum* Catalogo, *v.* **Render**.

to **Repair** *to*, à Fr. G. *Repairer*, Frequentare, se Crebrò Conferre ad locum, q. d. *Repariare*, (i.e.) se Applicare loco, ut Paria ad invicem applicantur; vel, si mavis, à Lat. *Repatriare*.

Repast, à Fr. G. *Repas*, Pastus, Convivium, q. d. *Repastus*.

Repeak, It. *Repicca* Fr. G. *Repicque*, licèt nusquam in Lexico Fr. G. occurrat. Est autem terminus ludi **Picket** dicti à *Re* Ἐπιταλικῶ & Fr. G. *Piquer*, It. *Piccare*, pungere.

to **Repeal**, nobis legem Antiquare, Abrogare, à Fr. G. *Rapeler, Rappeller*, Revocare, q. d. *Reappellare*.

to **Repent**, à Fr. G. *Repentir*, It. *Pentire*, Resipiscì, Fr. G. *Repentance*, Pœnitentia, q. d. Lat. *Repænitere, Repænitentia*.

Repine, Invidere, à *Re* Ἐπιταλικῶ & **Pain**, vel **Pine**, Si à **Pain**, q. d. Cruciari Fælicitate alienâ, si à **Pine**, q. d. rebus secundis aliorum Intabescere, seu Immarcescere, *v.* **Pain**, & **Pine**.

Replenish, Replere, fort. *ab* obs. jam verbo Fr. G. *Replenir*, q. d. *Replenare*.

to **Reply**, à Fr. G. *Repliquer*, It. *Replicare*, Responsum alternare seu geminare, q. d. Lat. *Replicare*.

to **Report**, à Fr. G. *Rapporter*, Narrare, Nunciare, q. d. *Reapportare* vel *Reportare* (i. e.) ab alio delatum afferre.

to **Repose**, à Fr. G. *se Reposer*, It. *Riposarsi*, Quiescere, Fr. G. nom. *Repos*, It. *Riposo*, Quies, q. d. *Reposare* (i. e.) Reponere, vel potius q. d. *Repausare*, à Lat. *Pausa*, hoc à Gr. παύω, παύομαι, Cessare facio, Cesso.

Reprisalls, à Fr. G. *Reprisailles*, It. *Ripresaglia*, Lat. Barb. Causidicis *Represalia*, à *Re* & Fr. G. *Prendre*, It. *Prendere*, Lat. *Prehendere*, Capere, *Calvino* & *Cowello* testibus in Jure Romano dicitur Clarigatio.

Reprive, Supplicium deferre, à Fr. G. *Repris* & *Reprendre* (i. e.) Reum à loco supplicti Eximere, Recipere.

to **Reproach**, à Fr. G. *Reprocher*, It. *Riprocciare, Rimprocciare*, Objurgare, Fr. G. nom. *Reproche*, It. *Riproccio, Rimproccio*, Convitium, Ignominia, fort. à Præp. Loquelari *Re* & Fr. G. *Proche*, q. d. Prope, in proximo (i. e.) Cominùs Increpare, vel, ut nos dicimus, *to* **put it home**, Metaphorâ è re Gladiatoria sumtâ, ubi sc. gladius magnâ vi prorsum in Pectus hostis impellitur; vel q.d. Lat. *Reimproperare*, à *Re* Ἐπιταλικῶ, & *Improperare*. Sed priori Etymo magis fido.

to **Reprove**, à Fr. G. *Reprouver*, It. *Riprovare*, Reprehendere, q. d. *Reprobare* (i. e.) Improbare.

Request, à Fr. G. *Requeste*, It. *Richiesta*, postulatum, verb. *Requerir*, It. *Richiedere, Richieggere*, Postulare, q. d. Lat. *Requisitum*, Requirere, Requisitare, hinc *the Master of* **Requests**, Fr. G. *Maistre de Requestes*, qui Regi est à supplicibus libellis, Supplicum Libellorum magister, Fr. G. enim *Requeste* supplicem Libellum designat.

Requite, nobis Remunerari, parùm deflexo sensu à Fr. G. *Raquiter*, Redimere, Liberare, q. d. nomen seu fidem Liberare, se Ingratitudinis notâ absolvere.

Rereward, *or* **Rere-Guard**, vel per contr. **Rear**, à Fr. G. *Arrieregarde*, It. *Retroguardia*, Triarii vel ultima Acies, Robur belli, à Fr. G. *Arriere, Derriere*, Ponè, Post, Ultimus, Postremus, & **Guard**, Custodia, q. d. ultima Custodia, *v.* **Gard**.

to **Rescue**, à Fr. G. *Rescourre*, It. *Riscuotere*, q. d. *Re-Excutere*, vel *ab* It. *Riscattare*, in Libertatem asserere, Liberare, Redimere, q. d. *Re Ex Captare*, sed prius præfero.

to **Resemble**, à Fr. G. *Resembler, Ressembler*, It. *Rassomigliare*, Similem esse, q. d. *Resimilare*.

to **Resent**, vel potiùs *Ressent*, vox nova in nostra lingua, à Fr. G. *se Ressentir*, It. *Risentire*, toto sensu ad Vivum Percipere, q. d. *Resentire, Re* autem hic est Ἐπιταλικόν.

to **Resolve**, à Fr. G. *se Resoudre, Resouldre*, It. *Risolvere, Risolversi*, Hisp. *Resolver*, Decernere, Constituere, Fixum in animo habere, certum habere, omnia nimis manifestè à Lat. *Resolvere* Cognato sensu Gr. διαλύω, significat colloquia & Conventus dirimere, omnia q. d. Sermonem

Unable to display this page

to **Revive**, à Fr. G. *Reviver*, It. *Ravivare*, *Ranvivare*, in Vitam Revocare, Resuscitare, q. d. *Readvivare* vel *Revivare*.

to **Revolt**, à Fr. G. *Revolter*, utr. *ab* It. *Rivoltare*, Deficere, hoc *à Re* & verb. *Voltare*, Vertere, q. d. *Revolutari*.

to **Revy**, *à* Fr. G. *Renvier*, Pignore duplicato Periclitari, hoc *à Re*, *In* & *Via*, q. d. *Re-In-Viare* (i. e.) Iterum in Via Occurrere, vel *à Reveoir*, Iterum Videre, q. d. *Re-Videre*, ut nos, eodem ferè sensu, dicimus *I See you again*, *Veoir* autem *à Videre* ortum esse etiam Semicœcus percipiat.

Reward, Compensare, Remunerari, q. d. *Re* **Award** (i. e.) Contrà seu Vicissim Assignare, *ab* AS. Weapd, Versus, Ergà, v. **Award**. *Minsheu* deflectit *ab* ant. Teut. **Ward**, Compenso, Mercedem solvo, sed vox hæc nusquam occurrit. Melius *à* nom. **War**, Bellum, quia Præmia militibus in bello distribui solent, sed ego in primo Etymo acquiesco.

Rhenbarb, *à* Fr. G. *Reubarbe*, Hisp. *Ruibarbo*, *Ruibarvo*, hoc corruptum *à Rheum* & *Barbarum*: Rha autem appellatum est *à Rha* Muscoviæ seu Sarmatiæ Europææ fluvio nobilissimo, quæ nunc *Volga* dicitur, & Barbaris accolis unde olim advectum est, nunc autem è regno Sinarum & vicina Tartaria advehitur. *Vossius* autem hanc radicem *Rha* vel Rha dictam putat à similitudine alterius *Rha* Pontici, *Barbarum* autem inde denominatum quòd olim *à Barbaria*, non illa Africæ, quæ olim Mauritania dicebatur, sed Asiæ, regione sc. Æthiopiæ (mallem dixisset Arabiæ, Æthiopia enim tota Africæ pars est) quæ inter sinum Arabicum & Persicum sita est, & hanc radicem olim suppeditavit.

a **Rial**, *ab* Hisp. *Reale*, q. d. Nummus *Regalis*, quia sc. Regis imagine insignitur.

Rib, *ab* AS. & Belg. Ribbe, Teut. **Ripp**e, Dan. **Ribbeen**, Costa.

Ribald, *à* Fr. G. *Ribauld*, It. *Ribaldo*, Nebulo, Scelus, Furcifer, Impudens Scortator, hoc *à Re* Intensivo, & Fr. G. *Baud*, *Bauld*, It. *Baldo*, Audax, q. d. Valdè Audax (i. e.) Impudens, v. **Bold**. *Verstegan* ridiculè deflectit *à* proprio nomine *Rabodi* Frisiorum Regis Ethnici qui ob impietatem malè audiit.

Riban, vox Fœcialium propria, secundùm *Morganum* Bendæ seu Fasciæ octava pars, v. **Riband**.

Riband, Fascia, seu angustior Fasciola, ἀμφίδεσμος, Fr. G. *Ruben*, quam vocem, credo, à nobis mutuati sunt, *à Re* & **Bind**, vel *à Re* & **Bende**, Fascia, q. d. Vinculum Replicatum, Fascia Replicata, vel quod Replicari potest, *vide* **Bind** & **Band**.

Ribble Rabble, Confusa & Nugax Garrulitas, *à* Belg. **Rabbelen**, Garrire, v. **Rabble**.

Rice, *à* Belg. **Rijs**, Fr. G. *Ris*, Teut. **Reisz**, Hisp. *Arroz*, omnia *à* Lat. & Gr. *Oryza*.

Rich, *ab* AS. Ryc, Rice, Dives, item Regnum, Gepicos, Ditatus, Dan. **Rig**, **Rig**, Belg. **Rijck**, Teut. **Reich**, Fr. G. *Riche*, It. *Ricco*, Dives, hinc Fr. G. *Richesse*, It. *Ricchezza*, Divitiæ, omnia Germ. originis.

Rick, v. **Reek**.

Rickets, morbus Infantilis, qui nostrorum parentum ætate primùm innotuit, nunc pessimâ symptomatum catervâ pueros nostrates exercet, nostris solis insulis cognitus, reliquo terrarum orbi ignotus. Doct. *Glisson* eleganti vocabulo *Rachitin* appellat, & deflectit *à* Gr. Ῥάχις, Spina dorsi, quia sc. Spinam dorsi, & ossa omnia, eorúmque Apophyses & Epiphyses maximè afficit, doctè sanè & ingeniosè, ut solet omnia, nescio an verè. Mallem deducere *à* nostro **Reck** vel **Retch**, Teut. **Recken**, Extendere, Exporrigere, quia sc. in hoc morbo Apophyses ossium protenduntur & extuberant.

Rid, *ab* AS. Hpeddan, Ahpeddan, Liberare, Redimere, Apudan, Repellere, Hpeddinge, Redemtio, Run. Dan. **Eg Hpd**, navem Exonero.

Riddle, Cribrum, vox agro Linc. familiaris, *ab* AS. Hpiddel, Cribrum, Hpidpud, Cribratus, Cribro cretus, nescio an omnia à Hpeddan, Ahpeddan, Liberare, quia sc. Cribrando partes puriores à Crassioribus liberantur.

Riddle, *à* Belg. **Raedsel**, **Oberaedsel**, Teut. **Ratzel**, Ænigma, hoc *à* Belg. **Raeden**, AS. Apædan, Divinare, *vide* **Read**.

Ride, *ab* AS. Ridan, Fr. Th. **Reitan**, **Ritan**, Belg. **Riden**, Teut. **Reitten**, **Reiten**, **Renten**,

Reuten, Equitare, **Reyſen**, Iter facere, Dan. **Rider**, **Ridder**, Equito, **Ridder til**, Adequito, AS. Rad, Rade, Equitatio, Iter Equeſtre, Belg. **Ridder**, Teut. **Ketter**, **Reuter**, **Ritter**, Eques, Belg. **Ridder**, Eques Auratus. Datur & Fr. Th. **Gereide**, Quadrigas, **Reideunagen** vel **Reideunagon**, Currus, unde *Fr. Jun.* deflectit Lat. *Rheda*, quod v. in ejus Et. LL. Alludit Gr. Ἐρείδω, Firmo, Fulcio, Incumbo, Ingruo, Ἐρείδομαι, Nitor.

Ridge, *ab* AS. Þrigc, Þricg, Belg. **Rugghe**, Teut. **Rucke**, Dan. **Ryg**, Dorſum, AS. Riegban, Dan. **Rygbeen**, Spina dorſi. Feliciſſimè alludit Gr. ῥάχις, Spina dorſi, v. **Rack**.

Ridgeling, vox quæ apud *Higgin.* exp. Ovis Reicala vel Rejicula, fort. à *Rejiciendo*, additâ term. dim. **ling**, q. d. Ovicula quæ è grege *rejicitur* vel *ejicitur*.

Rife, *ab* AS. Ryþe, Frequens.

Riffraff, *Minſh.* deflectit à Belg. **Riſſen**, **Raſſen**, quâ Indiſcretam Confuſionem ſignificant, ſed hoc nuſquam reperio. Rectè tamen fort. à Teut. **Raffen**, avidè Rapere, deducit, quia qui Avidi ſunt omnia quantumvis vilia Indiſcriminatim invadunt & arripiunt, *vide* **Riffe**.

Riffle, à Belg. **Riffelen**, Rapere, Fr. G. *Riſler*, *Raſer*, *Raffler*, Diripere, Abripere, Arripere, Teut. **Raffen**, It. *Raffare*, *Ruffare*, AS. Reapian, fort. omnia à Lat. *Rapere*, v. **Bereave**, **Rob** & **Ravage**.

Rift, Rima, v. **Rive**.

Rift, vox agro Linc. uſitatiſſima pro Ructare, proculdubiò à Dan. **Ræfve**, **Ræver**, Ructo, Eructo, **Ræven**, **Ræveſe**, Ructus, omnia à ſono ficta, v. **Reſp**.

a **Rig**, Impudica Mulier, vel à Ridendo nimium, vel *à* verbo *to* **Ride**, quæ ſc. crebrò luſcenditur, Initur.

to **Rig** *a ſhip or fleet* (i. e.) Inſtruere, Apparare, Adornare, Concinnare, fort. *ab* AS. Rihtan, Gerihtan, Corrigere, Dirigere, Emendare, hoc à nom. Riht, Rectus, Debitus.

Right, *ab* AS. Riht, Belg. & Teut. **Recht**, It. *Retto*, omnia proculdubiò *à* Lat. *Rectus*, hinc & AS. Rihtpiſe, nobis **Righteous**, Probus, Juſtus.

Rill, contr. *à* Lat. *Rivulus*.

Rim, *ab* AS. Rima, Ora, Margo, Labrum, *the inner* **Rim** *of the belly*, Peritonæum, q.d. Margo ſeu Ora Ventris (i. e.) inteſtinorum quæ, inſtar Faſciæ vel inſtitæ, obvolvit; vel, ſi cum *Higginio* malis legere, *the inner* **Rine** *of the belly*, *ab* AS. Rind, Cortex, q. d. inteſtinorum Cortex. Sed prius præfero.

Rime, *ab* AS. Rime, Numerus, Teut. **Reim**, It. *Rima*, Fr. G. *Rime*, omnia *à* Lat. *Rythmus*, mediatè *à* Gr. ῥυθμὸς, Numerus Concinnus ordinatâ Proportione conſtans.

Rime-froſt, Dan. etiam **Rimefroſt**, *ab* AS. Þrim, Þrime, Belg. **Rijm**, fort. omnia *à* Lat. *Pruina*.

Rind, *ab* AS. Rind, Teut. **Rinde**, Fr. Th. **Rinde**, **Rinda**, Cortex, AS. Beprindan, Excorticare. *Fr. Jun.* Fr. Th. **Rinde**, **Rinda** ſuo more deflectit *à* Gr. δορὰ, Pellis, Cutis, Corium, hinc Gall. ant. & Lat. *Rheno*, vel *à* Gr. ῥὶν, Ovis, q. d. Pellis Ovina, hinc & AS. Reon, Stragulum.

to **Ring**, *ab* AS. Ringan, Þringan, Pulſare. Alludit Gr. λίγγω, Stridio, *l* enim & *r* facilè commutantur, omnia à ſono ficta.

Ring, Dan. etiam **Ring**, *ab* AS. Þrincg, Þring, Annulus, Ringe, Podex, Belg. **Ringh**, **Rinck**, Teut. **Ring**, Annulus, **Rinck** etiam Fibula, hinc & **Ringduyve**, **Ringheldnyve**, Teut. **Ringeltaube**, Dan. **Ringeldue**, Palumbes, neſcio an omnia *à* verb. Teut. **Lencken**, Flectere, Contorquere.

the devils gold **Ring**, ſic *Higginio* dicitur Vermis qui vites arrodit, fort. à colore Aureo, formâ Annulari & rotundâ & Pernicie quam affert vitibus.

Ringtail, *Ridero* Pygargus, Subbuteo, à **Ring** & **Tail**, ſc. à Cauda Annuliformi.

Ringwood, nomen Canis, *Ridero* Hylactor, Hylax, cujus ſc. latratibus ſaltus reſonat, v. *to* **Ring**.

to **Rinſe**, à Fr. G. *Rinſer*, *Reinſer*, Alluere, Dan. **Renſer**, Emundo, omnia proculdubiò *ab* AS. Teut. & Belg. Rein, Fr. Th. **Reyn**, Dan. **Ren**, Purus, Mundus, q. d. Emundare.

a **Riot**, à Fr. G. *Riote*, It. *Riotto*, Jurgium, Altercatio, *Rioter*, *Riotare*, Jurgari, Altercari, omnia fort. *à* Lat. *Arietare* (i. e.) in ſe invicem, inſtar Arietum, ruere. *Rioter* etiam in ant. Verſione Bibliorum Fr. G. à Doct. *Th. H.* communicata idem ſignat quod noſtrum **Riot**, vulgatiori & magis populari ſenſu, ſc. pro Luxuriari, Laſcivire, στρηνιᾶν, Vino & Veneri indulgere.

Rip, *ab* AS. Rýpt, Diſſutus, part. verb. Rýppan, quod non dubito quin olim in uſu fuerit, licèt à *Somnero* omiſſum ſit.

Ripe, *ab* AS. Ripe, Teut. **Reiff**, Belg. **Rijp**, Maturus, Fr. Th. *the* **Ripen**, Maturæ, AS. Ripian, Matureſcere, Riip, Meſſis, omnia fort. *à* verbo AS. Rippan, Metere: ſegetes enim priuſquam maturæ ſunt non demetuntur. *Mer. Caſ.* deflectit noſtrum **Ripe** *à* Gr. Ῥίπτω, quia matura verſus terram devergunt & propendent tanquam brevi caſura.

Riſe, Ariſe, *ab* AS. Apiſan, Belg. **Riiſen**, Surgere, Dan. **Reiſer, Rejſer mig**, Surgo, It. *Rizzarſi, Drizzarſi*, ſe Tollere, q. d. ſe Rectare ſeu Directare, hoc eſt Erectum in pedes ſtatuere, Teut. **Regen**, Movere, Commovere, **Erregen**, Excitare. A dicto verbo AS. Apiſan, ortum eſt Part. *Chauc.* **Ariſt** pro **Ariſen**. Datur & Dan. **Oprejſer, Oprejter**, Erigo, **et Reiſen, Reiſzner**, Tumeſco, Tumeo.

Riſe-wood, *ab* AS. Þpiſ, Frondes. Neſcio an hoc *ab* AS. Þpeoſan, Subruere.

Riſgo *or* **Risk**, vox Mercatoribus noſtris uſitatiſſima, *à* Fr. G. *Riſque*, Hiſp. *Rieſgo*, It. *Riſchio, Riſico*, Periculum, fort. omnia *ab* Hiſp. *Riſco*, Rupes alta & prærupta, Scopulus, quod mihi probabilius videtur quàm illud *Covarruvia à* Lat. *Rigeo*. Occurrit etiam in Lexico Porti Gr. Barb. Ῥιζικόμι, Periclitor, Ῥιζικόμης ſeu κακοέλικος, Fœlix, & Ῥιζικὸν Fatum, Sors, adeò ut fortaſſe non abſurdè deflecti poſſit *à* Gr. ant. Ῥίπτω pro ἀναῤῥίπτω τὸν κίνδυνον.

Riſve, *ab* AS. Ῥýpt, Laceratus, Fiſſus, Diſcerptus, Dan. **Riſſver**, Concerpo, Lacero, Frico, Conſcindo, **Riſſver ſra Vivello, Riſſver**, Vello, Belg. **Wriiven, Vriiven**, Fricare, Terere, Atterere, omnia fort. *ab* AS. Reapian, Rapere.

a **Rivel**, pro Ruga. *Minſh.* deflectit à Belg. **Rupffel**, Ruga, **Rupffelen**, Rugare.

a **River**, *à* Fr. G. *Riviere*, It. *Riviera*, Flumen, q. d. Rivaria, *à* Lat. *Rivus*, vel Riparia à Ripis.

to **Rivet**, *à* Fr. G. *River*, Clavum fortiùs Figere, vel à *Rebattre* (i. e.) iterùm Percutere, ſed prius longè præfero.

Rix doller, Teut. **Reichs Thaler** (i. e.) ut loquuntur, Thalerus ſeu Stater Imperialis, *à* **Reich**, Imperium, Regnum, & **Doller** quod *vide*.

to **Roam**, Vagari, fort. à **Room**, quia qui Vagatur ſucceſſivè multùm loci occupat, novum locum quærit. Datur & It. *Romèare* & *Romigare*, Vagari, *Ramengo*, Vagabundus, & Fr. G. *Ramage* & *Ramier*, Indomitus ſc. accipiter, Hiſp. *Romero*, Peregrinus Religionis ergo, hoc vel *à* Teut. & fort. Goth. ant. **Raum** vel à *Roma*, q. d. qui religionis cauſſâ iter verſus Romam ſuſcepit, v. **Room** & **Ramage**.

the **Roan** *or* **Roes** *of fiſh*, *à* Dan. **Raun**, Teut. **der Rogen eines fiſches**, Belg. **Roghe, Rogher**, Ova piſcium, utr. fort. *à* Lat. *Renes*.

Roan *colour*, *à* Fr. G. *Rouen, Roüan, Roan*, It. *Roano, Romano*, Ravus equorum color, ſecundùm Scal. *à* Lat. *Ravus, Ravannus*.

Roar, *ab* AS. Rapan, Fremere, Rugire, vox à ſono ficta.

Rob, *à* Fr. G. *Robber, Deſrobber*, It. *Robbare*, AS. Reapian, Rýppan, Berýppan, Spoliare, Fr. G. *Robberie*, ant. *Roberie*, Latrocinium, AS. Reap, Spolium, Rapina item Veſtimentum, Belg. **Rooven**, Teut. **Rauben**, Rapere, Prædari, **Raffen**, Corripere, Rapere, Arripere, Dan. **Roffver**, Exſpolio, **Roff**, Rapina, **Roffvere**, Latro. Alludunt Gr. κῶπος τὸ & κώπη, Veſtimentum, κωπάδης, qui veſtimentis exuit, Graſſator. Verum autem omnium Etymon credo petendum *à* dicto AS. Reapian, & hujus *à* Lat. *Rapere*, v. **Robe** & **Bereave**.

Robbin red breſt, It. *Rubeculo*, Lat. *Rubecula*, *Ridero* Sylvia, aliis Rubellio, Rubecula, Gr. Ἐρίθακος, ſic dicta à *Rubedine* Pectoris.

Robe, *à* Fr. G. *Robbe*, AS. Reaf, Reap, It. *Robba*, Res quælibet, hoc fort. potiùs *à* Gr. Ῥῶπος, Merces vilior, Sarcina. *Fr. Jun.* AS. Reaf, Reap, deflectit *à* Gr. Ῥάπτω, ut C. Br. *Gwn*, Toga, *à* verb. *Gwnio*, Suere. Noſtro **Robe**, Fr. G. *Robbe* & It. *Robba* optimè alludunt Gr. ῥῶπος ὁ, Cortex, κῶπος τὸ, & κώπη, Veſtis.

a **Roche**, *ab* AS. Þpeoce, Fr. G. *Roſſe, Ronget*, Rutilus piſcis, à *Rubeo* colore ſic dictus, Fr. G. autem *Roux*, Rufum; *Rouge*, Rubrum, quod It. *Roſſo* dicitur, ſignat.

a **Rochet**, *à* Fr. G. *Rochet*, It. *Roccietto, Rocchettto, Rocretto*, Hiſp. *Roquete*, Exomis, omnia *ab* AS. Rocc, Belg. & Teut. **Rock**, Tunica, hæc fort. *à* Belg. **Rogghe**, Teut. **Ruck**, AS. Rige, Dorſum, quia ſc. dorſo obtenditur.

Rock, Belg. **Rock**, Penſum lini in fila carpendum, It. *Rocca*, Dan. etiam **Rock**, Colus, fort. omnia *ab* alt. **Rock**, It. *Rocca*, Rupes, quia ſc. Coli Capitulum, inſtar *Rupis*, protuberat.

Rock,

Rock, à Fr. G. *Roc*, *Roche*, *Rocher*, It. *Rocca*, Rupes, omnia à Gr. Ῥώξ. Fissura vel fort. Fissa & Prærupta Rupes, hoc à Ῥήγνυμι, Rumpo. Datur & Gr. ῥαπὶς, Littus Petrosum.

to **Rock** *a child*. *Mer. Cas.* deflectit à Gr. Ὀχλάζειν, Ἀνοχλάζειν, quod *Hesych.* exponitur τὰ παιδία ταῖς χερσὶν ἀναπάλλειν. Miror hominem Gallum à Græcia usque arcessere quod in patria sua Gallica invenire potuit, nam *Rocquer un Enfant* infantem in Cunis agitare significat, hoc ni fallor, parùm deflexo sensu, neutrali sc. seu Passivo in Activum mutato à Teut. **Rucken**, Cedere, Recedere.

a **Rochet**, pro Pallii genere, à Fr. G. *Rochet*, utr. *ab* AS Rocc, Fr. Th. **Rokehe**, Teut. & Belg. **Rock**, Tunica. *Fr. Jun.* deflectit à Gr. Ῥακὸς.

Rockets *or* **Rochets**, *ab* It. *Rocchelli*, *Rocchetti*, Teut. **Kagetten**, Missilia ignea, nescio an à Lat. *Rogus* additâ term. dim. et, q. d. *Rogulus* (i. e.) Igniculus.

Rod vel **Rad**, Mensura 16 pedum cum dimidio, à Belg. **Roede**, **Roedstock**, Decempeda, Radius Geometricus, utr. à Lat. *Radius*, nisi malis flectere à nostro **Rod**, Virga, quo sensu Jurisconsulti nostri Semibarbari certam Terræ mensuram Virgatam appellant, quia tot Virgarum longitudinem continet.

Rod, à Belg. **Roede**, **Roere**, Virga, **Roede**, **Roedstock**, nobis *a* **Rad**, Decempeda, Radius Geometricus, Teut. **Ruth**, **Ruthe**, **Rote**, Virga, *Minsh.* deflectit **Rod**, à Gr. Ῥάβδος, Virga, & hoc vel παρὰ τὸ ῥάπτειν vel ῥαπίζειν, **Rod** autem pro Virga maxima cum verisimilitudine deduci potest à Lat. Subst. *Rudis*.

Rode, Via Equestris, à verb. *to* **Ride**.

Rode, à Belg. **Reede**, vel Fr. G. *Rade*, Statio navium, hoc fort. à Teut. **Rande**, Margo, Ora, Littus, nisi malis deflectere à verb. *to* **Ride**, q. d. locus ubi naves anchoris utcunque hæ fluitant, *where ships* **Ride**.

Rodomontade, vox pura puta Fr. G. est autem inepta & Thrasonica Gloriatio à *Rodomonte* Ariosti in Poemate, cui nomen *Orlando Furioso* Heroe pugnacissimo.

Roe, *ab* AS. Ra, Rah-deop, Rha, Ræge, Dan. **Raa**, Belg. **Reebeck**, Teut. **Rehe**, **Rehe-bock**, Dan. **Raa-buck**, Capreolus, Belg. **Ree**, Cerva.

the **Roe** *of a fish*, v. **Roan**.

Rogue, vulgari usu Profligatissimus Nebulo, Trifurcifer, τετραγῳδὸς, Trico, Scelus, in legibus nostris Erro, Mendicus. Sunt qui deflectunt à Fr. G. *Rogue*, Arrogans, Impudens, q. d. *a* **Bold** *or* **Sturdy Begger**. Doct. *Th. H.* declinat à Fr. G. *Roder*, Vagari. Non incommodè etiam deduci posset à *Rogando*, quia stipem corrogat, *Rogator* autem pro Mendico apud *Martialem* reperitur lib. 4. Epigr. 30. & *Roga* in Græco-Romano Imperio pro Donativo vel Eleemosyna, præsertim ab Imperatore, collata, usurpata est olim apud *Codinum* & alios passim orientalis Imperii Scriptores. *Minsh.* declinat *ab* AS. Roagh, Malignari & Germ. **Roggen**, Nebulonem agere, sed hæ voces nusquam gentium comparent, melius à Gr. ῥαῦξ, & Hebr. *Roug*, Malus. Potest & formari à Belg. **Wrorgben**, AS. Wpegan, Accusare, Deferre, Prodere.

Roister, à Fr. G. *Rustre*, Scurra Impudens, Gloriosus, Pyrgopolynius, v. *to* **Rush** *and* **Ruffle**, vel à Fr. G. *Reistre*, Teut. **Reiter**, Eques Germanus, quia tales olim Petulantiùs & insolentiùs se gesserunt, ut ex Hist. *Cominei* & aliorum patet, v. **Ride**.

Roll, v. **Rowl**.

a **Romance**, à Fr. G. *Roman*, It. *Romanzo*. Germanicæ nationes, quæ Occidentale Imperium subjugârunt, diu suâ veteri linguâ, ut plurimum, utebantur, didicerunt tamen & linguam Subditorum, quæ cum multis Latinis verbis admixta & aspersa esset, nomine Linguæ Romanæ, ad distinctionem suæ Germinicæ, sc. Gothicæ, Longobardicæ, Burgundicæ, Suevicæ, vel Franco-Theotiscæ appellârunt. In hac Mixo-Latina Lingua, prout ingenium illorum temporum tulit, multæ fabulæ militares Eroticæ à Romanis, sc. subditis Germanicarum gentium suâ dialecto conscriptæ sunt; quæ, quoniam à Romanis & Romana dicta lingua editæ sunt, nomen Fabularum *Romanarum* sortitæ sunt. Etiam *Guicciardinus* testatur partem Brabantiæ Gallicam & quæ Franco-Gallicâ linguâ utitur, hodiéque *le pays Romain de Brabant* vulgò dici, v. p. 296. v. & *Menagium*.

a **Romer**, à Belg. **Roomer**, Teut. **Raumer**, Scyphus amplior, Belg. & Dan. **Romerken**, Scyphus minor, **ken** enim & **kin** minuunt, *a* Teut. **Raum**, Belg. **Ruyme**, Locus, Spatium, *vide* **Room**.

Rood, *Holy* **Rood**, *ab* AS. Rode, Crux.

* **Rood** *of land*, v. **Rod**, pro *Radio* Geometrico. *Gouldmanno* exp. terræ Perticata.

Roof, *ab* AS. Þnoꝼ, Culmen, Tectum, Laquear. *Minsh.* deflectit *à* Gr. Ὀροφὴ, Ὄροφος, Tectum, hinc *the* **Roof** *of the mouth*, ὖρον, q. d. Tectum oris.

Rook, *ab* AS. Þnoc, Belg. **Roeck**, Cornix Frugivora, It. *Rocco*, *a* **Rook** *at chest*, hinc nostrum *to* **Rook**, Circumvenire, Imponere, fallaciis Lucrum facere, q. d. Cornicari, notum enim est Cornices valdè rapaces & furaces esse, hæc omnia non incommodè deflecti possent *à* Lat. *Rancus*, quia Cornix *Rancum* sonum edit, & sanè est avis planè Ἀμυσίγραφος.

Room, *ab* AS. Rum, Teut. **Geraum**, Belg. **Ruym**, Latus, Amplus, Spatiosus, Teut. **Raum**, Belg. **Ruyme**, **Ruymte**, Locus, Spatium. Alludunt Gr. Ῥύμη, Vicus, Platea, Ῥῦμα, Tractus, quæ duo postrema pro Etymis habet *Mer. Casaubon.*

Roost, *ab* AS. Þnoꝼt, Petaurum, Belg. **Roesten**, Dormire instar avis, hoc fort. *à* **Rusten**, Quiescere, Dormire, *vide* **Rest**.

Root, *à* Dan. **Roed**, Radix, Teut. **Kraut**, Fr. Th. **Crutt**, **Crud**, Herba, Olus, quod *Fr. Jun.* more suo deflectit *à* Gr. Χόρτος, Cibus quivis. *Minsheu* deducit *à* verbo *to* **Rot**, quoniam sc. herbæ priusquam Radices agant, Putrescunt.

to **Root**, *ab* AS. Wnotan, Versare rostro instar suum, Belg. **Roeden**, **Roden**, Extirpare, **Wroeten**, **Wroeten**, terram Suffodere, Teut. **Raufken**, **Auszraufken**, Vellere vel Evellere, **Auszreissen**, **Reissen**, Evellere, Eradicare, Rapere, Abripere, Lacerare, **Reuten**, **Auszreuten**, **Auszrotten**, Extirpare, Exterminare, **Rüssein**, terram rostro fodere more suum, **Russel**, Rostrum suis, hoc *à* Lat. *Rostellum* diminutivo *à Rostrum*. AS. autem Wnotan, & Belg. **Roden**, cum cognatis orta videntur à Lat. *Rotare*. Felicissimè alludit Gr. Ὀρύσσω, Fodio.

Rope, *ab* AS. Rape, Dan. **Reeb**, Belg. **Reep**, **Roop**, Rudens, Funis. *Minsheu* deflectit *à* Gr. Ῥίπτω, Declino, Propendeo, Ῥοπὴ, Propensio, Inclinatio. *Fr. Jun.* à Ῥᾶπυς, Virgulta, *Casaubono* ἱμαντὸν φυτὸν, alii meliùs *à* σχοῖνος.

Ropp *wine, or other liquor*, *ab* Hisp. *Arropa*, *Arrope*, Vinum Coctum ad tertias, Sapa, vel *à* nostro **Rope**, Funiculus, quia sc. vinum viscidum è manu vel spathula, instar Funiculi, dependet.

Rosemary. *à* Fr. G. *Roumarin*, It. *Romarino*, *Rammerino*, *Rummarino*, Hisp. *Romero*, Lat. Barb. *Rosmarinus*, Κάστανις θαλασσία.

Rosin, *à* Fr. G. *Resine*, utr. à Lat. *Resina*, Gr. Ῥητίνη à Ῥέω, quoniam fluit instar lachrymæ, ideóque etiam Lachryma probatis Authoribus dicitur, nobis autem, deflexo parùm sensu, pro Lachryma Pinûs arboris in duritiem cocta usurpatur.

Rost, *ab* AS. Gnoꝼtob, Assus, Teut. **Rosten**, Fr. G. *Rostir*, It. *Rostire*, *Arrostire*, Assare. *Menagius à Torreo*, *Torsi*, *Torsum*, *Torsire*, & sic per Metathesin *Rostire* deflectit.

Rostle, vox Architectonica, quæ mihi apud solum *Higgin.* occurrit. Exponitur Vectis Rostratus, *à* Lat. *Rostrum*, q. d. *Rostellum*.

Rot, *ab* AS. Rotan, Foppotan, Belg. **Rotten**, **Verrotten**, Putrescere, **Rot**, Putris, & abstr. Putredo, Dan. **Raadner** & **Rodner**, Putresco. Alludit Gr. Ῥοῦς & Εὐρωτὴς.

to **Rottle**, *à* Teut. **Röcheln**, Fr. G. *Raller*, Lethaliter Stertere, Belg. **Rotelen**, Murmurare, Murmillare, **Rotel** morientium Stertor, omnia à sono ficta, ut & Gr. Ὀρτυγίζω. Datur & Teut. **Rüchein**, Grunnire instar subantis suis, v. **Rattle**.

to **Rove**, huc illuc Vagari & Discursare, præsertim prædandi gratiâ, *à* Dan. **Rover**, Prædor, vel *à* Fr. G. *Roder*, Vagari, hoc *à* Lat. *Rotare*, huc illuc Circuire, se huc illuc Circumvertere, hinc **Rovers**, Pyratæ, *vide* **Rob**.

Rouge crois, nomen Facialis Majoris seu Patris Patrati, q. d. Fr. G. *Rouge Croix*, Crux Rubra, quam sc. pro Insigni habet.

Rough, *ab* AS. Þnuh, Ruh, Þnuhge, Rye, Reoh, Scaber, Asper, Belg. **Rouw**, **Roud**, Rudis, Austerus, Asper, Teut. **Rauch**, **Rauh**, Hirsutus, **Rauh**, Salebrosus, Asper Immitis, Fr. G. *Roide*, It. *Rozzo*, *Ruffo*, Rudis, Agrestis, Gr. Ῥωιδὸς, Rugosus, hinc **Ruff** *or* **Rough**, piscis Cajo Medico Aspredo. *Mer. Cas.* nostrum **Rough** deflectit *à* Gr. στυφρὸς, Austerus, Acerbus. Mallem à Lat. *Rudis*, à quo Fr. G. *Roide* etiam manifestiùs ortum ducit.

Rounceval *pear*, Grandius illud & Suavius Pisorum genus, à loco **Rounceval** in confiniis Hispaniæ ad pedem Pyrenæi montis,

montis, olim clade *Caroli* magni exercitui à Saracenis illatâ; Rolandi nece, & ubere istius Leguminis proventu nobili.

Round, *à* Fr. G. *Rond*, Teut. **Rundt**, Dan. **Rund**, It. *Tondo*, omnia *à* Lat. *Rotundus*, hoc à *Rota*, hinc Fr. G. *La Ronde*, It. *la Ronda*, Circuitus Ducis vigilum, Run. Dan. **Rand**, Clypeus, **Run**, **Rond**, Umbo. Datur & Hisp. *Ronda*, Pomœrium urbis, q. d. Rotundum seu Rotunditas urbis (i. e.) ejus Ambitus, seu Circuitus.

to **Round** *one in the ear*, vel potiùs, ut *Chaucerus* scribit, **Rown**, Insusurrare, *ab* AS. Runian, Mussitare, Susurrare. Occurrit & Fr. Th. **Runde mir**, Indica mihi, in *Gl. Lipf.* **Rundon**, Susurrabant, Belg. rec. **Roenen**, **Reunen**, Teut. **Raunen**, Susurrare, omnia *ab* AS. Run, Rune, Genyne, Mysterium.

Roundelay, Fr. G. *Rondeau*, *ab* ant. **Lay**, Carmen, & **Round** sic dictum, vel quòd in Orbem alternatim, vel, ut loquimur, per Partes cantabatur, vel quòd ad tripudia seu choreas in Orbem ductas accini vel pulsari solebat, *vide* **Lay** & **Round**.

Roundel'o, vox Fœcialium, quæ ipsis Globum significat, *à* **Round** quod *vide*.

a **Roundel**, *Higgin.* Scotia, σφαιρα, vox Architectonica. Exponitur Globus rotundus qui columnæ imponitur, Epistylium, parùm deflexo sensu *à* Fr. G. *Rondelle*, Bractea seu Lamina rotunda, *Rondeler* in Orbem vertere, *vide* **Round**.

a **Rouse**, *à* Teut. **Rausch**, Semiebrietas.

to **Rouse** *or* **Rowse**, Excitare, v. **Raise** & **Rise**.

a **Rousing ly**, Mendacium Magnificum, credo *ab* alt. **Rouse**, q. d. Mendacium adeò Splendidum & Sonorum, ut vel oscitantem & dormitantem excitaret, vel *à* Teut. **Rausch**, Semiebrietas, Semiebrii enim in cujusmodi mendacia proclives sunt.

to **Rout** *or* **Root**, *ab* AS. Hputan, Stertere, Belg. **Roteren**, Grunnire, omnia à sono icta, *v.* **Rottle** & **Rattle**. Sed quia Belg. Rotel, Teut. **Rüssel** Rostrum designant, possunt etiam non incommodè deflecti *à* Lat. *Rostellum* (i. e.) vocem *Rostello* emittere.

to **Rout** *an Army*, *à* Fr. G. *Route*, It. *Rotta*, Dislipatio, Profligatio Exercitûs, Fr. G. *mettre une armée a la Route*, exercitum Fundere, *Route* autem est verbale verbi *Rompre*, Rumpere, q. d. *Ruptio*, *Ruptura* vel *Perruptio* ordinum hostilium.

Rout, Turba, *à* Belg. **Rot**, Turma, Teut. **Rotte**, Factio, Contubernium, Manipulus militum, Lat. Barb. *Rutta*, *Rupta*, C. Br. *Rhawd*, *Rhawter*, Caterva, Turma, *v. Voss.* & *Menag. Fr. Jun.* deflectit *à* Gr. Ῥιπή, Tumultus vel Fragor, alii *à* *Rota*, quòd sit multitudo hominum in orbem, instar *Rotæ*, conglobatorum, hæc omnia cum bona *Menagii* venia mallem deducere *à* Dan. **Rode**, Manipulus militum, & hoc *à* verb. *to* **Ride**, q. d. *a* **Riding** *of men or Troopers*, Turma Equitum, ut dicimus, *a* **Flight** *of birds*, pro Multitudine avium.

the **Row** *of fish*, v. **Roan**.

to **Row**, *ab* AS. Ropan, Bepopan, Repan, Belg. **Roeden**, **Roeyen**, Teut. **Rupen**, Dan. **At Röe**, Remigare, omnia *à* Teut. **Regen**, Movere. Alludit Gr. Ῥέω, Ῥοέω, Fluo, Ῥιπή, Fluentum, Fluctus, Fluxio. *Mer. Cas.* nostrum **Row** deflectit *à* Gr. Ἐρέω, Ἐρέσσω, Remigo.

Row, *à* Teut. **Reih**, **Reihe**, **Reye**, Ordo, nescio an hoc *à* Lat. *Regula*.

a **Rowel** *of a spurr*, *à* Fr. G. *Roue*, Rota, *Rouelle*, Rotula, Rotella, utr *à* Lat. *Rota*, quia sc. instar Rotæ circumvolvitur.

Rowl, potiùs **Roll**, *à* Belg. **Rol**, Teut. **Rolle**, Fr. G. *Roole*, *Role*, *Rolle*, *Roulé*, *Roulet*, It. *Ruolo*, *Rollo*, Codicillus, Volumen, Charta Complicata, Catalogus, Belg. & Teut. **Rollen**, Volvere, Rotare, Versare, Fr. G. *Rouler*, It. *Rotolare*, *Rovigliare*, Convolvere, Belg. **Rolsteen**, Cylindrus, omnia *à* Lat. Barb. *Rotula*, *Rotulare*. Datur & It. *Arrotolare*, Volutare, *Arrollare*, Hisp. *Arrollar*, milites in Catalogum referre, & C. Br. *Rhol*, idem cum nostro **Roll** designans, & è nostro fonte haustum.

Royal, *à* Fr. G. *Royal*, Regius, hòc *à* Fr. G. *Roy*, It. *Rè*, omnia *à* Lat. *Rex*, præsertim Abl. *Rege*, hinc Fr. G. *Royaliste*, Regiis partibus addictus, q. d. *Regalista*.

Rub, *à* Teut. **Reiben**, Purgare, Tergere, Belg. **Wryven**, **Wryven**, Terere, Atterere, Conterere, Friare, Fricare. Feliciſſimè alludit Gr. Ῥύπτω, Abstergo, Purgo, Emundo.

Rubbish, Rudera, v. **Rub**, q. d. quod attritu

tritu excutitur. Alludunt Lat. *Rudera*, & Gr. Ῥύπος, Sordes, à Ῥύπτω, Abstergo, Purgo, Emundo, & Ἐρέπτω, Rudus, *ab* Ἐρείπω, Demolior.

a **Ruby**, *ab* Hisp. *Rubi*, Fr. G. *Rubis*, It. *Rubino*, Lat. Barb. *Rubinus*, Pyropus seu Carbunculus veterum, nobis sic dictus à colore *Rubeo*.

Rud, piscis Rutilo pisci cognatus, v. **Roche** & **Red**.

Rudder, *ab* AS. Roðor, Belg. **Roer**, **Roeder**, Clavus navis, q. d. **Righter** (i. e.) Director navis, *ab* AS. Rihtan, Gemihtan, Dirigere. Datur & Teut. **Ruder**, Remus. *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Ῥυτὴς, Ῥυτὴ, Lorum fræni, Frænum.

Ruddle, Teut. **Rötelstein**, Rubrica, **Rötein**, dare in ruborem, v. **Red**.

Ruddy, Rufus, Rutilus, Rubidus, *ab* AS. Rudu, Rubor, v. **Red**.

Rude, non, ut primâ fronte videri possit, *à* Lat. *Rudis*, licèt nec hoc absurdum sit, sed *ab* AS. Reðe, Sævus, Ferox, Impolitus.

Rudge *washed, Kersey made of woll washed onely on the sheeps back*, Pannus è Lana adhuc ovis dorso increscente abluta confectus, *à* Teut. **Ruck**, Belg. **Rugghe**, Dorsum.

Rue, *à* Fr. G. *Rue*, C. Br. *Rhryw*, utr. *à* Lat. *Ruta*, & hoc *ab* ant. voce Ῥυτὴ, quod tum *Varrone*, tum *Nicandri* Scholiaste, tum *Hesychio* testibus ant. Græcis præsertim Peloponesiis, hanc ipsam plantam signavit.

to **Rue**, *ab* AS. Reoppian, Þreoppian, Behreoppian, Belg. **Rouwen**, Teut. **Reuwen**, Fr. Th. **Rûuuon**, Pœnitere, nom. AS. Þreope, Reope, Belg. **Rouwe**, Teut. **Reu**, Fr. Th. **Riûuua**, quod *Fr. Jun.* legit **Riuua**, Pœnitentia, **Hziûuun**, Pœnitentiam. Occurrit & in *Gl. Lipsi.* **Hozriwet**, Compungimini. *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Ἀρᾶσθαι, Imprecari. Mallem *ab* Ὀρύω, Ejulo.

Ruff, Collare Rugatum, *à* Belg. **Ruyffel**, Ruga, **Ruyffelen**, Rugare, Striare, quia sc. in Rugas componitur, vel *ab* AS. Reaf, Vestis, sed prius longè præfero. *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. ῥάπτω, hinc & avis **Ruff** dicta à Paleari vel Arunco plumarum circa collum.

Ruff, *Higgin.* Porculus seu Porcellus piscis, Gr. Χοιρίδιον, Χοιρίδιον, Pisciculus capite & caudâ, etiam præcipuè, continente spinarum serie, ad modum setarum porcum mentiens, idque credo rectiùs scribi **Rough**, q. d. Piscis Hispidus, Asper, Setis horrens.

a **Ruffian**, *à* Fr. G. *Ruffien*, Hisp. *Rufian*, It. *Ruffiano*, Dan. **Ruffer**, Leno, nescio an *à* Dan. **Roffvere**, nobis **Robber**, Latro, quia sc. Lenones plerique Latrones seu Fures sunt, vel fort. à quodam insigni Lenone Italo cui *Rufo* seu *Rufino* nomen fuit.

Ruffle *or* **Raffle**, fort. *à* Belg. **Ruyffelen**, **Riffelen**, Terere, Verrere, Fricare, **Ruyffelen**, Rugare, nobis, parùm detorto sensu, Crinium seu vestium ordinem Perturbare, Confundere. Invenio etiam, non admodùm dissimili sensu, apud *Dhuez*: Teut. **Reffen**, **Flachs Reffen**, Fr. G. *Raffer du lin*, Linum Depectere, Teut. **Raffe** vel **Reffe**, Fr. G. etiam *Raffe*, lini Pecten, licèt hæ duæ voces Fr. G. apud *Cotgrav.* non occurrant.

Rug, Stragulum Hispidum ex Panno Crasso & Vili, *ab* AS. Rocc, Belg. & Teut. **Rock**, Tunica, vel potiùs à voce *Rocc*, quæ apud *Ælfricum* occurrit & exp. *Toral*, vel à Reope, Læna, Sagum, vel à **Rough**, Asper, q. d. Vestis Aspera, hinc **Rug** nomen Canis, *Ridero* Lachne, sc. ab Hispiditate sic dictus. Alludit Gr. Ῥύγος τὸ, Stragula, Culcita.

Rugged, Asper, v. **Rough** & **Rug**.

a **Rule**, elisò *g*, *à* Lat. *Regula*, quod eò magis confirmatur quòd Scoti scribunt **Reule**, prout invenies apud *Duglass.* lib. 1. Æneid. Virg. fol. 23. pag. 1.

Rumble, *à* Belg. **Rommelen**, **Rammelen**, Teut. **Rammeln**, **Rumpeln**, It. *Rombolare*, Strepere, Murmurare, Crepitare, Teut. **Gerumpel**, Tripudiatio, Strepitus pedum, **ein Gerumpel machen**, Strepere, Strepitare, Strepitum edere, Dan. **Rumler**, Crepito. Alludit Gr. Ῥομβέω, Vagor, Fluctuor, à Ῥόμβος in Gyrum circumago. Nostrum autem **Rumble** cum cognatis vocibus credo à sono fictum esse.

to **Rummage** *or* **Rume goods**, vox Nautica. Significat autem bona præsertim in fundo navis Removere, *à* Teut. **Raumen**, **Räumen**, Vacuare, Evacuare, Purgare, **Raum**, Spatium.

Rumny *wine*, vox quæ apud solum *Higgin.* occurrit, & exp. Vinum Hispaniense, credo, q. d. Vinum *Romanum* vel *Romanense*; Hispani enim olim, quia Romanorum coloniis passim mixti erant, & Latinè loquebantur, Romani appellati sunt.

Rump, *Minsh.* deflectit *à* Dan. **Rumpe**, Teut. **Rumpff**, Cauda seu Ὀπισθίγυιον vel ἀγκύγυιον,

ῥυπάων, præsertim avis, Podex, Anus, Teut. autem **Rumpff** non Oropygium sed Tergus, Dorsum *Dhuezio* exponitur.

Rumple, *ab* AS. Þrymmelle, Rugæ, Gehrumpen, Rugosus, Belg. **Rompelen**, **Rimpelen**, **Rompen**, **Schrompelen**, **Schrompen**, Teut. **Runtzeln**, **Schrumpeln**, **Rumpffen**, **Verrumpffen**, Rugare, Corrugare, Contrahere, Belg. **Rimpe**, **Rimpel**, **Rompel**, **Schrompe**, **Schrompele**, Teut. **Runtzel**, Ruga.

Rundle, It. *Rotolone*, Cylindrus, *à* Lat. *Rota*, v. **Round** & **Rowl**.

Rundlet, *Higgin.* Quadrantal, q. d. **Roundlet**, à figura *Rotunda*, v. **Round**.

the **Rungs**, Asseres seu Tigna quæ fundum navis constituunt, nescio an sic dicti quasi **Rings**, q. d. Asseres Annulares.

Runn, *ab* AS. Arnian, ῥnnan, Currere, Runninge, Rin, Rine, Cursus, Belg. **Rannen**, **Runnen**, Teut. **Rennen**, Currere, **Rinnen**, Fluere, **Rennen**, pleno cursu super equum ferri, **Rinne**, Canalis, **Rinnen**, Fluitare, Run. Dan. **Runa**, Alveus, Sulcus, Dan. **Render**, Curro, **Rinder ned**, Destillo. Alludit Gr. Ῥέω, Fluo.

Runnagate, Apostata, Fugitivus, Transfuga, vel à **Run** & **Gate**, Iter, vel potius corr. *ab* Hisp. *Renegado*, Apostata, hoc à *Renegando* religionem.

Runt, *a Scotch or Welch* **Runt**. Sic appellamus Jumenta Scotica & Cambrica, quæ nostris longè minora sunt, *à* Belg. **Rund**, Belg. & Teut. **Rind**, Bos simpliciter.

a **Rush**, *ab* AS. Rirc, Juncus, Scirpus, pl. Rixan, Junci.

to **Rush**, *ab* AS. Þreoran, Ruere, Corruere, Þrỹran, Movere, Nutare, Þrỹrc, Þrỹrca, Irruptio, Inperan, Irruere, Belg. **Ruyschen**, **Oberuyschen**, Teut. **Geraunsch**, Strepitus, Belg. **Ruyschen**, Teut. **Rauschen**, Fremere, Strepere, Perstrepere, omnia à sono ficta. Alludunt Gr. Ἀράσσω, Ῥάσσω, Pulso, Tundo, Allido, Ῥήσσω, Rumpo, item Ὀρύω, Impetum facio, Diruo. Datur & Ῥαΐζω, Stridor, Ῥοιζίω, Celeriter, instar sagittæ, per aerem feror.

Russet, *Higgin.* Ravus, *à* Fr. G. *Rousset*, *Roux*, It. *Rossetto*, Rutilus, Rufus, hoc à *Rosse* quod Italis Rubrum signat tanquam Subruber. *Russus* etiam apud Scriptores historiæ Augustæ occurrit, & exponitur colore Rubro dilutiore, qualem vulgò Incarnatum dicimus, præ-

dirus, *Fr. Jun.* scitissimè deflectit *à* Gr. Ῥόινος, Puniceus, hoc à Ῥοὰ vel Ῥοιὰ, Malus Punicum, q. d. color Mali Punici, v. *Æl. Lampria.* vitâ Ant. Diadumeni Cæs. & Treb. Poll. vitâ D. Claudii 2. Aug. cum notis Salmas. in utr.

a **Russetin**, *à* Fr. G. *Roussette*, Pomi species Italis à colore Rubigineo *Ruggine* appellatum. *Roussette* autem Colorem ex Rubro Cinereum vel Subfuscum qualis est hujus pomi significat, & est Dim. ex *Roux*, quod colorem ex Atro rubentem denotat.

Rust, *ab* AS. Ruſt, Belg. **Roest**, Dan. & Teut. **Rost**, Rubigo, Belg. **Roesten**, **Verroesten**, Teut. **Rosten**, **Verrosten**, Rubiginem Contrahere, **Rostig**, Rubiginosus, fort. omnia à voce **Rest**, quia sc. arma quiescendo, & quòd nunquam usurpantur, Rubiginem contrahunt, vel à *Rubore* quem omnia Rubiginosa induunt, *Rosso* autem Italis Rubrum notat. *Fr. Jun.* deflectit *à* Gr. Ῥᾳστώνη, Inertia, Ignavia, *Mer. Cas. ab* Ἐυρύς.

Rustle, *ab* AS. Þrixtlan, Crepare, Strepere, Þruxle, Strepitus, Belg. **Ritselen**, **Ruyselen**, Teut. **Rasseln**, Strepere, Strepitare, **Rauchen**, Strepitum & Murmur edere, Stridere, v. **Rash** & *Voss.* in Et LL. voce *Ruspari*, credo autem **Rustle** & **Ruyselen**, esse ἐνοματοποιήματα.

to **Rut**, *à* Fr. G. *Ruit*, Prüritus ad Venerem seu Catulitio cervorum, & hoc, si *Menagio* fides sit, à *Rugitu* seu sono, quem Cervi tunc edunt, vel à *Ruendo* in Venerem, vel à Belg. **Rotten**, Coire inter se in Contubernium, **Rot**, Turma, sed prius longè præfero. Datur & Teut. **Reitzen**, **Anreitzen**, Incitare, Instigare, Stimulare, cognato sanè & sensu & sono, hoc *à* Lat. *Irritare*. Alludit Gr. λυσσάω, Rabio, λύσσα, Rabies, facili mutatione τῦ λ in ῥ. Alludit & Ὀρύττω, lasciviori sensu, Fodio.

to **Rattle** *or* **Rottle**, *à* Belg. **Rentel**, **Rotel**, Murmur Raucum moribundorum, Fr. G. *Raller*, Teut. **Röcheln**, Ὀρυχδῶν, Belg. **Rotelen**, Murmurare, Murmillare, omnia à sono ficta, v. **Rottle**, **Rattle** & **Rout**.

Rye, *ab* AS. Ryge, Rige, Belg. **Roggbe**, Teut. **Rocken**, C. Br. *Rhyg*, Secale. Nescio an *ab* AS. Þrige, Belg. **Roggbe**, Teut. **Ruck**, Dorsum, v. **Ridge**, quia sc. ejus aristæ longo & continuo acutiorum spicarum ordine Spinam seu vertebras dorsi aliquo modo referunt, vel quia istiusmodi spicarum serie per totum

dorsum

dorſum (i. e.) dependentem ariſtam horrent, *it is* **Kog'd** *with prickles.*

the **Ky**, morbus Accipitrum qui Gravedini, Rheumati vel Catarrho reſpondet, neſcio an contr. & corr. à Lat. & Gr. *Coryza.* A *Juliana Barns* lib. de re Falconaria ſic deſcribibitur hic morbus. **It woll aryſe in the heed, and make the heed to ſwell, and the Eyen all Glaymous and derk. And but it have help, it will downe into the legges, and make the legges to raycle. And if it go fro the legges to the heed ageyen, the hawke is but loſt. And if it be glaymous and ropynge, the engendreth an evyll calliyd the Qjay, that is, whan an hawke may not muteyſe.** Ego Falconariæ artis prorſus expers nihil in hac re decidere poſſum. Verùm, ſi ſecundùm ſonum vocis divinare liceat, proclive eſt, deflectere *à* Fr. G. *Raye*, Linea, Stria, Sulcus, & fort. Linea aliqua ſeu Stria in Cute hoc morbo laborantium accipitrum apparet; Fr. G. autem *Raye* non abſurdum eſſet formare *à* Lat. *Radius.*

S.

Sable, à Teut. **Sebel**, Dan. **Sabel**, Acinaces ſeu Enſis Sarmaticus vel Polonicus. Vox credo ut res ipſa *Sarmatice* originis.

Sable, à Fr. G. *Sable*, vox Fœcialium, quæ ipſis Nigrum ſignat, à colore pellis muris ſeu muſtelæ Ponticæ, v. **Sables.**

Sables, *à* Fr. G. *Sable*, Pelles murium ſeu muſtelarum Ponticarum quibus magno emtis ad ſuffulciendas ſeu duplicandas hibernas veſtes utuntur ditiores: hæc animalia Fr. G. *Martes Sebellines*, *Sonbelines*, *Soublines ou Subelines*, It. *Zibellini*, *Sebellini* appellantur, v. *Caſ. Scal.* in Hiſt. An. Ariſt. p. 260.

Sacaret, Accipiter quidam, q. d. *parvus* **Saker**, v. **Saker.**

Sack, *ab* AS. Sacc, Sæc, Sacculus, Sæcc, Cilicium, C. Br. *Sach*, Fr. G. *Sac*, It. *Sacco*, Lat. *Saccus*, Gr. σάκκος, vox omnibus Linguis communis, ut creditur, linguæ ante Diluvium Catholicæ Ἀνασυσταθεῖσαι, unde verb. *to* **Sack** *or* **Saccage**, Gr. σακκίζω, Fr. G. *Saccager*, It. *Saccheggiare*, ſaccos Expilare, hinc & **Satchel.** Poteſt tamen Gr. σάκκος, eóque ejus progenies Saccus cum cognatis vocibus It. Hiſp. Fr. G. Germ. & noſtrâ Anglicâ, poteſt inquam, deflecti *à* verbo Vernaculo σάτλω, Onero, quia ſc. jumenta plerumque Saccis onerantur.

Sack, pro Vino Hiſpanico. *Minſh.* ſic dictum putat propter magnam ſiccandi humores facultatem, unde etiam Fr. G. & in multis Angliæ locis Sec dicitur. Datur & in Italia Vinum quod *Vin del Sacco* appellitant, dulce quoddam Vinum, quod ſine ulla fermentatione tranſcolando per manicam *Hippocratis* utcunque defæcatur, *Theophraſto* ἐν σακκίδιον, σάκκιας Poll. ſed nihil horum placet. Duæ adhuc ſuperſunt conjecturæ longè magis ſpecioſæ, altera Doct. *Th. H.* qui dictum putat *ab* Hiſp. *Seco*, quod, ut It. *Aſciutto*, Acidum ſeu Auſterum deſignat, & hoc nomen non cuivis vino Hiſpanico, nedum dulciori ut Malacenſi, ſed aſperiori, præſertim *Xereſiano*, propriè competere; altera conjectura eſt ingenioſi & induſtrii *Mandelſloi*, qui hoc Vinum denominatum putat à *Xeque* Mauritaniæ Tingitanæ urbe, & provincia non procul à freto Herculeo ſita, è qua hoc vitis genus primitùs in vicinam Hiſpaniam tranſplantatum eſt, q. d. Vinum *Xequinum* ſeu *Xequitanum.*

Sackbut, *ab* Hiſp. *Sacabuche*, Tuba Ductilis, hoc *ab* Hiſp. *Sacar del Buche*, (i. e.) ab Extrahendo è ſtomacho vel ventriculo uſque, quia ſc. qui hoc tubæ genere utuntur, magnâ vi ſpiritum trahunt & vehementer proflant.

Sacreſtan, Fr. G. *Sacriſtain*, It. *Sacriſtano*, *Sacreſtano*, Ædituus, ναοφύλαξ, *à* Fr. G. *Sacriſtie*, It. *Sacriſtia*, *Sacreſtia*, *a* **Veſtry**, q. d. Sacrarum Veſtium Cuſtos & Repoſitorium.

Sad, *Minſh.* deflectit *a* Teut. **Sat**, Satur ſc. Lachrymis, vel **Schatte**, Umbra, quòd triſtes ſolitudinem affectant; Saturitas autem & tædium pura puta eſt triſtitia, ſaltem *a* **Sad** *colour* deſcendit à Lat. *Satur*, quò enim ſaturatior eſt rubedo eò obſcurior fit, & magis in nigrum vergit.

Saddle, *ab* AS. Sadl, Dan. **Sadel**, Belg. **Sadel**, Teut. **Sattel**, C. Br. *Sadel*, Ephippium, Sella, hoc *ab* AS. Setl, Sedes, Belg. **Sedel-kleed**, Stratum Dorſuale, Teut. **Sattler**, Ephippiarius, omnia

nia contracta à Lat *Sedile*. Alludit, sed tantùm alludit, Gr. Σάττω, Onero, Farcio item præsim Impleo.

Safe, à Fr. G. *Sauf*, Lat. *Salvus*, Gr. Σῶς.

Saffron, à Teut. & Fr. G. *Saffran*, It. *Saffrano*, *Zaffarano*, *Zaffarano*, *Zaffrano*, vox Arab. originis.

Sage, à Fr. G. *Sauge*, *Saulge*, utr. à Lat. *Salvia*, hoc à *Salvificis* seu *Salutiferis*, quibus reverà instructa est, facultatibus.

Sage, à Fr. G. *Sage*, It. *Saggio*, Sapiens, Prudens, utr. à Lat. *Sagire*, quod, *Cicerone* teste lib. 1. de Divinatione, acutè Sentire designat, hinc vox Latina vulgatior *Sagax*.

Sail, *ab* AS. Segl, Belg. **Seghel**, **Seyl**, Dan. etiam **Seyl**, Teut. **Segel**, Velum, AS. Seglian, Belg. **Seylen**, Teut. **Segelen**, Navigare, Velificare, Vela dare, Dan. **Seyler**, Navigo, **Seygler**, Velifico, *Ælfrico* Segel-Gyrd, Antennæ, Belg. **Seel**, Funis, Restis, Vinculum Stupeum. *Fr. Jun.* suo more deflectit nostrum **Sail** à Σειρὰ, Catena, Funis, omnino ut Lilium à Λείριον, Lacero à Παλὸν, Paulum à Πάλεγυ, Lis *ab* Ἔρις, Mille vel Mille à Μύριον, Area *ab* Ἄλως, Sirpe à Σίλφι.

Saint, à Fr. G. *Saint*, *Sainct*, It. *Santo*, utr. à Lat. *Sanctus*.

Sake, *ab* AS. Sac, Saca, Dan. **Sag**, Belg. **Sake**, **Saecke**, Teut. **Sach**, Causa, Teut. vet. **Saca**, Run. Dan. **Sak**, Res, *Gl. Lipsi.* **Saca**, Rem. Quid si hæc omnia deflecterem à verb. *to* **Seek**, AS. Secan? Causa est enim id de quo Quæritur vel Inquiritur.

Saker, à Fr. G. & Hisp. *Sacre*, Accipitris species, *Ridero* Μιλανάιτῳ, vel à Fr. G. *Sacre*, Helluo, Gurges, quia est avis rapax & vorax; vel à verb. Hisp. *Sacar*, Extrahere, Eruere, quia prædam dilaniat; vel, ut *Minsh.* vult, à Lat. *Sacer*, ut Ἱέραξ, Accipiter, *ab* Ἱερὸς, utr. vel quod Jovi Sacra fuit avis, utpote ex genere Aquilino, vel ob magnitudinem quam etiam Ἱερὸς significat, ut ex Osse Sacro Ὀστέον ἱερὸν (i. e.) Amplo dicto liquidò apparet.

Saker, Tormentum Bellicum, Machina Campestris, vel *ab* alt. **Saker**, Accipitris species quod vide, quia ut Accipiter inter aves, sic hoc Tormentum inter homines magnam stragem edit, vel à verbo Hisp. *Sacar*, Extrahere, Eruere, quia sc. homines dilaniat.

Salet, **Sallet** vel **Salade**. *vide* Et. *Menagii* in Voc. For. Verùm quoniam Hispani, ut ipse innuit, Galeam *Celada* vocant, mallem deflectere à Lat. *Cælata*, quia sc. olim Galeas cœlabant.

Saltant, vox Fœcialium, ut *a* **Lion Saliant**, à Fr. G. *Saillant*, part. verbi *Saillir*, Salire (i. e.) Leo *Saliens*.

Sallet, à Fr. G. *Salade*, It. *Salata*, *Insalata*, Fercùlum olerum, quia sc. plerumque herbæ istæ *sale* & aceto condiuntur.

Sallow, à Fr. Th. **Salo**, Fuscus, Niger, hinc *Jun.* deflectit Fr. G. *Sale*, & nostrum **Sotted** vel **Salted**, quæ *vide*.

a **Sallow** *or* **Sally** *tree*, à Fr. G. *Saule*, *Saux*, It. *Salce*, *Salcio*, omnia à Lat. *Salix*.

a **Sally**, à Fr. *Saillie*, Eruptio & Impressio obsessorum in obsidentes, hoc *a* verb. *Saillir*, Hisp. *Salir*, Exire, Erumpere, utr. à Lat. *Salire*.

Salt, AS. *ab* Sealt, Belg. **Sout**, Teut. **Saltz**, Fr. G. *Sel*, It. *Sale*, à Lat. *Sal*, & hoc à Gr. Ἅλας τὸ, *Sal*, Ἅλς, Mare; addito tantùm sibilo, hinc & Dan. **Salt**, Salsus, contr. à Lat. *Salitus*.

Salt, pro Catuliente Canicula, à Lat. *Salax*.

a **Saltire** vel **Saltre**, vox Fœcialium, à Fr. G. *Saultoir* idem signante. Est autem Crux Transversa seu Transversaria, dicta Sancti *Andreæ*, quia Sanctus *Andreas* istiusmodi cruci suffixus creditur. *Saultoir* autem dicitur quasi Exaltatorium.

Salt-Peeter, à Fr. G. *Salpestre*, Nitrum, q. d. *Sal Petræ*, sic dictum quoniam Petris sæpe, instar lanuginis, adhæret.

Saltsellar, Doct. *Th. H.* putat esse Pleonasmum, à Fr. G. *Selier*, Salinum.

Salve, *ab* AS. Sealf, Fr. Th. **Salvi**, Belg. **Salf**, **Salve**, Teut. **Salb**, Unguentum, Fr. Th. **Salbon**, Unguentorium, omnia à Lat. *Salvus*, *Salvare*, quæ in inferiori Imperio pro *Sanus*, & *Sanare* usurpata sunt. *Fr. Jun.* suo more deflectit à Gr. Ἀλείφειν.

Same, Idem, parùm deflexo sensu *ab* AS. Same, Samod, Cimbr. **Sam**, Simul, Fr. Th. **Samo**, Sic. Nostro **Same** feliciter alludit Gr. Ἅμα, Spiritu in sibilum converso, quo nihil magis tralatitium est.

Same-cloth, *Gouldmanno*, apud quem solum occurrit, Limus, sanè vix credo bene; secundùm enim ejus explicationem mallem

appellare Succinctium, Succinctorium ζωστῆρα, credo à Fr. G. *Sein*, Gremium, Sinus, & **Cloth**, omnino ut It. *Grembiale* pro Semicinctio à *Grembo*, Lat. *Gremium*.

Samlet, piscis (i. e.) Trocta Salmonata, q. d. **Salmonet**, parvus Salmo, v. **Trout** & **Salmon**.

Sampier *or* **Sampire**, Crithmum, Fæniculum marinum, à Fr. G. *Saintpierre*, q. d. herba *Sancti Petri Minsh*.

Sample & **Sampler**, à Fr. G. *Exemple*, *Exemplaire*, utr. à Lat. *Exemplum*, *Exemplar*.

Sance bell, quasi **Saints bell** (i.e.) Campana Sanctorum *Minshew*.

Sand, *ab* AS. Belg. Dan. & Teut. Sand, Arena. Alludit Gr. Ψάμμος.

a **Sandel**, Teut. **Sandel**, Passer seu Solea piscis, sic dictus, vel quia in Arena degit, vel à forma *Sandali* seu Sandalii.

Sanders, à Lat. Barb. *Santalum*, vox Barbaræ Æthiopicæ seu Indicæ originis.

Sandever, à Fr. G. *Suin de Verre* (i.e.) Sebum seu Axungia vitri. Est enim Spuma cineris herbæ Kali, unde vitrum conficitur, in fornace excocti & depurati, instar Axungiæ reliquo cineri supernatans, sed est reverà Sal, idque acerrimum.

Sangiack, It. *Sangiacco*, vox Turcica, quæ Dignitatem à **Bashaw** proximam signat, *Leunclavius* deflectit *a* Turcico *Sanzac-beg* (i. e.) Dominus Vexilli, hoc à *Sanzac*, Vexillum, & *Beg*, Dominus, q. d. magnus Vexillarius, omnino ut in Etruria *Gonfaloniere* (i. e.) Signifer pro Prætore usurpatur.

Sanglant, vox pura puta Fr. G. (i. e.) *Sanguine rorans* seu diffluens.

to **Sap** *or* **Dig**, à Fr. G. *Sapper*, It. *Zappare*, Fodere, Cuniculos agere, *Zappa*, Ligo, vox Castrensis. It. *Zappare*, plusquam alludit Gr. Σκάπτω.

Sap, *ab* AS. Sæpe, Belg. **Sap**, Teut. **Safft**, Fr. G. *Seve*, Succus, Belg. **Saploos**, Exuccus. Alludit Gr. Σήπω, Putrefacio, Σήπομαι, Putresco, quia sc. Succi facilè putrescunt. Imò plusquam alludit Lat. *Sapa*. Quid enim est aliud Sapa quam Succus coctione inspissatus? *Abr. Mylius* nostrum & Belg. **Sap** satis Critice deducit à Gr. Ὄφις.

Sarabjan, vox Musica & Tripudium Hispanicum, *ab* Hisp. *Carabanda* idem signante, hoc *Covarr.* deflectit *ab* Hebr. *Cara*, quod exponit *Esparzir*, *Cernere*, *Ventilare* (i. e.) Spargere, Cernere, Ventilare. Credo potiùs Arabicæ esse Originis. Ut & *Sarambeque* aliud Tripudii genus lascivum apud Hispanos.

Sarazins, It. *Saracini*, Lat. *Saraceni*, non à *Sara Abrahami* Conjuge à qua prosapiam suam impudenter deducunt, nec à Concubina *Agar* ut plerique volunt; Agareni enim Petræ urbis incolæ longè civiliores his erant, sed *ab* Arab. *Essarak*, quo nomine vicinis noti sunt, quod λῃστὰς, γομάδας exponit *Jos. Scal.* lib. de Emend. temporum, & certè hæc gens ab omnibus retrò sæculis latrociniis infamis fuit.

Sarcele, **croſs Sarcele**, vox Fœcialium, Fr. G. *Croix Cercelée* (i. e.) Crux, *Circulata*, vel *Circulis* insignita, à nom. *Cerceau*, *Cercel*, Circulus, Circellus.

the **Sarcel** *feather of a hawk*, à Fr. G. *Cerceau*, *Cercel* idem signante, hoc à Lat. *Circulus*, *Circellus*, q.d. pluma Circularis.

Sarcenet, Sericum tenuissimum & subtilissimum, fort. q. d. It. *Saracinetto* (i.e.) Sericum Saracenicum, verisimile enim est primùm à regionibus à *Saracenis* infestis, puta Syria vel aliis, quæ adhuc Serici opificio præ reliquis florent, in nostram Europam dimanâsse.

Sardel vel **Sardin**, Trichias seu Sardina piscis, sic dicta quia in littore *Sardiniæ* frequens est.

Sark *for* **Shirt**, vox mendicorum linguâ mysticâ utentium propria, *ab* AS. Scyrc, Scyrc, Indusium, non, quod alii volunt, ἀπὸ τῆς Σαρκὸς. Datur & Dan. **Hesse Sercke**. Vestis Linea Sacerdotalis, *a* **Surplice**, q. d. Indusium Missiale. Valdè inclinat animus ut hinc tandem deducam.

Sarpler, à Fr. G. *Sarpillere*, *Serpillere*, Segestre, v. alt. **Sarpier**.

Sarpier, Mensura quædam grandior Lanæ, q. d. magnus lanæ Fascis, à Fr. G. *Sarpillere*, *Serpillere*, Segestre, *Serpillier*, Segestribus, seu Pannis Cannabinis seu Vilioribus obvolvere, & colligare, nescio an hoc à Lat. *Servile*, q. d. pannis Servilibus (i. e.) omnium vilissimis circundare & stipare, vel à *sartis* Pellibus, quia fort. olim centones Pellium sartos (i.e.) consutos in hunc usum adhibuerunt.

a **Sarse** *or* **Serse**, à Fr. G. *Sas*, Cribrum, *Sasser*, Cribrare, per Cribrum trajicere, omnia fort. à Lat. & Gr. *Saccus*, Σακκίζω,

Unable to display this page

Theatrum. *Minſheu* dictum putat *à* Belg. Schauwen, Schouwen, Spectare, & Vat, Vas, ſeu quicquid aliud, inſtar Vaſis, continet, q. d. locus ad Spectandum ſeu locus Spectatorum. Mallem *à* Teut. Schaffen, Efficere, Formare, q.d. Fabrica Tumultuaria.

a Scalado, *ab* Hiſp. *Eſcalada*, *Scalada*, Fr. G. *Eſcalade*, It. *Scalata*, Oppugnatio urbis per *Scalas*.

to Scald, *à* Fr. G. *Eſchauder*, Belg. Schouden, Schauden, Calidâ perfundere & Adurere, utr. *ab* It. *Scaldare*, Calefacere, & *Scottare*, Calidâ urere, hæc q.d. *Excalidare* & Excoctare, freq. ☞ Excoquere per Syncopen ſeu contractionem, & non inſolitam literarum mutationem. Scald-head autem oritur vel *à* dicto Scald, q. d. Caput Uſtulatum, vel *a* Scale, quaſi Scaled *head* (i. e.) Caput Squammoſum, v. Scale infrà.

to Scale, *ab* Hiſp. *Eſcalar*, Fr. G. *Eſcaller*, *Eſcheller*, It. *Scalare*, q. d. Lat. *Scalare* (i. e.) per Scalas aſcendere.

a Scale *of a town* (i. e.) Portus & Urbs minor ad quem appellunt naves, inde ad majus Emporium merces cymbis, plauſtris vel jumentis tranſmiſſuri, qualis eſt reſpectu Alepi Syriæ Alexandretta Ciliciæ, & reſpectu Romæ Oſtia & Centumcellæ, quo ſenſu occurrit apud *Moſchopulum* Σκάλα, quod exp. Navale, *à* Lat. *Scala*, quia ibi Mercatores inſcendunt naves & nautæ exſcendunt, *vide* Skattin.

Scales, *à* Fr. G. *Eſcailles*, It. *Scaglie*, Squammæ, putà piſcis, & Fr. G. *Squilles d'os*, Squammæ oſſium, quæ ſc. ſuppululante novâ oſſeâ ſubſtantiâ loco carioſæ ſeparantur & excidunt, hinc & Dan. Skaller, Skæller, Deſquammo.

Scales, *ab* AS. Sceale, *Ælfrico* Scale, Lanx, Trutina.

a Scallion, It. *Aſcalogna*, *Scalogna*, q. d. Cæpa *Aſcalonia* ab *Aſcalone* Palæſtinæ urbe, v. Chalot.

Scallop, Fæcialibus Eſcallop. Non dubito quin noſtrorum Fæcialium Eſcalloppe, olim vox Fr. G. fuerit, & ut noſtrum Scallop Pectinem ſignaverit, licèt jam cum multis aliis obſoleverit. Sed unde, inquies, Eſcalloppe, credo *ab* AS. Scala, Sceala, Teſtæ, Cortices, omnino ut Concha non tantùm Teſtam piſcis in genere, ſed etiam in ſpecie Oſtreum ſignat, q. d. piſcis Teſtaceus κατ' ἐξοχήν.

Scalp, *hairy* Scalp, *à* Belg. Schelpe, Putamen, Teſta, It. *Scalpo*, Cranium, Concha; Cranium enim ob luculentam Teſtæ ſimilitudinem & Fr. G. *Teſte* & It. *Teſta* denominatur.

a Scalping *iron*, Chirurgorum Scalprum, *à* *Scalpendo*.

to Scamble. Si Græcus eſſem audacter defleterem *à* Gr. Σκαμβὸς, Obliquus, Incurvus, Tortuoſus, præſertim qui cruribus diſtortis eſt. *Mer. Caſ.* declinat noſtrum Scamble & Scamblingly, *à* Σκυμνὸς, Catulus, Scamblingly enim inquit dicitur de canibus offas avidè & cum conflictu diripientibus.

to Scan *a verſe*, verſum ſupputatis pedibus Expendere ſeu Examinare. *Minſh.* deflectit *à* Lat. *Scandere*, & meritò; ſic enim ab uno digito ad alterum quaſi per gradus aſcendimus.

Scant, cui aliquid Deeſt, q. d. Circumciſum, Accifum (i. e.) Diſcanthatum, cui ſc. *Canthi* ſeu anguli ſcindendo ablati ſunt, v. Canton, Cantle & Canoy. *Mer. Caſ.* noſtrum Scantneſs deflectit *à* Gr. Ἐγκανὰ.

Scantling, *à* Fr. G. *Eſchantillon*, It. *Cantolo*, *Cantellino*, Segmentum, Particula, q. d. *Diſcanthulum* (i. e.) Portiuncula è *Canthco* ſeu Angulo abſciſſa, v. Scant.

Scape, v. Eſcape.

a Scar, *à* Fr. G. *Eſcare*, *Eſcarre*, Cicatrix, utr. detorto ſenſu *à* Gr. Ἔσχαρα, Cruſta poſt aduſtionem relicta. Medicis *Eſcara*, vel ut *Minſh.* vult *à* Belg. Schorre, Schoorre, Ruptura, ſed prius præfero, *Eſcara* enim Cicatrici propter duritiem affinis eſt. Verùm ſi *Camdeno* credendum ſit, Scap AS. Cautem ſignare, longè optimum eſſet ab iſto Scap deducere; nam inſtar Cautis dura eſt, v. *Camden.* in agro Ebor. reddentem Etymon portûs Scarborough.

Scarce, *à* Fr. G. *Eſcars*, *Eſchars*, It. *Scarſo*, Belg. Schaers, Parcus, cui aliquid Deficit, putà in pondere, ut Pecuniæ, omnia *à* *Careo*, q. d. Caritus ſeu Diſcaritus. *Mer. Caſ.* deflectit *à* Gr. Χήρος. Ejuſdem etiam ſtirpis eſt Teut. Karg, Parcus, Tenax, Avarus.

to Scare, Perterrefacere, Conſternare, neſcio an *à* Belg. Schier, Propere, Citò, quia quæ ſubitò & ex improviſo ingruunt ſeu accedunt maximè terrent, vel *à* Teut. Scheeren, Vexare, vel *à* Belg. Keeren, Teut. Kehren, Depellere, vel ſi malis, & ſanè propiùs ad ſenſum accedit, *ab* It. *Scorare*, Conſternare (i. e.) animos ſeu cor adimere.

Scarf,

Scarf, à Fr. G. *Escarpe*, *Eschарpe*, Fascia. *Minsh.* deflectit à Lat. & Gr. *Carpus*, q. d. Fascia quâ læsus Carpus seu Brachium læsum suspenditur, sed nimis longè arcessitum est. Mallem à Teut. **Schert**, Segmen, quia Fascia semper ex latiori serico vel Linteo discinditur. Vel, quod mihi præ reliquis arridet, *ab* AS. Sceopp, Vestitus, Apparatus.

Scarlet, à Fr. G. *Escarlate*, Hisp. *Escarlata*, It. *Scarlato*, Teut. **Scharlach**, Purpureus. Pater *Guadix* Hisp. *Escarlata* deflectit *ab* Arab. *Tzquerlat* idem significante. *Covarruv.* autem dictum putat quasi *Vellquilata*.

Scarpe, vox Fæcialium, & est Fæcialibus Benda seu Fascia minor, vel Bendæ dimidium; à Fr. G. *Escharpe*, Fascia seu Tænia minor, v. **Scarf**.

Scates, Cimbr. **Skyd**, *Adr. Jun.* Ἐγκυκλὶς, Scapes ferreus, ferreis mucronibus confixus, quo utuntur qui glaciem lubricam calcant, Calopodium ferratum. *Fr. Jun.* deflectit à Gr. Σκαδζειν, quod *Hesych.* exp. σκαπτειν, quia ob assiduam & vehementem crurum agitationem nihil aliud quàm Calcitrare videntur. Mallem tamen deducere à Belg. **Schaetse**, Fr. G. *Eschasses*, Grallæ seu Furculæ Grallatoriæ, certissimum enim est harum Grallarum usum è Belgio in Angliam transisse. Sed unde inquies Fr. G. *Eschasses*, nescio an à verbo *Exalcer*, *Exalcer*, Exaltare, Sursum tollere.

Scath, vox in agro Linc. adhuc usitata, *ab* AS. Sceaðian, Scæðan, Belg. **Schaeden**, Teut. **Schaden**, Nocere. Dan. **Skader**, Noceo, AS. Sceaðenyrre, Læsio, Sceaðe, Belg. **Schaede**, Teut. **Schade**, Fr. Th. **Scadon**, Damnum, Noxa, AS. Sceaða, Adversarius. Alludit Gr. Ἀσκηδὴς, Ἀσκηδὲς, Illæsus, Incolumis, & σκέτιος, Malus, Sævus.

Scatches, *Gouldmanno*, apud quem solum occurrit, Grallæ, à Fr. G. *Eschasses* idem significante, v. **Scates**.

Scatter, Spargere, parùm deflexo sensu à Belg. **Schetteren**, Spargere cum sonitu, hoc *ab* AS. Aceadian, Teut. **Scheyden**, Separare, Dividere, Fr. Th. **Skeidan**, Distinguere, **Skeythan**, Discernere. *Minsh.* deflectit à Gr. σκεδὰω, σκεδάζω.

Scavenger, vicorum urbis Curator, fort. *ab* AS. Sceæðа, Sceaþða, Rasura, & Fengan, Capere, q. d. Collector sordium abrasarum, vel *ab* AS. Scapan, Scæpan, Belg. **Schaven**, Teut. **Schaben**, Radere, & Teut. **Fegen**, Verrere, Purgare, Mundare; non, ut industrius *Gouldmannus* innuere videtur, à Lat. Barb. *Scabinus*; Scabini enim Senatores, Patricii & magnæ dignitatis viri sunt; hi autem sc. nostri **Scavengers** vilissimo omnium ministerio sordes & purgamenta urbis auferendi funguntur.

a **Schoffler** *or* **Shovelard**, *Higgin.* Pelecanus, melius Pelecanus avis, nescio an à Belg. **Kovel**, Cucullus Monachalis, & **Aerd**, à nescio qua similitudine *Cuculli* Monachalis in Capite.

Scholler, Fr. G. *Escholier*, It. *Scuolare*, Discipulus, Studiosus, q. d. *Scholaris* (i. e.) qui *Scholas* frequentat.

to **School**, à Teut. **Schulen**, Reprehendere, q. d. tanquam discipulum Castigare, à nom. **School**, Schola.

Sciatica, Angl. It. & Lat. Barb. q. d. *Passio Ischiadica ab* ἰσχὰς, Arthritidis species. Dolor sc. qui coxendicis articulum affligit, hob *ab* ἰσχὶον, Coxa (i. e.) Passio Coxalis.

a **Scion**, à Fr. G. *Scion*, Surculus. *Minsh.* deflectit à *Scindendo*, quia sc. scinditur ab arbore, vel potiùs contr. à *Situm* pro *Insitum*.

to **Scoff**, à Belg. **Schoppen**, **Schobben**, Conviciari, Cavillari. Felicissimè certè alludit Gr. Σκώπτω, Cavillor, Irrideo.

Scold, à Belg. **Schelden**, Teut. **Schelten**, Increpare, Objurgare, Gotho-Suec. Sgwaldza, Garrio, in *Gl. Lips.* **Sculdon**, Increpuerunt.

Scollop, à Dan. **Skalap**, Veteramenta.

a **Scollop**, Pecten, κτὶς, piscis è Conchârum striatarum genere, v. verum Etymon voce **Scallop** suprà.

Sconce, à Belg. **Schantse**, vel Teut. **Schantz**, Dan. **Skantze**, Propugnaculum.

to **Sconce**, vox Academica, significat autem Mulctare seu Taxare Mulctâ sc. vel Taxâ nomini Mulctati seu Taxati adscriptâ; **Sconce** autem primariò Propugnaculum, secundariò autem Caput designat, ut in Academia, præsertim Cantabrigiensi, dicunt **put it on to my head** (i. e.) nomini meo adscribas, Caput autem pro Persona est Metaphora plerisque omnibus linguis communis: **Sconce** pro Capite dictum est quia Caput instar arcis seu propugnaculi reliquo Corpore superius est, v. alt. **Sconce**.

Scoop, Haustrum, à Belg. **Schoepe**, **Schuppe**, Pala, Rutellum, **Schepen**, **Scheppen**, Teut. **Schöpffen**, Haurire, Dan. **Spolde**, Haustrum.

Scotch, Sibilare, parùm deflexo sensu à

Fr.

Fr. G. *Escorcher*, It. *Scorticare*, Lat. *Excorticare* (i.e.) Cortice exuere, quia sc. Cutis, quæ est quasi Cortex partis, ustulata decidit.

Score, *Minsh.* dictum putat *à* Belg. **Schore**, Ruptura, Fissura, fit enim, inquit, ex ligno fissili, quod hoc certè modo commodè asseri potest & explicari; quoniam fort. Majores nostri rationes suas, debita sc. & debentium nomina ligno molliori inciderunt, à verb. *to* **Score** quod *vide*, *vide* etiam **Tally**.

to **Score**, lignum Incidere, à Belg. **Schore**, Fissura, utr. fort. *à* Lat. *Excoriare* seu *Excorticare* (i. e.) Corio seu Cortice aliqua ex parte nudare.

Scorn, fort. *à* Belg. **Scherne**, Ludibrium, **Schernen**, It. *Schernire*, Ludere, Illudere, in *Gl. Lipsi.* **Scerni**, Subsannatio, **Schern**, Illusio, vel, si malis, & sanè longè probabilius est, *à* Fr. G. *Escorne*, It. *Scorno*, Contemtus, Irrisio, Ignominia, hoc autem à *Cornu* oritur; Cornûs enim imagine eos, quos contentim indicamus, pingimus, ut in illo Persii Satyrâ primâ, O Jane à tergo quem nulla ciconia pinxit, Nec manus auriculas imitata est mobilis albas. Doct. tamen *Th. H.* dictum putat quasi *Discorno*, quia contemnendo Cornibus (i. e.) superbiâ honore & gloriâ eum quem contemnimus privamus. *Mer. Cas.* deducit *à* Gr. Σκώρ.

Scoundrel, Impurus Nebulo, Trifurcifer, vel à Teut. & Belg. **Schande**, Ignominia, q. d. Vir Ignominiosus, Infamis: vel, si mavis, *ab* It. *Scondarnolo*, qui sc. præ animi vilitate & conscientia scelerum latebras quærit, hoc *ab* It. *Scondere*, *Ascondere*, Lat. *Abscondere*.

to **Scour**, *à* Belg. **Schuyeren**, Fæces liquidas Excernere, vel *ab* alt. **Scour**, q.d. Purgari. Feliciſſimè alludit Gr. Σκώρ, Stercus.

to **Scour**, *à* Fr. G. *Escurer*, It. *Scurare*, Curare, Belg. **Schueren**, Detergere, Defricare, Emundare, Dan. **Skurer**, Polio, Mundo, omnia vel à Lat. *Curare*, vel q. d. *Exscoriare*, hoc est Scoriâ purgare. *Minsevus* deflectit *à* Teut. **Schuwren**, potiùs **Schewren**, **Schuren**, Purgare, & hoc dictum putat quasi **Schuin Rein** (i.e) rem nitidam monstrare, sed **Schuwen**, Germanis non Monstrare sed Aspicere significat. Alludit Gr. Κορέω, Verro, Purgo.

Scourge, Flagrum, Flagellum, *à* Fr. G. *Escourgée*, *Escorgée*, Corrigia, vel Lorum, *a* **Thong**, item Flagrum, It. *Scoreggia*, Flagellum, *Scoriare*, *Scoreggiare*, Flagellare, hæc *à* Lat. voce *Corium*, quia sc. Flagra ex Coriis seu Loris fiunt. Nec prorsus absurdum esset si *à* Lat. *Scorpio*, quo nomine quoddam Flagri genus etiam in Sacra Scriptura appellatur, deflecterem, prius tamen verisimilius est.

Scout, *à* Fr. G. *Escoute*, Belg. **Schoutet**, It. *Scolta*, *Ascolta*, Speculator, Explorator, utr. *à* Fr. G. *Escouter*, Auscultare, q. d. *Auscultator*, Rumorum captator.

to **Scowl**, *ab* AS. Sceol Eag, Sceol Eges, Strabo, oculis Limis seu distortis præditus, Teut. **Schehl**, **Schihl**, **Schen**, **Schielen**, distortis oculis torvè Intueri instar *Strabonis*. Alludunt Gr. Σκολιὸς, Obliquus, q. d. Σκολιὸν βλέπειν, Obliquum (i. e.) Limis intueri, & Σκύλλω, Vexo, Molestiam exhibeo.

to **Scrabble**, *à* Belg. **Krabbelen**, Unguibus lacerare, item malè literas Pingere.

Scrag, *a lean* **Scrag**, vir Strigosus, valdè Macilentus, Monogrammus; nescio an à Belg. **Scraghe**, Fulcrum, Tibicen, Trapezophorum, Subex Mensarius.

to **Scramble**, certatim Arripere, vel à Belg. **Krabbelen**, unguibus Lacerare, vel *ab* AS. Screopan, Belg. **Schraeffen**, Radere, Scalpere, q. d. Corradere.

Scrape, *ab* AS. Screopan, Belg. **Schraeffen**, **Schraepen**, Teut. **Schrapffen**, **Schrappen**, C. Br. *Crafu*, Radere, Scalpere, Dan. **Skraber**, Rado, **Affskraber**, Erado, AS. Bercpepen, Rasus, omnia fort. *à Scabendo* per Epenthesin ñ r, v. **Scrabble**. Ejusdem etiam originis est Hisp. *Escarvar*, Scabere, nisi malis deflectere *ab* AS. Ceoppan, Scindere, vel Sceoppian, Rodere.

Scraps, Analecta, Reliquiæ ciborum in solum delapsæ, q.d. quod à cibo *abrasum* est, v. **Scrape**.

Scrat, Hermaphroditus, sc. qui Penem Exilem habet, & ferè nullum, & vulvam minimam & angustissimam, utrumque, ut plurimùm, inutilem. Dicitur autem **Scrat** respectu membri muliebris quod parvum instar lineæ unguibus vel aciculâ ductæ habet.

Scratch, *à* Belg. **Kratsen**, **Kretsen**, Teut. **Kratzen**, Fr. G. *Grater*, It. *Grattare*, Scabere, Scalpare, Fricare, Dan. **Kratzer**, Frico. *Minsh.* deflectit *à* Gr. Γράφω, Sculpo.

Scratches,

Scratches, morbus Equorum ferè idem cum Scabie in hominibus, v. **Scratch**. Hic morbus Hisp. *Grieta* dicitur, nostræ aut Germ. originis, sc. à verb *to* **Scratch**, nisi malis à Lat. *Creta* deflectere.

Scrawls, Ineptæ, Inconcinnæ & Obliquæ Literæ, contr. à **Scrabbles** (i. e.) literæ quasi unguibus Galli pictæ, v. **Scrabble** suprà.

a **Scream** *or* **Scratch**, à Belg. **Schramme**, Vibex, Teut. **Schramm**, Vulnus, Incisura, Cicatrix, quæ & Dan. **Skramme** appellatur.

a **Screw**, à Fr. G. *Escrone*, Belg. **Schroeve**, Teut. **Schraube**, Cochlea, Belg. **Schroeven**, Teut. **Schrauben**, Cochleam vertere. Sed unde, inquies, Fr. G. *Escrone*? credo *ab Ex* & *Rone*, Rota, quia sc. instar rotæ circumvolvitur.

Scribble, q. d. *Scribillare*, Fr. G. *Escrivailler*.

a **Scrip**, Pera, *Minsh.* deflectit à Lat. *Scirpus*, quia sc. Peræ sæpe ex hujusmodi junctis fiunt. Mallem *ab* AS. Scræpe, Accommodus Congruus, Quadrans, q. d. Theca Commoda.

Scritch *owl*, q. d. **Shrieking** *owl* (i. e.) Ulula Exclamans, v. *to* **Shrike**.

a **Scrivener**, It. *Scrivano*, Scriba, q. d. *Scribanus*, Londini autem Scribam, qui simul pecuniarum Pararius est seu Proxeneta, designat.

Scrole, vox Fœcialium, ni fallor, Fr. G. *Escrouelle*, parva Squilla, *a* **Shrimp**, Anglicè autem dicitur **Scroul** à similitudine Pergamenæ complicatæ. Sed, unde, inquies, *Escrouelle*? credo à Lat. *Scrofula*, *Scrofella*, sic dicta quia hic pisciculus rostro & cortice *Scrofam* seu Suem aliquo modo refert.

Scroul, *Minsh.* putat corruptum *a* **Roll**, quod *vide*.

to **Scrub**, *ab* AS. Screopan, Radere, Screope, Radula, Sceoppian, Rodere, Belg. **Krabben**, unguibus Scabere, Scalpere, **Schrabben**, **Schrobben**, Teut. **Schrapffen**, Radere, v. **Scrape**.

Scrubbed, à Dan. **Skrubbet**, Squalidus.

to **Scud**, Aufugere, parùm detorto sensu à Belg. **Schudden**, **Schudderen**, Tremere, Horrescere, hoc à **Schudden**, Agitare, Quatere, vel *ab* It. *Squittire*, Aufugere.

a **Scuffle**, Jurgium seu Pugna Tumultuaria & confusa, q. d. *a* **Shuffle**, Metaphorâ sumtâ à Chartis pictis quæ ante lusûs experimentum misceri & confundi solent, omnino ut Fr. G. *Meſle* à verb. *Mesler*, Miscerè, v. **Shuffle**. *Mer. Cas.* nostrum **Shuffle** deflectit à Gr. σφαλζειν duriter & asperè Tractare, Excipere.

Sculk, fort. corr. à Lat. *Abscondere*, *Absconsare*, vel à Dan. **Skiuder sig fra noget**, Tergiversor, vel à Belg. **Schudden**, **Schudderen**, Tremere, Horrere, Quatere, hoc autem **Schudderen**, fort. corruptum est *ab* It. *Scuotere*, Lat. *Excutere*.

Scull, q. d. *the* **Shell** *of the head*, ut Caput, Fr. G. *Teste*, It. *Testa* appellatur, v. **Shell** & **Scale**. *Minsh.* deducit à Gr. Σκίνλω, Exicco, quia, inquit, omnium ossium est Siccissimum, quod sanè nullus credo; Σκιαλὴς enim nullo modo de vivo corpore dicitur, sed tantùm de mortuo & simul siccato, & de Cadavere integro; non de solo Capite, ut jam obtinuit. Datur & Teut. **Schedel**, **Schadel**, Caput, Cranium ejusdem originis.

a **Scull** *of fishes*, vox apud solum *Minsevum* pro Examine seu Agmine piscium occurrit, *ab* AS. Sceole, Cœtus, Multitudo, vel fort. à Fr. G. *Cueiller*, It. *Cogliere*, Colligere, q. d. *Collectio*, sed prius longè præfero, v. **Shole**.

a **Scull** *or* **Sculler**, Linter. *Minsh.* deflectit à cavitate cymbæ instar Testæ seu Cranii, nisi malis à Fr. G. *Escuelle*, Lat. *Scutula* Mensaria, ob similitudinem quandam *Scutulæ*.

a **Scullion**, à Fr. G. *Souillon*, Lixa, Mediastinus, hoc à verb. *Souiller*, Sordidare, v. **Soyl** & **Sully**, vel à Lat. *Culina*, quia Culinæ inservit. *Minsh.* violentissimè detorquet à Gr. Σκύλλω, Molestus sum, quia sc. delicatioribus Molestus est. Non absurdum esset si formarem à Fr. G. *Escuelle*, Scutella Mensaria, q. d. *Escuellion* (i. e.) Scutellarum & Cochlearium lotor.

Scum, à Dan. **Skum**, Belg. **Schom**, **Schuym**, Fr. G. *Escume*, It. *Schima*, *Schiuma*, Teut. **Schaum**, omnia à Lat. *Spuma*, hinc Fr. G. *Escumer*, Spumam auferre, *Escumoir*, Lignum Despumatorium, unde nostrum **Scummer** seu **Skimmer**.

Scummer, v. **Scum**.

to **Scummer**, Cacare, parùm deflexo sensu à Dan. **Skemmer**, Turpo, Deturpo.

Scurf, *ab* AS. Sceoppa, Scabies, Furfur, Sceoppian, Rodere, Mandere, Belg. **Schorft**, Scabies, **Schorfft**, Scabiosus.

Minsh.

Minſh. deducit à Lat. *Scrofa*, quia ſc. Scrofæ Furfureæ Porrigini valdè obnoxiæ ſunt. *Mer. Caſ.* deflectit à Gr. Κάρος.

Scurvy, à Belg. **Scheur buyck**, Teut. **Scharbock**, **Schurbock**, Scelotyrbe, hoc à Belg. **Scheure**, **Schoze**, **Schooze**, Ruptura, **Scheuren**, **Schozen**, Rumpere, & **Buyck**, Venter, q. d. Ruptus Venter, fort. quia Scorbuticis ventres flatibus ferè diſrumpuntur. Dicitur etiam Germ. **Schurmunt**, vel à verb. **Schozen**, Accendere, & **Munt** pro **Mund**, Os, quia ſc. Scelotyrbicis os ſæpiſſime inflammatur; vel à dicto **Scheuren**, Rumpere, quia os ulceribus & abſceſſibus diſrumpitur. Dicitur & **Schurbock** & **Scharbock**, hoc à **Scharen** vel **Scheeren**, Vexare, illud vel à dicto **Schuren**, Inflammare, vel **Scheuren**, Rumpere, & **Bock** vel **Pock**, Puſtula, quia ſc. puſtulis inflammatis & ulceribus tum os tum reliquum corpus affligit.

the **Scut**, *ab* AS. Cyꝺ, Belg. **Kutte**, Pudendum muliebre, hoc, ut *Kilianus* divinat, à noſtro **Cut**, q. d. Crena ſeu Inciſura, ut nos dicimus *the* **Slit**.

Scutchion, à Fr. G. *Eſcuſſon*, It. *Scuccione*, *Eſcuccione*, q. d. Scutio, à Lat. *Scutum*, ſupple Gentilitium.

Scuttle, *ab* AS. Scutel, Fr. G. *Eſcoutillon*, Hiſp. *Eſcotiton*, Catinus, utr. à Lat. *Scutella*, & hoc *ab* aliqua *Scuti* ſimilitudine. Alludit Gr. Κύτος.

the **Scuttles**, à Fr. G. *Eſcoutilles*, vox Nautica, *Dhuezio* exp. Os ſeu Valvæ navis per quòd merces in eam demittuntur, neſcio an à Belg. **Schuyte**, Lembus, Cymba, q. d. Lembulus ſeu Cymbula, q. d. navis Epitome vel à **Schuttel**, Scutella.

Sea, *as a Biſhops* **Sea** *or* **See** pro **Seat**, quod *vide*.

Sea, *ab* AS. Sæ, Belg. **See**, **Zee**, Mare, AS. Sæ-æl, Conger, Belg. **See gras**, Alga, **Seeman**, Nauta, Teut. **See**, Lacus, Stagnum, *Voſſ.* Belg. **Zee** παρὰ τὸ ζέειν (i. e.) *ab Ebulliendo* deflectit.

Seal, *ab* AS. Seol, *Ælfrico* Seolh, Dan. **Sel** & **Selhund**, Phoca, Vitulus marinus, neſcio an *ab* aliqua veli, quod nobis **Sail** dicitur, ſimilitudine, *vide* **Sail**.

Seal, *ab* AS. Sigel, Belg. **Segbel**, Teut. **Siegel**, Fr. G. *Seau*, *Seel*, Hiſp. *Sello*, omnia à Lat. *Sigillum*, hinc verb. Belg. **Segbelen**, Teut. **Siegeln**, & Fr. G. *Seeller*, Sigillare, *Siller les yeux*, oculos morientis Comprimere.

Seam, Menſura, *ab* AS. Seam, Onus, Sarcina, hoc à Gr. Σάγμα, v. **Sumpter**.

Seam, *ab* AS. Seam, Sutura, Seamestre, Sutrix, Teut. **Seym** vel **Säum**, Prætextio, **Seymen** vel **Säumen**, Prætexere, Belg. **Soom**, Ora, Fimbria, **Soomen**, Oram conſuere, hæc duo ultima *Voſſius* deflectit à Gr. Σαίνω, Σάτυρος, Cingo. Mallem à verbo *to* **Sew** vel **Sow**, vel ἀμάω à Lat. *Sumen*, *Sumentum*, *Aſſumentum*, à *Suendo*.

Seam, *ab* AS. Seime, Fr. G. *Sain*, Hiſp. *Sayn*, C. Br. *Saim*, Sebum, Arvina, Pinguedo, omnia contracta à Lat. *Sagina*.

a **Seamew**, *a white* **Seamew**, *Ridero* Fulica, Gavia Cinerea, Larus Cinereus, Κίχλος, v. **Sea** & **Mew**.

a **Sean**, vox agro Linc. uſitatiſſima. Eſt autem Retis genus, procul dubiò contractum à Lat. & Gr. *Sagena*.

to Spay, Spade *or* Spate, Caſtrare feminam, à Lat. *Spado*, Gr. σπάδων, utr. à verbo σπάω, Traho, Extraho, ſc. Teſtes.

Speak, *ab* AS. Spæcan, Sppæcan, Belg. Spreken, Teut. Sprechen, Loqui, Fr. Th. Sprekhet, Loquitur, AS. Spæce, Sppæce, Sermo, Teut. Sprach, Sermo, Lingua. *Mer. Caſ.* deflectit à Gr. Ἔπω.

Spear, *ab* AS. Speape, *Ælfrico* Spepe, Teut. Sper, Speer, Run. Dan. Spior, Haſta, Belg. Sparre, Sperre, Sudes, Fr. Th. Sper, Lancea, fort. à Lat. *Sparus*. *Fr Jun.* ſuo more deflectit à Gr. σπάρω, Vibro, Quatio.

a Specht, manifeſtè à Teut. Specht, Picus *Martius*, & hoc à Lat. *Pica*, *Picata*.

Speck, *ab* AS. Specce, Macula, Labes, hinc additâ term. dim. Speckle, q. d. Labecula.

Special, à Fr. G. ant. *Special*, Præcipuus, ut in Verſione ant. Bibliorum Fr. G. mihi à Doct. *Th. H.* communicatâ *un Special Amy*, Præcipuus Amicus, Maximus Amicus.

Spectacles, Conſpicilia, *Voſſio* ſingulariter διόπτρα, *Specular* à *Spectando*, q. d. *Spectacula* (i. e.) Inſtrumenta, ſeu potiùs Adjumenta Spectandi.

Speed, parùm deflexo ſenſu *ab* AS. Sped, Subſtantia, Progreſſus, Effectus, Spedan, Spedian, Diteſcere, Belg. Spoeden, Feſtinare, Spoed, Progreſſus, Feſtinatio, Spoedigh, Feſtinus, hæc fort. *ab* It. *Spedire*, Lat. *Expedire*. Feliciſſimè alludit Gr. σπεύδω, Feſtino, σπουδὴ, Feſtinatio.

Speeks, vox Naut. ſic autem dicuntur magni Clavi ferrei, fort. à Lat. *Spica*, ſc. ab Acumine.

a Speight, Fr. G. *Epiche*, à Lat. *Picus*, cujus ſpecies eſt, v. Specht.

Spell, à Belg. Spellen, Fr. G. *Eſpeler*, ſyllabas & literas Connectere, fort. omnia, aliquantùm deflexo ſenſu, *ab* AS. Spellian, Narrare, Spel, Hiſtoria, Sermo, Fabula.

a Spell, Carmen Magicum, *ab* AS. Spel, Sermo.

Spell, vox Nautica. Sic autem appellantur vices, *the* Turn, laborandi in nave, neſcio an à Fr. G. *Eſpaule*, Humerus, ut dicitur *fair Eſpaule a quelcun*, pro Aſſiſtere vel Adjuvare; *Eſpaule* autem à Lat. *Spatula*, *Spathula*, ortum ducit. Vel à Fr. G. *Appel*, Citatio, ſeu Vocatio, truncato ſc. initiali *A*, & acceſſito in ejus locum ſibilo, hoc à verb. *Appeler*, Appellare.

Spence, Comenio Penuarium, à Fr. G. *Deſpence* idem ſignante, hoc à verbo *Deſpenſer*, *Deſpendre* (i. e.) Diſpenſare ſeu Diſpendere.

Spend, *ab* AS. Spendan, Arpendan, Teut. Spenden, It. *Spendere*, Fr. G. *Deſpendre*, *Deſpenſer*, Inſumere, Sumtus facere, à Lat. *Diſpendere*, *Expendere*. *Mer. Caſ.* deflectit à Gr. σπένδω.

Sperage, &, ut Ruſtici loquuntur, Sparrow-goose vel Sparra-grass, à Teut. Sparge, Spargen, Fr. G. *Aſperge*, *Aſparagus*, Gr. Ἀσπάραγος, Ἀσπάρηγος, primariò

primariò Turio quivis, secundariò ἐξοχὴν hæc planta, sic dicta, quia soli ejus Turiones in deliciis mensarum sunt, qui plura vult legat *Fallopp.* Tractatu justo de *Asparago.*

Sperver, vox Fæcialium, à Fr. G. *Espervier*, *Esparvier*, *Esprevier*, It. *Esparviere*, idem quod **Sparhawk**, *vide* **Sparhawk**, & Morgan lib. 2. Cap. 7. p. 94.

Spew, *ab* AS. Spıpan, Belg. **Spouwen**, Teut. **Speyen**, Vomere, Dan. **Spyer**, Vomo, Belg. **Spouwen**, **Spuien**, **Speeuwen**, Spuere, Excreare, **Spouwinghe**, Vomitus, Sputum, Screatio, à Lat. Spuo, Gr. Πτύω, & omnia Ὀνοματοποιήματα.

Spice, *he has a* **Spice** *of it*, à Fr. G. *Espece*, Lat. *Species.*

Spices, à Fr. G. *Espices*, It. *Specie*, *Spetie Aromata*, q. d. Species Aromaticæ, v. *Calvinum* in Lexico Juridico voce *Species.*

Spider, Araneus, q.d. **Spinder** vel **Spinner** (i. e.) Nector, à verb. *to* **Spin.**

a **Spigot**, Epistomium, à Belg. **Spie**, **Spile**, **Spicker**, Clavus seu Assula in acumen tenuata foramini ad obturandum immissa; *Minsh.* deflectit vel à *Spica*, vel à **Peg.**

a **Spile** *or* **Spill**, à Belg. **Spilen**, Bacilli decussatim compositi, quibus apum alvearia innituntur.

to **Spill** *or* **Spoil**, *ab* AS. Spillan, Belg. **Spillen**, **Spilden**, Consumere, Vitiare, Corrumpere, Dan. **Spilder**, Perdo, v. **Spoil.**

to **Spin**, *ab* AS. Spinnan, Belg. & Teut. **Spinnen**, Nere, Dan. **Spinder**, Neo, AS. Spunnen, Gerpunnen, Teut. **Gesponnen**, **Gespunnen**, Netus, Belg. **Spin-Rock**, Colus. *Mer. Cas.* deflectit à Gr. κλάδω, Texere. Alludit & Gr. κάω.

to **Spin** *out*, Prosilire instar aquæ fontanæ, *ab* It. *Spingere*, *Spingersi*, magno cum impetu Prorumpere.

Spinage, à Fr. G. *Espinars*, It. *Spinacchia*, Belg. **Spinagie**, Lat. Barb. *Spinachia*, *Kiliano*, non malè, Blitum Aculeatum seu Spinatum.

Spindle, *ab* AS. Spinol, Spindel, Fusus, hoc à verbo *to* **Spin.** *Mer. Cas.* deflectit à Gr. σφενδόνη vel ζφενδόνη.

Spink, vox quæ mihi apud solum Markhamum in arte Aucuparia occurrit, nescio an à Lat. *Spinus* avis, vide librum de arte Aucuparia pag. 89.

Spinner, à Belg. & Teut. **Spinne**, Araneolus, utr. à verb. *to* **Spin**, q. d. animal Textrix.

a **Spire** *of a Seeple*, *ab* It. *Spira*, Pyramis, Turris Fastigiata, hoc à Lat. *Pyra*, quia sc. Pyræ Funebres olim formâ Pyramidali construebantur. *Minshew* deflectit à verbo *to* **Spy**, AS. Spỳpian, q. d. *Specula*, v. **Spy.**

Spit, *ab* AS. Spitu, Belg. **Spit**, **Spet**, Teut. **Spitz**, It. *Spedo*, *Spiedo*, *Spetto*, Veru, Teut. **Spitz**, Cuspis, Mucro, Acies, Acus, Fr. Th. **Spitz**, Teut. **Spitz**, Cacumen, Teut. **Spietz**, **Spet**, **Spete**, **Speet**, dialecto Saxonicâ recentiori Hasta seu Verutum, in *Gl. Lipsi.* **Spietis**, Hastæ. Alludunt Gr. σπίζω & σπάω, Extendo.

Spit, *ab* AS. Spætan, Belg. **Speeuwen**, **Spuien**, Teut. **Speyen**, **Speutzen**, **Spûtzen**, **Speichelen**, Spuere, Screare, Dan. **Spytter**, Spuo, Sputo, AS. Spætlian, Spumare, Teut. **Spey**, **Speichel**, Sputum, hæc à Lat. *Sputum*, Sputare, Spuere, & hoc à Gr. Πτύω; vel, quod mihi verisimilius fit, omnia à sono, v. **Spew.**

Spitchcock, Anguilla major, seu, ut *Adr. Jun.* loqui amat, Decumana præsertim Assa, à **Spit**, Veru, & **Cock**, quia Veru torretur; **Cock** autem non tantùm avibus, sed & piscibus tribuitur, ut apparet in **Bzetcock** & aliis. *Riderus* scribit **Spithcock**, quasi vellet deflectere à *Spithama.*

Spite, à Belg. **Spitt**, Iracundia, Odium, **Spitten**, Stomachari, utr. contr. à **Despite** quod *vide.*

Spitfish, Narbonensibus teste *Rondelet.* **Spet**, It. *Spetto*, Sudis seu Sphyræna piscis, sic dictus à similitudine aliqua veru Culinarii, & est sanè piscis longus in acutum rostrum desinens. Dicitur autem Gr. σφύραινα & κίρφα, ut rectè observat *Rondeletius*, non quâ hæ voces Malleum, sed quâ Sudem designant, & à *Plinio* ipso Lat. Sudis exponitur.

a **Spitter**, Cervus Bimus cui prima erumpunt cornuum tubercula, & quidem simplicia, *Plinio* Subulo, *Arist.* Πατλαλίας, à nom. **Spit**, Veru, quo etiam sensu dicitur Fr. G. *Brocart*, à *Broche*, Veru, quia sc. tunc temporis cornua instar Veru, Subulæ vel Paxilli porrecta in longum & acuta sunt.

Spittle, contr. *ab* **Hospital**, Fr. G. *Ospital*, It. *Hospedale*, *Spedale*, *Ospitale*,

tale, q. d. domus *Hospitalis*, Xenodochium, Nosocomium.

a **Splatch** *of dirt*, latius luti Textorium & quasi Κατάκλυσμα, Cœnum largiter vestibus affusum & quasi offertum, nescio an *ab* AS. Spelc, Belg. **Spaicke**, Fascia, q. d. Luti Fascia, vel *ab* AS. Specce, Macula, Nota, interjecto per Epenthesin *l*.

Splay, **Splay-foot**, Plautus, vel ab isto *Plautus* quod duriusculum est; vel potiùs *à* verbo **Display**, q. d. Expansus, Explicatus, sc. pedibus, omnino ut *Plautus à* Πλατὺς, v. **Display**.

a **Splint**, It. *Spinella*, morbus Equinus, credo *à* nostro **Splint**, Belg. **Splinter**, Assula, Schidium, Aculeus Ligneus, fort. sic dictus, tum ob tumoris duritiem, tum ob dolorem.

Splint, *ab* AS. Spelc, Ferula lignea Chirurgica, Spelcean, Accommodare, Coaptare Ferulas membris fractis, Ferulis fulcire. **Splints** etiam dicuntur Instrumenta quæ geniculis cruribúsque puerorum alligantur cum ambulare discunt, nè Vari fiant aut Compernes, Orpheo Κεμπείγια, *Cicer.* & Varr. Serperastra. Facillimum autem omnium Etymon est *ab* alt. **Splint** seu **Splinter**; quia sc. Ferulæ ex Assulis seu Segmentis arborum vel corticum molliorum fiant.

a **Splinter**, *à* Belg. **Splinter**, Dan. **Splind**, Assula, Schidium, Aculeus ligneus, **Splinteren**, secare in Assulas, Dan. **Splinderer**, Scindo, Teut. **Splitter**, Festuca, Aculeus, omnia *à* verbo *to* **Split** quod *vide*.

to **Splice** *or* **Splice**, vox Nautica, *à* Belg. **Splissen**, Rudentum partes extremas sine nodo conjungere.

to **Split**, *à* Belg. **Splitten**, **Splissen**, **Spletten**, **Spleten**, Teut. **Spalten**, Findere, Dan. **Splitter**, Findo, Scindo.

to **Spoil**, v. **Despoil** & **Spill**.

Spokes, *ab* AS. Spacan, Radii rotæ, vel *à* Belg. **Speecke**, Radius, Cuneus, fort. & Sufflamen, Teut. **Speyche**, Radius, It. *Spighe della Rota*, q. d. *Spicæ* rotæ.

Spokesman, Orator, v. **Speak**.

Spole, & inde *the* **Spoling** *wheel*, Gr. & Lat. *Harpedone*, *Kiliaco* Rhombus. Exponitur Rota Glomeratoria textorum quâ fila rotando conglomerantur, *à* Belg. **Spoel-wiel** idem signante, & hoc *à* verbo **Spoelen**, Tramam rhombo in cannam glomerare, in Panum fila cumulare, legere fila Rhombo, nom. **Spoele**, Panus, Tramæ involucrum, Glomus textorius, Filorum Congeries, hinc vox elegantissima **Spoele** & **Spoel-worm**, Tinea, Lumbricus in corpore humano, à similitudine sc. glomeris textorii.

Spoon, *à* Belg. vet. **Spaen**, Cochlear. *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Σπάθη, Rudes.

Sport, vel *ab* It. *Diporto*, Fr. G. *Deport*, Voluptas, verb. It. *se Diportare*, Fr. G. Deporter, q. d. Jucundè *se Portare* (i. e.) Gerere, vel q. d. Lat. se à laboribus Deportare (i. e.) Subducere, labores Intermittere, Interquiescere; vel *à* Belg. **Scherts**, Teut. **Schertz**, It. *Scherzo*, Ludus, Jocus, Belg. **Schertsen**, Teut. **Schertzen**, It. *Scherzare*, Ludere, Jocari. Sed unde, inquies, **Scherts**, **Schertz** & *Scherzo*? nescio an *à* Lat. *Excursus*, q. d. It. *Scorso*, vel, quod eodem redit, *à* Lat. *Cursitare*, addito sibilo.

Spot, Macula, parùm deflexo sensu *à* Teut. **Spott**, Probrum, Ignominia; Ignominia enim est famæ seu existimationis Macula. *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Σπίλος.

Spouse, *à* Fr. G. *Espouse*, It. *Sposa*, utr. *à* Lat. *Sponsa*.

Spout, *à* Belg. **Spuyte**, Teut. **Spützze**, **Spritze**, Sipho, **Spützen**, **Sprützen**, Aspergere, Belg. **Spuyten**, Siphone exonerare, Expuere.

to **Sprain**, v. **Strain**. Parùm alludit Gr. Σπαράσσω, Lacero, Lanio.

Sprants, vox Venatica, quæ Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exponitur Stercus Lutræ, credo quia illud animal Stercora dura, & magno cum nisu & difficultate excernit, *à* Fr. G. *Esprainte* idem signante, *Espreinte*, Tormina, Tenesmus, sed primariò violenta Expressio, utr. *à* verb. *Espreindre*, hoc satis manifestè à Lat. *Exprimere*.

a **Sprat**, *à* Belg. & Dan. **Sprot**, Apua infumata, item Sarda piscis.

Sprawl, in terra Volutari, nescio an *à* Belg. **Sprietel**, Stibadium, Torus præsertim gramineus in horto, q. d. tanquam in gramine Volutari: vel, quod eodem recidit, *à* Fr. G. *Preaû* idem signante, an *à* Lat. *Sperulari* pro Sphærulari (i. e.) instar Sphæræ Versari; Notum enim est lapso jam imperio Speram pro Sphæra obtinuisse.

Spread, *à* Belg. **Spreeden**, **Spreyden**, Teut. **Sprietten**, Spargere, Sternere, Dan. **Sprædder**, Spargo. Non usque adeò durum esset si omnia hæc *à* Lat. *Spartare*,

Sparsare

Sparſare freq. verbi *Spargere* deflecterem.

Sprig, Ramulus, *ab* AS. Sprig, Sarmentum, Surculus. Datur & C. Br. *Brig*, Ramus ſed Anglicæ, credo, originis.

Spring, Ver, v. alt. **Spring**.

Spring, *ab* AS. Springe, Belg. **Springh**, **Springhbronde Waeter**, Fons ſeu Aqua Saliens, AS. Aſpringan, Aſſurgere, Aſpringen, Ortus, Sprungan, Pullulare, Germinare, Belg. **Springh**, **Sproncke**, Origo, Scatebra, Teut. **Sprung**, Scaturigo, Belg. **Springhen**, Salire, Teut. **Springen**, **Sprengen**, Saltare, Originem ducere, eine **mine Sprengen**, Cuniculum ſuppoſito & incenſo pulvere Pyrio Diſplodere, *to* **Spring** *a Mine*, It. *Springare*, Calcitrare, Dan. **Springer**, Salto, Salio, item Progermino, hinc & **Spring**, Ver, ideo elegantiſſimè ſic dictum, quia tunc temporis omnia germinant & repullulant. *Mer. Caſ.* noſtrum **Spring** detorquet *à* Gr. Ἀναλίσκω.

a **Springall**, Adoleſcens, *à* verbo *to* **Spring**, Germinare, q. d. viri Germen ſeu Surculus.

Sprinkle, *à* Belg. **Sprinckelen**, **Sprenckelen**, **Sprengbelen**, **Sprengben**, Teut. **Sprengen**, Spargere, Diſpergere, **Sprenckelu**, Variare, It. *Spergolare*, Aſpergere, Dan. **Beſprenger**, Conſpergo. Datur & AS. On-ſprengan, Inſpergere.

Sprit, *à* Belg. **Sprieten**, Antenna, Lignum Tranſverſum in malo navis, apud *Ælfricum* Sprecocar, neſcio quàm benè, Trudes exponitur, hinc & **Boltſprit**, & aliæ voces Nauticæ, *vide* **Bowſprit**.

Sprout, *ab* AS. Sprytan, Spruran, Belg. **Sproten**, **Spruyten**, Teut. **Sproſſen**, Fruticare, Germinare, AS. Aſprytted, Aſprytten, Germinatus, Sprote, *Ælfrico* Sprauta, Sarmentum, potius Germen, Belg. **Spruyte**, Teut. **Sproſs**, Germen, Surculus, B. **Spruyten**, Surgere in altum. Datur & Hiſp. *Brotar*, Germinare, ejuſdem familiæ.

Sprute, Nitidulus, Comptulus, Elegantulus, fort. aliquantùm deflexo ſenſu *à* Fr. G. *Preux*, inter alia Fortis, Promtus, Agilis, Dexter, hoc *à* Lat. *Probus* ſeu *Probatus*.

Sprynges, Machina Aucuparia, cujus deſcriptionem *vide* apud *Markham* in arte Aucupandi, vel *ab* AS. Springan, Oriri, vel *à Stringendo*.

Spur, *ab* AS. Spora, Dan. & Belg. **Spore**, Teut. **Spohr**, Fr G. *Eſperon*, It. *Sperone*, Calcar, Belg. **Sporen**, Teut. **Spoorzen**, equum Stimulare, Run. Dan. & Fr. Th. **Spor**, Dan. **Fodſpor**, Veſtigium, Fr. Th. **Spore**, Veſtigia. Alludunt Gr. Σφυρὸν, Malleolus, item Pes totus, & Σπέρχω, Urgeo, Feſtinare facio. Fr. G. autem *Eſperon*, & It. *Sperone* orta ſunt, vel *à* dictis Germanicis vocibus additâ term. *one* quæ magnitudinem ſignat; vel *à* Gr. Περόνη, Fibula, quia fibulâ ocreæ annectitur, imò inſtar fibulæ ocream firmat & pedi apprimit.

Spurlin, *Ridere* Encraſicholus piſcis. Credò hîc *Riderum* hallucinari, **Spurlin** enim, ut ex ſono videtur, ortum eſt *à* Fr. G. *Eſperlan*, Viola piſcis, *a* **Smelt**, interim tamen non negandum eſt, quin voces cum ab una lingua in aliam transferuntur, cum ſolo ſæpe ſenſum mutent.

Spurn, *ab* AS. Spornan, Calcare, *vide* **Spur**.

to **Spurt**, parùm deflexo ſenſu *à* Belg. **Spruyten**, Surgere in altum, **Sprutte**, Sipho, v. **Squirt**.

Spy, *à* Fr. G. *Eſpier*, It. *Spiare*, Hiſp. *Eſpiar*, Belg. **Spien**, **Speuren**, **Spieden**, Teut. **Spähen**, AS. Spyrian, Teut. **Spüren**, **Spühren**, Inveſtigare, Scrutari, Explorare, Indagare, Percipere, Dan. **Speyder**, Speculor, Fr. G. *Eſpie*, *Eſpion*, It. *Spia*, *Spione*, Hiſp. *Eſpia*, *Eſpion*, Explorator, Fr. Th. **Spurrento**, Inveſtigator. *Voſſius* Teut. **Spähen**, deflectit *à* Lat. *Specio* (i. e.) Aſpicio, Speculor. *Covarruv.* deducit Hiſp. *Eſpia*, *à* neſcio quo Σπάω, Sequor.

a **Squadron**, *à* Fr. G. *Squadron*, *Eſquadron*, *Eſcadron*, It. *Squadrone*, omnia *à* Lat. *Fonte*, q. d. Acies *Quadrata*. Ejuſdem tribûs eſt Teut. **Geſchwader**, Turma ſeu Caterva militum.

to **Squall** *or* **Squeal** *out*, *à* Fr. Th. **Skellan**, Teut. **Schallen**, Sonare, Reſonare, utr. à ſono fictum.

to **Squander**, *ab* It. *Spandere*, etiam tranſlatè Profundere, Prodigere, Fr. G. *Eſpandre*, Effundere, utr. *à* Lat. *Expandere*, vel *à* Teut. **Verſchwenden**, Diſſipare, Dilapidare, Decoquere, Prodigere.

Square, *à* Fr. G. *Carrè*, Quadratus part. verbi *Carrer*, *Quadrer*, It. *Squadrare*, It. & Lat. *Quadrare*.

a **Square** vel **Squire**, *à* Fr. G. *Eſquierre*, It. *Squadra*, Perpendiculum ſeu Linea Perpendicularis Fabrorum & Geometrarum, Groma, Norma, γνώμων, v. *Salmaſ.*

Not. Plin. in Sol. p. 669. & 673. q. d. Lat. *Quadra.*

Squat, in agro Linc. usurpatur pro homine Mediocris vel aliquantò Humilioris staturæ, sed corpore Robusto & benè compacto, credo à Lat. *Quadratus*, quod eodem ipso sensu *Cornelio Celso* & aliis probatis authoribus usurpatur, addendo in principio *ſ*, ut in **Squadzon**, **Squate** & innumeris aliis.

to **Squat** *down*, *ab* It. *Quatto*, *Chiatto*, *Chiotto*, humi Pronus, *à* verbo *Quattare*, *Chiattare*, *Appiattare*, humi Delidere, *Acquattare*, humi se Abjicere, fort. omnia *à* Lat. *Quietus.*

Squeak, *à* Teut. **Quecken**, Pipire, Fritinnire, Friguttire, Belg. **Quacken**, **Quecken**, Coaxare instar Anseris, It. *Squittire*, *to* **Squeak** *like a Parret*, omnia à sono ficta.

to **Squeal**, v. **Squall.**

Squeamish, q. d. **Qualmish**, Delicatulus, quia sc. levi de causa in Ἔκλυσιν seu Cardialgiam incidit, v. **Qualm**, vel *à* Dan. **Qvæmmis**, Nauseo.

Squeese, *ab* AS. Cpȳran, It. *Schizzare*, ut rectè monet Doct. *Th. H.* item *Scassiare*, *Squacciare*, Terere, Tremere, Elidere, vel, ut *Minsh.* vult. *à* Lat. *Quassare*, *Cassare.* Certè proculdubiò It. *Scassiare* & *Squacciare*, *ab* alterutro horum ortum ducunt.

Squibs, Ignes Missiles, *à* Teut. **Schieben**, Trudere, Protrudere, Impellere, Propellere, Provolvere, Projicere.

Squint, *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Σκιδὸς vel Σκολιὸς. Potuisset meliùs *ab* Ἀσχημοσύνη; quia sc. tales oculi deformes, eóque Pudori & Dedecori sunt, & pessimum in physiognomia signum. Mallem deducere *ab* AS Scendan, Teut. **Schenden**, **Schänden**, Dedecorare, & inde nom. Teut. **Schand**, **Schande**, Dedecus, Ignominia, vel *à* Teut. **Schewen**, Belg. **Schouwen**, **Schuwen**, Horrere, Vitare.

a **Squire**, *à* Fr. G. *Escuyer*, It. *Scudiere*, *Scudiero*, Armiger, q. d. Scutarius, *à* Fr. G. *Escu*, It. *Scudo*, Scutum (i. e.) servus qui Scutum Domino in bello præfert.

a **Squirrel**, q. d. Lat. *Sciurellus*, Fr. G. *Escurieu*, *Sciuere*, It. *Schirinolo*, *Sciurro*, *Sciorro*, *Scinratto*, *Schirazzo*, omnia *à* Lat. *Sciurus*, Gr. Σκίουρος, Animal è Soricum genere notissimum, sic dictum, quia caudâ suâ longâ & densâ sibi Umbram facit.

Squirt, *à* Belg. **Spruite**, Teut. **Spruitze**, **Spritze**, **Strütze**, Sipho, Belg. **Spruyten**, Surgere in altum, Teut. **Spritzen**, **Sprützen**, **Strützen**, Siphone liquorum infundere. Alludit Gr. Σκιρτάω, Salio.

to **Squitter**, Forire (i. e.) Foria, seu liquidas Fæces confertim dijicere, vel *à* verb. **Scatter** quod *vide*; vel *à* Belg. **Schetteren**, cum sonitu Spargere, Strepere, vel q. d. **Shitter**, v. **Shite.** Datur & It. *Squaccarare*, *Squaccherare*; *Squacquarare*, Foria dejicere, fort. à sono ficta.

Stab, à Belg. ant. **Staven**, Figere, Pangere, vel *à* Teut. **Stab**, Baculus, q. d. Sudem vel Baculum adigere. Datur & It. *Stampanare*, cultro vel pugione Transfigere.

a **Stack**, It. *Stacca*, *Staccia*, Teut. **Hew stock**, **Stock Hew**, Meta seu Strues fœni, non, ut vult *Minsheu*, *à Stando*, sed *à* Belg. & Teut. **Stecken**, Figere, v. *to* **Stick.**

Staff, *ab* AS. Stæf, Baculus, Litera; Belg. **Staf**, **Dab**, **Save**, Teut. **Dab**, Baculus, Scipio. *Minsh.* deflectit *à* Gr. Στείχω, Calco seu Ambulo. *Fr. Jun.* *à* Στείβω, Ambulo.

Stag, *Minsh.* deflectit *à* Στείχω, Curro; sed Στείχω nusquam Curro, sed Eo ordine & Eo exponitur; nescio an *ab* AS. Stican, Teut. **Stechen**, **Stecken**, Pungere, quia sc. cornua acuta habet quibus Pungere aptus natus est.

Stage, Scena, parùm deflexo sensu *à* Fr. G. *Estage*, Contignatio. Sunt qui *à* Gr. Στέγος τὸ vel Στέγη, Tectum deflectunt. Mallem *à* Teut. **Stecken**, Figere, Ponere, vel *ab* AS. Stigan, Belg. **Steegden**, **Stighen**, Teut. **Steigen**, Ascendere.

Stage, in Itinere (i. e.) Diversatio; Commoratio, item Diversorium seu locus definitus ubi Viatores subsistere solent, *à* Lat. *Statio.* Alludit Gr. Σταθμὸς.

Stag-fly, *Nigidio* & *Plinio* Lucanus, Gr. Πλατύκερος, Βόκερος, Teut. **Schröder**, **Schröter**, eximii & celeberrimi Medici cognomen, Fr. G. *Cerf Volant*, sic dictus, quia mirabilibus suis cornubus Cervum æmulatur.

Staggard,

Staggard, Authori Dict. Angl. exp. Cervus seu Capreolus mas Quadrimus, *à* nostro **Stag**, & Belg. **Aert**, quia jam ad ætatem & indolem Cervi quem **Stag** vocamus, accedit.

Stagger, *à* Belg. **Staggeren**, Vacillare, hinc *the* **Staggers**, morbus Equorum quidam, ni fallor, Vertigo, sic dictus, quia equi ita affecti vacillant, hoc morbo laborans jumentum Vegetius Appiosum vocat.

to **Stain** *or* **Distain**, credo *à* Fr. G. *Desteindre*, q. d. *Distingere* (i. e.) Tincturam auferre, Colorem Vitiare.

a **Stainand** *colour*, vox Fœcialium, q. d. *a* **Staining** *colour* (i. e.) Color Tingens vel Maculans, diminuens & dehonestans nobilitatem.

Staire, *ab* AS. Stæger, Gradus, Scala, hoc *à* verb. Stigan, Ascendere, Belg. **Steghe**, **Stegher**, Gradus Scalæ, **Steeghen**, **Stegghen**, **Stighen**, **Steghen**, Teut. **Steigen**, Ascendere. Alludit Gr. στείχω, ordine Eo, Eo.

Stake, Sudes, *ab* Hisp. *Estaca*, Palus, Pertica, utr. *à* Teut. **Stecken**, Figere, v. **Stick**.

a **Stake**, Pignus, Depositum, *à* verbo **Stick**, quod sc. in publico Figitur & proponitur tanquam Victoris brabeum, Victi mulcta. *to* **Stake** *Minsh.* deflectit *à* Teut. **Stehen**, **Aufstehen**, simul cum alio Vadem se sistere. Ego autem hanc vocem hoc sensu nusquam invenio, v. *to* **Stick**.

Stale, vox quæ mihi apud solum *Markhamum* libro de arte Aucuparia occurrit, pag. 115. nescio an *ab* AS. Stælan, Furari, Suffurari, à Suffurando sc. aves.

Stale, præ vetustate Effœtus, Vietus, Ἐωλός. *Minsh.* deflectit *à* Belg. **Staelen**, Chalybe ferrum indurare, **Stael**, Teut. **Stahl**, Chalybs; quia inquit, quò quid vetustius eò flexu difficilius est, vel *à* **Stale**, Urina; quia vetusta instar urinæ fœtent, sed utr. nimis durum & longè arcessitum est. Et quid opus fuit è longinquo Etymon petere, cum in vicino Belgio se palàm offerat? Datur enim Belg. **Stel**, Vetus, à quo nostrum **Stale**, manifestè deducitur, hoc fort. q. d. **Still**, Quietus.

to **Stale**, *à* Belg. **Stalen**, Teut. **Stalen**, Mingere, in Equorum genere; Belg. T' **Peert Stalt**, Equus Mingit, *a* Belg. vet. **Stalle**, **Stelle**, Lotium. *Scaliger* deflectit *à* Lat. *Stabulum*, quia sc. equi quàm primùm veniunt in Stabulum, plerumque Urinam reddunt.

a **Stalk**, *à* Belg. **Steel**, **Stele**, Caulis, Scapus, Teut. **Stiel**, Petiolus. Alludit Gr. Στέλεχος, Truncus, Caudex. Belg. autem **Steel**, & Teut. **Stiel** deflecti possint, *ab* AS. Stigan, Teut. **Steigen**, Ascendere, q. d. **Stigel**, quia sc. Caulis in altum se surrigit.

to **Stalk**, *ab* AS. Stælcan, Pedetentim ire, Grallari. Alludit Gr. Στείχω, Στειχάω, Eo, Ordine Eo, Incedo.

to **Stall**, vox agro Linc. usitatissima pro Exsaturare, vel *ab* AS. Stal, Teut. **Stall**, Stabulum, Metaphorâ à jumento in Stabulo saturo ductâ, vel *à* Gr. Στέλλω, Reprimo, Inhibeo, Compesco, sc. Appetitum, *vide* alt. **Stall**.

Stall, *ab* AS. Stal, Dan. **Stall**, **Stold**, Teut. **Stall**, It. *Stalla*, Belg. **Stal**, Fr. G. *Estal*, Stabulum, hæc duo ultima etiam officinæ Mensa prominentior super quam merces exponuntur. *Hesychio* Στέλη exponitur Ταμεῖον (i.e.) Receptaculum κτηνῶν, jumentorum, AS. Stýllan, Stabulare (i. e.) in Stabulo locare. Dan. **Stalder**, Stabulor.

Stallion, *à* Fr. G. *Estalon*, It. *Stallone*, Equus Admissarius, q. d. Stabuli Dominus seu Maritus, Vir gregis, *ab* AS. & Belg. Stal, Teut. **Stall**, It. *Stalla*, Stabulum.

Stammer, *ab* AS. Stamor, Dan. **Stam**, Blæsus, Balbus, Belg. **Stemelen**, **Stameren**, Teut. **Stammeln**, Balbutire, Dan. **At Stamme**, linguâ Hæsitare, omnia à sono ficta, nisi malis omnia *à Stando* (i. e.) hæsitando deducere.

Stamp, *à* Fr. G. *Estampe*, Hisp. *Estampa*, It. *Stampa*, Typus, Impressio, Hisp. *Estampar*, It. *Stampare*, Imprimere, credo *ab* alt. **Stamp**, Calcare, Conculcare.

Stamp, *à* Belg. **Stampen**, Teut. **Stampffen**, Tundere, Contundere, **Stalpen**, terram pede Quatere, Dan. **Stamper**, Conculco, Proculco, terram Tundo.

Stanch,

Stanch, *à* Fr. G. *Eſtancher*, Siſtere, putà ſanguinem, utr. *ab* It. *Stagnare*, & hoc *à* Lat. *Stagnare*, ſc. efficere ut ſanguis, inſtar Stagni, quieſcat, nec ampliùs è vaſis ſe effundat, vel *ab* AS. Stincan, Hebetare, Obtundere, Compeſcere.

Stanch, Firmus, Solidus, neſcio an *ab* AS. Standan, Stare, Siſtere, q. d. firmiter Conſiſtens; vel, ſi *Salmaſio* fides ſit *Stagnare* idem ſignare Lat. quod Indurare, Munire, *ab* hoc ipſo *Stagnare* hoc ſenſu, hoc *à* Gr. Στηγανῶσαι vel Στηγῶσαι, v. Not. Plin. in Sol. pag. 577.

a **Stanchion**, *à* Fr. G. *Eſtanſon*, Fulcrum, hoc *à Stando*; quia ſc. Fulcrum efficit ut ſtent ædes (i. e.) Caſum & ruinam prohibet.

a **Stand**, *ab* AS. Stand, Teut. **Standt**, Labrum, Cupa, *à* verbo **Stand**, q. d. Alveus Statarius.

Stand, *ab* AS. Standan, Belg. **Staen**, Teut. **ſtehen**, Stare, Belg. **ſtand**, Statio, **Stand**, Ordo. Dan. **Staar**, Sto, omnia *à* Lat. *Stare*, hinc *to* **Stand** *it out*, Περισταπῶν, Διαστηκῶν, Teut. **Auſz-ſtehen**, Perpeti, Tolerare, Suſtinere, *to* **Stand** *by*, **Beyſtehen**, Auxiliari, Adjuvare.

Standard, *à* Fr. G. *Eſtandart*, *Eſtendart*, Hiſp. *Eſtandarte*, It. *Stendardo*, Signum Militare, Λάβαρον, vel *à* Germ. vet. **Standen** pro **ſteben**, AS. Standan, Stare, q. d. Vexillum Statarium, vel, quod modus ſcribendi Italicus per *E* innuere videtur, *ab Extendendo*, q. d. Vexillum Extenſum, ſeu latè Expanſum & Explicatum.

Stang, *ab* AS. Stæng, Sudes, Vectis, Teut. **Stange**, Pertica, Contus, Sparus, Vectis. Datur & C.Br. *Yſtang*, Pertica, ſed noſtro fonte hauſtum.

Stanza, vox pura puta It. Sic autem appellatur Series ſeu Ordo verſuum puta Tetraſtichon, Hexaſtichon ſeu Ogdoaſtichon, *ab* alt. *Stanza* ſeu *Stantia*, Cubiculum, quia ſc. hi verſuum ordines tanquam Triclinia, ſeu Contignationes ædium ſibi invicem ſuperſtruuntur, utr. *à Stando*.

Staple, *à* Fr. G. *Eſtape*, Teut. & Dan. **Stapel**, Emporium à Principe conſtitutum, in quo merces venum exponendæ ſunt, ita ut non fas ſit alibi Exponere, Emporium Statarium, ſecundùm *Voſſ.* & *Lindenbrog.* ſignat propriè locum ubi Judicium exercetur, vel, quod *Boxhornius* vult, *à* verbo **Stapelen**, in unam Coacervare, quoniam ſc. omnes merces, lege jubentur in tali loco divendi, hoc fort. *à* Lat. *Stipare* vel *Stare* (i. e.) Stare facere, Siſtere; vel, quod *Spelmanno* videtur, quia in tali Emporio ſunt mercatorum *Stabula* ſeu *Stationes*, *vide* LL. Rip. tit. 77. Par. 1.

the **Staple** *of a door*, occurrit apud *Somnerum* AS. Staple, Trapezophorum ſeu Fulcrum menſarum, item Stapul, quod Batis vel Baſis, *Ælfrico* barbarè & abſurdè, ut ſolet, Patronus exponitur. Non dubito quin ab alterutro horum ortum ſit, quia ſc. oſtium ſtabilit & fulcit.

Star, *ab* AS. Steorra, Dan. **Stierne**, Belg. **Sterre**, Belg. & Teut. **Stern**, **Sterne**, Stella, Fr. Th. **die Sterren**, Stellæ, omnia fort. *à* Gr. Ἀστὴρ, rejectâ tantùm initiali literâ. *Voſſius* autem Gr. Ἀστὴρ *à* Perſico *Ster* deflectit, *vide Voſſ.* voce *Stella*.

Starboard, *ab* AS. Steorbord, Belg. **Stierboord**, **Stuperboord**, Teut. **Stewerboord**, Dextrum navigii Latus, quod nauclerus ſeu gubernator occupat, *ab* AS. Steoran, Belg. **Stieren**, **Stuyren**, Teut. **Stewern**, Gubernare & **Boord**. Datur & eodem ſenſu Fr. G. *Eſtribort*, ſed Germanicæ, proculdubiò, originis.

Starch, Amylum, *à* Teut. **Starck**, Firmus, **Starcken**, Roborare, quoniam ſc. linteamina Rigida reddit, quo ſenſu etiam Italis *Salda*, *à* Lat. *Solidum*, *Solidare* appellatur.

a **Stare**, *ab* AS. & Dan. Stær, Teut. **Staar**, Belg. **Sterre**, **Starre**, unde & Diminutivum **Starling**, It. *Storo*, *Storno*, *Stornello*, omnia *à* Lat. *Sturnus* avis.

Stare, *ab* AS. Staran, Belg. **Starren**, **Sterren**, intentis oculis Intueri, Teut. **Starren**, **Staren**, Rigere, Timere, Pertimeſcere. Laſcivirem ſi ab oculis extantibus deducerem. Mallem deflectere *à* Belg. **Sterren**, Micare inſtar Stellæ; Oculi enim contenti ob Spirituum opticorum copiam in ipſos ubertim tranſmiſſorum micare videntur,

vide

vide Star. *Mer. Caſ.* detorquet *à* Gr. Θυρσ[illegible]ω.

Stark, *ab* AS. Stepc, Stpace, Rigidus, Durus, Belg. & Dan. Sterck, Teut. Starck, Validus, Robuſtus, Firmus, Fr. Th. Starc, Fortis, Durus, Starchiſto, Fortiſſimus, Stark Gilouba, Firma Fides. *Mer. Caſ.* deflectit *à* Gr. Στερεὸς. Alludit & Στερρὸς, στιβὴς, Solidus, Firmus. *Somner* ingenioſè, ut ſolet omnia, noſtrum Stark deducit per Metatheſin à dicto AS. Stpace, Rigidus. Nullum tamen ſcelus eſt alteri Gen. ſc. Etymo utpote faciliori aliquantò & ſimpliciori fidere.

Start, vel, ſecundùm *Minſh.* *à* Belg. Sterten, Præcipitare, Labi, quod tamen nuſquam invenio, vel *à* Teut. Stürtzen, Præcipitem dare, Stürtzen, Decidere, item Vertere, ſed neutrum placet. Mallem igitur derivare *à* Teut. Starren, Erſtarren, Timere, Perterreri, quia ſc. dum ſubitò, & præſertim ex Inopinato, terremur hoc modo reſilimus. Poteſt & deflecti *ab* AS. Stỳpan, Aſtỳpian. Aſtipian, Movere, Commovere, Irritare.

Startle, v. Start.

A Startop *or* High ſhoe. Pero, Καμπάγη, Ἀμβάτη, Βάτραξ, *à* verb. Start & Up, quia calceus valdè altus eſt.

Starve, *ab* AS. Steoppan, Occidere, Aſtoppen, Cadaveroſus, Mortuus, Belg. Verven, Teut. Sterben, Mori; nobis autem tantum Fame necare, vel Perire deſignat; quoniam ſc. Fame emori peſſima omnium, & quaſi κατ' ἐξοχὴν Mors vulgò habetur, vel *à* Teut. Darben, Pauperem eſſe, Pauperiem pati, ſed priùs longè præfero. *Mer. Caſ.* deflectit noſtrum Starve, *à* Gr. Στερέω.

Stately, *à* Belg. Statelick, Staetigh, Teut. Stattlich, Gravis, Severus, Magnificus, utr. *à* Belg. Staet, nobis etiam State, Pompa, hæc *à* Lat. *Status*, q. d. ſecundùm Statum (i. e.) pro gradu vel dignitate perſonæ.

Stationers, Bibliopolæ, Chartapolæ, fort. ſic dicti quòd olim in una certa *Statione*, ſeu certo vico omnes ſimul officinas habebant, nunc autem ſparſim habitant. Certè Bibliopolæ cœmeterii D. Pauli Lond. tot ſimul contiguas ædes incolentes priſci hujus moris aliquid etiamnum retinent, v. *Minſheu.*

A Ship Staved *to pieces*, neſcio an *à* Belg. Stouwen, Agere, Propellere, dicitur autem de nave vi fluctuum rupi ſeu littori alliſa, & inde ſoluta & penitus diffracta.

Stay, a Stay, *à* Belg. Staeye, Staeve, Fr. G. *Eſtaie*, *Eſtaye*, Fulcrum, *Eſtayer*, Fulcire, Suffulcire, Suſtinere.

to Stay, Manere, *à* Belg. Staen, Teut. Stehen, Stare, Dan. Staar, Sto, omnia *à* Lat. *Stare*, & hoc *ab* Ἱστάναι, Ἵστημι.

Stay, Siſtere, Detinere, Retinere, *ab* alt. Stay, Manere, q. d. Stare facere, Ἱστάναι.

Stead, *ab* AS. Steda, Belg. Stad, Stede, Teut. Statt, Locus, Urbs, *à* Lat. *Status*. *Heroldus* à Romanorum *Stativis* derivat. Occurrit & in *Gl. Lipſ.* Germ. ant. Legerſtede, Cubilibus.

Steady, *ab* AS. Stæðig, Gravis, Stæðineſſe, Gepiæðignyſſe, Gravitas, Conſtantia, Belg. Stedigh, Stedigh, Stabilis, omnia *ab* AS. Steda, Locus, ſc. quod in loco Immotum manet, v. Stead.

Steaks, *ab* AS. Sticce, Teut. Stück, Fruſtum, Offa; nobis autem, parùm deflexo ſenſu, Fruſta carnis ſartagine frixa deſignat.

Steal, *ab* AS. Stælan, Belg. Stelen, Teut. Stehlen, Stälen, Furari, Dan. Stieler, Furor, Clepo, Part. AS. Stolen, Foppstolen, Belg. Ghestolen, Teut. Gestolen, Furto ſurreptus. *Mer. Caſ.* deflectit *à* Gr. Στρίφω. Pluſquam alludit Lat. *Stellatura*, quod *Voſſius* exponit Lucrum, id quod duces ex detracta militibus annonæ parte faciunt, & nonne hoc purum putum Furtum eſt? v. *Voſſ.* voce *Stellatura*. Datur & *Stellionatus*, quæ vox Juriſconſultis Romanis Dolum malum, Fraudem ſeu Impoſturam notat, & *à* *Stellione* Lacertæ genere, quem Romani Tarantulam vocant, animali verſutiſſimo & humano generi inſidioſiſſimo nomen ſumſit. Stellio autem ſic dictus eſt, quòd tergum ipſi lucentibus guttis ſeu maculis ad modum Stellarum depictum eſt, v. *Calvin.* in Lexico Jurid. voc. *Stellatura* & *Stellionatus*, item *Salmaſ.* Not. in Æl. Spart. vita Peſcennii Nigri Imp.

Steam, *ab* AS. Steam, Odor, Halitus, Steman, Halare, Stỳman, Fumigare, Odorare. Alludit Gr. Ἀθμάειν.

Stear,

Stear, *ab* AS. Steopan, Fr. Th. Stiuren, Belg. Steren, Stupren, Teut. Stewern, Gubernare, Dan. Styrer, Guberno, *Ælfrico* Steope, Steopman, Teut. Stewrman, Gubernator, Fr. Th. Sturo, Nauclerus, *à* Belg. Stier, Stier roer, Teut. Stewer, Clavus, Gubernaculum. Alludunt Gr. Στερεὸς, Firmus, quia sc. navem Firmat, & Τηρέω, quia navem Conservat.

Stearn, *ab* AS. Stearn, Belg. Stier, Stier roer, Teut. Stewer, Dan. Styre, Gubernaculum, Clavus, Fr. Th. Stiura Scheffes, Puppis navis, hæc omnia *Fr. Jun.* suo more deflectit *à* Gr. Στείρα vel Στείρωμα, navis Carina, reliqua *vide* in **Stear**.

Stedfast, Firmus, Constans, Stabilis, *ab* AS. Steda, Locus, & Fast vel Fæst, Firmus, Stabilis, q. d. *Firmus* seu *Stabilis* in loco suo, Ἀκίνητος.

Steed, *ab* AS. Steda, Equus Admissarius, item Bellator, Stod, Stut, Stod hors, Dan. Stod hest, Equus Admissarius, fort. *à* Lat. & Gr. *Stadium*, Equus sc. nobilis qui Stadium decurrit, quod, si verum Etymon non sit, quod meritò dubitari potest, esto saltem Allusio. Alludit & Gr. Στύω, in Venerem prurio.

Steel, *à* Dan. Staal, Belg. Stael, Teut. Stahl, Chalybs, Στόμωμα. Alludit Gr. Στίλβω, Splendeo.

Steel, *Chaucero* Stele, *à* Teut. Stiel, Manubrium, hoc, ni fallor, *à* verbo Stellen, Ponere. Feliciſſimè alludit Gr. Στιλεὰν, Manubrium ſecuris.

to **Steep**, Macerare, *à* Belg. Stippen, Intingere, vel *ab* AS. Sipan, Macerare; Belg. autem Stippen credo ortum *ab* AS. Dippan, Immergere, addito ſibilo, & *à* in Germanam literam *t* tranſeunte.

Steep, *ab* AS. Steap, Acclivis, Præruptus, fort. *à* Step, quia sc. in loco Acclivi greſſus magis firmare & figere cogimur, *vide* Step.

Steeple, *ab* AS. Steopl, *Ælfrico* Stỹpel, Turris, fort. *a* Steep, quia sc. Acclivis eſt, & aſcenſu difficilis.

a **Steer**, *ab* AS. Stỹre, Steop, Stỹre, Juvencus, Juvenca, Teut. Stier, Belg. Stier varre, Taurus, Stier kalf, Buculus, Juvencus, Teut. Steer, Aries, omnia, addito ſibilo, Lat. & Gr. *Taurus*. *Mer. Caſ.* deflectit *à* Gr. ταῦρος, βοῦς ταῦρα, Vacca Sterilis.

to **Steeve**, Steve *or* Stewing, Mercatoribus idem quod *to* Stow, ſati manifeſtè *à Stipando*.

Steletto, Accipiter *ab* Hiſpania advectus, neſcio an *ab* aliqua *Stella* in plumis ſimilitudine.

Stem, *à* Teut. Stamm, Stirps, utr. *à* Gr. & Lat. *Stemma*, v. *Stemma* apud *Voſſ.* in Et. LL. *Mer. Caſ.* deflectit *à* Gr. στῆμα, Stamen.

the **Stem** *of a Ship*, Roſtrum navis, neſcio an *à* Belg. Stam, Teut. Stamm, Caudex, Truncus, quoniam sc. ab illa extremitate in alteram, sc. in gubernaculum & præſertim ipſi ſuperſtructum, navis Suggeſtum, *the* Forecaſtle dictum, tanquam à Caudice ad cacumen navis ſenſim aſſurgit.

Step, *ab* AS. Steppan, Stæppan, Gradi, Incedere, Oferstæppan, Tranſgredi, Stæp, Belg. Stap, Stip, Gradus, Paſſus, Stappen, Stippen, pedem Figere. *Fr. Jun.* deflectit *à* Gr. στίζειν, Calcare, Ambulare.

Step, in compoſitione reſpondet particulæ AS. Steop, & Belg. & Teut. Stief, quod Rigidum ſignificat, ut Belg. Stief-Vader, Dan. Stiffader, Vitricus, Teut. Stieff-Bruder, Frater Affinis, Vitrici Filius, AS. Steopmodep, Belg. Stief-Moeder, Teut. Stieff-mutter, Noverca, q. d. Rigida Mater. Notum autem eſt Novercas plerumque Privignis iniquiores eſſe. Certè hoc Etymon veriſimilius eſt, quàm illud *Voſſii* qui Stief-Moeder dictum putat quaſi matrem domum fulcientem, cum contrà plerumque domûs ruina ſit, v. *Voſſ.* voce *Noverca*.

Sterling, non, ut vult *Buchananus*, ab oppido Scotiæ *Sterling*, nec, ut alii volunt, *à Stella* vel *Sturno* nummo impreſſis, ſed à natione Esterlings vel Oesterlingbers (i. e.) Orientalibus dicta, accolis maris Balthici, ut Boruſſis, Pomeranis, &c. qui artem fiandi & feriundi auri, & argenti optimè

optimè pro illa ætate calluerunt, & eam Anglos magna ex parte docuerunt. Datur & Fr. G. *Sterling*, sed à nobis proculdubiò mutuatum; **Sterling** tamen olim etiam Nummum quendam significavit, *vide Spelman.*

Stern, *ab* AS. Stepne, Torvus, Austerus, hoc fort. *à* verb *to* **Stare**; Intentior enim aspectus Torvi & ferocis animi indicium est.

to **Stew**, *à* Fr. G. *Estuve*, It. *Stufa*, Dan. **Stue**, Hypocaustum, **Estuver** in Hypocausto, Fornace vel tecto vase Elixare. *Adr. Jun.* **Stew'd** *meat*, carnem Jussulentam vocat. *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Στιφάω, Torreo, seu Asso lento igne. Alludit etiam Τύφω, Fumum excito, Accendo.

Steward, Dispensator, Oeconomus, Obsonator, AS. apud *Ælfricum* Stipapd, Belg. **Rewaerd**, **Rouwwaerd**, **Roewaerd**, q. d. **Roeuwe-Waerder**, Pacis Conservator & Vindex, summus apud Brabantos Magistratus; vel, secundùm *Minsh.* & *Verstег.* *ab* AS. Steda, Belg. **Stede**, Locus, item Urbs, & **Ward**, Custos, q. d. Loci, Domûs vel Urbis Custos, & huic sanè Etymo prorsus fido. Potest tamen etiam non absurdè declinari *ab* AS. Stop, Locus, & **Ward**, omnino ut nostrum & Fr. G. *Lieutenant*, vel *à* dicto Steda pro Loco simpliciter, & **Ward**, eodem prorsus sensu, sc. quatenus Vicarium seu Legatum designat.

Stewes, *vide* **Stew** & **Stove**, quia sc. Lupanar, instar Hypocausti, calfacit, unde & alio nomine *a* **Hot house** (i.e.) Hypocaustum dicitur. Lupanaria autem publica olim in Anglia, ut jam in Italia, permittebantur, & fort. singula Hypocaustis instructa erant. Alludit Gr. Τύφω, Tentigine laboro, Priapum extendo.

to **Stick**, *ab* AS. Stican, Pungere, Jugulare, Confodere, Belg. **Sticken**, **Steken**, Teut. **Stechen**, **Stecken**, Pungere, Figere, item Jugulare, Occidere, Dan. **Sticker**, Pungo, Transverbero. Felicissimè alludit Gr. Στίζω.

to **Stick**, *ab* AS. Stican, Belg. & Teut. **Stecken**, Belg. **Steken**, Hærere, Adhærere, Teut. **Stocken**, linguâ Hesitare.

Stick, *à* Belg. **Steck**, **Stock**, Teut. **Stecken**, Stipes, Baculus, Fustis, **Stecken**, Figere, Pungere, It. *Stecco*, Bacillus.

Stickle, v. **Stick**.

Stiff, *ab* AS. Stipe, Dan. **Stiff**, Belg. **Stief**, **Stijf**, Teut. **Steiff**, Rigidus, Obstinatus, Durus, AS. Stipian, Rigere. *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Στιφὸς, Στυφελὸς & Ἀστυφὴς. Invenitur & apud *Hesychium* Στιφὸς quod exponitur Στερεὸς (i.e.) Firmus. Ab eodem fonte non dubito quin orta sit vox Teut. **Stifft**, Fundatio Ecclesiæ Episcopalis, cum reditibus assignatis, & secundariò Episcopatus cum tota ditione, ut **Stifft Bremen**, **Stifft Utrecht**, &c. sc. *à* Teut. **Steiff**, AS. Stipe, Firmus, q. d. Confirmatio redituum per solennem chartam donationis, *a Setling of lands upon a Church.*

Stifle, *à* Fr. G. *Estouffer*, Suffocare; Belg. **Stippen**, **Stoppen**, Intercludere, utr. *à* Lat. *Stipare*, *vide to* **Stop**. Datur & Hisp. *Tufo*, Vapor Calidus & densus qualis è balneis halat, quod *Covarr.* deflectit *à* Τύφω. *Mer. Cas.* nostrum **Stifle** deducit *à* Στίφω.

Stile, Scala agrestis, parùm deflexo sensu, *ab* AS. Stigele, Belg. **Steegde**, **Stegher**, Scala, Gradus, hoc *à* verb. AS. & Fr. Th. Stigan, Astigan, Teut. **Steigen**, Belg. **Steegden**, Scandere, Ascendere. *Fr. Jun.* AS. Stigan, more suo deflectit *à* Gr. Στείχειν.

Stiletto, Pugionis genus, Italis nimis usitatum, credo *à Stylorum* Romanorum similitudine sic dictum; Styli enim instar versus extremitatem tenuatur. Certè etiam veterum Stylis multos confossos legimus.

Still, *ab* AS. Dan. & Belg. Stille, Belg. **Stil**, Teut. **Stille**, Quietus, Placidus, Tranquillus, AS. Stille-Bopene, Abortivus, verb. Stillan, Gestyllan, Compescere, Belg. **Stillen**, Sedare, Dan. **Stiller**, Cohibeo, Sedo, **Er Stille**, Quiescere. *Vossius* deflectit Belg. **Stillen** *a* **Stellen**, Ponere. Possim & declinare *à* Gr. Στίλλω pro Στέλλειν, Comprimere, v. *Voss.* in Et. LL. voce *Sedo.*

Still, Assiduè, Indesinenter, Incessanter, nescio an *ab* AS. Til, addito tantùm sibilo, vel *à* nostro &, credo, etiam AS. Æs, Ut, Sicut, licèt apud *Somnerum* non occurrat, & eodem Til, Usque, q. d. Usque, Usque eodem modo.

a **Still**, Organum seu Vas Distillatorium Ἄμβιξ, Lat. Barb. *Alembicus, à Stillando* vel *Destillando.*

Stilts, *à* Teut. **Stelt3e**, Belg. **Stelten**, Grallæ. Credo *ab* AS. Stælcan, Grallare, vel potiùs Ἀμέσως *à* nom. Stælc hujus verbi parente quod Grallas olim signavit licèt apud *Somn.* non occurrat.

Sting, *ab* AS. Stingan, Pungere, Stinge, Aculeus, Ictus, Stungen, Bestungen, Punctus, *ab* ant Lat. *Stingo*, hoc *à* Gr. στίζω, Pungo, *v. Voss.* in Et. LL. voce *Instigo.*

Stink, *ab* AS. Stenc, Odor, Fœtor, item Olfactus, Stencan, Olere, Sapere, Item Olfacere, Suffire, Dan, **Stincker**, Fœteo, Suboleo, Belg. & Teut. **Stincken**, Fœtere, **Stinckaerd**, homo Fœtidus, Antiquis Anglo-Saxonibus propriè quemvis Odorem, nobis autem Belgis & Teutonibus tantùm Ingratum designat. Fr. Th. contrà **Sie Stinchen**, Fragrant, **3e Stinchene**, Fragrare, **Stanck**, Odor & Fragrantia, **Stinken**, Fragrare significat.

to **Stint**, Cohibere, Moderari, parùm deflexo sensu, *ab* AS. Stincan, Hebetare, Obtundere, Compescere, Restinguere, hinc & nom. **Stint**, vel *ab* It. *Stento*, vel *Estento*, Extensus, q. d. *the utmost Extent*, vel *à* Teut. **Stand**, Statio (i.e.) locus ubi sistitur.

Stipone, Liquor quidam gustui satis gratus, ni fallor, ex aqua cum passulis seminibus quibusdam calidis, segmentis Limonum & tantillo aromatum & sacchari confectus, qui utribus immissus gratiorem inde aciditatem induit, nescio an *à* Belg. **Stippen**, Intingere, Macerare, q. d. Infusio, quia sc. dicta ingredientia sine ulla coctione tantùm in aqua macerantur.

Stir, *ab* AS. Styran, Agitare, Movere, Turbare, Astyred, Turbatus, Styrung. Motus, Belg. **Steerzen**, Turbare, Irritare, Teut. **Stürtzen**, Vertere, **Stören**, **Verstören**, Turbare, Dissipare, Dissolvere, Run. Dan. **Styrt**, Pugna, hoc *Fr. Jun.* deflectit *à* Gr. στύραξ, Cuspis & συγκίζειν.

Stirk *or* **Sturk**, vox etiamnum in agro Lanc. usitata, ut testatur Doct. *Somner*, *ab* AS. Stype, Buculus, Bucula, *v.* **Steer.**

Stirrop, *ab* AS. Stige-Rapa, *vÆlfrico*, Stipap, Teut. **Steegzeiff**, Belg. **Steegh-Reep**, **Steeghel-Reep**, Ephippii Scandula, Stapes, Subex Pedaneus, q. d. Funis Ascensorius, *ab* AS. Stigan, Belg. **Steeghen**, Teut. **Steigen**, Ascendere, & AS. Rape, Belg. **Reep**, **Roop**. Funis. Datur & Fr. G. *Estirer*, & Hisp. *Estribo, Estrivo*, sed ab eadem Germ. Origine. Sunt qui declinant *à* Gr. Ἀστράβη, quod Ligneum Ephippium, quod manu tenent sessores, exponitur. Constat tamen tum ex historiis, tum ex iis, quæ adhuc extant, Statuis Equestribus neque Romanos, neque Græcos veteres nostris Stapediis usos fuisse. Verisimile igitur est Germanicarum gentium inventum esse. *v. Pancirollum* & Interpretem *Salmuthum*, *v.* & *Voss.* in Et. LL. voce *Astraba*, & *Cas.* in Æl. Spart. vitâ Anton. Caracallæ Aug.

Stitch, *ab* AS. Stice, Punctio, Teut. **Stich**, Punctum, **Sticken**, Acu Pingere, **Stecken**, Pungere, Adigere. Felicissimè alludit Cr. στίζω, *v.* **Stick.**

Stithy, Incus, *ab* AS. Stið, Rigidus, Durus, quid enim Incude durius?

Stittle-bag, vel potiùs **Stittle back**, & hoc etiam rectiùs **Stickle back**, Teut. **Stachel fisch**, vel **Stichling**, *Rondelet.* teste Fr. G. *Epinoche*, It *Strazzariglia, Dhuezio*, Cobitis aculeata, *à* Teut. **Stichel**, Scalprum, scalpellum vel **Stachel**, Stimulus, Aculeus, **Stich**, Punctio, Punctura, verb. **Stechen**, Pungere, Figere, *ab* Aculeis sc. in dorso *v.* **Stick**, **Stich**, & **Back.**

a **Stiver**, à Belg. **Stuyver**, Teut. **Stüver**, Assis, Sestertius seu Denarius Belgicus, nescio a **Stuyve**, Pulvis, q. d. nummus Pulverius (i. e.) Vilis vel, ut *Kilianus* vult, *à Pulverea* Lævitate.

Stoak, vel **Stoaked**, vox Nautica, fort. q. d. **Stocked**, vel **Stopped.**

Stoat, *he fucks like a* **Stoat**, *ab* AS. Stut, Stod, Stod hopr, Belg. ant. **Stuyte**, Dan. **Stod hest**, Equus Admissarius, Teut. **Stutte**, Equa.

Stock, *ab* AS. Stocce, Belg. & Teut. **Stock**, Fr. G. *Estoc*, Truncus, Caudex, Stipes, Belg. **Steck-blind**, prorsus Cæcus (i. e.) qui Stocco (i.e.) Baculo viam dirigit, vel qui non magis

videt

videt quàm Truncus. **Stock-ſtill**, Immobilis inſtar Trunci; It. *Stocco*, Baculus craſſior & brevior, omnia credo à verb. Teut. **Stecken**, Figere, Inhærere, quia ſc. Truncus ſeu Caudex Terræ firmiter infixus hæret.

Stock, à Belg. **Staeck**, Belg. & Teut. **Stock**, Fr. G. *Eſtoc*, It. *Stocco*, Stirps Progenies, Soboles, Proſapia, *ab* alt. **Stock**, Caudex, Truncus.

Stock, vox Mercatoria. Significat autem Sortem, τὸ Ἀρχαῖον, Caput (i.e.) primitivam illam ſummam pecuniæ, vel mercium ex qua Fœnus, vel lucrum proventurum expectatur, ſanè eleganti Metaphorâ ab arboris Caudice ſumta, quia ſcil. ut rami & fructus à Caudice nutrimentum trahentes accreſcunt, ita fœnus & lucrum quo Mercator ſe ſuſtentat à Sorte originem & incrementum ducunt.

Stock-Dove, Succicè **Stogz-duſwe**, *Adr. Jun.* Livia, *Ridero* Livia Vinago, potiùs Palumbes, fort. ſic dicta, quia inter arbores ſeu Truncos arborum habitat.

Stock-fiſh, à Belg. **Stock-viſch**, Teut. **Stock-Fiſch**, Dan. **Stock fiſk**, Aſellus Areiactus, ſic dictus, quia Durus eſt inſtar Stocci (i.e.) Trunci ſeu Caudicis.

Stockings, Caligæ, *Minſh.* deflectit à Teut. **Stecken**, Indere; ſunt enim quibus pedes & tibiæ induntur. Mallem tamen à Belg. **Stecken**, **Steken**, Hærere; quia immediatè pedi & cruribus incumbunt, & quaſi hærent, niſi malis à Belg. & Teut. **Stock**, Caudex, Truncus; Tibia enim, cum reliquo corpori ſuppoſitæ ſint, caudicis vicem præbent, q.d. Caudicalia (i. e.) Tibialia.

Stocks, à Belg. & Dan. **Stock**, Cippus, Teut. **Stock**, Cataſta, Ergaſtulum, utr. dictum *ab* AS. Stocce, Belg. & Dan. **Stock**, Truncus, Caudex, quia ſcil. ex lignis perforatis fit.

Stole, vox Metallica (i. e.) foſſorum ſcaptenſularum propria, ni fallor, *ab* AS. Stole, Sedes.

Stone, *ab* AS. Stan, Belg. & Dan. **Steen**, Teut. **Stein**, **Steyn**, Lapis, AS. Stænen, Lapideus, Stænan, Lapidare, Geſteneb, Lapidatus, Stancpop, Illecebra ſeu Vermicularis, Belg. **Steen-Kolen**, Lithanthrax. Rideres, fort. nec immeritò, ſi Belg. præſertim **Steen** deflecterem à Gr. Στῆναι, ſc. propter ſtabilitatem, eſto tamen Alluſio.

Stool, Dan. etiam **Stool**, *ab* AS. Stole, Belg. **Stoel**, Teut. **Stul**, **Stuhl**, Sedes. Datur & C.Br. *Yſtol*, ſed è noſtra, credo, lingua tranſſumtum. *Mer. Caſ.* noſtrum **Stool** deflectit à Gr. Στύλος, Columna, cui ſc. ædificium innititur. Mallem *ab* ant. Belg. **Stal**, Sedes, Sedile, Cathedra, hoc contr à Lat. *Stabulum*. Ejuſdem originis eſt & Teut. **Stellen**, Ponere.

à **Stoop**, *ab* AS. Stoppa, Batiolus, Belg. **Stoop**, Poculum majus, Oenophorum.

to **Stoep**, à Belg. **Stoepen**, **Stuppen**, ſe Curvare, Incurvare, Flectere, Inclinare.

to **Stop**, à Belg. **Stoppen**, Teut. **Stopfen**, Fr. G. *Eſtouper*, It. *Stroppare*, Obturare, Obſtruere, Occludere, Dan. **Stopper**, Farcio, **Stopper til**, Obſtipo, Obturo, omnia, ut mihi quidem videtur, *ab* It. *Stoppare*, Stuppâ obſtruere, Claudere, & hoc à Lat. *Stuppa*, Gr. Στύππη, vel à Lat. *Stipare*, hoc à Gr. Στείβειν, Calcare, Premere. Alludit Στύφω, Spiſſo.

Store, Copia, Abundantia, parùm deflexo ſenſu, à Belg. **Schuere**, Teut. **Schewr**, **Schewre**, Horreum, Granarium, vel à Belg. **Stuyr**, Teut. **Stewer**, Tributum, Eleemoſyna, Belg. **Stuyren**, Teut. **Stewern**, Contribuere, **Schoren**, Colligere frumentum, C. Br. *Yſtor*, Penus, Penum, ſed hoc Angl. originis. *Spelman* ingenioſiùs, credo, quàm veriùs deflectit à Gr. Στόλος, Apparatus, Στέλλω, Apparo, Inſtruo. Poſſet & formari à Dan. **Stor**, **Stoer**, Magnus.

Storm, *ab* AS. Stopm, C.Br. *Yſtorm*, Belg. & Dan. **Storm**, Teut. **Sturm**, It. *Stormo*, Tempeſtas, Procella, Strepitus, item Oppugnatio, Belg. **Stormigh**, Tempeſtuoſus, **Stormen**, **Beſtormen**, Teut. **Stürmen**, **Beſtürmen**, Oppugnare, Strepere, Dan. **Beſtormer**, Oppugno, It. *Stormare*, Tumultuari, Strepere, Dan. **Stormer**, Debacchor, omnia à Lat. *Turma*, vel à ſono. *Mer. Caſ.* noſtrum **Storm** deflectit à Gr. Στρέμος.

à **Store**, Contignatio, neſcio an à Teut. **Stewer**, Fulcrum, vel à noſtro **Store**, q. d. locus ubi ſupellex & reliqua omnia bona aſſervantur, vel à Belg.

Schuere, Horreum, Granarium, vel fort. quasi **Stower** vel **Stowre**, *ab* AS. Stop, Locus.

Stote, Putorius, Viverra: Fœtida, nescio an *à* Fortitudine sic dictum, *vide* **Stout**.

Stove, *ab* AS. Stopa, Belg. **Stove**, Teut. **Stube**, Dan. **Winter-stue**, Fr. G. *Estuve*, It. *Stufa*, Hypocaustum. *Menagius* deflectit *à* Gr. Τύφω, Fumum excito, Accendo. *Vossius* probabiliùs *à* Στοὰ addito digamma *Æolico* Σϝόα, Porticus, v. voce *Hypocaustum*.

Stout, *à* Belg. **Stout**, Audax, Ferox, Arrogans, Fastuosus, Teut. **Stoltz**, Superbus; nobis autem, parùm deflexo sensu, simpliciter Fortem denotat. *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Στύω, Minatur. Mallem *ab* AS. Stut, Stob, Stob hopr, Dan. **Stod hest**, Equus Admissarius; Tales enim, nisi ubi Venere exhausti, animosi & pugnaces sunt.

to **Stow**, **Stove** *or* **Steave**, Locare, vel *à* Belg. **Stitven**, Durare, Firmare, Belg. etiam **Stouwen**, Accumulare, Cogere, hæc duo fort. *à* Lat. *Stipare*, Gr. Στύφειν, Calcare, Conculcare, vel *ab* AS. Stop, Locus.

Stowt, Tabanus, Μύωψ, Asilus, nescio an *à* Belg. **Stuyten**, Incutere, quia sc. Stimulum seu aculeum jumentis incutit.

Straddle, Varicari, Crura aperire, seu Divaricare. *Salmas.* in Sol. pag. 946. Col. 11. Πλάσσειν, q. d. **Stridle**, *à* verbo **Stride**, quod *vide*.

to **Straggle**, Palari, Vagari, fort. *ab* It. *Strada*, quia sc. multam viam pererrant quicunque illuc vagantur, vel q. d. *to* **Straggle**, *à* verbo *to* **Stray**, quod *vide*, vel *ab* It. *Stravolare*.

to **Strain**, Exprimere, *à* Fr. G. *Estraindre*, *Estreindre*, Stringere, hæc *à* Lat. *Exstringere*.

Strain, Indoles, *ab* AS. Stpeonge, Prosapia, q. d. Indoles Hæreditaria, & à majoribus transfusa, Stpind, Stirps, Genus, Stpynan, Gestreonan, Gignere, Procreare.

Thank, *ab* AS. Þancian, Þancpecan, Fr. Th. **Thankan**, Belg. & Teut. **Dancken**, Gratias agere, AS. Þancaf, Þonc, Grates, Þoncpull, Gratus, Contentus, Belg. & Teut. **Danck**, Gratiæ, Fr. Th. **Danckbo tat**, Gratiarum actio, **sines Thankes**, suâ Sponte, **sines Unthankes**, ipso Invito. *Fr. Jun.* Fr. Th. **Thankan** deflectit *à* **Thenkan**, Cogitare, Meminisse.

Tharm, vox agro Linc. usitatissima pro Intestinis mundatis ad Botulos seu Farcinima paranda inflatis, *ab* AS. Þeapm, Belg. **Darm**, **Derm**, Teut. **Darm**, **Dârm**, simpl. Intestinum Dan. **Tarmene**, Intestina.

That, *ab* AS. Þæt, Fr. Th. **Thaz**, Belg. **Dat**, Illud, **Dat Selve**, Id Ipsum, Teut. **Dit**, Hoc.

That, *ab* AS. Þæt, Belg. **Dat**, Teut. **Daß**, Ut.

Thatch, *ab* AS. Þace, Stipula, Culmus. In agro Linc. adhuc **Thack**, effertur, Þacian, Þaccian, domum Culmo tegere, Þeccene, Teut. **Dach**, **Tach**, Tectum, *à* Lat. *Tego*, Gr. στέγω.

the **Thaughts**, vox Nautica. Sic autem dicuntur sedes Remigum, nescio an *à* Belg. **Dack**, Tectum.

Thaw, *à* Belg. **Dauwe**, **Douw**, Teut. **Taw**, Ros, Belg. **Doyen**, Degelare, Regelare, Teut. **Tauwen**, Rorare, v. **Dew**. Alludit Gr. θέω.

The, Belg. **De**, Teut. **Die**, Articulus ut *Le* Fr. G. & ὁ, ἡ, τὸ Gr. *Fr. Jun.* Belg. **De** deflectit *à* Gr. Δῆνα.

Thee, *ab* AS. Þe, Te, Belg. **Dy**, Teut. **Du**, **Tu**, Fr. Th. **Thich**, **Thih**, **Te**, omnia *à* Dor. τὺ, τί.

Theef, *ab* AS. Þeop, Belg. **Dief**, Teut. **Dieb**, Dan. **Tiuff**, Fur, AS. Þeoplan, Furari, Þeoppe, Belg. **Dieverye**, Teut. **Diebery**, Furtum.

Theirs, *ab* AS. Þiopa, Illorum, hoc satis manifestè *à* Lat. *Eorum*, addito sc. spiritu.

Them, *ab* AS. Þeom, Belg. **Hem**, Hen, Teut. **Dem**, Illos, AS. autem Þeom, ortum ducit *à* Lat. *Eum*, addito spiritu v. **Theirs**.

Then, *ab* AS. Þænne, Þonne, Belg. **Dan**, & Teut. **Dann**, Fr. Th. **Thanne** Tunc.

Thence, *Minsheu* dictum putat quasi **There Hence**.

Theorbo, genus Testudinis musicæ, *à* Fr. G. *Teorbe*, It. *Tiorba*, idem signante. Deridiculum deberem si deflecterem *à* Deum *Reboando*, vel Gr. μετὰ τὸν θεὸν βοᾶν; & tamen hæ quisquiliæ multis pro thesauro sunt.

There, *ab* AS. Þep, Þar, Belg. **Daer**, Dan. **Der**, Ibi, Illic, AS. Þærnon, Þærin, Inibi, Þæpoß, Inde, Þanæßtep, Belg. **Daerachter**, Proinde, Retrò, **Daer Toe**, Ad Hoc vel Hæc, Teut. **Daran**, In Hoc, **Dargin**, **Dzinn**, **Dzinnen**, Intus, **Datzu**, Adhoc, Præterea, **Darbey**, Adhoc, Adhæc, Penes, Prope, **Dzüber**, **Darüber**, Altiùs, Superiùs, **Dzunden**, **Dar unden**, Infrà, Inferiùs, Ibi Inferius.

Therefore, *Minsh.* deflectit *à* Belg. **Daerboor**, Igitur.

These, *à* Belg. **Dese**, Teut. **Diese**, Isti, Hi.

They, *ab* AS. þi, Illi, Teut. **Sie**, Illi & Illa. AS. autem Þi, *à* Lat. *Hi* vel *Ii* satis manifestè ortum ducit.

Thick, *ab* AS. Þicce, Belg. **Dick**, Teut. **Dick**, **Dicht**, Dan. **Tyck**, Densus, Crassus, Spissus, **Tychner**, Denso, Fr. Th. **Thicco**, Sæpe, omnino ut Gr. πυκνὸ, πυκνῶς. **Thick** autem *Fr. Jun.* deflectit *à* Gr. θίγω, Tango, q. d. Ἐυθιγτον.

Thicket, Lucus, Nemus, Dumetum, *à* nom. **Thick**, q. d. *a place* **thick** *set with trees or shrubs*, (i. e.) Locus Virgultis, Vepribus seu Fruticibus densus seu stipatus.

Thigh, *ab* AS. Þeoh, in *Gl. Lipsi.* **Thio**, Belg. **Die**, **Dile**, **Diege**, Femur, Coxa, AS. Þeohhan, Os Femoris, Fr. Th. **Geknusse**, **thinero Thiehe**, Junctura Feminum tuorum. *Martinius* deflectit *à* Teut. **Dyen**, **Dzyen**, Coalescere, Promovere.

Thimble, Digitale, *from* **Thumb**, q. d. Pollicare. *Minsheu* dictum putat quasi

quasi Thumb bell, à forma Campanæ simili, & citat vocem Belgicam Duym Belle, idem signantem, sed apud *Kilianum* non invenio.

Thin, *ab* AS. Dinne, Belg. Dun, Teut. Dün, Tenuis, AS. Dinnian, Tenuare, Aðinnod, Attenuatus, omnia fort. *à* Lat. *Tenuis*, & hoc *à* Gr. Τείνω, secundum *Scaligerum*, quia sc. quæ attenuantur extenduntur &, instar metalli aut ceræ, diducuntur, ut sub eadem materia majus spatium occupent. *Fr. Jun.* deflectit *à* Gr. Τυτλὸς, quod *Hesych.* exponitur μαζὸς, hoc *à* verb. θυτάω, *Hesych.* τήκειν, κόπτειν λεπτύνειν.

Thine, *ab* AS. Dine, Belg. Dtin, Teut. Dein, Tuus, Fr. Thinero, Tuorum, Thiae, Tui, q.d. Lat. *Tuinus*, ut Teut. Mein, q.d. *Meinus*.

Thing, *ab* AS. Ding, Belg. Dingh, Dinck, Teut. Ding, Res, Run. Dan. Thing, Forum, hinc etiam AS. Dingian, Geðingian, Pacisci, Negotiari, Dingstöp, Forum, locus ubi Jus dicitur, quia sc. ibi Res seu Negotia majoris momenti tractantur. *Martinius* satis ingeniosè *à* Teut. Thun, Facere, declinat, omnino ut πρᾶγμα *à* πράττω.

Think, *ab* AS. Dincan, Belg. & Teut. Dencken, Belg. Duncken, Cogitare, Existimare, Videri, Fr. Th. stu Thunkit, vel Thinkit mir, illa mihi Videtur. Methinks, *à* Belg. My-Dunckt, Teut. Mich Bedunckt, Mihi Videtur. *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Δοκῶν.

Third, *ab* AS. Dridda, Belg. Derde, Dyde, Teut. Dritte, Tritte, Dritt, omnia *à* Lat. *Tertius*.

Thir'l, vox agro Linc. usitatissima, *ab* AS. Dyrl, Dyrel, Foramen, Dirlian, Belg. Dtillen, Perforare.

Thirst, *ab* AS. Dyrst, Durst, Belg. Dorst, Teut. Durst, Sitis, AS. Dyrstan, Belg. Dorsten, Teut. Dürsten, Sitire, AS. Durstig, Belg. Dorstigh, Teut. Durstig, Siticulosus, Sitiens, Dan. Torster, Sitio, hæc *ab* AS. Dyrre, Belg. Dorre, Teut. Dürr, Aridus, fort. omnia à Lat. *Torreo*, & inde *Torridus*. Alludit Gr. τέρω, Arefacio, ut & θέρω, Calefacio.

Thirteen, *ab* AS. Dreotyne, Belg. Dertien, Teut. Dreyzehen, Tredecim, v. Three & Ten.

Thirty, *ab* AS. Dritig, Belg. Dertich, Teut. Dreyssig, Triginta, v. Three.

This, *ab* AS. Dis, Des, Deos, Teut. Diese, Dieser, Hic, Hæc, Hoc. Nescio an liceat deflectere nostrum This, *à* Lat. *Is*, & AS. Deos, *ab Eos*.

Thistle, *ab* AS. Distel, Belg. & Teut. Distel, Dan. Tidsel, Carduus, hinc Teut. Distel-Finck, Belg. Distel-Uintke, Carduelis.

Thither, *ab* AS. Diðer, Dyder, Illuc.

Thone, vox agro Linc. frequens. Significat autem Subhumidum seu Uvidum, nescio an *à* Teut. Tuncken, Macerare, Intingere, q. d. *Intinctus*.

Thong, *ab* AS. Dpang, Corrigia, Lorum, hoc fort. *à* verb. Teon, Trahere.

Thorn, *ab* AS. Dorn, Dan. Torn, Belg. Doorne, Deurne, Teut. Dorn, C. Br. *Draen*, *Draenen*, Spina, Fr. Th. Thornman, Spineam, Dan. Tiorne, Sentes, omnia fort. *ab* AS. Tæpan, Lacerare.

Thornback, *Adr. Jun.* Raia Clavata, sic dicta *à* Spinoso dorso.

Thorough, *ab* AS. Duph, Dpuh, Dor, Fr. Th. Thurgh, Thuruh, Belg. Deur, Door, Teut. Durch, Per, AS. Dorpimman, Tranare. Optimè etiam alludit Gr. πρόω, πρέω, Terebro, Perforo, & parùm etiam Διὰ, Huc.

Thorp, *ab* AS. Dorpe, Fr. Th. Thorph, Belg. Dorp, Teut. Dorff, Dan. Torp, Pagus, Villa, Fr. Th. in then Thorphon, in Pagis. *Fr. Jun.* deflectit *à* Gr. θίρυβος, Tumultus, vel *à* Δήριον; quia sc. coloni transactis laboribus simul cœnare solebant, utrumque sanè satis Criticè (i. e.) violenter. Mallem deducere *ab* AS. Deappe, Pauper, Egenus, quia sc. plerique omnes Pagorum incolæ Pauperes sunt.

Those, Illi *ab* AS. Dis, Hic, Hæc, Hoc, Teut. Diese, Hi, Hæ, Hæc, fortean *à* Lat. *Hos* vel *Eos*.

Thou, *ab* AS. & Fr. Th. Du, Belg. & Teut. Du, C. Br. *Ti*, omnia *à* Lat. *Tu*, & hoc *à* Dorico τὺ pro σύ.

Though, *ab* AS. Deah, Belg. Hoch, Belg. & Teut. Doch, Tamen, Etsi, Quamvis.

Thought, fort. *ab* AS. Aðoht, Commentum, Belg. Gedocht, Teut. Gedacht, Cogitatus, part. verbi Belg. & Teut. Dencken, Cogitare, v. Think.

Thousand, *ab* AS. Dusend, Belg. Duysent, Dusent, Teut. Tausent, Mille, Fr. Th. bona Manigon, Thusenden, è multis Millibus. Nescio an omnia deflectere liceat *ab* AS. Tien, Decem & Send vel Sent, pro Cent Centum (i. e.) Decies Centies.

Thowls, vox Nautica, ni fallor, Scalmi remorum

remorum malè corrupt. à Lat. & Gr. *Tholus.*

Thraldom, Thrall, *ab* AS. Þræl, Dan. Træl, Servus, Mancipium. *Fr. Jun.* deflectit à Gr. θυρωλὸν, ut olim sc. signaverit vilissimum Mancipium ad gregum & armentorum custodiam sub dio excubare solitum.

to **Thrave**, vox agro Linc. usitatissima *ab* AS. Þreapian, Urgere.

Thread, *ab* AS. Þræd, Teut. **Draat**, Belg. **Draet, Draedt**, Dan. **Traad**, Filum, Doct. *Th. H.* deflectit *ab* AS. Þriðan, Vestire, vox tamen non occurrit.

to **Threap** *or* **Threapen**, vox agro Linc. usitatissima *ab* AS. Þreapian, Redarguere, vel Þrapian, Urgere.

Threaten, *ab* AS. Þreatian, Belg. **Dreygen, Teut. Drauwen**, Urgere, Premere, Arguere, Corripere, Minari, hoc fort. *ab* AS. Þreagan, Þreagian, Corripere, Increpare, vel Þreapian, Redarguere.

to **Threave**, v. **Threap.**

Three, *ab* AS. Þrie, Þreo, C. Br. *Tri*, Belg. **Dry, Drie**, Teut. **Drey, Drey**, Gr. τρῖς, hinc **Thrice**, Gr. τρὶς, Ter.

Threefold, *ab* AS. Þreofeald, Teut. **Dreyfaltig**, Triplex, v. **Three** & **Fold.**

Thresh, *ab* AS. Þrescan, Þrescian, Þerscan, Torquere, Verberare, Flagellare, Þærscere, qui in area frumentum excutit, Teut. **Dreschen, Dreschen**, Belg. **Dreschen, Dorschen**, It. *Treggiare*, Triturare, grana Excutere, Fr. Th. Druscl, Excute. Alludit Gr. τρύω, τρίω, Tero, Attero, hinc **Threshel**, vox agro Linc. frequens, AS. Þerscel, Tritorium.

Threshold, *ab* AS. Þyrscel, Þerscel, Þerscpolð, Þærscpalð, Limen, *Mer. Cas.* deflectit à Gr. θύρα. Mallem *ab* AS Þrescan, Flagellare, Triturare, & Weall seu Wall, Vallum, q. d. Vallum Tritorium (i. e.) in quo fruges Teruntur & Excutiuntur.

Thrice v. **Three.**

Thrifty v. **Thrive.**

Thrive, Proficere, Ditescere, fort. q. d. *to* **Thrive on**, (i. e.) Progredi, Pergere, v. **Drive.** hinc nom. **Thrifty**, Parcus, Frugalis, quia secundùm adagium Frugalitas ingens thesaurus est, vel fortean **Thrifty**, saltem sensu *Chauceriano*, quo Prudenter significare videtur, *ab* AS. Þriftan, Corrigere, q. d Accuratus, Correctus, vel à Teut. **Dürften**, Egere, Opus habere, **Dürftig**, Indigens, qui sc. necessaria omnia sibi prospicit.

Throat, *ab* AS. Þrote, Gutter, Gula, Þrote-bolla, Ambitus Gutturis nobis *the* **Throat bowl**, Belg. **Drotte, Strote**, Jugulus.

Throb, Suspirare, præ dolore Singultire & spiritum Reciprocare. *Minsh.* deflectit à Gr. θορυβέω. Credo potiùs à sono per onomatopœiam fictum.

Throng, *ab* AS. Þrang, Turba, Þringan, Belg. **Dringhen**, Urgere, Premere, Teut. **Drengen, Trengen, Dringen, Tringen**, Premere, Molestare, Cogere, Agere, Dan. **Trenger**, Trudo, **Trænger**, Premo, Fr. Th. **Gethranged**, Confertus. *Mer. Cas.* deflectit à Gr. θρὸς. Ab his Germanicis vocibus orta est vox, quæ labente Imperio invalescere cœpit, *Drungus*, quæ Turbam seu Globum militum signavit, & postea in Orientali Imperio Δρόγγος, in usu fuit, quæ vox tum in Basilicis tum apud *Codinum* occurrit, unde Δρουγγάριος, quod v. in *Meursij* Glos. Certè *Salmasius* Græcæ velit esse originis & deducit à G. ῥόγχος, Rostrum, q. d. militum Multitudinem cuneatim rostratimque pugnantium fronte sc. in acutum desinente, v. *Spelman* voce *Drungus* & *Drungarius* & *Salmas.* Not. in Flav. Vop. vitâ Marci Aurel. Probi Aug.

Throstle, v. **Thrush.**

Throttle, Larynx, à Teut. **Drossel**, Jugulum, vel potiùs dim. τῆ, **Throat**, q. d. Guttur minus.

Throw, *ab* AS. Þrapan, Jacere, Projicere, A Þrapen, Projectus.

Throwes *of women*, ὠδῖνες, Labores Puerperæ, *ab* AS. Þrapian, Pati, q. d. mulieris Passiones. *Mer. Cas.* deflectit à Gr. θοῖα, Salio, θεῖος, Impetuosus.

Thrummed, fort. *ab* AS. Trum, Gertrum, Nodus, vel à Teut. **Drucken**, Trudere, Premere, Alludunt Gr. θρόμβος & θρομβέω.

Thrush & **Throstle**, *ab* AS. Þrisc, Þrostle, Turdus, Belg. **Droestel, Drostel, Drostel**, Teut. **Drossel**, Fr. G. *Tourette*, Turdulus, Dan. **Drotzel**, Merula.

Thrust, *Minsh.* deflectit à Lat. *Trudere*, Probabilius est ἀώσας descendere à Freq. *Trusitare*, addito spiritu. Alludunt Gr. θράω, θρασὺς & κρίω, κρεσσὼν.

Thumb, *ab* AS. Duma, Belg. **Duym**, Teut. **Daum**, Pollex.

Thump It. *Thumbo*, *Thombo*, Ictus validus & Sonorus. Si Græcus essem deflecterem *à* Gr. Δῦπος, per epenthesin τῦ *m*, sed reverà omnia à sono ficta sunt. *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Τύπτω.

Thunder, *ab* AS. Dunder, Dan. **Torden**, Belg. & Teut. **Donder**, **Donner**, Teut. **Tonner**, Fr. G. *Tonnere*, Tonitru, As. Dunnan, Belg. & Teut. **Dondern**, **Donnern**, **Tonnern**, Fr. G. *Tonner*, Tonitru, omnia *à* Lat. *Tonare*, & hoc *à* nom. *Tonus*.

Thurendel *pot*, aliis **Furendel** *pot*, ut rectè monet Doct. *Th. H.* quasi **Thirendeal**, (i. e.) Triens sc. Congij.

Thursday, *ab* AS. Dunresdæg, Belg. **Donderdagh**, Teut. **Donnerstag**, **Donderstag**, Dan. **Thorsdag**, Dies Jovis (i. e.) Tonantis seu Tonitrui. *Verstegan à* **Thor** præcipuo Saxonum Ethnicorum Deo deflectit, quem ex statuæ forma eundem cum Jove seu Rege cœli fuisse constat. *Ab* eodem **Thor** oriuntur Dan. **Torden**, Tonitru & **Tordener**, Tono. Si Græcis fiderem, hunc Gothorum Deum **Thor** deducerem *à* Gr. Θήρ, Impetuosus, cui feliciter etiam consonat Teut. **Thor**, Insanus.

Thurselice, Millepedes, Aselli, Ὀνίσκοι, *à* **Thor** priscorum Saxonum & Gothorum Jove, q. d. Joviales vel Jovi sacri Pediculi. Et sanè hoc animalculum, licèt aspectu sordidum, tamen ob eximias virtutes quibus contra calculum, Icterum, Ophthalmiam & alios morbos pollet, dignum est quod Jovi consecretur.

Thus, *ab* AS. Dus, Fr. Th. **Dus**, Sic.

to **Thwack**, *à* Teut. **Zwacken**, Urgere, Vexare, Percutere, nisi malis utr. à sono fictum.

Thwait, Piscis quidam cujus nomen occurrit apud Authorem libri *the compleat Angler* dicti, tractatu *Angling improv'd* dicto, pag. 81. Nescio an sic dictus fuit *ab* AS. Dpean, Fr. Th. apud *Willeramum* **Thwagan**, **Thouadan**, Teut. **Zwagen**, Purgare, Lavare, Mundare, q. d. Piscis Purus seu Mundus.

Thwart, *à* Teut. **Zwerch**, Transversus, Obliquus, **Zwerchs**, Transversim, Obliquè, vel potiùs *à* Dan. **Tvert**, ni fallor, Inter.

Tick Tack, Fr. G. *Triflac*, It. *Tricche*, *Tracche*, fort. *à* lege lusùs **Touch** *and* **Take**, vel potiùs, quoniam vox levi discrimine etiam Gallica & Italica est, à strepitu quem Victoris Latrunculus edit, dum victi solitarium Latrunculum ferit, & quasi vi sede suâ dimovet.

a **Ticket**, *à* Fr. G. *Etiquet*, *Etiquette*; Schedula, Titulus, Hisp. *Tegoda*, Schedula seu Mandatum quo Hospitium, Victus & Vestitus pro militibus incolis imperantur, vel quo incolis imperatur ut Hospitium, Victum & Vestitum militibus suppeditent.

Tickle, etiamnum agri Linc. incolis **Kittle**, *ab* AS. Citelan, Belg. **Kittelen**, **Kettelen**, **Ketelen**, Teut. **Kitzeln**, Titillare, credo omnia *a* **Cat** & **Kitten** *or* **Kitling**, eodem modo quo Fr. G. *Chatouiller à Chat*, It. *Gattorigolare à Gatto* descendunt, idque quia feles præ omnibus aliis animalibus Titillari & leniter Defricari Scabique amant. *Minshew à* Gr. Τίλλω, Vellico, deflectit, sed mallem hoc pro Allusione quàm Etymo habere. Non etiam absurdum esset nostrum **Tickle** deducere *ab* AS. Tinclan, Belg. **Tintelen**, Titillare à quo ultimo utr. defluxit.

Ticquet, voxquæ mihi in solo libro *the French Gardiner* dicto occurrit, *à* Fr. G. *Tiquet*, idem signante. Exponitur autem ab Authore libri Vermis quidam Alatus raporum arrosor, parùm deflexo sensu, *à* Fr. G. *Tique*, Ricinus.

Tide, Venilia, Æstus marinus, parùm deflexo sensu *ab* AS. Tid, Belg. & Dan. **Tid**, Teut. **Zeit**, Tempus, Dan. **for Tiden**, ante Tempus, Præmaturè, **Høytid**, Festum, q. d. *a* **High Time** *or* **Day**; hinc

Tider *or* **Tidder**, *as the* **tider** *you go*, *the* **tider** *you come*, *ab* AS. Tid, Tempus, q. d. quo temporius discedis, eò temporius recedis, &

Tiding, Δήλωσις, *à* Belg. **Tidinghe**, Teut. **Zeitung**, Nuncius, Rumor.

Tiop vel **Typp**, *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Τυφλὸς, qui *Homero* teste μηδεὶς μὲν ἦεν ἄνηρ, ἀλλὰ μαχήτης, mallem *à* nostro **Tight**, **Tight** *fellow*, quod *vide*.

Tierce v. **Terce**.

Tiercet, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit exponitur Tetrastichon & est vox pura puta Fr. G. *à Tiers*, Tertius. Sed Author pro solito perperam interpretatur, cum manifestè carmen

non

non Tetraſtichon ſed *Triſtichon*, ſignificet; quod ipſum non fugiſſet, ſi Gallicâ linguâ vel leviſſimè tinctus fuiſſet.

Tiffeny, Sericum tenuiſſimum & molliſſimum, Nebula Bombycina, *à* Fr. G. *Tifer*, *Tiffer*, *Atifer*, *Attiffer*, Ornare q. d. Sericum ornamentis & Pompæ idoneum. Huic Fr. G. *Tifer* alludit ſaltem Gr. Τῦφος ſeu Τῦφος, Faſtus, Superbia.

Tight, à Teut. **Dicht**, στεγὴ, Sartum Tectum ut opponitur Foraminulento vel Futili quod liquorem transfundit **Leak**, utr. ni fallor, *à* Lat. *Tectum*.

Tike, Tick *or* **Teek**, à Belg. **Teecke**, **Teke**, Fr. G. *Tic*, *Tique*, It. n. pl. *Titée*, Ricinus, *Ariſtoteli*, ni fallor, Κυνοραιστὲς, Pediculus Caninus, Κρῆτον, Gazæ, ſatis inſolenter, Redivus, *Caſ. Scal. Lanciniſta*, unde corrupta eſt vox Vaſconum *Lagaſte*, ſc. *à Lancinando*.

Tike, *à* Belg. **Tricke**, Culcita, neſcio an *à* Lat. *Tego*, Gr. στέγω, omnino ut vox cognata Lat. *Teges*.

Tile, *ab* AS. Tigel, Belg. **Tichel**, Dan. **Tegl**, Teut. **Ziegel**, Fr. G. *Tuile*, omnia *à* Lat. *Tegula*, quod *à Tegendo* dicitur, *Tego* autem *à* Gr. στέγω, Operio, hinc & Dan. **Stegl-Steen**, Later.

Tiler-louſe, Aſellus, Millepes, Ὀνίσκος, ſic dictus quia ſub *Tegulis* ſtabulatur. *Muffet*.

Till, *ab* AS. & Dan. Til, Ad, Uſque, & etiamnum Linc. agri incolis pro Ad dicitur.

a **Till**, fort. *à* Belg. **Tille**, Ponticulus, vel *ab* AS. Dille, Tabulamen, Tabula Sectilis.

to **Till**, *ab* AS. Tilian, Tilean, Belg. **Tuylen**, **Teulen**, Colere agrum, Laborare, hoc fort. *à* **Tillen**, Levare, Tollere, Movere loco; terra enim quæ aratur aliquo modo loco ſuo movetur, niſi malis *à* Lat. *Tellus* deflectere. Vel, quod mihi præ cæteris probatur, *ab* AS. Dolian, Pati, Tolerare. Alludit Gr. Ταλάω, v. **Tholed**, in Et. Voc. Ant.

Tiller, vox Nautica, eſt autem Gubernaculum cymbæ, neſcio an *à* Belg. **Tillen**, Levare, Tollere, Movere loco, à mobilitate ſcilicet.

Tiller, *Higginio* Arcûs Cornu, præſertim arcus brachio Chalybeo inſtructus, neſcio an q. d. **Steeler**, quaſi Arcus Chalybeatus.

to **Tilt** *a Veſſel*, cadum inclinare, parùm deflexo ſenſu *à* Belg. **Tillen**, Levare, Tollere, Movere loco, hoc fort. *à* Lat. *Tollere*.

to run at **Tilt**, Haſtis ludere. *Minſh.* deflectit à Belg. **Tillen**, Levare, loco Movere, vel *à* verbo *to* **Tell**, quòd omnes ictus numerantur, ſed utr. nimis violentum eſt. Mallem deducere *ab* AS. Tealtrian, Vacillare, Nutare, quia ſc. qui ſe haſtis mutuò impetunt in ephippiis ſuis Vacillant ut vix ſe equò continere poſſint.

Timariots, ordo Militum Turcicorum qui Fundis à Principe attributis, Feudorum noſtrum more, niſi quod Fundi illi nunquam in hæredes deſcendunt, aluntur. Credo eſſe Græcum vocabulum Τιμαριώτης *à* Τιμὴ, Τιμάριον, Prætium, Stipendium, q. d. Miles *Stipendiarius* ὡτης enim recentioribus Græcis valdè frequens terminatio eſt, ut patet in Κυνηγιώτης, σμυρνιώτης pro Κύνηγος, σμύρνιος, &c.

Timber, *ab* AS. Timbre, Dan. **Tommer**, Belg. **Timber**, **Timmer**, Teut. **Zimmer Holtz**, Materia, Lignum, Structura, Subſtructio, **Zimmer**, Cubiculum magnum & perpetuum, Tignum, item Laquear, **Zimmerman**, Faber Lignarius, AS. Timbrian, Atimbrian, Teut. **Zimmern**, Fabricare, Ædificare. Datur & Fr. Th. **Zimber**, Materia, ut ubi *Willeramus* dicit **Shaffeloſa Zimber**, (i. e.) Informis Materia, hinc *a well* **Timber'd** *man*, q. d. Vir benè Structus (i. e.) decenti membrorum conformatione præditus.

Timbers of Ermin, ſic appellantur Syntheſes pretioſarum illarum pellium Armelinarum, v. **Ermin**, niſi Sclavonicæ ſeu Moſcoviticæ ſit originis, fort. *à* Belg. **Timber**, **Timmer**, Apex, Summitas Acuminata, q. d. Strues ſeu Cumulus pellium.

Timbzel, *à* Fr. G. dial. Occitan. *Tymbale*, utr. *à* Lat. *Tympanum*, Gr. Τύμπανον, Τύμπανον. *Minſh.* deflectit à Belg. **Trommel**, Tympanum, quod Fr. G. *Tambour*, It. *Tamburro* dicitur, & fort. **Timbzel** dicitur quaſi **Timbozel**, (i. e.) *Tympanulum*, ὑποκοριστικὸν τοῦ *Tambour*.

Time, *à* Fr. G. *Tym*, utr. *à* Lat. & Gr. *Thymus*.

Time, *ab* AS. Tima, Dan. **Time**, Fr. G. *Temps*, Tempus, AS. Timlice, Tempeſtivè Opportunè, Dan. **Timeglas**, Clepſydra, omnia *à* Lat. *Tempus*.

Tin, *à* Dan. & Belg. **Tin**, Belg. **Teen**, Teut. **Zinn**, Fr. G. *Eſtain*, It. *Stagno*, Stannum, Belg. **Tennen**, Teut. **Zinnen**, Stanneus, omnia *à* Lat. *Stannum*.

Unable to display this page

Mors, q. d. Venenum Mortiferum, imò ipsa Mors ὑπερθετικῶς.

To day, *ab* AS. Todæg, Hodie, v. **To** & **Day**.

To morrow, *ab* AS. To Morgen, To Merzen vel Merizen, Belg. **Morghen**, Teut. **Morge**, Cras.

a **Tod** *of wooll*, Mensura quædam Lanæ ovinæ, parùm deflexo sensu *à* Teut. **Zotte**, eine **Zotte haar**, Cirrus vel Floccus crinium, Villus. *Minsh.* declinat à Flandr. **Tonderen**, Nectere. Possem & non minùs speciosè deflectere *à* Lat. *Tondere*, elisò *n*, q. d. quantum lanæ Tondendo à duobus ovium paribus (i. e.) quatuor ovibus auferri potest, sed priori Etymo magis fido.

Toe, *ab* AS. Ta, Belg. **Teen**, Teut. **Zehe**, Digitus. *Fr. Jun.* deflectit *à* Gr. Τάω, Extendo.

Toft, vox adhuc in agro Cant. usitata, duos autem Peccos seu Congios denotat, *à* nostro **Two**, AS. Tu, Duo & Fax, Mensuram hanc signante.

Toft, vox agro Linc. usitatissima. Exp. autem locus ubi aliquando domus extructa est. *Reynerio* exp. locus arboribus minusculis consitus, q. d. *a* **Taft** *of trees*, hodie Gallis *Touffe de bois*.

Together, *ab* AS. Togædere, Belg. **Gader** **Te Gader**, Una, Simul, q. d. Collectim *à* verb. **Gather**, quod *vide*.

Toies, Nugæ. *Minsh.* deflectit *à* Belg. **Toyen**, **Tooghen**, Ornare, q. d. puerorum Ornamenta.

Toil, *ab* AS. Tilian, Belg. **Teulen**, **Tuylen**, Colere & Laborare agrum, **Tuyl**, Agricultura, Labor, Opus, AS. Eorð-Tilia, Colonus, Agricola, Dolian, Pati, *Gl. Lipsi.* **Tilon**, Exercere. Alludit Gr. Τύλη, Callus, quia sc. Labore callescunt manus, *Fr. Jun.* Belg. **Tuylen** deducit *à* Gr. Τυλᾶν vel *à* Τίλλειν, Evellere. Mallem, si satis Græcus essem, *à* Τελᾶν, Pati, Sufferre, Perpeti, *Mer. Cas.* declinat *ab* Ὀτλέω, Labor vel Τύλη.

Toiles, *à* Fr. G. *Toiles*, Retia, Laquei, hoc *à* Fr. G. *Toile*, Linteum, utr *à* Lat. *Tela*.

Token, *ab* AS. Tacn, Belg. **Teecken**, Fr. Th. **Zeichn**, Teut. **Zeychen**, **Zeichen**, Nota, Signum, AS. Tacnian, Belg. **Teeckenen**, **Betoeckenen**, Teut. **Zeychnen**, **Zeichnen**, Signare, hæc *à* Fr. Th. **Zeigan**, Teut. **Zeigen**, Ostendere, **Anzeichung**, Indicia, cui felicissimè alludit Gr. Δείκνυμι. Datur & Dan. **Tegner**, Noto, hinc *a* **Token**, Denarij nostri Quadrans infima Moneta, quia sc. Regis signo ornari solebat.

Tokens *in the Plague*, Sic autem appellantur Exanthemata seu maculæ Pestilentes: quia vulgus, nec prorsus sine ratione, istiusmodi maculas certum mortis præsagium judicat.

to **Toll** *a Bell*, vox à sono ficta.

Toll, *ab* AS. & C. Br. Toll, Belg. **Tol**, Dan. **Told**, Teut. **Zoll**, Fr. G. *Toulieu*, Vectigal, AS. Tollepe, Publicanus, omnia *à* Gr. Τέλος, Tributum, Vectigal, unde Lat. Barb. *Thelonium*, *Tholoneum*, Dan. **Told** *huus*, Telonium. **Toll** autem, teste *Spelmanno*, tum apud antiquos Anglos, tum Scotos, hósque præcipuè Licentiam mercaturæ vel Nundinandi signavit.

Toll-booth, Telonium, non, ut barbari & semidocti quidam Jurisconsulti scribunt, Thelonium (i. e.) locus ubi Τελῶναι, seu Publicani sedent, mensa Publicanorum, & locus ubi Τέλος, (i. e.) Tributum seu Vectigal penditur, v. **Toll** & **Booth**.

Tolsey, idem quod **Toll-booth**, *à* dicto **Toll**, Tributum & **See**, Sedes, q. d. Publicanorum Sedes.

Tomb, *à* Belg. & Fr. G. *Tombe*, *Tombeau*, It. *Tomba*, Hisp. *Tumba*, omnia *à* Gr. Τύμβος, Bustum, Sepulchrum, v. **Bury**.

Tomin, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, & est pura puta Fr. G. secundùm Authorem Dict. Angl. est Pondus apud Aurifabros & Gemmarios quod tria Κεράτια, seu Siliquas, obolum unum vel dimidium Scriptuli seu Grammatis majoris seu antiqui (i. e.) 12 grana complectitur, nescio an *à* Gr. Τέμος, Sectio, additâ term. dim. **in**.

Tongs, *ab* AS. Tong, Belg. **Tangbe**, Dan. **Tang**, Teut. **Zang**, Forceps, AS. Tangan, Forcipes, omnia fort. *ab* It. *Tengo*, Teneo, quia sc. per illos quidvis tenemus.

Tongue, *ab* AS. Tunz, Tunza, Tunze, Dan. etiam **Tunge**, Belg. **Tonghe**, Teut. **Zung**, Lingua. Felicissimè alludunt Gr. φθογγὴ, φθόγγος, Sonus, Vox, hæc *a* verb. φθέγγομαι, Loquor, Vociferor.

Too, *ab* AS. To, Teut. **Zu**, Nimium, ut **Zu fleissig**, Nimium diligens.

Tool, *ab* AS. Tol, Tole, Tohl, *Ælfrico* Tool, Instrumentum, item Penis, q.d. Instrumentum Generationis. Alludit hoc sensu Gr. Ψάλλα, Mentula, ut & Lat.

Lat. *Telum*. Verum autem & ultimum Etymon tum noſtri Tool, tum AS. Tole, eſt *ab* AS. Tilian, Tylean, Belg. Tuylen, Laborare, inſtrumenta enim ſunt quibus mediantibus laboramus, *vide* Toil,

Tooth, *ab* AS. Toð, Dens, Teð, Dentes, Toðece, Odontalgia, Toðleaſ, Edentulus.

Top, *ab* AS. Belg. & Dan. Top, Belg. Cop, Culmen, Cacumen, Belg. & Dan. Topſeyl, Velum in Summo mali Faſtigio, *Stephanio* Thoracium, Dan. Topper, Vertex, Apex, Teut. Zipffel, Extremitas, C. Br. *Topp*, Culmen ſed noſtræ proculdubiò originis, Dan. taget Toppen aff, Decacumino.

Top, *à* Belg. & Dan. Top, Dop, Fr. G. *Toupie*, Teut. Topff, Trochus, Turbo, C. Br. *Top*, idem, ſed à noſtro Fonte hauſtum. Neſcio an liceat noſtrum Top, & cognatas Germanicas voces deflectere *ab* ant. Lat. *Toper*, Celeriter.

to Tope, Pergræcari, Κωθωνίζειν, neſcio an *à* Teut. Topff, Olla, Vas Fictile q. d. Fictillia circumferre; olim enim ſimplicioribus illis ſæculis ſolis Fictilibus compotabant, vel fort. *à* Belg. Toppen, Fr. G. *Toupir*, Circumverti, Circumagere, ut vulgò dicimus, Put it about, (i. e.) poculum Circumage, vel, quod præ reliquis placet, *à* Belg. Toppen, Furere (i. e.) ad Inſaniam bibere.

Topſy Turvy, Inverſim, Inverſo ordine ſc. ubi Caput aut Apex eſt, ubi pedes vel baſis eſſe deberent, q. d. Tops in Turvs, (i. e.) Vertices ſeu Capita in Ceſpite, Capita humi ſtrata.

Torce, vox Fœcialium, *à* Fr. G. *Torce*, *Torſe*, Sertum, Faſcia contorta, *à* verb. *Tordre*, Lat. *Torquere*.

a Torch, *à* Fr. G. *Torche*, It. *Torchia*, *Torcia*, Fax, hoc vel *à* Lat. *Torris*, vel *à Torquendo*, quia ſc. nobis fiunt Faces ex filo, vel alia materia contorta & Cerâ oblita, ſed prius Etymon præfero.

Torteaures, vox Fœcialium *à* Fr. G. *Torteaux*, Liba rotunda round Cakes, q. d. Liba torta.

a Tortois, *à* Fr. G. *Tortüe*, *Tortugne*, *Tartaraſſe*, It. *Tartuga*, *Tartaruga*, Hiſp. *Tortuga*, Teſtudo. *Menagius* dictum putat quaſi *Tarda* ſeu *Tardigrada* Eruca. Per Erucam autem ſignificari ait, non tantum Eruam nobis a Caterpillar, ſed etiam quamvis Cochleam, ut Tarda Eruca idem ſignet quod tardus ſeu Tardigradus Limax, ſed mallem laudáſſet authorem.

Tory Rory, *and an Iriſh* Tory *or* Thory, *à* Teut. Thor, Inſanus, niſi, quod ſuſpicor, Hibernicæ ſit originis.

to Toſs, Jactare. *Minſh.* deflectit *à* Belg. Taſſen, Fr. G. *Taſſer*, Accumulare, hæc *à* Belg. & Fr. G. *Tas*, Cumulus, Acervus, vel *à* Belg. Taſſeren, Vim inferre. *Mer. Caſ.* deducit *à* Gr. θίσσω, quod *Heſych.* exp. Tripudiare & θίασος. Datur & Teut. Getöſ, Strepitus, Murmur, hoc *à* verb. Töſen, Strepere, Strepitum edere.

Toſt, Aſſare, nimis manifeſtè *à* Lat. *Toſtare*, freq. verbi *Torrere*.

to Tote *or* Toot, *à* Belg. Tuyte, Tote, Cornu, Tuyten, Toten, Cornu canere, Buccinare, utr. proculdubiò *à* ſono fictum.

Totter, *ab* AS. Tealtrian, Vacillare, Nutare, vel *à* Belg. Touteren, Tremere, Motitari, vel *à* Tateren, Titubare, Balbutire.

Touch, *à* Fr. G. *Toucher*, It. *Toccare*, Hiſp. *Tocar*, Tangere, *Toque*, lapis Lydius, hæc fort. *à* Belg. Tocken, Tacken, Tucken, Toetſen, Tangere, leviter Attingere, fort. q. d. *Taccare*, eliſo t & geminato c pro *Tactare à Tangere*. Alludit & Gr. θίγω.

Tough, *ab* AS. Toh, Belg. Taey, Lentus, Tenax, Teut. Zäh, Zähe, Zeh, Zehe, Zeher, Viſcidus, Glutinoſus, Lentus item Durus, Nodoſus, fractu, fiſſu vel ſciſſu difficilis, hæc credo *à* verb. AS. Teon, Trahere, Ducere, quia ſc. Lenta omnia Ductilia ſunt, (i. e.) inſtar Ceræ vel Glutinis deduci poſſunt. *Mer. Caſ.* deflectit *à* Gr. σκληρὸς, Durus Aſper, & ſanè ſatis Durum & Aſperum eſt Etymon.

Tow, *ab* AS. Top, Belg. Touw, utr. credo *à* Lat. *Stupa*, Gr. στύπη, στύππη, Dan. Tow, Tomentum. Noſtrum etiam Tow deflecti poſſit *à* verbo AS. Teon, Trahere, Ducere, quia ſc. facilè manu diduci ſeu extendi poteſt.

to Tow, *ab* AS. Teon, Ducere, Protrahere, Teut. Ziehen, Belg. ant. Togen, Fr. Th. Tiohan, Trahere, hinc & Fr. G. *Toner*, navem remulco Trahere.

Toward vel Towardly, ad quidvis Aptus, Dexter, Promtus, Ingenioſus q. d. Verſus omnia, Ad omnia vel maximè ardua naturâ comparatus, v. Awkward.

Toward,

Toward, *ab* AS. Topeapd, Weapd, Teut. vet. **Zuwarts**, Versus, Erga, *vide* **To** & **Ward**.

a **Towel**, *à* Fr. G. *Touaille*, It. *Touaglio*, *Touaglia*, Mantile, Manutergium. *Menagius* Fr. G. *Touaille* deflectit *à* Lat. *Toral*, *Torale*, *Toralia*, (i.e.) Linteum quod *Toro* vel mensæ olim insternebatur. Datur & Fr. Th. **Hantuele**, Manutergium, fort. q. d. Tela Manuaria.

Tower, *ab* AS. Top, Teut. **Thurn**, Fr. G. *Tour*, It. *Torre*, omnia *à* Lat. *Turris*, Gr. Τύρις.

Town, *ab* AS. Tun, Sepes, Sepimentum, Vallum, Oppidum, Prædium, Tuneyman, Villanus, Oppidanus, Belg. **Tuyn**, Teut. **Zuun**, Sepes, Belg. **Tuynen**, Teut. **Zuunen**, Sepire, Obsepire: *to* **Tyne**, adhuc pro sepire in quibusdam Angliæ partibus usurpatur si Verstegano fides sit. *Mer. Cas.* deflectit à Gr. Ἄγω. Mallem A S. Tun, deducere *à* Gr. Θίν.

to **Towze**, *à* Teut. **Zuselen**, Quatere, **Tôsen**, Strepere, Strepitum edere, v. *to* **Tow**, **Taw** & **Tug**, Alludit Gr. Ἀπύζω, Terreo, Perturbo, ut & Θύω, Belluino impetu feror seu Feræ in modum invado.

Toylet, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, Fr. G. *Toilette*. Exponitur autem Vilior Saeculus cui nocturnæ vestes induntur, *à* Fr. G. *Toile*, Linteamen additâ term. dim. et; **Toile** autem satis manifestè *à* Lat. *Tela* ortum ducit.

Trace vel **Track**, *à* Fr. G. *Trace*, *Trac*, It. *Traccia*, Vestigia, Semita, Orbita, *à* Lat. *Tractus*. *Mer. Cas.* deflectit nostrum **Track** *à* Gr. Τροχός, Cursus, vel Τροχὸς, Rota.

Traces *of Horses*, quasi **Tiraces**, *à* Fr. G. *Tirer*, *Tirasser*, Trahere, ut solerter pro more divinat Doct. *Th. H.*

a **Track**, Semita, v. *Trace*, suprà.

Tract, Commentarius, *ab* AS. Tpahr, utr. *à* Lat. Barb. *Tractatus*.

Trade, *ab* It. *Tratta*, Commercium. *Minsh.* deflectit *à Tradendo*, mallem *à Tractando*, vel *à* Teut. **Getraide**, Seges, Fruges, Frumentum, fort. quia antiquitus ferè omnes merces, quas distraxerunt negotiatores, fuerunt semina Cerealia.

Traffique, *à* Fr. G. *Trafique*, It. *Trafico*, *Traffico*, Commercium, hinc Fr. G. *Trafiquer*, It. *Trasicare*, *Trafficare*, Negotiari, omnia Arabicæ originis. *Minsh.* tamen deflectit *à* Gr. Τρίφω, fort. quia Commercio Mercatores se & familiam suam alunt, vel *à Trans* & *Facere* (i. e.) in locis Transmarinis seu Exteris Negotiari, vel merces Transportare.

Trail *or* **Train**, *à* Belg. **Treylen**, funem navem Trahere; vel, unius literulæ mutatione, *à* Fr. G. *Trainer*, *Traisner*, It. *Trainare*, *Strascinare*, vi Trahere, q. d. *Traxinare*, *à Traho*, Traxi; hinc

to **Train** *up Youth*, omninò ut Lat. Educere, Educare, à Ducere, Occurrit & Dan. **Træner**, Incedo.

Train, *a Ladies* **Train**, It. *Traino*, credo & Fr. G. *Train*, licèt hoc sensu in Lexico non inveniam, Syrma, ejusdem cum altero **Train** originis, sc. vestis cauda quam femina nobilis aut Princeps longo tractu post se *trahit*, idque eâdem Analogiâ quâ σύρμα à σύρω dicitur.

a **Train**, *à* Fr. G. *Train*, It. *Traina*, Comitatus, Sodalitium & Satellitium quod Nobilis aliquis vel Princeps post se *trahit*, *v.* alt. **Train**.

Train, *v.* **Trail**.

a **Trainel**, *Higgin.* Tragula, Retis genus, *à* Fr. G. *Traineau* idem signante: utr. *à* verb. *Trainer*, Trahere, sic dictum, quia subere sustentatum huc illuc natat & trahitur.

Train oyl, Oleum Cetaceum, *à* Fr. G. *Traine*, Traha, *a* **Sled**, q. d. oleum vilius quo sc. Traharum rotas inungunt.

a **Traitour**, *à* Fr. G. *Traistre*, It *Traditore*, Proditor, q. d. *Traditor*, qui sc. Tradit (i. e.) Prodit Dominum seu Patriam suam.

a **Tramel**, *à* Fr. G. *Tramail*, *Tremaille*, Retis genus quo Perdices intercipiunt. *Minsheu* satis felicitèr à Lat. *Trama* deflectit.

to **Trample**, *à* Teut. **Trampeln**, Fr. G. *Triper*, *Trepigner*, Hisp. *Atropellar*, sub pedibus Conculcare, hoc *à Tropellar*, Evertere, *to* **Overthrow**; Fr. G. autem *Triper* & *Trepigner* ortum ducunt *à* Lat. *Trepedare*, *Tripudiare*, (i. e.) in aliquem Saltare, Insultare, Dan. **Trampe**, Supplodo. Datur & It. *Trampolare*, Grallari, seu super Grallis incedere, nom. *Trampoli*, Grallæ quæ cum dictis Hisp. vocc. *Atropellar*, *Tropeller* credo *à* dict. Teut. & fort. ant. Goth. & Longobard. **Trompeln** descenderunt.

Trance, *à* Fr. G. *Transe*, animi Deliquium, summus Timor & Mœror *Tran-*

si,

si, ἀποψυχω, animo Defectus, hæc à Lat. *Transire*, q. d. *Transitus*, in alium mundum.

Transom, ni fallor, à Lat. *Transenna*. *Higgin.* autem *the* **Transoms** est vox Architectonica & Transversas trabes notat, *Vitruvio Transtra*.

Trap, *ab* AS. Tpeppan, Capere, Irretire, Illaqueare, Teut. **Betrappen**, Fr. G. *Attrapper*, Excipere, Incautum capere, Assequi, Teut. **Ertappen**, Deprehendere, AS. Tpeppe, Fr. G. *Trape*, It. *Trappola*, Hisp. *Trampa*, Decipula. *Mer. Cas.* nostrum **Trap**, nescio quamobrem deflectit à Gr. Τρίπτρα.

Trap, pro Lusu puerili. *Mer. Cas.* deducit à Gr. Τρίπα, *Henr. Steph.* Lusus puerilis genus. Mallem à Belg. & Teut. **Tretten**, Ferire, quia sc. pueri tam assulam foramini inditam feriunt, ut pilam attollant, tum etiam ipsam pilam sublatam percutiunt.

a **Trap-door**, à Dan. **Trap**, *Stephanio* Scala, per quam vocem, credo, designat Januam Demissoriam, vel *ab* alt. **Trap**, Decipula quia sc. Januâ istâ sublatâ foramen relinquitur in quod tanquam in fossam aut Decipulum Feræ, summo cum discrimine præcipitari possis.

to **Trape** *up and down*, à Teut. **Traben**, Discursare, Succussare, Belg. **Drabben**, Cursitare, Itare. Alludit Gr. Τρίπω, Verto.

Trappings, Ornamenta Equestria. *Minsh.* deflectit à Fr. G. *Drap*, Pannus.

Trash, Quisquiliæ, res Nihili, Reculæ viles, parum deflexo sensu, à Teut. **Truysen**, **Drusen**, Fæces, Retrimenta, Recrementa, vel à Teut. & Belg. **Dreck**, Stercus, Cœnum, Lutum. Alludit Gr. τρύξ.

Travel, à Fr. G. *Travail*, It. *Travaglio*, Labor, Fr. G. *Travailler*, It. *Travagliare*, Laborare, omnia fort. à Lat. *Trans*, & *Valere*, q. d. aliquid etiam supra vires, vel supra id quod quis valet, Conari.

Traverse, It. *Traversa*, Aulæum medium cubiculum dissepiens, q. d. *Transversum*.

Traves, *ab* Hisp *Travas de bestia*, Pedicæ, præsertim quibus equi ad Gradarium incessum instruuntur, hoc *ab* Hisp. *Trava*, Coagmentum, Compago, Junctura, quod ni esset, suspicarer Hispanos priorem vocem à nobis dediciss: Certum enim est Anglos nostros artis edomandi & erudiendi ad Tolutandum equos supra omnes totius orbis terrarum gentes peritissimos esse.

Travested, à Fr. G. *Travesti*, It. *Travestito*, vestibus mutatis ab oculis hominum Absconditus, q. d. Lat. *Transvestitus* (i. e.) Gr. Μεταμφιεσμένος.

Tray, *Minsh.* deflectit, à Teut. **Tragen**, Belg. **Draegden**, Ferre, Portare. Mallem parùm deflexo sensu à Fr. G. *Trayoir*, *Trayer*, Mulctra, Mulctrale, utr. à Fr. G. *Traire une vache*, vaccam Mulgere seu Emulgere, hoc à Lat. *Trahere*, q. d. lac Vaccæ Trahere seu Extrahere.

Treachery, Perfidia, Proditio, parùm deflexo sensu à Fr. G. *Tricherie*, Impostura, Deceptio, hoc à verb. *Tricher*, Imponere, Fallere, utr. à Lat. *Trica*. Ridiculum est illud *Minsevi* Etymon à τρία χεῖρες, *v.* **Treason**.

Treacle, à Fr. G. *Triacle*, *Thriacle*, *Theriaque*, Belg. **Triaeckel**, Teut. **Triacks**, omnia à Lat. *Theriaca*, Gr. Θηριακὴ, Confectio Alexipharmica nobilissima & antiquissima, sic dicta à Viperæ pulvere præcipuo ejus ingredienti, Vipera autem Gr. Θηρίον (i. e.) Fera κατ' ἐξοχὴν dicitur.

Tread, *ab* AS. Tpeban, Belg. **Treden**, Teut. **Tretten**, Gradi, Incedere, Dan. **Træder**, Calco. Datur & C. Br. *Troed*, Pes, *Troedio*, Pedes ire, sed nostræ, credo, originis. *Mer. Cas.* nostrum **Tread**, deflectit à *Terendo*.

a Cocks **Treadle**, κελαδίσμα, sic dictum ab errore vulgi quod hanc ovi partem ex semine Galli solo prognatam credit, sc. à verbo *to* **Tread**, eo sc. sensu quo pro Galli Initu, Inscensu & Venereâ Conculcatione usurpatur.

Treason, à Fr. G. *Trahison*, It. *Traditione*, Proditio, q. d. Traditio, *v.* **Traitour**.

Treasure, à Fr. G. *Thresor*, It. *Tesoro*, utr. à Lat. & Gr. *Thesaurus*, hoc Παρὰ τὸ θέσις ἄνευ πόνου, hinc **Treasurer**, Fr. G. *Tresorier*, It. *Tesoriere*. Lat. Barb. *Thesaurarius* (i. e.) Thesauri Custos, Quæstor.

to **Treat**, à Fr. G. *Traitter*, It. *Trattare*, Hisp. *Tratar*, Excipere, Disceptare, Colloquium habere cum aliquo, q. d. Tractare, supple de negotiis vel negotia, hinc nostrum **Treaty**, pro Colloquio seu Conventu.

a **Treatis**, Lat. Barb. *Tractatus*, Fr. G. *Traitè*, It. *Trattato*, AS. Tpahr, Commentarius, Liber; sc. Liber in quo argumentum aliquod Luculenter tractatur (i. e.) exponitur.

Treaty, *v.* **Treat**.

Treble,

Treble, *à* Fr. G. *Triple*, Triplus, Triplex.

the **Treddles** *or* **Treadles** *of a weavers beam*, Lat. *Insilia* ab *Insiliendo* sc. Exponitur autem Ligna pedibus Textorum subjecta quibus Telæ alternis contrahuntur & aperiuntur, proculdubiò *à* verbo *to* **Tread**, q.d. Ligna Calcatoria seu Conculcatoria; quia, inquit *Minsheu*, Textor inter texendum ea pede premit.

sheeps **Treddles** vel **Truddles**, q.d. **Turdles**, (i. e.) Merdulæ, v. **Turd**. Dicuntur autem It. *Tronzoli*, *Stronzoli*; *Stronzo* enim Struntum seu Stercus præcipuè durum signat.

Tree, *ab* AS. Treo, Treop, Tryp, Dan. Træ, Arbor. Datur & Fr. Th. **Apheldze**, & **Affoldze**, **Apheldera**, Malus Arbor. *Minsh.* & *Mer. Cas.* deflectunt *à* Gr. Δρῦς, quod ab initio Arborem in genere signavit.

Treenels, vox Nautica. Sic autem vocantur Impages, Paxilli seu Clavi ligneï magni in nave, q. d. **Treenesdles** inquit *Manwayring*.

Trefoil, Fr. G. *Treffle*, utr. *à* Lat. *Trifolium*, Gr. Τεῖφυλλον, sc. à Tribus, quæ habet, Foliis.

Trellis, *à* Fr. G. *Treillis*, Cancelli, Clathrum, *Ador. Jun.* Transenna, Septum Cancellatum, *à* verb. *Treiller*, Cancellare, utr. *à Treille*, Pergula, *an* **Arbour**, quod *Menagius* deflectit *à* Lat. *Trichila*, idem signante, & hoc *à* Gr. θρίξ, v. *Menag.* voce *Treille*.

to **Tremble**, *à* Fr. G. *Trembler*, It. *Tremolare*, *Tremolare*, *Tremare*, Tremere, q. d. *Tremulare*.

Tren, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, & est pura putá Fr. G. Exponitur autem Instrumentum quo nautæ mari pisces percutiunt & intercipiunt. nescio an *à* Belg. & Teut. **Trennen**, Separare, quia sc. pisces quos percutiunt à reliquo grege separant, & in navem attrahunt.

a **Trench**, *à* Fr. G. *Trenchée*, It. *Trincéa*, *Trincera*, *Trinciera*, Vallum, Agger, hæc à verb. Fr. G. *Trencher*, It. *Trinciare*, Secare, quia sc. ligone Scinditur. Fr. G. autem *Trencher Menagius à* Lat. *Truncare* deflectit.

a **Trencher**, *à* Fr. G. *Trenchoir*, Quadra Mensaria, hoc *à* verbo *Trencher*, Scindere, q. d. Lignum super quod cibos Scindimus, v. **Trench**.

a **Trendel** *of a mill*, *Gouldmanno* exp. Molucrum, credo *ab* AS. Tpendel, Tpendl; Globus, Circulus, Orbis, Corona, Centrum, v. **Trundle**.

Trepan, Chirurgis Trepanum (i. e.) Terebellum, *à* Gr. Τρύπανον, Τρυπάνη, hæc *à* Τρύπα, Foramen, Τρυπάω, Terebro, Idem per Metaphoram Decipere, Imponere designat, fort. quia stultis, postquam semel in ipsorum damnum impositum est, cerebrum quasi aperitur (i. e.) Prudentiores in posterum reduntur. Datur & Gr. Τρύπανον, Veterator, *à* quo etiam non incommodè ἀμῶς deduci possit, q. d. instar Veteratoris Circumvenire, sed prius Etymon longè præfero. Sunt etiam qui **Trepan**, pro Decipere, deflectunt *à Drepano*, It. *Trapani* Siciliæ urbe, & portu, in quem sæviente tempestate naves aliquot Anglicæ amicè invitatæ se receperunt, & ibi contra fidem datam detentæ sunt.

Imperante *Elizab.* Reginâ.

to **Trespass**, *à* Fr. G. *Trespasser*, Supergredi, Transgredi, Superare, nobis, parùm deflexo sensu, Violare legem, q. d. legis terminos Transgredi, vel Excedere, *à* Lat. *Trans* & *Passus*, v. **Pass**.

a **Tress**, *à* Fr. G. *Tresse*, It. *Treccia*, Cirrus Capillorum, Fr. G. *Tresser*, It. *Trecciare*, Capillos innectere, hoc fort. *à* θρίξ, Capillus, Τετριχάω, Pilosus sum, vel *à* Lat. *Trajicere*, *Trajectare*, Vel potiùs *à* Lat. *Trica*, *Tricare*, q. d. Capillos *Tricare*, *Intricare* seu *Implicare*.

Tressure, *à* Fr. G. *Tresseur*, vox Fascialium.

a **Trestle** *of a table*, *à* Fr. G. *Tresteau*, *Treteau*, *Tretteau*, Trapezophorum, Fulcrum mensæ, Tripus mensarius. *Minsheu* dictum putat quasi **Threestools**, perperam.

the **Tret**, vox mercatoria. Si benè memini illud quod ad compensandum mercium detrimentum assignatur, fort. *à* Lat. *Tritus* vel *Attritus*.

a **Trevet**, *ab* AS. Þpipet, Belg. **Drydoet**, Fr. G. *Trepied*, Lat. *Tripus*, Gr. Τρίπους, *à* Tribus, quibus nititur, Pedibus.

Trice, *in a* **Trice**, Statim, è Vestigio, eodem Momento, fort. *à* Dan. **at Hepse**, Surgere, se Erigere, Attollere, q. d. tantillo temporis quanto quis se Attollere potest.

Trick, Artificium, Techna, vel *à* Teut. **Tück**, Astutia, per epenthesin ü, vel potiùs *à* Fr. G. jam obs. *Triche*, Dolus, unde & verb. *Tricher*, quod etiamnum in usu est, Decipere, Imponere,

utr. à Lat. *Trica*, *Mer. Caſ.* deflectit à Gr. Ἐπιτρίχια.

to **Trick** *up*, Ornare. *Minſh.* deflectit à Gr. θρὶξ, Capillus. Credo potiùs à Lat. *Intricare*, (i. e.) Implectere, Innectere & implicare capillos, quod mulieres elegantiæ ſtudioſæ faciunt.

Trickle, fort. quaſi **Drypple**, (i. e.) Stillare, hoc à **Drip** vel **Drop**. *Minſhew* deflectit à Gr. Τρίχω, Curro. Mallem à Belg. **Trecken**, & ejus dim. **Trecketen**, Trahere, Delineare, Ducere literas; quia ſc. ſtillæ ſeu ſtiriæ longo & continuo tractu in terram defluunt.

Trifles, Nugæ, à Belg. **Treplen**, Nugari, Pellicere, Blanditi, vel à Fr. G. *Truffe*, Jocus, Sanna. *Minſh.* deflectit à Lat. *Trica*, It. *Triccare*, Nugari, Otiari, Luſitare. Alludit Gr. Τρυφὴ, Deliciæ.

Trig, *and* **Trig** *your* **trig**, proculdubiò à Dan. **Tricker**, Teut. **Trucken**, Premere, (i. e.) aſſignatum locum pede premas, nec ab eo propriùs ad metam te promoveas.

Trigger, Sufflamen. *Minſh.* deflectit à Lat. *Triga*, vel à Belg. **Dregge**, Harpago, Uncus.

Trill *in Muſick*, It. *Trillo*, Vividus ille & Penetrabilis vocem vibriſſantium ſonus, à Belg. **Trillen**, **Drillen**, Motitare, Tremere in Orbem verſari, & ſanè hîc vox quaſi circumrotatur, & contremiſcit, vel *ab* AS. Ðyrlian, Perforare, quia aures ſubinde, ſc. quando in altum aſſurgit, Perforat & quaſi Perterebrat.

to **Trill** *down*, Stillare, Deſtillare, à Dan. **Trilder**, Roro, vel à Teut. **Trollen**, **ſich Trollen**, feſtinanter Abire, Diſcedere, hoc credo *ab* AS. Ðyrlian, Belg. **Drillen**, Perforare, Terebrare; quia ſc. aqua ex terra vel rupibus per foramina ſeu ſpiracula erumpit & ſcaturit.

Trim, Nitidus, bene Ornatus, Comptus, parùm deflexo ſenſu *ab* AS. Getrymmed, Perfectus, hoc à verbo Trimman, Ædificare, Confirmare. *Mer. Caſ.* deflectit à Gr. Τετρημένα, præterito perf. paſſ. Τέτρημαι.

Trinckets, Armamenta, Inſtrumenta ſeu Supellex præſertim vilior, parùm deflexo ſenſu à Fr. G. *Trinquet*, hoc *ab* It. *Trinchetto*, a Ἐσπάνη, ſummum in navi Velum.

Trip, à Belg. **Trippen**, **Trippelen**, **Trepelen**, Saltare, Tripudiare, Fr. G. *Treper*, Saltitare, *Triper*, Conculcare, fort. omnia à dicto Lat. *Tripedare*. Datur & ejuſdem originis Hiſp. *Tropar*, Saltare, Funambulare, χοροβατεῖν.

Tripe, à Fr. G. *Tripe*, It. & C. Br. *Tripa*, Inteſtinum, Hiſp. *Tripas*, Inteſtina. *Covarruvias* deflectit a Gr. Τρίπα, à Convolutionibus ſc. inteſtinorum.

to **Triſe**, vox Nautica. Sic autem dicitur rudentem ſolâ manu ſurſum Trahere. Dicunt autem *to* **Triſe** *up*, (i. e.) nudâ manu ſine ullâ trochlea ſeu cujuſvis ligni adminiculo dolium vacuum funiculo alligatum ſuſtollere, videtur idem quod **Truſs** *up*, *vide* **Truſs**; vel, ſi malis, *ab* It. *Drizzare*, Attollere.

a **Troop**, à Fr. G. *Troupe*, Hiſp. *Tropa*, Agmen præſertim Equitum, Turma, Fr. G. *Troupeau*, Grex & It. *Troppa*, Agmen, Cœtus, omnia à Lat. *Turba* per Metatheſin.

Trot, à Fr. G. *Trotter*, It. *Trottare*, Hiſp. *Trotar*, Belg. **Trotten**, inſtar equi Succuſſare. *Salmaſius* ſolus deducit à *Tolutari*, Tolutim incedere, quod contra Lexicorum omnium fidem cum Succuſſare confundit. *Cardanus* Comm. in Hipp. Aphor. 16 Sect. 10 p. m. 342. equum Succuſſantem *Tortorem* vocat, acti *Trottare*, per Metatheſin pro *Tortare*, Freq. verbi Torquere diceretur, ſanè non illepidè.

Trot, *an old* **Trot**, Vetula abſurda fort. à Belg. **Trot**, **Trotſe**, Impedimenta ſeu Sarcinæ exercitûs, omninò ut Meretrices **Baggages** vocantur, v. **Baggage**.

Troth, *Chaucero* **Trouth** v. **True**.

to **Trouble**, à Fr. G. *Troubler*, It. *Torbolare*, Teut. **Trüben**, Turbare, q. d. *Turbulare*, vel *Trubulare*, per Metatheſin, omnia à Gr. Τύρβα, σύρβη, Tumultus. Alludit & θόρυβος, Tumultus, Turba, & Lat. *Tribulare*.

Trough, *ab* AS. Tpog, Tpoge, Belg. **Troch**, Teut. **Trog**, Dan. **Trug**, It. *Truogo*, Fr. Th. **Thauk**, **Troch**, Alveus. Datur & Teut. **Trobe**, **Truge**, Ciſta, Arca, Capſa.

Trounce, *I will* **Trounce** *him*, à Fr. G. *Tronc*, *Tronſon*, primariò Truncus, ſecundariò Fuſtis, q. d. Fuſte vel *Trunco* eum probè dedolabo.

Trout, *ab* AS. Tpuht, Fr. G. *Truite*, Hiſp. *Trucha*, It. *Trota*, *Tratta*, *Truta*, *Trutta*, Lat. Barb. *Tructa*. *Rondelet.* Amia piſcis. *Tructa* autem apud Divum *Ambroſium*, & in vet. Gloſſario invenitur. *Scaliger* Turdum piſcem antiquis dictum cenſet in Ar. Hiſt. An. *Voſſius* ſcitè deſl. à Gr. Τρώκτης, quod Comeſtorem ſeu Voratorem ſignat, hoc à verbo Τρώγω, Comedo.

Trout,

Trout, *or true* **Trout.** Doct. quidam Amicus cum *Menag.* dictum putat quasi *a* **true Dutch.** Ego mallem deflectere *ab* AS. Tpupa, Fides, Fiducia, q.d. Fidus.

Georg. Rogers M.D.C.M.L.S.

I **Trow,** *ab* AS. Tpupian, Teut. **Trawen,** Fidere, Credere, Dan. **Troer,** Fido. *Mer. Caſ.* deflectit à Gr. θρέω, Clamo, Loquor.

a **Trowel,** *à* Fr. G. *Truelle,* Belg. **Trowel, Truweel, Truffel,** omnia *à* Lat. *Trulla.* Doct. quidam Amicus deflectit *à* Lat. *Trua.* Et ſanè verum eſt mediatè ab ipſo deſcendere, *Trulla* enim eſt ὑποκοριστικὸν *Trua*

G. Rogers M. D.C.M.L.S.

to **Trowl** *and* **Trowl** *away,* *à* Belg. **Drollen,** Volvere, Conglobare, Fr. G. *Troller,* extra Ordinem, ſeu ſine Ordine Vagari, vox Venatoria. Datur & Teut. **Trollen, ſich Trollen,** feſtinanter Abire, Diſcedere.

Trop-*weight* , Pondus quoddam , hinc **Pound Trop,** Libra minor Aurifabris, Gemmariis & aliis pretioſus merces vendentibus uſitata , continet autem 12 uncias , ſed eas vulgaribus aliquantò majores , non , ut rediculè aliqui autumant, *à Troja* Phrygiæ, ſed à civitate Tricaſſium præcipua, *Ptolemæo* Auguſtomana, nunc *Troyes en Champaigne,* dicta.

Truant, à Fr. G. *Truant,* Belg. **Trouwant,** Erro , Vagabundus , hoc etiam Ludio, Paraſitus , Scurra, Hiſp. *Truhan,* Scurra, Fr. G. *Truander,* Stipem corrogare , Vagari. Nobis , deflexo aliquantùm ſenſu, Puerum Ceſſatorem, ſcholæ Deſertorem, & in agris ſeu Compitis ludentem, vagantémque deſignat , omnia fort. *ab* AS Dupl, Per & Wendan, Verſare, Flectere (i.e.) qui paſſim agros compita & Domos pererrat v. **Thorough & Went.**

Truce , *à* Fr. G. *Treves* , It. & Hiſp. *Tregua,* Induciæ, utr. *à* Teut. **Trew** , Fides , quia ſc. eſt Fides Temporaria hoſti data.

Trucheman, *à* Fr. G. *Trucheman, Truchement,* Interpres, v. **Dragoman.**

Truck, Billiards *or* **Billards,** *ab* It. *Trucca,* Hiſp. *Truco* , Ludus Tudicularis , hoc fort. *à Trudendo* pilam , vel potiùs *à* Teut. **Trucken** , Trudere , Urgere. *Minſh.* autem deflectit vel *à* Τρέχω vel *à* Τεύχος.

to **Truck,** *à* Fr. G. *Troquer,* It. *Truccare* , Hiſp. *Trocar,* merces Permutare. *Mer. Caſ.* noſtrum **Trucker** , deflectit *à* Gr. Τρόκτης , Veterator , Ingeniofus.

a **Truckle,** vox Architectonica, *à* Lat. *Trochlea,* Gr. Τροχαλία.

Truckle-bed , Doct. *Th. H.* deflectit vel *à* Lat. *Trochlea* , vel *à* Belg. **Trecken** , Trahere. Sic enim appellatur Lectus minor rotis inſtructus qui huc illuc trahi, volvi & revolvi poteſt.

Trucks, vox Naut. Sic autem vocantur Rotæ ligneæ quibus Machinæ bellicæ moventur, v. **Truckle.**

Truage, Feſtinare, parùm deflexo ſenſu, *ab* It. *Truccare , Truggiolare* , Diſcurſare , huc illuc Curſitare, vel *à* verbo *to* **Trot.** Alludit & Gr. Τρέχω.

True , *ab* AS. Tpipe , Verus , Fidus, Tpeope, Teut. **Trew,** Fides , Fidus , Belg. **Trouw, Ghetrouw** , Fidus , Fidelis, Juſtus, AS. Tpeoperta , Fidiſſimus, Tpupa , Belg. **Trouwe,** Fides, Fiducia, AS. Tpeop᷑e, Tpip᷑, Fidelitas, Veritas, Tpupian, Teut. **Trawen,** Fidere, item hoc ultimum Deſponſare. *Mer. Caſ.* noſtrum **True** & **Truth,** deflectit *à* Gr. Ἀτρεκὴς, hoc *ab* Ἀτρὸς, Impavidus.

a **Trull** , Meretrix vilis, parùm deflexo ſenſu, *ab* It. *Trulla* , Sordida mulier , vel ἀλόη, *à* Lat. *Trulla* , pro Matula q. d Mulier quæ tantùm Matulæ uſum ad excipienda virorum Excrementa præbere digna eſt, vel *à* Fr. G. *Truye,* Porca, vel *à* Belg. **Trul, Trulleke** i, Mentula, hoc *Fr. Jun.* deflectit *à* Gr. Δεῖκω, Lumbricus. *Mer.* autem *Caſ.* noſtrum **Trull** , deducit *à* Ματρόλλα , Lena.

Trump , *Jewes* **Trump** , *à* Belg. **Trompe** , Inſtrumentum Muſicum puerile. Dicitur autem **Trump,** quaſi **Trumpet** , per Ironiam.

Wand, *à* Dan. **Vand**, Virga, Rudis, fort. parùm deflexo sensu *à* Teut. & Belg. **Wenden**, Vertere, quoniam ob levitatem facilè in manu vertitur. *Minsheu* pro Rude vocem Belg. **Wandel** citat, sed notum est hanc vocem nusquam Rudem sed Ambulationem signare.

a **Wanded** *chair*, Cathedra Semicircularis Viminea, fort. *à* Teut. **Wand**, Paries; quia sc. instar Parietis totum ferè corpus circundat; vel, quod eodem redit, *à* verb. **Wenden**, Vertere.

Wander, *ab* AS. Wandrian, Errare, Vagari, Belg. **Wandelen**, Teut. **Wandeln**, Ambulare, **Wandern**, Peregrinari, Exteras regiones Peragrare, Belg. **Wanderen**, Ambulare & Vagari, Dan. **Vandzer**, Commeo, Iter habeo, Vado, omnia fort. *à* Teut. & Belg. **Wenden**, Vertere.

to **Wane**, *ab* AS. Wanian, Gepanian, Diminuere, hoc *à* Wana, Carens, Deficiens, unde & Belg. **Wan**, Defectus, Inopia. Datur & ejusdem stirpis Fr. Th. **Vuan**, Defectus, quod *Fr. Jun.* suo more deflectit *à* Gr. Ἄνδ', addito digamma Æolico.

Wang, *the* **Wang** *or* **Wong** *tooth*, *ab* AS. Wanz, Wonz, Mandibula, Wone toð, seu potiùs Wonz toð, Dens Caninus, Teut. **Wange**, Mala, Gena.

Want, *ab* AS. Wana, Carens, Deficiens, Belg. **Wan**, Defectus, Inopia, & **Wan**, Vanus, Vacuus, Parvus, C. Br. *Chwent*. Desiderium, *Chwennyehu*, Desiderare. *Mer. Cas.* deflectit à Gr. Ἔνδεια, Inopia, v. **Wane**.

Want, *ab* AS. Wand, Wonde, Talpa, hoc *ab* AS. Wendan, Teut. **Wenden**, Vertere, Versare, sc. *à Vertendo* seu *Versando* terram.

Wantlouse, *à* Fr. Th. **Vuantins**, Belg. **Wandluys**, Teut. **Wandlausz**, Cimex, *à* Teut. & Belg. **Wand**, Paries, &

Belg.

Belg. Luys, Teut. Lauſs, Pediculus; q. d. Pediculus Parietarius, Parietum incola.

Wanton, Laſcivus. *Minſh.* dictum putat quaſi **Want one**. qui ſc. indiget aliquâ qua cum Laſciviat, ſatis ſanè ingenioſè, neſcio an verè. Mallem tamen, quoniam iſtiuſmodi compoſitiones valdè infrequentes, imò, quod ſciam, ſine exemplo ſunt, deducere *à* Belg. **Waenen**, Opinari, Imaginari, qui ſc. multa ſibi imaginatur, multa leviter Cupit, vel *à* **Wendelen**, Volvere, Circumagere, Verſare, qui ſc. præ Laſciviâ ſe huc illuc circumagit.

to **Wanze** *away*, Comenio Contabeſcere, *ab* AS. Wanian, Gepanian, Diminuere, v. **Waſte**.

Wapentake, *ab* AS. Wæpen-Getace, Centuria, vox Forenſis, non ab Armorum Aſſumtione, ut *Hovedeno* placet; ſed, ut *Somner* ingenioſè pro ſolito divinat, ab Armorum Redditione quam Domino in Subjectionis ſignum præſtabant, ſc. *ab* AS. Wæpen, Arma & Getæcan, Tradere, Reddere, v. *Somner* in Dict. AS. & *Spelman* in Gloſs.

War, *ab* AS. Wæp, Belg. vet. **Weere**, Teut. vet. **Werre**, Fr. G. *Guerre*, It. & Hiſp. *Guerra*, Bellum, Belg. **Werre**, Diſſidium, **Warren**, **Werren**, Turbare, Intricare, Diſſidere, Contendere, fort. omnia vel *ab* AS. Gap, Arma, Teut. **Wehr**, Enſis, Arma, **Wehren**, Armare, vel *ab* AS. Wepian, Teut. **Währen**, **Wehren**, Belg. **Waeren**, **Weeren**, Defendere, Teut. **Währ**, **Wehr**, Defenſio, quia ſc. Bellum vix unquam juſtum eſt, niſi Defenſivum ſit. *Martinius* noſtrum **War** *à* Teut. **Wirren**, Implicare, deflectit. *Mer. Caſ.* *à* Gr. Ἄρης, vel *ab* Ὄαρ, Uxor; quoniam ſc. olim uxores bello quærebant. *Fr. Jun.* Belg. **Werre**, Diſſidium, deducit *à* Gr. Ἔρις, addito digamma Æolico. Caninius It. *Guerra* & *Gara*, *à* Syriaco *Ghera*, Litigare, Contendere, declinat.

Warble, fort. *à* Belg. **Werbelen**, **Wervelen**, Gyros agere, in Orbem Verſari, nobis, ſenſu hoc in Muſicam tranſlato, vocem reciprocantibus modulis quaſi Circumagere, vocem Vibrare, Vibriſſare; verb. autem **Werbelen**, ortum eſt *à* nom. Belg. **Werbel**, Gyrus, Turbo, Vortex, hoc fort. *à* Lat. *Verriculum*, ut *Vertex* à *Vertendo*.

Warbling *of the wings*, vox Falconaria quæ mihi in ſolo Dict. Angl. occurrit, *à* Belg. **Werbelen**, Gyros agere, in Orbem Verſari. Si tanti putas adi Dict. Angl. v. & **Warble** ſuprà.

Ward, in compoſitione *ab* AS. Weapd, Verſùs. AS. autem Weapd ſi à Lat. *Vertere* deflecterem quid ſceleris eſſet?

Ward, *ab* AS. Weapd, Vigilia, unde verb. Weapdan, Vigilare, Cuſtodire, Tueri, Bepeapdian, Defendere, omnia fortean *à* Wepian, Bepepigan, Defendere, Protegere, Munire, Belg. **Waeren**, **Weeren**, **Waerden**, Teut. **Wären**, **Wehren**, Fr. G. *Garder*, It. *Guardare*, Cuſtodire, Defendere, Teut. **Warten**, Expectare, item **Wehren**, Impedire. Datur & Fr. Th. **Warden**, Obſervare, Attendere, item Intueri, & **Warten**, Tueri. *Mer. Caſ.* deflectit *à* Gr. τηρέω pro φρουρέω & ὁράω, Curare, v. *Salmaſ.* Not. Plin. in Sol. p. 946, v. etiam **Aware**, **Guard** & **War**.

Ward, Regio urbis, q. d. urbis Cuſtodia, quia ſc. quælibet urbis regio proprias ſibi Excubias & proprios Vigiles habet, v. alt. **Ward**.

Warden, *à* Fr. G. *Gardien*, It. *Gardiano*, Cuſtos, v. **Guard** & **Ward**.

a **Warden**, Pyrum ſylveſtre, *Adr. Jun.* Pyrum Volemum, credo dictum quaſi Pyrum Patris *Guardiani*, Cuſtodis ſeu Præpoſiti; notum enim eſt fructus & flores tum *à* dignitatibus hominum, tum à propriis nominibus ſæpe appellationem ſortiri, ut in **Queen apple**, **John apple**, **Sultan flower**, **Prince's feather**, & innumeris aliis apparet, vel ut Doct. *Th. H.* placet, *ab* AS. Weapden, quia diu ſe à putredine tuetur.

Warder, *à* Fr. G. *Gardeur*, Cuſtos. Datur & Fr. G. *Verdier*, ſaltûs Cuſtos ſeu Præfectus, v. **Ward**, **Guard** & **Verderour**.

Ward-Mote, *à* **Ward**, Regio & AS. Mot, Gemot, Conventus, hoc *à* verb. Metan, Gemetan, Convenire, q. d. Regionis urbanæ Concilium ſeu Conventus.

Wardrobe, *à* Fr. G. *Garderobbe*, It. *Guarda-robba*, Veſtiarium, ἱματοφύλαξ, q. d. Cuſtodia veſtium.

Ware, *ab* AS. Wape, Belg. **Waere**, Teut. **Waar**, **Wahr**, Merces, fort. ſic dictæ quia venditores ſolent eas Affirmare (i. e.) Spondere eas Probas eſſe & non Adulteratas, & hoc dicitur Belg. **Waeren**, Teut. **Wären**, *à* Belg. **Waer**, Teut. **Wahr**, Verus, q. d. Verificare (i. e.) Veras & ſinceras eſſe merces polliceri.

Warfare,

Warfare, Militia, Bellum, Bellica Expeditio, στρατεία, à noſtro **War**, quod *vide*, & AS. Fapan, Proficiſci, nom. Fape, Iter, Expeditio.

Wark vel **Warche** & **Head-warche**, vox, teſte *Somnero*, agro Linc. familiaris, *ab* AS. Wapc, Dolor, utr. fort. *à* verb. *to* **Worꝛk**, Fermentare, Effervescere.

Wark vel **Werk**, in terminationibus nominum pro **Worꝛk**, quod *vide*.

Warm, *ab* AS. Weapman, Weapmian, Belg. **Waermen**, Teut. **Wärmen**, Calefacere, AS. Weapm, Belg. **Wirm**, **Waerm**, **Werm**, Teut. **Warm**, Dan. **Varm**, Calidus, AS. Gepỹpmeð, Fotus, Calefactus, Wæpminge, Calefactio. *Fr. Jun.* Belg. **Werm**, deflectit *à* Gr. θερμὸς, quod Æol. φερμὸς ſcribitur, unde Lat. *Formus*, à quo ultimo, fortean ἀμφιὼν, ortum duxit.

Warn, *ab* AS. Wæpnian, Monere, Wapnian, Cavere, Teut. **Warnen**, Monere, v. **Ware Beware** & **Ward**. Datur & Fr. Th. **Guarnon**, Munire, ut nos etiam noſtrâ parœmiâ dicimus **Forewarn'd**, **Forearm'd**, vel *à* Teut. **Wahr**, Verus, q. d. Verare (i. e.) pro Certo affirmare, v. **Averr**.

Warp, *ab* AS. Weapp, Belg. **Werp**, **Waerpte**, **Werpte**, Teut. **Werffte**, Stamen, omnia *ab* AS. Weoppan, Belg. **Werpen**, Teut. **Werffen**, Jacere, Projicere.

to **Warp**, Cedere, Inclinare, à Fr. G. *Guerpeir*, alij Cedere, Deſerere. *Spelman* autem Fr. G. *Guerpir* deflectit *ab* AS. Weoppan, Wuppan, Abjicere, cujus partim cognata, partim proles ſunt Fr. Th. **Wuerpnan**, Rejicere, Teut. **Werffen**, Belg. **Werpen**, **Worpen**, Jacere.

Warp *or* **Mouldwarp**, Teut. **Waltwerff**, Talpa, vel *ab* AS. Þpeopnian, Vertere & Mold, Terra quòd ſc. Terram Vertit ſeu Verſat, vel *à* Belg. **Werpen**, **Worpen**, Teut. **Werffen**, Jacere, quòd Terram Ejiciat, vel *à* Teut. **Maul**, Os, & **Werffen**, Jacere, quòd terram roſtro fodiat & egerat, v. **Mould** & **Warp**.

Warrant, *à* Fr. G. *Garentir*, It. *Guarentare*, *Guarentire*, Confirmare, C. Br. *Guarant*, Vindex, Aſſertor, item Vindicatio, Aſtipulatio, Authoritas, omnia *ab* AS. Wepian, Bepepian, Teut. **Wehren**, Belg. **Waeren**, Defendere, vel *à* Teut. **Währen**, **Wahren**, **Gewahren**, quod in Lexico *Dhuezij* Gallo-Teutonico exponitur Fr. G. *Faire bon*, Belg. **Waeren**, Probam eſſe mercem Spondere, *to* **Secure** *or* **Warrant** *the goods*, hæc *à* Teut. **Wahr**, Belg. **Waer**, Verus, q. d. Verificare (i. e.) Affirmare merces eſſe Veras, non Adulterinas Polliceri, & in ſe Recipere.

a **Warren**, *à* Belg. **Waerande**, Fr. G. *Garenne*, Cuniculorum Vivarium, *à* Belg. **Waeren**, Cuſtodire, v. plura in **Ward**.

Wart, *ab* AS. Weapꝺ, Belg. **Warte**, **Waerte**, **Worte**, **Wratte**, Teut. **Wartze**, **Wartze**, Dan. **Vorte**, Verruca, Belg. **Weer**, Callus, Nodus, Tuber.

Wary, *ab* AS. Wæp, Cautus, Wæpe, Cautio, utr. *à* verb. AS. Wepian, Bepepian, Defendere (i. e.) ſe Defendere, φυλάττεσθαι, v. **Beware**.

to **Wary**, vox agro Lanc. familiaris quæ ſignificat Maledicere, *ab* AS. Wapian, Wepigan, Execrari, Diris devovere, v. *Somner* voce Wepigan, & *Spelman* voce *Waringi*.

Was, *ab* AS. Wæſ, Fr. Th. **Wuas**, Erat.

Wase, *Gouldmanno*, apud quem ſolum occurrit, exp. Ceſticillus, neſcio an, aliquantùm detorto ſenſu, *à* Teut. **Wiſen**, Ceſpes, Gleba; ſertum enim iſtud ſeu Faſciola, inſtar Ceſpitis, mollis & lenis eſt, & à ponderis attritu caput tuetur.

Wash, *ab* AS. Wacpan, Teut. & Belg. **Waſchen**, Lavare, AS. Wæſce, Teut. & Belg. **Waſche**, Lotio.

Washkite, genus Accipitrum è Virginia advectum, vox vel barbaræ Americanæ originis, quod veriſimillimum eſt, vel q. d. **Waſh kite**, (i. e.) Milvus Vaſtus vel Magnus.

Waſp, *ab* AS. Wæpp, Wæpp, Belg. & Teut. **Weſpe**, Fr. G. *Gueſpe*, omnia *à* Lat. *Veſpa*.

Waſſail, Carmen Feſtivum circa Epiphaniа de domo in domum celebrari ſolitum, *ab* AS. Wæſ Þæl, Sis Salvus, *vide* **Hail**.

Waſt, *ab* AS. Weſte, Deſertus, Teut. **Wüſt**, **Verwüſt**, Belg. **Woeſt**, **Wueſt**, Devaſtatus, Teut. **Verwüſten**, Belg. **Woeſten**, **Verwoeſten**, Devaſtare, Teut. **Wüſte**, **Wüſteney**, Eremus, Fr. G. *Gaſter*, It. *Guaſtare*, Corrumpere, Devaſtare, Debilitare, omnia *à* Lat. *Vaſtare*. Datur & C. Br. *Guaſo*, De-

sertus, sed à nostro Commercio haustum.

the **Wast**, fort. à Lat. *Vastus*, q. d. Vastior corporis pars, & est sanè pars corporis amplissima, & quæ, ratione costarum, maximè extuberat, exceptis solis obesis, quibus abdomen protento sesquipede extat; vel potiùs à Teut. **Wammes**, Thorax, *a* **Dublet**, huc usque enim Thorax descendit, **Wammes**, autem videtur ortum *ab* AS. Wam, Venter, vel Teut. **Wanst**, Abdomen. Etymon autem, cui ego maximè fido, petendum videtur *ab* AS. Wæstm, quod inter alia Incrementum, Staturam, Altitudinem seu Prolixitatem corporis designat: Cinctus enim seu διάζωμα, totam trunci longitudinem in duas partes ferè æquales dividit & dispescit; Wæstm autem credo ortum à verb. Weaxan, Crescere, Augescere, *vide* **War**.

Wastcoat, v. **Wast** & **Coat**, quoniam tantum ad medium corpus descendit.

Wastel, idem quod **Wortcakes**, apud Fœciales antiquos, v. **Wastel**, infrà & **Wortcakes**.

Wastel-bread, apud *Hovedenum*, citante *Spelmanno*, qui in expositione à verb. *to* **Fast** deflectit. Verùm cum ab Authore dicantur **Wastels** Dominici, & cum simnellis copulentur, non viliorem, & jejuniis destinatum, sed Lautiorem panem significâsse existimo. Mallem igitur deflectere à Fr. G. *Gasteau*, Libum, Placenta, *a* **Cake**, v. alt. **Wastel** & **Wortcakes**.

Watch, à Teut. **Wacht**, Vigiliæ, Vigiles, **Wächter**, Belg. **Wachter**, Excubitor, à verb. **Wachten**, Custodire, Cavere, Expectare, Morari, Opperiri, & hoc *ab* AS. Wacian, Wæccean, Teut. **Wachen**, Belg. **Waecken**, Vigilare, AS. Wæcce, Vigilia, v. **Wake**.

Watchet *colour*, *Higginio Adr. Junij* Interpreti Scutulatus, sed male; est enim color Cœruleus albicans, *ab* AS. Wæced, Gepæced, Debilitatus, Debilis, q. d. color Languidus, vel potiùs q. d. **Woadchet** vel **Wadchet**, (i.e.) *colour of* **Woad**, Fr. G. *couleur Gueſde*, *ab* AS. Wad, Fr. G. *Guede* olim *Gueſde*, Belg. **Wedde**, It. *Guado*, Glastum, nobis **Woad**, q. d. colore Glastino tinctus, Isatodes, v. **Woad**.

Water, *ab* AS. Wæter, Wætere, Belg. **Waeter**, Teut. **Waſſer**, Aqua, hinc verb. AS. Wætran, Belg. **Waeteren**; Teut. **Waſſern**, Adaquare, Irrigare, omnia *ab* AS. Wætan, Humectare, q. d. Elementum Humectatorium. Ecquid in Græcia ipsa elegantius vocabulum inveneris? Ejusdem Prosapiæ est Fr. Th. **Waazzar**, Aqua, **Waazzaron**, Aquæ. *Mer. Cas.* deflexum putat indubiè, à Gr. Ὕδωρ.

Water-budget, vox Fœcialium. Sic autem appellabantur, teste *Gwillim*, Vasa seu Situlæ militares quibus olim in exercitibus aquam circumferebant, v. **Water** & **Budget**.

Wath, vox Septentrionali Angliæ propria, à Teut. **Watt**, **Wadt**, utr. à Lat. *Vadum*, v. **Wade**.

a **Watled** *wall*, *Higginio* Paries Cratitius, sc. è Cannis, Cratibúsque implexis factus, parùm deflexo sensu *ab* AS. Wætl, Fascia, vel, ut Doct. *Th. H.* auguratur, *ab* AS. Watel, Tegula, item Teges.

Wattle, *a cocks* **Wattle**, Barba seu Palear Galli Gallinacei, *Arist.* Κάλλαια, vel à Teut. **Wadeln**, caudam Movere, vel à Belg. **Waeghelen**, **Waggelen**, Agitare, Vacillare, quia valdè mobilis est.

Wave, *ab* AS. Wæg, Wæge, Belg. **Waeghe**, Fr. G. *Vague*, Unda, omnia à verbo AS. Wagian, Belg. **Waeghen**, **Gewaeghen**, Teut. **Bewegen**, Movere, Agitare; Unda enim nihil est nisi Aqua mota. *Minsheu* citat Teut. **Woge**, Unda, sed vocem nusquàm invenio.

to **Wave**, à Fr. G. *Gueſver*, Superfedere, Recusare, Cedere, Deserere, vel à Teut. **Weigern**, Belg. **Weygeren**, Negare, Denegare.

Waver, *ab* AS. Wafian, Vacillare, Nutare, Fluctuare, vel à Wagian, Belg. **Waeghen**, Movere, Vacillare, Nutare, sed prius præfero, v. plura in **Wag** & **Waddle**.

Wawmish, fort. à Dan. **Væmmis**, Nauseo, Fastidio, vel q. d. **Qualmish**, *vide* **Qualm** & **Squeamish**.

War, *ab* AS. Wæxe, Fr. Th. **Vaahſe**, Dan. **Vax**, **Voxe**, Belg. & Teut. **Wachs**, **Was**, Cera, omnia à Belg. **Wack**, Udus, Mollis, Flexibilis, *ab* AS. Wac, quid enim Cerâ Mollius & Flexibilius?

to **War**, *ab* AS. Weaxan, Teut. **Wachſen**, Belg. **Waſſen**, Fr. Th. **Vaahſen**, Crescere, Dan. **Voxer**, Cresco, AS. Weaxen,

Weaxen, Auctus, Waxend, Crescens, fort. à dicto Wick, Mollis; quæ enim crescunt Molliuscula sunt, quæ autem per senectutem exiccantur & indurescunt incrementum sumere desinunt. *Fr. Jun.* Fr. Th. Unahsen, deflectit à Gr. Αὐξειν.

Way, à Fr. G. *Voye*, AS. Weg, Wæg, Belg. Wech, Wegh, Wegve, Teut. Weg, Via, Fr. Th. in Unog, in Via. *Fr. Jun.* Belg. Wegh deflectit à Gr. Ἀγυὰ, Vicus, Mallem sanè à Lat. *Vicus.* Occurrit etiam in Versione quadam antiqua Bibliorum Fr. G. mihi à Doct. *Th. H.* communicata *Aller leur Voye* pro Facessere, *to Go there way*; *Voye* autem à Lat. *Via* ortum ducit.

Weak, *ab* AS. Wac, Wacé, Dan. Svag, Belg. Weeck, Wack, Swick, Teut. Schwach, Debilis, Languidus, AS. Gepæccean, Vexare, Belg. Sweken, Swikken, Teut. Schwächen, Schwechen, Debilitare, Dan. Svæcker, Debilito, omnia fort. à Belg. & Fr. Th. Wijcken, Teut. Weichen, Cedere; nam, ut Adagium nostrum perhibet, Debiliorum est semper Potentioribus cedere, hoc à Teut. Weich, Mollis, Pusillanimus, Effœminatus, Weichen, Liquefacere, Liquefieri; Mollia enim & liquida facillimè tactui cedunt. *Fr. Jun.* Fr. Th. Wijcken, suo more deflectit à Gr. Εἴκειν, addito digamma Æolico.

Weal, vel *ab* AS. Wel, Benè, vel, quod eodem ferè recidit, à Welan, Opes.

Wealth, Wealthy, *ab* AS. Wæleð, Welig, Dives, Belg. Welde, Wælde, Opes, omnia *ab* AS. Welan, Opes.

Wean, *ab* AS. Apened, Ablactatus, Gepenian, Illicere, Belg. Wennen, Ablactare, item Assuefacere. Teut. Entwehnen, Ablactare. Datur & Teut. Gewehnen, Gewehnen, Assuefacere, Entwehnen, Desuefacere, & Dan. Venner til, Consuefacio, v. Wont.

Weapens, *ab* AS. Wæpen, *Ælfrico* Wæpna, Belg. Wapen, Teut. Waffen, Wapffen, Dan. Vaaben, Vaaben, Fr. Th. Unapbane, *Gl. Lips.* Gewepene, Arma, AS. Wæpnian, Bepæpnian, Gepæpnian, Teut. Waffnen, Armare, Armis instruere, Dan. Vebner, Armo, Armis instruo, AS. Wæpned, Armatus. Datur & Teut. Wapen, Wappen, Insignia.

a Wear, *ab* AS. Wæp, Wep, Fr. Th. Unlare, Unlart, Unlere, Teut. Weiher, Lacus, Palus, Stagnum, Vivarium, seu Septum Piscium, vel à verbo AS. Wepian, Defendere, Belg. Weeren, Waren, Custodire, q. d. Conservatorium piscium, vel, quod *Fr. Junio* placet, & sanè valdè verisimile est, saltem Fr. Th. Unlere, à dicto Lat. *Vivarium.*

to Wear, *ab* AS. Wepan, Apepan, Inducre, Gestare, Teut. Waren, Wahren, Durare, AS. Weopnian, Flaccescere, Decrescere.

a Wear, in flumine à Teut. War, Vallum, Agger ad aquas arcendas & divertendas, hoc à Wehr, Vallum, Propugnaculum simpliciter, utr. à Teut. Wehren, Belg. Weeren, Arcere, Reprimere, Repellere, Impedire, Defendere.

Weary, *ab* AS. Wepig, Lassus, Wepignesse, Lassitudo, Wepigan, Lacessere, Belg. Waeren, Tædere.

Weasand, *ab* AS. Wasend, Gurgulio, Rumen.

a Weather, *ab* AS. apud *Ælfricum* Webep, Dan. Væder, Belg. Weder, Weer, Teut. Wider, Wieder, Widder, Aries.

Weather, *ab* AS. Webep, Teut. Wetter, Belg. Weder, Wedder, Tempestas, Cœlum, Belg. Wederwits, Tempestatis futuræ ex valetudine Præscius, nobis Weatherwise. *Mer. Cas.* deflectit à Gr. Ἀήτης; hinc Weathercock, Labarum Templi ex cujus conversione & situ ventus dignoscitur; Teut. eâdem sensûs Analogiâ Wetterhahn, quod *Dhnezio* exponitur Templi Pinnula Versatilis, Venti Bracteola vel Coronis.

Weave, *ab* AS. Weapan, Belg. Weven, Teut. Weben, Wirken, Texere, Dan. Veffver, Texo, AS. Webba, Belg. Wever, Teut. Weber, Textor, AS. Wæbbe, Belg. Webbe, Webe, Teut. Wupp, Dan. Veff, Veft, Tela, AS. Webbepype, Textrix, Webbeam, Belg. Weverboom, Insubula, Liciatorium Jugum, Webe, Trama, Subtegmen. *Mer. Cas.* nostrum Weave, deflectit à Gr. Ὑφὴ & Ὑφάω.

Wed, parùm deflexo sensu *ab* AS. Wed, Pignus, Arrha, Weddian, Bepeddian, Pacisci, Spondere, Pignorare, &, secundario sensu, Desponsare, Sponsalia contrahere, Teut. Wetten, Pacisci, Fr. Th. Uuetti, Pignus, Gannetaan, Compignorare, Dan. Vedder, Paciscor,

Hisp. *Boda*, Nuptiæ, fort. omnia à Lat. *Vas, Vadis*, & inde verb. *Vadare*. Occurrit & apud *Ælfricum* Wedlac, quod Dona Sponsalitia exponitur, à dicto Wed & Lac, Munus; nobis autem **Wedlock**, quod hujus vocis Wedlac proculdubiò Propago est, variato aliquantum sensu Matrimonium signat. *Fr. Jun. ab* Ἔδνα deflectit.

Wedge, *ab* AS. Wecg, Belg. **Wegghe**, **Wigghe**, Teut. **Weck**, **Zueck**, Dan. **Vegge**, Cuneus.

Wednesday, *ab* AS. Wodnes-dæg, Dan. **Othinsdag**, vel **Odensdag**, Dies Mercurij, Belg. **Weensdagh**, (i. e.) **Wodensdagh**, à Deo **Woden**, quem *Worminus Odinum* appellat, qui non, ut vulgò perhibent, Germanorum Mercurius, sed Mars fuit, utpote Deus Bellicosus, in Simulacro Armatus, & à quo bellorum auspicia petierunt, v. **Wood**, & *Verstegan*.

Wee, *ab* AS. We, Wit, Belg. **Wij**, Teut. **Wir**, Dan. & Sax. rec. **Wi**, Nos.

Weed, *ab* AS. Weod, Herba noxia, Weodian, Apeodian, Belg. **Wieden**, Runcare, Eruncare, Evellere herbas noxias, σαίζειν, AS. Weod-hoc, Sarculum.

Weeds, *ab* AS. Wæde, Gepede, Weda, Vestes, Indumenta, Fr. Th. **Wad**, **Wat**, Vestis, **Watten**, Vestire, **Gewaede**, Vestimenta, **in hare Wadt**, in Veste Lugubri, **Gewaedet**, Amictus, in *Gl. Lipsi*. **Waed**, **Gewaede**, Vestes, **Wedan**, Induere, **Wedan sal**, Induet.

Week, *ab* AS. Weoc, Uca, Wuca, Wuce, Wic, Belg. **Weke**, Teut. **Woche**, Dan. **Uge**, Septimana, **Gang-week**, Ambarvalia, *à* **Gang**, Ire, & **Week**, q.d. Ambulationis seu Processionis Septimana.

Week, *ab* AS. Weoc, Candelpeoc, Belg. **Wieke**, Funale, Ellychnium, nescio an hoc *ab* AS. Wac, Wace, Belg. **Wack**, Lentus, Flexibilis, posterius etiam Humidus, Mollis.

a **Weel**, Nassa, Textum Vimineum in quo alliciendis piscibus esca reconditur, & unde ingressis effugium non patet, nescio an à Belg. **Wiel**, Rota, Rhombus, Spira, à figura sc. orbicolari.

Weel, *ab* AS. Wæl, Belg. **Weel**, **Weele**, **Wiel**, Vortex aquarum, Vorago, Abyssus, quo sensu hodiéque in agro Lancastr. usurpatur, inquit *Somner*.

Ween, *ab* AS. Wenan, Belg. **Waenen**, Teut. **Wahnen**, Opinari, AS. Oferpænan, nimis superbè de se Sentire, Teut. **Ahnen**, Suspicari, Ominari, Præsagire. *Mer. Cas.* deflectit nostrum **Ween** à Gr. Οἶνος vel Οἰνάω.

Weep, *ab* AS. Weopan, Bepeopan, Bepepan, Flere, Deflere.

Weesel, *ab* AS. Wesle, Teut. **Wisel**, **Wiesel**, Dan. **Vesel**, Mustela. Agricola à sono quem edit dictum putat.

Weevil, *ab* AS. Wepl, Belg. **Wevel**, Teut. **Wibel**, Dan. **Corn Wivel**, Curculio. Lincolnienses efferunt **Whewis** *or* **Wewis**, cui alludit Gr. Ἔνναὶ, Vermes.

Weigh, *ab* AS. Wægan, Belg. **Weghen**, **Wichten**, Teut. **Wegen**, Pendere, Trutinare, Ponderare, Belg. **Waeghen**, Librare, AS. Wihr, Gepihr, Wæge, Belg. **Wicht**, **Wight**, **Ghewicht**, Teut. **Gewicht**, Pondus, Teut. **Wichtig**, Belg. **Wichtigh**, **Ghewichtigh**, Gravis, Belg. **Waeghe**, Teut. **Wage**, **Wag**, Libra, Trutina, Statera, Teut. **Bewegen**, Movere, Expendere, Considerare, Dan. **Veyer**, Libro. *Mer. Cas.* nostrum **Weight**, deflectit à Gr. Ἄχθος.

Welcome, *ab* AS. Wilcuma, Belg. **Welkom**, Teut. **Willkomm**, **Willkommen**, qui Gratus Advenit, AS. Wilcumian, Salutare, Belg. **Welkomen**, Teut. **Willkommen**, Opportunè & Optatò Advenire, Belg. **Welkomen**, **Welkom Heeten**, Teut. **Willkommen Heissen**, Fœlicem Adventum Gratulari.

Welfare, Teut. **Wolfahrt**, **Wolhfahrt**, Fœlicitas, Prosperitas, **Wolfahren**, Augescere, Ditescere, Secundis rebus uti, *à* nostro **Well** & **Fare**, Valere quæ *vide*.

the **Welkin**, *ab* AS. Welen, Æther, Expansum, hoc *à* verb. Wealcan, Volvere, Revolvere, hinc & Wolcn, Nubes, Belg. **Wolken**, Rotula, Spira.

a **Well**, *ab* AS. Welle, Wæll, Wælgeppinc, Fons, hæc *ab* AS. Weallan, Apeallan, Erumpere, Ebullire, Scaturire, Belg. **Wellen**, **Wallen**, Teut. **Quellen**, Scaturire, Ebullire, **Quell**, Scaturigo, *Gl. Lipsi*. **Wala**, **Wal**, Abyssus, Profundum.

Well, *à* Belg. & AS. Wel, Fr. Th. **Uuola**, Teut. **Wol**, **Wohl**, Benè, AS. Wella, Wel, Agè, Fr. Th. **Uuoledat**, Bona Opera. Non absurdum autem esset nostrum

Well

Well cum cognatis deflectere à Lat. *Bellè*.

Wellaway, Welladay, *ab* AS. Welapa, Eheu, hoc *ab* AS. Welan, Opes, & Wa, Dolor, q.d. oh Dolorum Abundantiam. Doct. *Th. H.* **Welladay** dictum putat quasi **Wail the day**.

Wellboꝛn, *ab* AS. & Belg. Welgeboꝛen, Teut. **Wolgeboren**, Bono loco Natus, Generosus, Nobilis, Natalibus clarus, Honestâ ortus Familiâ.

Welſet, Teut. **Wolgeſetzt**, Benè Compactus, corpore ad robur compositus.

Welt, Fimbria, Instita, *Higginio* Mæander. *Minsh.* deflectit à **Wall**, quia sc. instar Muri, vestem circundat. Mallem *ab* AS. Wælꝛan, Volvere, quia Vestem Circumvolvit (i. e.) Circundat.

to **Welter**, *ab* AS. Wælꝛan, Teut. **Weltzen, Waltzen**. Belg. **Woelteren**, Fris. Sicambr. **Welteren**, Fr. G. *Veautrer*, Volvere, Volutare, Dan. **Velter**, Involvo, Volvo, omnia à Lat. *Volutare*. Datur & ejusdem originis Teut. **Waltze oder Weltz boltz**, Cylindrus, (i. e.) Lapis Teres quo ambulacra in hortis volutato complanantur & coæquantur.

Wem, *ab* AS. Wem, Wemme, Wom, Labes, Macula.

Wen, *ab* AS. Wen, Natta.

Wench, *ab* AS. Wencle, Puella, Ancilla. *Minsh.* deflectit à Teut. **Wunſch**, Desiderium, v. **Wiſh**. Mallem declinare à Teut. vet. **Swenth**, Puella quod apud *Kilianum* invenio, Dan. **Svend**, Juvenis.

Werewoolf, *ab* AS. & Teut. **Werwulf**, **Werewolff**, ἀνθρωπόλυκος, vel Magus qui per Cingulum vel unguentum Dæmoniacis artibus consecratum Lupi speciem induit, adeò ut & sibi & aliis Lupus videatur, *vide Verſtegan* & **Wolf**.

Werish, *Gouldmanno* exp. Inconditus, Insipidus, Insulsus, nescio an, parùm deflexo sensu q. d. **Wegerish**, à verbo Teut. **Wegern**, Recusare, q. d. Sapor Fastidiosus & Abominandus.

Weſt, *ab* AS. Belg. & Teut. Weſt, Occidens, hinc Weſtpeaꝛd, Versus Occidentem.

Weſtboꝛn, Ἄνθος, seu Cypselus avis, nescio an sic dicta *ab* AS. Weſtene, Desertum, Eremus, q. d. *Eremicola*.

Wet, *ab* AS. Wæt, Dan. **Vaad**, Humidus, AS. Wæta, Humiditas, Wætan, Humectare, Dan. **Væder**, Humecto, Teut. **Wüſt**, Spurcus, Sordidus.

Whale, *ab* AS. Hpale, Hpæl, Belg. **Walviſch**, Teut. **Wallfiſch**, Cetus, vel à Lat. *Balæna*, & hoc à Gr. φαλὸς, Splendidus, Albus, propter colorem, vel potiùs Wealh, Belg. **Waal**, Peregrinus, Mirabilis q. d. **the Strange fiſh**.

Wharf, Agger Factitius in flumine prominens, à Teut. **Werffen**, Jacere, sc. id quod ultra nativum ripæ ductum ab hominibus est projectum.

Wharl *or* **Whoꝛl**. *Minsh.* deflectit à Teut. **Würtel**, Belg. **Werdel, Woꝛdel**, Verticillum, hoc à **Werdel**, Turbo, Vortex, & simul Verticulum, **Werdelen**, in Orbem vertere. Ego autem mallem cum *Somnero* deducere *ab* AS. Hpeoꝛpa, Verticillum, Verticulum, *a* verb. Hpeoꝛpian, Vertere.

to **Wharl**, literam caninam *R* cum difficultate & stridore quodam efferre, *ab* AS. Hpeoꝛpian, Vertere, Convertere, Fluctuare, Librare, q.d. vocem Contorquere & Erotundare. Potest & non minùs commodè, imò sono propriùs, & eâdem sensûs Analogiâ, deflecti à Belg. **Werdelen**, in Orbem Vertere, vel quod mihi magis probatur à sono.

a **Wharrow** *ſpindle*, vox apud *Gwillim* occurrit pag. 204. **Wharrow** autem, credo, est idem quod *Somner* **Wharle** vel **Wharve** appellat, credo *ab* AS. Hpeoꝛpa, Verticulum, Verticillum, hoc à verb. Hpeoꝛpian, Vertere, Convertere.

What, *ab* AS. Hpæt, Hpæꝛ, Belg. **Wat**, Teut. **Was**, Dan. **Hvad**, Quid. Nec sanè absurdum esset *ab* isto *Quid* deducere.

Wheal, Pustula, parùm deflexo sensu *ab* AS. Walan, Vibices, vel Hpele, Putrefactio, hoc à Hpelan, Putrefacere, vel à Teut. & Belg. **Welle, Walle**, Ebullitio, **Wellen, Wallen**, Fervescere, Ebullire, quia & Vibices sæpe in Pustulas facessunt, ut Pustulæ sæpe putrescunt (i. e.) Suppurantur, & plerumque ex Effervescentia & Ebullitione sanguinis producuntur. Possit & deflecti nostrum **Wheal** à Fr. Th. **Houele**, Collis, Hûmula, Colles; Tumores enim in Cute sunt ut Colles in Terra.

Wheat, *ab* AS. Hpæt, Hpæte, Frumentum, Hpætene, Triticeus Fr. Th. **Vueiz**, Dan. **Hvæde**, Teut. **Weitz, Weytz**, Belg. **Weyde**, Triticum, vel à nom. **White**, quia hic color in Tritico

Unable to display this page

Belg. **Wilchelen, Wiechelen,** Hinnire, C. Br. *Wihi*, vox Hinnientium equorum, Dan. **Hvinner,** Hinnio, omnia à ſono ficta.

Whip, *ab* AS. Þpeop, Geþpipe, Suiop, *Ælfrico* Spipa, Belg. **Swiſpe,** Flagellum, AS. Þpeopan, Belg. **Wippen, Swiſpen,** Flagellare, Flagello cædere.

Whirl, v. **Purl.**

Whirlpool, *ab* AS. Þýrþ-pole, Vorago, hoc à verbo Þýrþan, Þpeoprian, Vertere, Rotare, vel *à* Belg. **Werdel Poel,** Vortex, hoc *à* verbo **Werdelen,** Gyros agere, in Orbem Verſari.

Whirlwind, Teut. **Wirbelwind** vel **Wirwel wind,** Turbo *à* **Wirbeln,** in Gyrum reverti, **Wirbel,** Verticulum Luſorium, Dan. **Hvirler,** Glomero, & inde **Hvirlvind, Hvirvelvind,** Turbo, elegans ſanè vocabulum, q. d. Ventus Glomeratus, ſeu Conglomeratus. Datur & ejuſdem originis **Whirl Pyſeter,** piſcis ab efflandis aquis ſic dictus.

Whirlwozm vel **Whurlwozm,** Meridionalibus Anglis Sphondyle, q. d. Verticillus ſive Convolvulus, v. **Whirl.**

Whirlygig, *à* Teut. **Wirbel** vel **Würbel,** Verticulum ſeu Verticillum Luſorium, hoc *à* verb. **Wirbeln,** in Gyrum reverti & **Gigge,** Inſtrumentum muſicum, ſc. à circumrotatione & Strepero ſono quem edit.

a **Whisk,** Scopula, *à* Dan. **Wisker,** Tergo, Abſtergo, **Wiske,** Flabellum, vel, quod eodem recidit, *à* Teut. **Wiſchen,** Tergere, Detergere, **Wiſch,** Penicillum, Ceſticillus.

a **Whisk,** Epomis linea mulierum, neſcio an quaſi **Whitſe,** hoc *ab* AS. Þpit, Þpita, Albus, additâ ſc. terminatione tralatitiâ AS. *ſc* quod modo ut hîc in *k* ſæpius tamen in *ſh* & *iſh* in hodierno ſermone mutatur, q. d. Veſtis Candida καθ' ἐξοχὴν, & certè de hujus Epomidis candore mulieres valdè ſollicitæ ſunt.

Whisper, *à* Belg. & Teut. **Wiſperen, Wiſpelen,** Teut, **Wiſpeln, Fiſpern,** Suſurrare, Sibilare, Dan. **Hviſker,** Suſurro, Gr. ψιθυρίζω, omnia à ſono ficta.

Whist, It. *Zitto,* Interjectio Silentium imperans, proculdubiò à Dan. **Hwiſter, Hviſter,** Suſurro, **Hviſten,** Muſſitatio.

Whistle, *ab* AS. Þpiſtlan, Wiſtlan, Apiſtlian, Sibilare, Þpiſtle, Wiſtle, Calamus, Fiſtula, Arundo, It. *Fiſchiare,* Hiſp. *Chiſtar,* Belg. **Suyſelen, Suyſen,** Sibilare, Suſurrare, Fr. G. *Siffler,* Teut. **Wiſpeln, Pfiſen, Ziſchen,** Sibilare, Dan. **Hwidtzler, Hwitzler,** Sibilo, **Hvitzel,** Sibilus, q.d. Lat. *Fiſtulare,* omnia à ſono ficta.

Whit, *every* **Whit,** *not a* **Whit,** contr. *ab* AS. Opiht, Apiht, Uht, Opuht, Aliquid, q.d. *a* **Wight,** (i. e.) Creatura quod *vide.*

White, *ab* AS. Þpit, Þpita, Belg. **Wit,** Dan. **Hvid,** Teut. **Weiſs,** Albus, AS. Þpitian, Belg. **Witten,** Teut. **Weiſſen,** Dealbare, Albeſcere.

a **White cob** *or* **Whit cob,** Gr. Κίγκλος, Laro ſimilis avis marina, *à* noſtro **White,** & AS. Cop, Caput, q. d. Gavia Albiceps ſeu λευκοκέφαλος, *vide* **Mew.**

Whither, *ab* Wiſep, Quò.

a **Whiting,** Belg. **Witting, Wittingh,** Teut. **Weiſsling,** Alburnus, Apua piſcis *Rondeletio* Aſellus moſſis; vel, quod, credo, eodem recidit, *à* Dan. **Hvipling,** Albula minor, aliis Aſellus Candidus, *Adr. Jun.* Aſellus mollis, *Ridero* Callarius. Datur & Teut. **Heuting,** Mæna, Halecula, **Weiſſer heuting,** Smaris vel Mæna Candida.

Whitlow, Paronychia, videtur vox Hybrida, *ab* AS. & Angl. vet. fort. & Fr. Th. Wize, Dolor, & Fr. G. *Loup,* Lupus q. d. Lupus Doloroſus. Lupus autem dicitur tum ob Doloris ſævitiam, tum quòd vicinas partes depaſcitur.

Whitſontide, Teut. **Weiſſentag,** (i. e.) Dominica Alba, quia ſc. recens baptizati à Paſchate ad Pentecoſten in Templo albis veſtiti comparuerunt. *Verſtegan, ab* AS. Wieda, Sacer, vel *à* Belg. **Witten, Witthen,** Teut. **Weihen,** Deo Sacrare, Conſecrare, deflectit, q.d. Sacra Dominica, prius tamen mihi probabilius fit, & longè ſimplicius eſt.

Whittel, *ab* AS. Þpitel, Sagum Candidum, quo nomine etiamnum Somerſetenſibus feminis in uſu eſt Palla Candida ob colorem ſic dicta.

Whittle, *ab* AS. Þpitel, Cultellus ſic dictus *à* verbo *to* **Whet,** quia ſc. acutum eſt, vel à manubrij Albedine, ſed prius longè præfero, v. *to* **Whet.**

to **Whizz,** Stridere, vox manifeſtè à ſono ficta, v. **Hiſs.**

Who, *ab* AS. Þa, Þua, Belg. **Wie,** Quis, omnia credo à *Quo* Ablativo.

Whole, *ab* AS. Walȝ, Wallȝ, Hal, Belg. **Heel**, **Geheel**, Al, Integer. Alludunt sanè quàm felicissimè Gr. Ὅλος, Totus, Integer, & Ὑγιὴς, Sanus.

Wholesome, *à* Belg. **Heelsam**, Teut. **Heylsam**, Salutaris, utr. *ab* AS. Hælo, Hælu, Hæl, Teut. **Heyl**, Salus, AS. Hale, Belg. **Heel**, Sanus.

the **Whoodings**, vox Naut. credo idem quod *the* **Hoodings**.

Whoop, v. **Hoop**.

Whore, *ab* AS. Hure, Honcpena, Belg. **Hoere**, Teut. **Hur**, **Hure**, Dan. **Hore**, Meretrix, Scortum, Prostibulum, AS. Hunesom, Scortatio, Belg. **Hoeren**, Teut. **Huren**, Scortari, Belg. **Hoerenhuys**, Lupanar, **Hoersch**, Meretricius. *Verstegan* optimè deflectit *ab* AS. Hýnan, Hynian, Belg. **Hueren**, Conducere, q.d. mulier Conductitia, prorsus ut *Meretrix* à pretium *Merendo*, ut Gr. πόρνη à πέρνημι, πιπράω, Vendo. Alludit Gr. χοῖρος, Porcus seu Pudendum muliebre. *Mer. Cas.* deducit à Κόρη. Felicissimè etiam alludunt, ut rectè monet *Camdenus*, sed tantum Alludunt Gr. Ὄαρες, Lusus Venerei, & Gr. Barb. Κυρὰ, pro ant. Κυρία, Domina.

Whorlbat, idem quod **Hurlbat**, (i. e.) Later seu Discus qui in alium jacitur, v. **Hurl**; **Bat** autem tum in hac voce tum in **Hazlebat**, à Fr. G. *Batre*, Lat. ant. *Batuere* ortum ducit, cujus ejusdem originis est & AS. Bat, Batt, Fustis, Baculus, v. **Hurl**.

Whortle *berries*, seu, ut *Somner* scribit, **Hirtle** *berries*, *ab* AS. Heopt Beman, Benghen, q. d. **Heart** *berries*, nobis Vaccinia, seu Baccæ vitis Idææ quod malè *Somner* Mora exponit, fort. vel quòd figurâ cor referre viderentur, quod tamen mihi non videtur, vel quòd peculiariter cordi prodesse crederentur. Hæc Vaccinia videntur eadem esse quæ nostri Fæciales **Heurts**, Galli *Heurtes*, appellitant, v. **Berry**.

Whose, v. **Who**.

Why, *ab* AS. Hpi, Hpỳȝ, Forhpý, Fr. G. *Quoy*, Quare, nescio an à Lat. *Quei*.

Wich, unde tot terminationes nominum Oppidorum & Pagorum, *ab* AS. Wic, Wice, Belg. **Wick**, Dan. **Wick**, Sinus, Ripa seu Littus Sinuosum, hoc à verb. **Wicken**, Teut. **Weichen**. Cedere, Recedere, Divertere, vel potiùs *ab* AS. Wic, Belg. **Wick**, Castellum, Propugnaculum, Regio, Tractus, Jurisdictio, Territorium, Vicus, Quadrivium, Fr. Th. **Wick**, Mansio vel Statio, AS. Wician, Habitare, Manere, Appellere, navem in Portum Subducere, AS. autem Wic, & Belg. & Fr. Th. **Wick**, non incommodè declinari possent à Lat. *Vicus*. *Fr. Jun.* tamen more suo deducit à Gr. Ὑγιὴς.

Wicked, Impius vel *ab* AS. Wicce, Venefica, Wiccian, Incantare, q. d. **Bewitched**, vel Impius instar Veneficæ, vel *ab* AS. Wæcean, Gepæcean, Premere, Opprimere, Affligere, quia nihil Impio miserius, vel à Wiȝend, Wiȝendman, homo Militaris, Miles, quia nulla fides pietásque viris qui castra sequuntur, vel à Wipian, Wipȝean, Maledicere, unde part. Wipȝed, q. d. *Maledictus*, vel à Weced, Wiced, *Camdeno* Sinuosus, hoc est Dolosus, ut quem per mille strophas huc illuc se versantem vix assequi possis; vel, quod reliquis etiam simplicius videtur, à Lat. *Vitiatus*.

Wicker, à Dan. **Vigge**, Vimen, utr. à Teut. **Wickeln**, Obvolvere, Glomerare, quia sc. ex intertexto & quasi Glomerato Vitili conficitur.

a **Wicket**, à Fr. G. *Guichet*, Belg. **Wicket**, **Winckel**, parva Janua.

Widdle Waddle, *to go* **Widdle Waddle**, à Teut. **Wickel Wackel geben**, (i.e.) Anatum more Vacillando incedere, v. **Wag** & **Waddle**.

Wide, *ab* AS. Wide, Wid, Belg. **Wijd**, Teut. **Weit**, Dan. **Vid**, Amplus, Latus, Belg. **Wijden**, Teut. **Weiten**, Ampliare, Dilatare, Fr. Th. **Wide**, Latè.

a **Widging**, quibusdam Penelops ex Anatum genere, *Ridero* Glaucea, nescio an *ab* AS. Wiȝend vel Wiȝend, Pugnax q.d. Avis Pugnax.

Widow, *ab* AS. Widpa, C. Br. *Cweddw*, Belg. **Weduwe**, Teut. & Belg. **Wittwe**, Fr. G. *Vefve*, Hisp. *Binda*, It. *Vedova*, omnia à Lat. *Vidua* quasi *Dividua*, (i.e.) à conjuge Divisa, hinc AS. Widepanhade, nobis **Widow-hood**, Viduitas, & **Widower**, Belg. **Weduwer**, Viduus, sc. à dicto **Widow** & **Wer**, Vir.

to **Wield**, *ab* AS. Wealdan, Wealdan, Præesse, Regere, Gubernare, Teut. **Walten**, Regere, Dirigere, Curare, Curam, gerere, **Gewalt**, Potentia, **Gewaltig**, Potens, hæc à Fr. Th. **Gewalt**, Potestas. Occurrit & in *Gl. Lipsi.* **Waldan**, Dominari.

Wife, *ab* AS. Wip, Fr. Th. **Wuip**, Ràn. Dan. **Wif**, Belg. **Wijf**, **Wijve**, Teut. **Weib**, Femina, Uxor, AS. Wipian, Belg. **Wijven**, Uxorem ducere. *Fr. Jun.* Belg. **Wijf**, deflectit *à* Gr. γυνὴ, Coire, συνοικεῖν, ut Mulier *à* μύλλειν, γαμμάζειν. Longè propriùs, & non minùs castè, possem deducere *à* nostro **Swive**.

Wight, *ab* AS. Wihr, Fr. Th. **Waight**, Creatura, Animal.

Wild, *ab* AS. Wild, Wilda, Belg. & Teut. **Wild**, **Wilt**, Dan. **Vild**, Indomitus, Ferus, Sylvester, AS. Apilban, Sylvescere, Teut. **Wildnüss** nobis **Wilderness**, Eremus. *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Ἀλάω, impotenter ex levi causa Efferor, Exulto, Superbio.

Wilderness, v. **Wild**.

Wilding, *à* Belg. **Wildeling**, q. d. Pomum Agreste ab Austeritate sic dictum.

Wile, v. **Guile**. Nostrum **Wily** *Mer. Cas.* deflectit *à* Gr. Ἀνὴρ, Ἀνολέμιος.

Wilk, vox Littori Lincoln. usitatissima, *ab* AS. Wealc, Cochlea marina, Limax marinus, *Higgin.* τρόχος, τροχίλος, Turbo, Cochlea marina, quo olim ad buccinandum utebantur, hoc *à* verbo Wealcan, Volvere, Revolvere, quia sc. ejus testa in orbem, spiræ in modum, contorquetur.

Will, *ab* AS. Willa, Belg. & Teut. **Wille**, Dan. Wille, Fr. G. *Vueil*, Voluntas, Fr. Th. **ned Gnemo Wuillan**, secundùm ejus Voluntatem, AS. Willan, Belg. & Teut. **Willen**, Fr. G. *Vouloir*, Velle, Dan. **Jeg Vil**, Volo, AS. Wilnian, Teut. **Wollen**, Desiderare, Cupere, omnia *à* Lat. *Volo*, & hoc *à* Gr. obs. Βέλω, Βέλομαι.

Wilful, Contumax, Pervicax, Cervicosus, Ἀντιτύπων, ἰσχυτύπων, elegans sanè vox, q. d. Voluntati & Libidini suæ prorsus addictus insuper habitâ ratione v. **Will** & **Full**.

Willow, *ab* AS. Welie, Weligc, Belg. **Willighe**, **Wilghe**, Teut. **Weide**, **Weiden-baum**, Salix.

Wimble, *à* Belg. vet. **Wimpel**; Sicambrico & Germano-Saxonico rec. **Weme**, Terebra, **Wemelen**, Terebrare, Circumversare, Circumagere, Circumagi, Palpitare.

Wimple, *à* Fr. G. *Guimple*, Belg. **Wimpel**, *Kiliano* Velum, Velamen, Flammeum. *Menag.* in 2^dis Add. *à* Lat. *Vinculum* deflectit. Mallem *ab Umbella*, quia sc. faciem obtegit & obumbrat.

Win, *ab* AS. Winnan, Belg. **Winnen**, **Verwinnen**, Vincere, Superare, Laborare, Lucrari, Dan. **Vinder**, Lucrifacio, Lucror, credo omnia *à* Lat. *Vincere*.

Wince, Calcitare instar equi, nescio an, parùm deflexo sensu, *à* Teut. **Wincken**, **Wancken**, Vacillare, Titubare, vel **winseln**, dolenter Obvagire, Obvagulari, item Clamitare præ gaudio, interim corpus variè motitando, vel *ab* AS. Windan, Torquere, q. d. huc illuc se Torquere vel Convertere.

to **Winch**, *à* Fr. G. *Guincher*, Contorquere, est autem vox Textorum propria.

Wind, *ab* AS. Windan, Apindan, Belg. & Teut. **Winden**, Torquere, Contorquere, Implicare, Glomerare, Intexere, Dan. **Vinder**, Glomero, It. etiam *Gnindolare*, sericum Glomerare, AS. Wunden, Belg. & Teut. **Gewonden**, Textus, Glomeratus, Plexus, Tortus, Fr. Th. **Guintan**, Flectere, AS. Bepunden, Involutus, Circumligatus. Datur & Fr. G. *Guindre*, Girgillus, & in *Gl. Lipsi.* **Wanda**, *Sindon* Funebris *a* **Winding sheet**.

Wind, *ab* AS. & Germ. utr. Wins, Dan. **Vind**, Fr. G. *Vent*, omnia *à* Lat. *Ventus*.

Windgalls, It. *Galle*, *Gallozze*, pl. Morbus equorum, q. d. Intertrimenta Ventosa seu Flatulenta, *vide to* **Gall**.

Windlass, vox Nautica. Sic autem appellatur Machina quædam Lignea quâ nautæ anchoras sustollunt, *à* Belg. **Winden**, Fr. G. *Guinder*, Sursum tollere, etiam Volvere, Obvolvere, Contorquere; quia sc. Machina ista rudentibus circumvolvitur.

Windle, *yarn* **Windle**, Fr. G. *Devidoir*, Lat. *Alabrum*, v. *to* **Wind**.

Window, Fenestra, melius efferunt Linc. agri incolæ **Windoze**, q. d. Venti Janua, v. **Wind** & **Doze**. Si tamen Londinensem pronunciationem **Window**, defendere liberet, possem immediatè deflectere *à* Dan. **Vindue**, Fenestra.

Wine, *ab* AS. Win, Belg. **Wijn**, Teut. **Wein**, Fr. Th. **Wuin**, C. Br. *Gwin*, omnia *à* Lat. *Vinum*, & hoc fort. *à* Gr. Οἶνος,

Rotundius cum Æolico digamma pronunciato, *Fr. Jun.* *ab* ἴυγξ, immediatè deflectit. Nollem deducere *ab* AS. & Fr. Th. **Wine**, Dilectus, quasi nos Angli, Germani, & aliæ cognatæ gentes Vino maximè addicti essemus. Absit, nos Abstemij sumus.

Wing, *ab* AS. Gehpinʒ, Dan. **Vinge**, Ala, Pinnaculum, Angulus. *Minsh.* deflectit à Belg. **Winden**, Intorquere, Intorquendo elevare. Mallem à Lat. *Pinna.*

Wink, *ab* AS. Wincian, Belg. & Teut. **Wincken**, Belg. **Wencken**, Nictare Connivere, Nuere, **Winck**, Nutus, Belg. **Quincken**, Micare, Motitare, dubio & tremulo motu ferri. Datur & Hisp. *Guinnar*, Annuere, Nictare ejusdem originis.

Winnow, *ab* AS. Wynðnian, Belg. & Teut. **Wannen**, Ventilare, Vanno excutere, q. d. *Vannare*, manifestè à Lat. *Vannus.*

Winter, *ab* AS. Belg. & Teut. Winter, Dan. **Vinter**, Hyems, Belg. & Teut. **Winteren**, Hyemare, omnio procul dubiò à **Wind**, Ventus, quia sc. illa tempestas maximè omnium Ventis sævit.

a **Wipe**, Vannellus avis, *ab* AS. Spipe, Geʒpipe, Tribulum, Vannus, Flagrum, sic dicta tum Lat. tum Angl. quia crebrâ & forti latissimarum alarum expansione & contractione Vannum refert.

to **Wipe**, *ab* AS. Wipan, Wiþian, Tergere, Detergere, nescio an à nom. Spipe, Geʒpipe, Flagrum, Tribulum, & fort., translato sensu, Scopa, Scopa enim Flagro similis est.

Wire, Metallum netum, nescio an à *Gyrando*, quia sc. cùm in tenuia fila diducitur, aliis operibus circumduci & circumplicari potest; vel, quod eodem redit, sed tamen verisimilius est, ἀείρειν à Fr. G. *Virer*, Circumducere, Circumrotare, Circumgyrare.

Wise, *ab* AS. Wiʒ, Wiʒe, Wiova, Belg. **Wijs**, Teut. **Weiʒe Weise**, **Weiser**, Dan. **Viis**, Sapiens, Prudens, AS. Wiʒdom, Dan. **Viisdom**, Prudentia, Sapientia, omnia à verbo AS. Witan, Belg. **Weten**, Teut. **Weissen**, Scire, hæc fort. à Belg. **Wijsen**, Teut. **Weisen**, Ostendere, a **Wiseman** etiam pro Divino usurpatur, ut & Belg. **Wijsseggher**, verbatim qui Sapienter loquitur. *Fr. Jun.* Belg. **Wijs** deflectit à Gr. ἴσος, addito Digamma Æolico, v. **Wit.**

Wise, *ab* AS. Wiʒe, Belg. **Wijse**, **Gewijse**, **Ghijse**, Fr. G. *Guise*, It. *Guisa*, Teut. **Weise**, Modus, Forma, nescio an à Fr. Th. **Wijsen**, Instruere, Teut. **Weisen**, Monstrare, v. **Guise.**

Wiseacker, pro Stulto vulgò usurpatur, à Belg. **Wijs-seggher**, Divinus, Ariolus, per Ironiam ut ubi de stulto dicimus, *I never took him for a* **Witch.**

Wish, *ab* AS. Wiʒcian, Geʒiʒcian, Belg. **Wenschen**, Teut. **Wünschen**, **Wündschen**, Fr. Th. **Vunûnscan**, Optare, Belg. **Wensch**, Teut. **Wünsch**, Optatum. *Mer. Cas.* deflectit à Gr. Ἐυχεμαι.

Wisne, **Wizzend**, *ab* AS. Weoꝛnian, Foꝛꝛeoꝛnian, Tabescere, Marcescere.

Wisp, Scopula, à Belg. **Ghijsp**, Flagellum, Lorum, **Quispel**, Aspergillum, **Wisch**, Penicillum, **Wisse**, Vimen, Belg. **Wisschen**, Teut. **Wischen**, Tergere.

Wist, *ab* AS. Wiʒtan, Cognoscere, Belg. & Teut. **Bewust**, **Bewüst**, Conscius.

Wit, to **Wit**, *ab* AS. Witan, Belg. **Weten**, Teut. **Wissen**, Scire, hinc **Gewit**, Sensus. *Mer. Cas.* deflectit à Gr. Εἶδω, *Hesychio* ϙείνειν. Mallem ἀείρειν AS. Witan deducere à Lat. *Video*, & hoc præmisso more Æolum digamma à Gr. Ἔιδω, ϙείδω, v. **Wise.**

Witch, *ab* AS. Wicce, Venefica, *Ælfrico* Wicca, Ariolus, Wiʒlian, Incantare, Wienian, Hariolari, Vaticinari. *Minsh.* & *Kilianus* dictum putant à verbo Belg. **Wichelen**, **Wiechelen**, Hinnire, & ex Hinnitu Divinare quod Germanis solenne fuit, teste *Tacito*, unde **Wichelaer**, Augur, Divinus, **Wichelrije**, Divinatio, v. **Wiþinnp.** *Salmasius* autem feminas ἀνόρους, (i.e.) duabus pupillis præditas antiquis Latinis Bituas vocatas esse testatur, tales autem omnes Veneficæ & Fascinatrices habitæ sunt, *vide* Not. in Sol. pag. 875.

Witchen, vox quæ mihi apud solum *Markhamum* libro de arte Aucuparia occurrit, nescio an (nam certè planè in tenebris palpo) *ab* AS. Wicce, Saga, Venefica, Pythonissa, sc. arbor cujus foliis vel ramis Sagæ in profanis suis sacris uti creduntur, vel à Teut. **Weide**, Salix, Vimen.

With, *ab* AS. Wiþ, Dan. **Ved**, Cum.

With, in Compositione Contra significat, *ab* AS. Wiþ, Wiþep, Teut. **Wider**, Belg. **Weder**, Contra. Exemplahabes infra in **Withdraw**, **Withhold**, **Withstand**, & multis aliis.

Withdraw, Subtrahere, Subducere; non, ut primâ facie videri possit, *à* nostro **With**, Cum, sed *à* Præp. AS. Wiþ, Wiþep, Contra, & Dpagan, Trahere.

Wither, *ab* AS. Gepýþepoð, Aridus, Marcidus, Wýðepu, Ariditas, Marcor, fort. *ab* AS. Wiðep, Contra, ut de re Contabescente hodiéque dicimus *it* **goes backwards**. Doct. *Th. H.* dictum putat quasi **Weather'd**, (i. e.) Aeris injuriis corruptus.

the **Withers** *of a horse*, Articulatio Humeri, nescio an *à* Belg. **Wilde**, **Wilde**, Teut. **Welde**, Salex, Vimen, fortasse *à Viminea* hujus articuli flexibilitate.

Within, *ab* AS. Wiðinnan, Intus.

Withhold, Detinere, *ab* AS. Wiþ, Contra, & **Hold** quod *vide*.

Without, *ab* AS. Wiðutan, Extrà.

Withstand, Resistere, *ab* AS. Wiþ, Contra & Stand, q. d. Contrà Stare, omnino ut It. *Contrastare*, Opponere, *à Contra* & *Stare*.

Withy, *ab* AS. Wiðig, Salix, Wiðe, Restis, Vinculum, Pedica, præsertim ex ramis Salignis simul tortis, Teut. **Welde**, Salix, **Wid**, Vinculum item Vimen, Vinculum seu Virga salicis, Belg. vet. **Wede**, Salix, & Vimen, fort. omnia *à* Lat. *Vitilis*, & hoc *ab* ant. *Veo*, Vincio.

Witness, *ab* AS. Wicneſſe, Gepicneſſe, Fr. Th. **Gewizneſſe**, Testis, Testimonium, vel *ab* AS. Wican, Belg. **Weten**, Teut. **Weiſſen**, Nôsse, vel *à* Belg. **Wiſſen**, Teut. **Weiſen**, Ostendere, Indicare, Testis enim Notam facit & ostendit veritatem. Occurrit & in *Gl. Lipſ.* **Gewitnyſſa**, Testimonia, item **Gewitſcype**, & Belg. vet. **Gewitſcopt**. Datur & Dan. **Vidner**, Testor, Attestor, omnia ejusdem tribûs.

Witol, *ab* AS. Witol, Sciens, Conscius, qui sc. violati ab uxore conjugalis lecti conscius est & tamen dissimulat, v. **Wit** & **Wot**.

Witting, Sciens, Conscius, *vide to* **Wit**.

Witty, **Wit**, illud *ab* AS. Wicciz, Wiziz, Belg. **Wittigh**, Sapiens, Sciens, Peritus, Prudens, hoc *ab* AS. Wic, Gepic, Intellectus, Ingenium, Teut. **Witz**, Belg. **Wete**, **Witte**, **Witte**, Ratio, Mens, Intellectus, Prudentia, Sapientia, Scientia. Occurrit & in *Gl. Lipſ.* **Gewitti**, Scientia. Belg. **Weten**, **Witten**, Teut. **Wiſſen**, Scire, Intelligere.

Wittwall vel **Woodwall**, *Ridero* Vireo, Chlorion, Galbula avis, sic dicta quia parietes & Muros frequentat, v. *to* **Wit** & **Wall**.

Wivern, vox Fæcialium, nescio an *à* Lat. *Viverra*, certè *à Morgano* inter animalia recensetur, sed sine ulla explicatione. *Gwillim* exponit animal alis & pedibus volucri, caudâ autem & reliquo corpore Serpenti simile, v. *Gwillim* pag. 182. Secundùm igitur *Gwillimi* expositionem possit deflecti *à* Lat. *Vipera*, q.d. Vipera Alata (i. e.) Serpens Alatus, Draco.

Wizard, Magus, *à* **Wiſe**; tales enim soli apud Chaldæos, Persas & multas alias nationes Sapientes habiti sunt, & etiamnum tales impostores *à* vulgo nostro **Wiſemen**, appellitantur.

Wo, *ab* AS. Wa, Wæ, Dolor, Waa, Molestus, Wo, Error, on Won, in Perditionem, Belg. **Wee**, Teut. **Weh**, **Wehe**, Dan. **Vee**, Dolor, It. *Guai*, omnia à Lat. *Væ*, & hoc *à* Gr. *ἰαὶ*.

Woad, *ab* AS. Wad, Belg. **Wedde**, **Weed**, **Weede**, **Weet**, Fr. G. *Guede*, It. *Guado*, *Gualdo*, Hisp. *Gualda*, Teut. **Weid**, Glastum, omnia vet. Gall. seu Br. originis; teste enim Plinio, hæc planta *Guastum* vel *Guasdum*, olim Gallis vocata est, quâ Britannæ mulieres totum corpus, in quibusdam sacris obleverunt, *vide Salmas.* in Sol. p. 254.

Wold, *ab* AS. Wold, locus Sylvæ expers, Montes seu Colles, *ἄυλοι*. *Verstegan* autem contrà omnia hæc loca olim sylvis consita fuisse autumat, nunc autem consumtis & extirpatis arboribus adhuc pristinum nomen retinere, cujus conjecturæ sanè favet, quòd Sylva seu Nemus Belg. **Woud**, Teut. **Wald** appellatur, & Lignum nobis **Wood** dicitur, *vide* **Wald** & **Wood**. Sin controversiam hanc malis vitare, possis deflectere *à* Teut. **Od**, **Oede**, **Od**, Desertus.

Wolf, *ab* AS. Wulf, Dan. **Ulff**, Belg. **Wolf**, Teut. **Wolff**, Lupus, AS. Wulfeſ-Feſt vel Fiſt, Crepitus Lupi. Credo *à* verbo *to* **Yelp**, sc. ab ululatu, v. **Yelp**.

Woman, *ab* AS Wiman, Wimman, Mulier, hoc Doct. *Th. H. ἰυσέχως*, ut solet, deflectit *ab* AS. Wif, Mulier & Man, Homo, q. d. Homo Femina.

Possit & non absurdè deduci *à* **Womb** & **Man**, q. d. Homo Uteratus seu Utero præditus. Sed prius Etymon longè præfero, tum quòd Anglo-Saxones per *i* non *o* olim scripserunt, tum quòd nos etiamnum n. pl. **Wimmen** efferimus, licèt **Women** scribamus.

Womb, *ab* AS. Wamb, Fr. Th. **Wuamba** & **Wunamba**, Alvus, Uterus, Venter, **van Wuambon**, de Utero *Gl. Lipſ.* **Wambon**, Utero.

Wonder, *ab* AS. Wundop, Belg. **Wonder**, Teut. **Wunder**, Miraculum, AS. Wundepfull, Mirabilis, Wundpian, Belg. **Wonderen**, Teut. **Wundern**, Mirari, Dan. **Undzer**, Miror, AS. Wulbop, Gloria.

Wong, v. **Wang**.

Wont, *ab* AS. Wunian, Apunian, Gepunian, Belg. **Ghewoonen**, **Ghewennen**, Teut. **Gewöhnen**, **Gewehnen**, Assuescere, Consuescere, Assuefacere, Belg. **Ghewoont zijn**, Solere, Assuetum esse, AS. Gepuna, Belg. **Woonte**, **Ghewoonte**, Consuetudo, Teut. **Gewohnt**, **Gewöhnt**, Assuetus, Dan. **Vant**, Consuetus, Solitus. Datur & AS. Wunian, Gepunian, Belg. **Woonen**, Teut. **Wonen**, **Wohnen**, Habitare, unde nostrum **where Wun you**, (i. e.) ubi Habitas? Ubi Soles? Ubi Frequentas?

Woe, *ab* AS. Apogob, Ambita, Procis Petita, Wogepe, Procus. *Minſh.* deflectit *à* Belg. **Woude**, Vellem; sed, ni fallor, ingeniosùs quàm verius; nam ex illo Part. Apogob, tantùm non certum est fuisse etiam verb. Wogan, Ambire, licèt *à Somnero* omissum.

Wood, *ab* AS. Wube, Wealb, Belg. **Woud**, Teut. **Wald**, Sylva, Dan. **Weed**, Lignum, hoc *Fr. Jun.* deflectit *ab* Æolico Ϝαλσ pro Αλσ, Lucus. *Mer. Caſ.* AS. Wealb, deducit *à* Gr. Ϝαλ.

Wood, *ab* AS. Wob, Demens, Insanus, Belg. **Woed**, **Woede**, Rabies, Furor, **Woeden**, Teut. **Wüten**, AS. Wedan, Insanire, Aped, Insanus, hinc nomen Dei **Woden**, q. d. Deus Insanus, qui Deus Bellicosus, *Wormio Odinus*, dicitur, & Romani Marti respondet, v. **Wednesday**. Satis feliciter allùdit Gr. Ὀϊνω, Ὀϊνομαι, Irascor.

Woodbind, *ab* AS. Wud-Binde, quod perperam redditur Terebinthus. Est autem revera Caprifolium, & sic dicitur, quia ob flexibilitatem est arbor pergulis arboreis valdè idonea, eâsque instar Vinculi aut fasciæ ambit & obumbrat. Non absurdè tamen *Ælfrico*, & fortean pro more loquendi tunc usitato, Wudebinde Hedera exponitur, hæc enim etiam fasciæ instar arbores amplectitur.

Woodcock, *ab* AS. Wudu-Coc, q.d. Gallus Sylvester, Gallinago, quia sc. Sylvis maximè gaudet, v. **Wood** & **Cock**.

Woodpecker, *Picus Martius*, sic dictus quia rostro arbores tundit, scindit & excavat, v. **Peck** & **Wash**. Eâdem ratione dicitur Græcè πελεκᾶν παρὰ τὸ πελεκᾶν, quia tanquam securi secat & dolat arbores, item Δενδροκολάπτης παρὰ τὸ κολάπτειν τὰ δένδρα.

Wood-Snipe, *ab* AS. Wudu-Snite, Carduelis, v. **Snipe**.

Dunce-down, Typha, *à* Belg. **Donse**, **Donst**, Lanugo, à Lanugine sc. seu Tomento quam in capitulis suis gerit.

Dwale, Solanum Maniacum, seu potiùs Lethale, fort. *ab* AS. Dpelian, Seducere, quia Phantasiam turbat, & mente movet.

E.

EArth-apple, *ab* AS. voce Eopð-æppel, apud *Ælfricum*, quod exp. Mandragoras, quia sc. ejus pomum juxtam terram crescit.

Earth-nut, Bolbocastanon, vulgò Nucula terrestris, quia radix hæc sapore nucem refert.

Eglantine, v. Et. Gen.

Eldar, v. Et. Gen.

Elle-Campane, corruptum *ab Enula* seu *Inula Campana*, & hoc fort. à Gr. Ἑλένιον, vel *ab Helena Menelai*, vel *ab* alia ejus nominis muliere Inventrice sic dictum, *Inula* autem apud Virgilium in Moreto occurrit.

Elm, v. Et. Gen.

Emrose, hoc nomine, ni fallor, hortulani corruptè anemonas vocant, q. d. *Rosa Anemones*.

Endive, v. Et. Gen.

Ers-bitter-Vetch, meliùs, ni fallor, **Arch-bitter-Vetch**, (i.e.) Vicia valdè Amara: **Ertz** autem Teut. idem quod nobis **Arch** sonat, ut in **Ertz-bischeff**, **Ertz-hertzog**, &c. apparet.

life **Everlasting**, vel Gnaphalium Americanum, vel Planta Animalis Americana, vel Arbor Vitæ, sic dicta fort. à foliorum Perennitate.

Eybright, Euphrasia, Teut. **Augen-trost**, Belg. **Oogben Troost**, (i.e.) Solatium oculorum, sic dicta quia optimum est oxydorcicon, & visum eximiè acuit.

F.

FAcelets, credo corr. *à* Lat. *Phaseolus*.

Fea-berries, seu **Min-berries**, Lat. Barb. Uva Crispa seu Grossularia, nescio an sic dicta *ab* AS. Fean, Gepean, Gaudere, q. d. baccæ tum aspectu tum esu jucundæ.

*Princes-***Feather**, Amaranthus seu potiùs Amarantus, sic dictus, quia ob longitudinem & insignem colorem instar plumæ in pileo gestari potest.

Feather-top-grass, gramen Tomentosum Arundinaceum, sic dictum, quia ejus capitula paleaceis & lanuginosis spicis plumam satis graphicè referunt.

Feltwort, Gentiana, sic dicta, vel quòd *Fel*, (i.e.) Bilem intensâ Amaritudine referat, vel quòd *Fellis* obstructiones aperiat. Sed prius Etymon longè præfero.

Fen-berries, baccæ Vaccinij Palustris, quæ sc. in Paludibus crescunt.

Fennel, v. Et. Gen.

Scorching **Fennel**, Thapsia, sic dicta à magna Fœniculi similitudine, & valdè adurenti seminum sapore.

Fern, v. Et. Gen.

Fetch, v. Et. Gen.

Feverfew, *Ælfrico* Fepep-fuge, credo mendosè pro Fepep-fuge, Parthenium, Matricaria herba, *à* Lat. *Febrifuga*, ob vim sc. Febrifugam sic dicta.

Fig, v. Et. Gen.

Fig-wort, Scrofularia, quia sc. ad Ficus (i.e.) Marisca confert.

Filbert, v. Et. Gen.

Firr, v. Et. Gen.

Fitch-nuts, Gr. Πισάκια & φισάκια.

Fitchling, pro **Fetchling**; Onobrychis; Viciæ species, q.d. Viciola (i.e.) parva Vicia, **ling** enim minuit.

Flax, v. Et. Gen.

toads **Flax** *or* **Flax-weed**, Linaria, sic dicta fort. tum à Lini similitudine, tum quòd Bufones ejus esu delectantur.

Flea-bane, Conyza, sic dicta, vel quia Viscositate suâ Culices capit, vel potiùs quia suffitu Culices enecat.

Flea-wort, ut Gr. Ψύλλιον, (i.e.) herba Pulicaris seu Pulicaria, fort. quia

Pulices

Pulices suffitu occidit, vel potiùs quòd semina tum colore, tum figurâ, & exilitate Pulices exactè referant.

Flix-weed, Sophia Chirurgorum, sic dicta quia ad fluxus alvi Dysentericos valdè efficax est.

Float-grass, q. d. **Flood-grass**, gramen Fluviatile, sic dictum, quia in fluviis crescit: vel, si malles, quia folia ejus oblonga in aqua fluitant & fluctuant, *because it* **Floats** *on the water*.

Flozmer, vel potiùs **Flozamor**, Amaranthus, seu potiùs Amaranti Flores elegantissimi, qui ob pulchritudinem Fr. G. *Fleurs d'Amour*, (i.e.) Flores Amoris appellantur.

Flower-Gentle, Flores Amaranti, vel sic dicti quasi **Gentle Flowers**, (i.e.) Flores Amæni & Elegantes, vel quia molles & læves tactu sunt, quâ ratione etiam **Velvet-flowers**, appellantur.

Flower-de-Luce, v. **Flower**, in Et. Gen.

Flower of the Sun, Flos Solis, sic dictus tum quia colore Rufo flammam, tum quia magnâ in orbem Expansione Solem repræsentat.

*little sun-*Flower, Chamæcistus, seu potiùs ejus Flores, sic dicti tum à colore Luteo & ferè Flammeo, tum à figura orbiculari.

Flower-Velour, Flores Amaranti, Fr. G. *Passe-Velours* vel *Fleur-Velours*, It. *Fior Velluto*, (i. e.) **Velvet Flower**, quia sc. mollitie & lævitate Holosericum hirsutum seu Villosum refert.

Flowk-wort, vox agro Norfolc. usitata, Cotyledon palustris. Nescio an à Belg. **Flugbs**, Teut. **Flugs**, Celer, Festinus, quia sc. fort. Celeriter Excrescit; **Wort** autem Plantam notat. Vel potiùs à Lat. *Fluctus*, & **Wort**, quia sc. in Aquis crescit, sed neutrum satisfacit.

Fluellin, Veronica Femina, fort. *à Leolino* aliquo Cambro-Britanno ejus inventore.

Fly-bane, (i.e.) Muscarum Pernicies, v. **Catch-fly**.

Fole-bit, fort. sic dictum quia Pulli seu Equi ejus esu delectantur.

Fole-foot, v. **Colts-foot**.

Forget-me-not, Chamæpitys, verbatim ne Obliviscaris mei, sic dicta ab eximiis virtutibus quibus tum adversùs Arthritim, tum adversus alios morbos pollet.

Fox-glove, AS. Foxes-Glope, Digitalis, ab aliqua sc. similitudine florum & Digitalis Sutorij, seu potiùs Digitorum Chirothecæ.

Fox-tail-grass, ut Gr. Ἀλωπεκουρος, à similitudine Caudæ Vulpinæ sc. in Spica.

Frambois, à Fr. G. *Framboise*, Rubus Idæus & ejus Baccæ.

Fresh-water-Soldier, ut Gr. Stratiotes Aizoides, à colore foliorum Hastiformi, & quia in aquis salis expertibus crescit.

Friers-Cowle, Arisarum Longifolium, ab aliqua foliorum & Cucullæ Monachalis similitudine.

Friers-Crown, Cardui species, sic dicta, quia capitulis suis Rasa Fratrum, præsertim Franciscanorum, capita aliquo modo refert.

Friers-piss, (i.e.) **Urin-wort**, Hirculus, Nardus fœtida, sic dicta ab odore ingrato Urinæ simili.

Frog-bit, etiam Lat. Herbariis Morsus Ranæ dicta, magis propriè Nymphæa alba minima, hoc nominis adepta est quia Ranas eâ pasci creditur.

Frog *or* **Toad-grass**, gramen Junceum parvum seu Holosteum *Matthioli*, fort. ob eandem rationem, vel quia in fossis stagnantibus (i.e.) inter Ranas & Bufones qui istiusmodi fossas frequentant crescit.

small **Frog-Lettice**, Tribulus Aquaticus minor Muscatellæ floribus.

Fullers-teasel, Virga Pastoris, Dipsacus seu Carduus Fullonum, sic dictus quia Fullones ejus capitulis ad poliendum pannum utuntur.

Fumiterry, Fumaria, Gr. Καπνὸς, q.d. Fumus terræ, ab Adusto sc. & Fumoso sapore sic dicta.

Furze, v. Et. Gen.

Fuzballs, quasi **Foist** *or* **Feist balls**, Fungi species, Lat. Fungus Ovatus, item Orbicularis & Lupi Crepitus, unde **Fuzzy**, dicimus corpus Fungosum & **Leye**, v. **Feist** in Et. Gen.

G.

GAlingale, Cyperus Odoratus vulgaris, proculdubiò corr. *à Galanga* cui affinis est.

Gall, Lat. Barb. Galla, fructus quercuum aliquarum: Nescio an sic dictæ *à* Teut. **Gâul**, **Gâl**, Flavus, quia sc. colore aliquantùm ad Luteum accedunt.

Gallant, Anemone, sic dicta ob eximiam florum pulchritudinem, v. **Gallant**, in Et. Gen.

Galle, vel **Gale**, herba, *ab* AS. Gagel, Belg. **Gaghel**, Myrtus Brabantica, Oxymyrsine.

Gallow-grass, Cannabis, q. d. gramen Furcarium, quia sc. ad Funes texendos, quibus fures suspenduntur, utilis est.

Gander-golles, Orchis Palmata Pratensis major, nescio an *à* nostro **Gander** & **Gos**, AS. Geopyt, Erica, à nescio qua Ericæ similitudine, & quia Anseres fort. ejus esu delectantur.

Gang-flower, seu **Rogation-flower**, Polygala, Dodonæo etiam Flos Ambarvalis sic dictus, quia plerumque Septimanâ Ambarvalium, quæ nobis **Gang** vel **Rogation-week** dicitur, floret.

sea **Garland**, Opuntia marina, sic dicta ab aliqua Globulorum radicis & Corollæ seu florum in Serto similitudine.

Garlick, v. Et. Gen.

Gatter-tree, Cornus, v. **Gaitere-berries**, in Et. Voc. Ant.

the **Gelder-Rose**, Sambucus Rosea, quia sc. ex Geldria huc translata est, & Rosam aliquo modo refert.

Gelsemine, Lat. Barb. Jasminum, vox Arab. originis.

Germander, *à* Fr. *Germandrée*, Hisp. *Germandréa*, It. *Germandra*, Belg. **Germander**, omnia mirificè detorta & corrupta *à* Lat. & Gr. *Chamedrys*, q. d. Quercus humilis, quòd herba hæc folia habeat τῇ δρυὶ Quercui similia.

Gellemin, idem quod **Gelsemin**, quod v. suprà.

Gill-creep-by-the-ground, Hedera terrestris, quia sc. humi serpit, non enim rarum est plantas humanis nominibus appellare, ut in **herb-Robert**, **herb-Christopher**, & centum aliis apparet.

Gillyflower, v. Et. Gen.

Ginger, v. Et. Gen.

Giany-hen-flower, Tritillaria, sic dicta; quia sc. ejus folia tum coloribus, tum figurâ pennas Gallinæ *Guineensis* referunt.

Gith, It. *Githo*, Nigella.

Gladden, **Gladdin** seu **Gladwin**, *Ælfrico* Glædene, Spatula Fœtida, Xyris. *Minsh.* *à* Lat. *Gladiolus* corruptum putat, vel q. d. *Gladinus*, terminatio enim *ino* Italis minuit.

Glass-wort, Kali, quibusdam Anthyllis; sic dicta, quia ex ejus usti sale cum Arena Vitra conflantur.

Globe-Daisy, Globularia, à forma Sphærica sic dicta, v. **Daisy**, in Et. Gen.

Globe-thistle, Carduus Sphærocephalus seu Orbiceps, à Capitis in Spinis similitudine.

Go-to-bed-at-noon, Tragopogon Luteum seu Vulgare, ut volunt, potiùs Luteus seu Vulgaris genere Masculo, sic dictus, quia ejus flores circa meridiem se claudunt, nec ante proximum solis ortum aperiuntur.

Goats-beard, Tragopogon, sic dictum quia flores Hirci Barbam referunt.

Goats-Parterom, Tragoriganum, sic dict. Gr. & Angl. vel quòd Capri ejus esu delectantur, vel q. d. Majorana sylvestris, vel à grani odore, quod Gr. Τράγος, Lat. Hircus dicitur.

Goats-Rue, Italis *Galega*, quibusdam veterum Onobrychis, aliis Glauce, aliis Polemonium, aliis *Polygalon*, à quo postremo nomine fort. *Galega* corruptum est. Ruta autem Capraria dicitur quasi Ruta sylvestris, Rutam enim Alexipharmacâ vi æmulatur.

Gold-cups, Flores Ranunculi, à colore Aureo.

Golden-apples, Poma Amoris, quibusdam Lycopersicum, aliis Glaucium, cujus fructus hoc nominis à Colore Aureo adepti sunt.

Golden-rod, Lat. etiam Virga Aurea; Belg. **Gulden roede**, Fr. G. *Verge d'Or*, sic dicta quia folia satis longa & acuminata in flores Aurei coloris desinentia Virgam referunt.

Golden-Saxifrage, Saxifraga Aurea, à colore florum Aureo.

Goldilocks, *or* **Golden-Tufts**, Chrysocome. Doctori *How* Ranunculus Auricomus, à colore florum Aureo.

Gold-of-pleasure, Myagrum, à semine Aurei coloris.

Goos-berry, Uva Crispa, Grossularia, fort. quia harum baccarum semimaturarum succus optimum Anserum condimentum

mentum est. Hic fructus, quantum ego unquam invenire potui, antiquis prorsus incognitus fuit, quod mirum in re adeò nunc vulgari.

Goos-foot, Atriplex Sylvestris Latifolia, à quadam radicis & pedum Anseris similitudine.

Goos-grass, Aparine, Lincolnienſibus Argentina, fort. quia Anseres eâ delectantur.

Goos-tree, Arbor unde fabulantur Anates, **Barnacles** dictas, nasci.

Gos vel **Goss**, Genista Spinosa Vulgaris, per summum vulgi errorem corr. *ab* AS. Geoprt, Erica.

Gourd, v. Et. Gen.

Gout-wort, Podagraria, herba *Gerardi*, ab insigni contra Arthritim virtute.

Grape-flower, Hyacinthus Botryoides Cœruleus sic dictus, quia flores racematim, instar Uvarum, crescunt.

sea-**Grapes**, Uva marina, sic dicta, quia fructus ruber Uvæ similis est.

Grape-wort, fort. sic dictum quia fructus racematim instar Uvarum crescunt, & rotundâ etiam figurâ, imò colore atro, Uvas referunt.

arrow headed **Grass**, Gramen Triglochin, (i.e.) Tricuspis à graphica sagittæ veterum similitudine.

hairy-weed-**Grass**, Gramen nemorum hirsutum, sic dictum quia in Sylvis & Nemoribus crescit, & est etiam hispidum.

haver or oat-**Grass**, Gramen avenaceum, à Teut. **Haver**, Avena, cui valdè simile est.

hedge-hog-**Grass**, Gramen Echinatum, ab Echinis quos gerit.

knee-**Grass**, Gramen geniculum, à Geniculis quibus præditum est.

reed-**Grass**, Gramen Arundinaceum, à similitudine Arundinis.

rush-**Grass**, Gramen Junceum, Gr. χύρτεος, à Junci similitudine.

water-rush-**Grass**, Gramen Junceum aquaticum, Etymon patet.

toad-**Grass**, Gramen Junceum parvum, Belg. **Padde-Grasse**, (i.e.) Gramen Bufonis, fort. quia Bufones eo gaudere creditur.

gold-tufted-**Grass**, *Bauhino* Gramen Penicula Aurea Pendula.

winter-**Green**, Pyrola, fort. quia etiam Hyeme viret.

Green-weed, Genistella Tinctoria, sic dicta à colore Saturo viridi foliorum.

Gromel *or* **Gromil**, *à* Fr. G. *Gremil*, *Gremil*, Lithospermon, *à Granis*, sc. Lapideis, quæ pro Seminibus habet, q.d. *Granile*. Datur & C. Br. *Gromil*, pro eodem, sed nostræ, credo, originis.

Ground-Pine, Chamæpitys, à foliorum figura, colore & odore resinaceo Pini æmulis.

Groundsel, *ab* AS. Grunde-Spilie, *Ælfrico* Grunde-gelge Senecio, fort. q.d. Grunde-Spyle, (i. e.) Tumor terræ, quia sc. hâc herbâ ubique tumet, (i.e.) Scatet, ubique enim crescit, v. **Swell**, vel quia juxta limina (i. e.) nusquam non crescit; AS. enim Grund-gealle Solum notat. Sed priùs Etymon longè præfero, *vide* **Groundsel**, in Et. Gen.

Gut-wort, Alypum, sic dictum quia intestina turbat.

H.

Hard-beam, Betulus seu Carpinus arbor, *ab* AS. heard, nostro **Hard**, Durus, & **Beam**, Arbor, à summa sc. & ferè cornea Ligni Duritie; sic dicta.

Hares-ballocks, Satyrij species cujus radices reliquis Satyriis minores testiculos Leporum referre videntur.

Hares-bells, Hyacinthus Anglicus, sic dictus credo, quia flores Concavi & pendentes Campanam satis graphicè referre videntur.

Hares-Ear, Bupleurum, sic dictum, quia folia in medio cava auriculas Leporis referre videntur.

Hares-foot, Dan. **Hare-fod**, Lagopus, sic dict. à quadam pedis Leporis similitudine.

Hares-Lettice, Sonchus levis, Teut. **Hasen** *Lattauwe*, & **Hasen**-*Kol*, (i. e.) Lactuca Leporina & Brassica Leporina, fort. quia Lepores eâ avidè vescuntur.

Hare-strong, Peucedanum, Teut. **Hart-strang**, nescio an sic dictum *à* Teut. **Harn**, Urina, & **Strang**, Fortis, &, translato sensu, Vehementer Odoratus, Fœtidus, q. d. herba instar Urinæ fœtida, vel *ab* AS. hap, Canus, Hirsutus, & eodem **Strang**.

Harts-Ease, Viola Tricolor, sic dicta, quia est

est jucunda visu & simul odore planta.

Harts-horn, v. **Bucks-horn-plantain.**

Harts-tongue, Phyllitis, vulgò Lingua Cervina, Dan. **Hiortetunge**, Belg. **Herts-tonghe**, à quadam sc. in foliis Linguæ Cervinæ similitudine.

Harts-Trefoil, Melilotus, Sertula Campana, fort. quia Cervi eâ libenter vescuntur.

Hart-wort, Seseli, fort. quia Cervis expetita est.

Hask-wort, Trachelium, fort. à Sapore Austero & Styptico, *vide* **Hatch.**

Hatchet-Fetch, Securidaca, Πελέκινον, à Securis similitudine sic dicta.

Hather seu **Heath**, Erica, credo dictum quasi **Heather**, elisò sc. e.

Haver, à Teut. **Haber**, Belg. etiam **Haver**, Avena, à quo non dubito quin omnia corrupta sint addito sc. spiritu & *u* in *v* converso.

Hawk-weed, Lat. & Gr. Hieracium, Fr. G. *l' herbe de l' Espervier*, Teut. **Habichs-kraut**, Belg. **Habichs-kruyde**, sic dictum, quòd Accipitres hoc succo oculorum visum sibi acuere creduntur.

Haw-thorn, Spina Appendix vulgaris, à nom. **Haw**, Fructu sc. quem edit, quæ Lat. Spina Alba dicitur.

Heal-dog, Alyssum, sic dictum tum Græcè tum Anglicè quoniam rabiem Caninam efficaciter sanat.

Heath, v. Et. Gen.

Heath-Rose, or **Heath-of-Jericho**, Botanicis Rosa Hiericontæa, sic dicta Lat. quia frequens circa Hiericuntem Palæstinæ urbem crescit, Anglicè quia in Calidioribus regionibus Ericetis gaudet. Satis autem absurdè Rosa dicitur, sine ulla similitudine, ut rectè observat *Gerardus*, nisi quòd tota ramorum & foliorum series figurâ subrotundâ Rosam aliquo modo referat.

Hedge-hog-Liquorice, Glycyrrhiza Echinata, ab Echinis quibus prædita est.

Hedge-Hyssop, Gratiola, sic dicta quia Hyssopum facie refert, & juxta Sepes crescit, Doctori *How* Polygala antiquorum existimatur.

Hedge-nettle, Galeopsis, credo sic dicta quia juxta Sepes crescit.

Hellar, idem quod **Eldar**, quod v. in Et. Gen.

Helm, Spartum nostrate alterum, nescio an sic dictum quia seminum loculi Galeam aliquo modo adumbrant.

Helmet-flower, Aconitum, à Galeæ similitudine.

Hemlock, *ab* AS. Hemleac, *Ælfrico* Hemlic, Cicuta.

Hemp, v. Et. Gen.

Henbane, v. Et. Gen.

Henbit, idem quod **Chickweed**, quod *vide*.

Henne, Gramen Arundinaceum minus seu Calamogrostis, nescio an *ab* AS. Heane, Pauper; quia sc. oves, quæ eo vescuntur, occidendo pastores inopes facit.

good-**Henry**, Lapathum Unctuosum, Anglorum Mercurius, sic dictus à commodo ejus usu in Enematis.

Hens-bill, Onobrychis species, fort. quia folliculi seu fructus imaginoso alicui rostrum Gallinæ referre visi sunt.

Hens-comb, idem quod **Cocks-comb**, quod *vide*.

Hens-feet, alio nomine **Hedge-Fumitery**, (i. e.) Fumaria sepium, sic dicta fort. quia fibræ radicum Gallinæ pedes aliquo modo referre videntur.

Heps, idem quod **Hips**, quod v. in Et. Gen.

Herb-Bane, Orobanche, sic dicta quia vicinas herbas enecat.

Herb-Bennet, Caryophyllata, q.d. Herba Benedicta, ab insigni radicis Vulneraria vi.

Herb-Christopher, etiam Botanicis herba Christophoriana, sic dicta, vel *à Christophoro* aliquo Medico qui fortè hanc plantam propter pulchritudinem in horto primus coluit; non enim inducere animum possum ut credam ipsam Divo *Christophoro* sacram fuisse, cum, ut omnibus notum est, herba sit Venenata, deleteria & pernicioſa.

Herb-Frankincense, λιβανωτὶς, ab odore Thuris æmulo.

Herb-Gerard, Podagraria, *à Gerardo* Inventore.

Herb-Robert, Geranium *Ruperti*, fort. *à Roberto* quodam, qui insignem ejus ad sistendum sanguinem, contumacia ulcera & Cancrum facultatem invenit.

Herb-True-Love, Herba Paris Aconitum Salutiferum Monococcum, sic dictum à figura florum apicem formâ nodi Decussati, quem nos **True-Loves-knot** appellamus, circumstantium.

Herb-William, Ammi, credo *à Wilhelmo* aliquo Medico qui hujus semen ad multos affectus utile ad Medicos usus crebrò adhibuit.

Herb-willow or **Willow-herb**, Lysimachia, à foliis quæ Salici similia habet.

Hercules-his-wound, **Wortel** or **Wound-wort**, Πανακὲς ἡράκλειον, quia *Hercules* eo vulnera sibi sanâsse creditur.

Herons-bill, Geranij species, sic dicta, quia hujus plantæ acuminata tubercula Ardearum rostra satis exactè referre videntur.

Hig-taper,

Hig-taper, sic dicitur Verbascum, q. d. **Higb-Taper**, à Candelæ seu Cerei similitudine, quia scapo longo in acutum desinente, instar Cerei, crescit, quo nomine etiam Lat. Barb. *Candela Regia* & *Candelaria* dicitur.

Hind-berries, v. Et. Gen.

Hipwort, Cotyledon seu Umbilicus Veneris, quibusdam herba Coxendicum, sic dicta, quia folia rotundâ figurâ Acetabulum Coxæ seu femoris referunt.

Hirse, Teut. **Hirse**, Milium.

Hogs-beans, Tripolium Vulgare, fort. quia Porci ejus esu delectantur. Certè ego semicæcus nullam cum faba convenientiam percipio.

Hoch, *ab* AS. Hoc, Hoc-leap, Malva.

Hogs *or* **Sow-Fennel**, Peucedanum, Fr. G. *Fenouil de Pourceau*, It. *Finocchia Porcino*, Hisp. *Fenicho del Porco*, Teut. **Saw Fenchel** (i. e.) Fœniculum Porcinum, fort. tum quòd Porcis in deliciis sit, tum quòd Fœniculum formâ refert.

Holli-oak, v. Et. Gen.

Hollow-root, radix Cava seu Pistolochia, à cavitate radicis sic dicta.

Holly, v. Et. Gen.

sea **Holly**, Eryngium, sic dictum, quòd & juxta mare copiosum crescit, & quòd folia habet Aquifolio perquam similia.

Holly-Rose, Cistus mas quia folia Aquifolii, flores Rosæ Caninæ æmulos gerit.

Holm, pro Aquifolio, seu Agrifolio, item pro Ilice, fort. quia utrumque loco humili & irriguo, qualis est insula ex confluentibus plurium fluviorum facta, gaudet; **Holm** autem AS. Insulam Amnicam designat.

Holyander, sic scribit *Blake*, credò idem quod **Oleander**.

Holy-herb, Verbena, ἱερὰ βοτάνη, sic dicta, quia olim ad Sacra & Incantationes adhibebatur.

Holy-seed, Semen Sanctum, seu Absinthii Scriphii marini, seu Santonici, sic dictum ab insigni vermes necandi facultate.

Holy-Thistle, Carduus Benedictus, ab eximiis in Medicina viribus sic dictus.

Honey-suckles, Flores Periclymeni seu Caprifolii, sic dicti à mellea in medio ipsorum dulcedine. **Hony-suckles** autem in agro Linc. Flores Trifolii Pratensis, **Clover-grass**, notat, fort. quia apes iis etiam avidè vescuntur, & inde mel, & optimum & copiosissimum conficiunt. Apud *Ælfricum* occurrit Hunigsuge quod exp. Ligustrum, crediderim potius idem esse cum nostro **Honp-suckle**.

Honp-wort, Cerinthe, sic dicta, quia flores dulcem instar Mellis saporem exhibent.

Hop, v. Et. gen.

Horehound, *ab* AS. Hapahune, Hapehune, Marrubium. *Minsh.* sic dictum putat quia Incanum est, & valet ad morsus Canum rabidorum, v. **Hoary** & **Hount**.

base **Horehound**, Stachys, q.d. Marrubium humile.

Horn-beam, *or* **Hard-beam-tree**, Teut. **Hainbuchen**, **Hagen-buchen**, & **Hambuchen**, Ὄστρυς seu Ὀστρύα *Theophrasti*, fort. à Cornea duritie, v. **Hare-beam** suprà.

Horned-Poppy, Papaver Corniculatum.

Horse-heal, Helenium, sic dictum, quia ad morbos Equorum valdè utilis est, præsertim ad Tusses, Asthma & reliquos pulmonum affectus quibus equi præcipuè obnoxii sunt.

Horse-mint, AS. Hopsmint, Menthastrum, q. d. Mentha Equina (i. e.) Major. **Horse** enim tam nobis quàm Græcis Ἔφιππον est.

Horse-shoe Fetch, Solea Equina, Ferrum Equinum, It. *Sferra Cavallo*, de quo ridicula narratur fabula, quòd sc. attactu soleas Equorum evellat, sic dicta à magna seminis in figura & Soleæ Equinæ similitudine.

Horse-tail, Equisetum, Ἵππουρις, à similitudine Caudæ Equinæ in foliis.

Horse-tongue, Lat. & Gr. Hippoglossum, à Linguæ Equinæ similitudine.

Hounds-tongue, AS. Hundes-tunge, Dan. **Hunde tunge**, Teut. **Hunds zung**, Cynoglossa, à Linguæ Caninæ similitudine sc. in foliis.

Houseleek, v. Et. Gen.

Hulver, Aquifolium, nescio an à nostro **Hold**, & AS. Feop, Longè (i. e.) planta quæ diu durat, vel q. d. **Hold fair** (i. e.) arbor quæ per totum annum foliorum pulchritudinem retinet.

Humble-bee, Orchis, Orchis Sphegodes, sic dicta, credo, vel quia flores aliquo modo Bombylium apem figurâ referunt, vel quia illæ apes eorum esu delectantur.

Hurt-sickle, Cyanus, sic dictus, quia præ duritie Messorum Falces obtundit.

I.

Jack-by-the-hedge, Alliaria, quia juxta Sepes crescit.

Jack-of-the-buttery, ni fallor, Sedi seu Sempervivi species, fort. sic dicta, quia in tecto Galacterii crescit.

Saint **James-wort**, Jacobæa, vel *à Jacobo* quodam inventore, vel quòd Divo *Jacobo* sacra est, quia circa ejus festum floresçit.

Ice-wood, sic *Gerardo* appellatur Lignum à quovis fonte Lapidifico succo imbuto petrificatum, q.d. Lignum Conglaciatum.

Jews-ears, Fungus Sambucinus, sic dictus, quia satis graphicè aurem humanam refert.

Jews-Thorn, idem quod **Christs-Thorn**, quod *vide*.

Incense-wort, Abrotonum, femina majus à Thuris æmulo odore.

Joans-silver-pin, sic *Gerardus* appellat Papaver quoddam duplex, nescio an ab Argenteo floris colore.

Jobs-teares, Lachrymæ Job. It. *Lagrima Christi*, nescio an sic dictæ, quia semina dependentia Lachrymas stillantes imaginoso alicui visa sunt referre.

Saint-**Johns-bread**, Teut. **Saint Johans Broot**, Siliqua, Κεράτιον, quo Johannes Baptista in Eremo pastus per errorem creditur.

Saint-**Johns-wort**, Hypericum, Teut. item **Saint Johans kraut**, Belg. **Saint Johns krupt**, It. *herba di San Giovanni*, fort. quia ob eximias virtutes Divo Johanni olim sacratum est.

Josephs-flowers, Tragopogon, fort. quia Divo *Josepho* sacer.

Iron-wort, ut Gr. Sideritis, vel à colore ad ferrum tendente, vel à facultate, quâ eximiâ pollet, vulnera à Ferro inflicta conferruminandi.

Jubarb, Fr. G. *Joubarbe*, Sedum majus vulgare, q.d. *Jovis Barba*. Author Dict. Angl. sic dictum putat à folii viriditate, credo potiùs à Floribus stelliformibus; Jupiter enim Barbam ex stellis consertam habere satis concinnè fingitur.

Judas-tree, Arbor Judæ, quia sc. ab hac arbore creditum est Judam Proditorem se suspendisse.

Jupiters-distaff, Horminum luteum seu Colus Jovis, à nescio quâ Coli similitudine.

Jupiters-beard *or* **ey**, Sedum majus, à nescio quâ Barbæ aut Oculi similitudine.

Jvray, Fr. G. *Yvraye*, Lolium à vi, quâ pollet, Inebriatrice; *Yvre* enim Fr. G. Ebrium notat, & *à* Lat. *Ebrius* procul-dubiò ortum ducit.

Ivy, v. Et. Gen.

K.

Kali, vox Arab. originis.

Kars (i.e.) **Cress**, per Metathesin, *vide* **Cress**.

Kedlock, idem quod **Charlock**, quod *vide*.

Kernel-wort, Scrofularia, v. **Figwort**, à Tuberculis Ani Marisçis & ficubus, sed præcipuè à tumoribus glandularum scrofulosis quos sanat.

Kexes, **Kaxes** *or* **Kixes**, à Fr. G. *Cigue*, utr. à Lat. *Cicuta*.

Kidney-beanes, Phaseoli, à figura ad Renum figuram proximè accedente.

Kidny-Fetch, Anthyllis Leguminosa, quia sc. figurâ Renes refert.

Kidney-wort, Umbilicus Veneris Cotyledon, sic dictus, quia folia oblongâ rotunditate Renes aliquo modo referunt.

Kill-herb, ut **Herb-Wane**, quod *vide*.

Kings-cob, Ranunculus, *ab* AS. Cyng, Rex, & Cop, Caput, Apex, sic dictus, credo, à colore Aureo Capitulorum seu florum.

Kings-spear, Asphodelus Luteus minor seu Hastula Regia, quia sc. & folia, & flores Hastam referunt.

Kipper-nuts, Bulbocastanum, radices sc. quæ sapore & figurâ, nucibus præsertim castaneis satis similes sunt, nescio an *ab* AS. Cipe, Cæpa, quia tum rotunditate tum etiam Bulbositate Cæpas referunt.

Kite-keyes, sic *Gerardo* appellantur Folliculi seminum Fraxini, Gr. Ὀξυδάγκυλοι, vulgo Botanicorum Lingua avis, & Lingua Passerina, sic dicti, ab aliqua similitudine clavium, & Linguæ Milvi, Passeris, & aliarum avium.

Knap-bottle, Papaver Spumeum, sic dictum, quòd Folliculus qui semina continet, si manûs dorso allidatur, strepitum edit, & quia figurâ Utrem aliquo modo refert.

Knap-weed, Jacea nigra, sic dicta, vel quòd capitula ejus dura allisa manui strepitum edunt, vel fort. quasi **Knob-weed**, à Capitulis illis Tuberosis, *vide* **Knob** in Et. Gen.

Knawel, vox Teut. Polygonum Germanicum seu Selinoides, *ab* alt. **Knowel** quod Glomeren

Glomerem notat, quia sc. capitula seu Umbellæ foliorum invicem glomerari videntur.

Knee's-grass, (i.e.) gramen Geniculatum, sic dictum quia geniculis, instar Arundinis, præditum est.

Knee-Holm, Ruscus, q. d. Ilex Geniculata vel Aquifolium Geniculatum, quod adeò humile est ut tantum ad genua assurgat; est enim foliorum tum duritie, tum acutie Aquifolio similis.

Knights-spurr, *or* **Larks-spurr**, Delphinium seu Consolida Regalis, Teut. item **Ritter-spoin**, quia flores aliquo modo Calcaribus similes sunt.

gold **Knops**, Ranunculus, q. d. Tubercula Aurea, sic dicta à colore florum Aureo.

Knot-berry-bush, Chamæmorus, sic dicta, vel à radice aliquantùm nodosa, vel fort. quia flores Nodum reciprocum, nobis *a* True-Lovers-knot dictum, figurâ æmulari videntur.

Knot-grass, Belg. **Knoop-gras**, Polygonum *à Nodis*, seu Geniculis quibus multis instructum est.

L.

LAced-Time, Epithymbra, Cuscuta, quæ instar Fimbriolæ vel Astrigmenti Thymum, Satureiam, & alias herbas supernascendo circundat, v. **Lace** in Et. Gen.

Ladder to Heaven, Polygonatum, Scala Cœli, à quadam foliorum cum Scalis convenientia.

Ladies-Bedstraw, ut & Teut. **Unserliehen Frawen Bett stroh**, Gallium, sic dictum, quia ob teneritudinem & simul quandam florum Εὐωδίαν, in lectis delicatiorum mulierum straminis vicem supplere potest.

Ladies-Bewer, Clematis peregrina, fort. quia Pergulis Arboreis stipandis commoda est.

Ladies-Comb, Scandix seu Pecten Veneris ab accurata & graphica Pectinis similitudine sc. in loculis seminum acuminatis.

Ladies-Glodes, Conyza, à similitudine nescio qua Chirothecæ muliebris.

Ladies-Hair, Capillus Veneris, à Capillorum in foliis similitudine.

Ladies *or* **Venus-looking-glass**, Speculum Veneris, Viola Pantagona, à jucundissima illa florum quasi constellatione, quæ lumen, instar multiplicis Speculi, irradiat.

Ladies-Mantle, Teut. **Unser Frauwen Mantel**, Alchimilla, quia sc. folium ejus expansum Eponidem muliebrem satis scitè repræsentat.

Ladies-Seal, Bryonia nigra, Sigillum *B. Mariæ*, à nescio quâ Sigilli similitudine.

Ladies-Slipper *or* **Shoe**, Helleborine; Calceolus Mariæ, à quadam in floribus Crepidæ muliebris similitudine.

Ladies-Smock, Cardamine, à nescio qua in floribus Indusij muliebris similitudine.

Ladies-thistle, Carduus Lacteus, etiam Lat. Carduus Mariæ dictus est, quia Beatæ Virgini propter colorem candidum, Puritatis indicem, dicatus est.

Lambs-Lettice, Lactuca Agninæ, fort. q. d. Lactuca minor; est enim angustiori quàm Lactuca folio, & hyeme in acetariis Lactucæ vicem supplet.

Land-leapers-Spurge, Esula major, sic dicta, quia ejus lac seu succus ad Lepram tum externo illitu, tum etiam interno usu propter Catharticam vim commendatur.

Lang de Beef, Fr. G. *Langue de Bœuf*, Buglossum sylvestre, à Linguæ Bubulæ similitudine. Doct. *How* Buglossum Luteum Ger. Echioides vocat.

Larch-tree, Lat. & Gr. Λάριξ, Teut. **Lerchenbaum**. Author Dict. Angl. nescio quo authore, *à Larissa*, Thessaliæ urbe derivat. *Hoffman* arborem hanc Græcis ignotam fuisse asserit, Noricarum Alpium ferè peculiarem, eóque vocem Germ. vult esse originis, utinam Germanicum Etymon dedisset, tum certè credidissem, jam Ἔοικα.

Larks-heel *or* **Spurr**, Delphinium seu Consolida Regia cujus flores Alaudæ calcaria aliquo modo referunt.

Lavender, v. Et. Gen.

sea **Lavender**, Limonium, à colore florum quo Lavandulæ floribus simile est.

Launce, gramen Typhoeides à quadam in foliis *Lanceæ*, similitudine.

Laurel, v. Et. Gen.

Spurge **Laurel**, Daphnoides, q. d. *Laureola Purgans*.

Laser-wort, potiùs **Laser-wort**, Laserpitium è cujus radice manans liquor seu lachryma Laser olim dicta est, certè nimis manifestè Lat. originis.

Lead-wort, Plumbago Plinij, nescio an sic dicta à Plumbeo colore foliorum.

Leek, v. Et. Gen.

Lettice, v. Et. Gen.

Lich-wale, Lithospermon, nescio an *ab* AS. Lice, Corpus & Welan, Opes sic dictum quia semen eximiâ ad calculum atterendum pollet facultate.

Licozis, Glycyrrhiza, (i. e.) Gr. Radix dulcis.

Lime-tree, *Ælfrico* Lind, Dan. etiam **Lind**, Belg. & Teut. **Linde**, **Linden-Boom** vel **Baum**, Tilia, fort. *à* Teut. **Lind**, Mollis, Delicatus, à Mollitie sc. foliorum, vel *ab* Hisp. *Lindo*, Pulcher, & est sanè arbor insigniter pulchra, sed hæc ultima conjectura esto tantùm Allusio, priori magis fido.

Lime-wort, Viscaria seu Muscipula, sic dicta, quia tum folia tum Caules succo Viscidissimo, quo à naturâ instructa sunt, Muscas intercipiunt.

Linden-tree, v. **Lime-tree** suprà.

Ling, v. Et. Gen.

Liricon-fancy, Lilium Convallium, à quo mirificè etiam vox ipsa corrupta est, nisi malles dictum quasi **Lilly** *con* vel *cum* **fancy**, (i. e.) Lilium quod tum floris, tum foliorum amœnitate Phantasiam excitat & recreat.

Liveing-idly, vel **Live-in-idleness**, Viola Tricolor, sic dicta, fort. quia florum amœnitate ad expatiandum crebrò in hortis seu agris, ejus contemplandæ gratiâ, eoque ad negligenda negotia invitat.

Live-long, Telephium seu Crassula Hispanica, fort. sic dicta, quia planta Perennis est.

noble **Liver-wort**, Hepatica nobilis Etymon patet. Nobilis autem dicitur, quia reliquis Hepaticis florum amœnitate præstat.

Lockron, seu **Locker-gowlons**, Ranunculus Globosus, aliis Montanus, nescio an *à* Fr. G. *Locher*, Tremere, Vacillare, Strepitum edere, instar rei laxæ, & nostro **Gold**, *ab* Aureo sc. florum colore, & quia ipsi laxi quovis vento mobilis pendent.

Londons-Pride, *or* **London-Tufts**, Armeria Prolifera, sic dicta, quia flores propter pulchritudinem *Londini* valdè expetuntur.

Loose-strife, Lysimachia, quibusdam παρὰ τὸ λύειν τὸν μάχην, quia sc. pugnam dirimere & συγχωρεῖν τοὺς μάχοντας, pacare & conciliare creditur. Sed ridiculum est hoc Etymon Gr. vocis λυσιμαχία, non enim ab hac miraculosa vi, quæ nec in hac, nec in ullâ alia herba usquam comperta est, sed à *Lysimacho* Rege Inventore nomen tulit.

Lovage, *à* Fr. G. *Leveesche*, *Leveese*, Ligusticum, omnia à Lat. Barb. *Levisticum*.

Love, Viorna, quia flos ille valdè jucundus visu est & amabilis.

Louse-wort, Dan etiam **Lusewrt**, Staphisagria, sic dicta ab insigni pediculos necandi facultate.

Lowray, *Blako*, *Gerardo*, **Lowry**; credo corr. *à* Lat. *Laureola*.

Lowry, corruptum *à Laurea* & *Laureola*; Daphnoidem enim seu **Spurge-Laurel**, significat.

Lung-wort, Pulmonaria; est enim herba Pulmoni valdè amica.

Lust-wort, Ros Solis seu Rorella, quia se oves quæ eâ pascuntur ad Venerem irritat.

M.

Mad-apples, Mala Insana, It. *Melanzana*, quia sc. ad Insanos amores τὰ ἀφροδίσια, seu Venerem provocat.

Madder, v. Et. Gen.

Mad-nep, Spondylium seu Sphondylium; fort. sic dictum ab aliquâ in foliis Nepetæ similitudine, & quia oleum, cui hujus plantæ folia & radices incocta sunt, Maniacis seu Phreniticis capiti illitum Anodinâ vi multùm prodest.

Mad-wort, Alyssum, sic dictum quia peculiari vi à Rabido cane demortis auxiliatur.

Maggot-pie, Lascrpitium vox proculdubiò Barbaræ originis.

Maiden-hair, Capillus Veneris, à similitudine Capillorum puellæ.

Make-bate, Polemonium seu Trifolium fruticans *Gerardi*, forte an quia ab absurdo & credulo vulgo conjugibus in lecto interpositum inimicitias & dissidia inter eos serere creditum est.

Mallowes, v. Et. Gen.

*marsh-***Mallowes**, *ab* AS. Meppe-Mealepe, Althæa, q. d. Malva Palustris, quia tum folio tum Molliendi vi Malvam refert.

Mandrake, corr. *à* Lat. *Mandragora*, Gr. Μανδραγόρας, cujus fructus scito satis & appositio nomine *Ælfrico* Eorð-æppel, (i. e.) Pomum Terrestre appellatur.

Maple, v. Et. Gen.

Marble-

Marble-flower, ni fallor, Papaveris ſpecies, flore eleganti, à colore variegato inſtar Marmoris Varij, ſic dicta.

Margerites-herb, Fr. G. *Marguerites*, Bellides vel quia *Margarita*, aliqua hunc florem in deliciis habuit, vel quia D. *Margarita*, ſacer eſt.

Marjoram, v. Et. Gen.

Marlets, Viola Mariana, fort. à *Mariâ* aliquâ quæ iſto flore delectata eſt.

Marigold, v. Et. Gen.

corn-**Marigold**, Chryſanthemum ſegetum quia & Calendulæ flore ſimile eſt, & inter ſegetes creſcit.

marſh-**Marigold**, Caltha paluſtris, quia & in Paluſtribus locis creſcit & Calendulæ aliquo modo ſimilis eſt.

Marvel of Peru, Mirabile Peruvianum, ſic dictum à ſtupendâ florum pulchritudine & varietate & à regione novi orbis Peruviâ à quâ in Europam traductum eſt.

Maſter-wort, Imperatoria, Angelicæ ſpecies, Barb. Magiſtrantia, Teut. Meiſterwurtz, fort. quia morbis imperat (i.e.) eos vincit & debellat.

herb-**Maſtick**, Marum ſic dictum ab odore Aromatico inſigni Maſtiches æmulo.

Maſt-tree, Abies, ſic dicta quia ex eâ Mali, ἱστοὶ, navium conficiuntur.

Match-wood, Fungi Arborei, ſic dicti, quia, inſtar funium ſulphuratorum, ignem concipiunt.

Mat-fellon, Jacea nigra, neſcio an à noſtro **Fellon**, & Belg. **Matten**, **Matt-macken**, Fatigare, quia ſc. folia ratione tuberculorum etiam ad Verbera inferenda idonea ſunt.

Mathes, *ab* AS. Maȝoðe, Chamæmelum ſylveſtre.

Mat-weed, Spartum ſc. herba ex quâ Storeæ ſeu Mattæ contexuntur.

ſweet **Maudlin**, Ageratum, Eupatorium Arabum à ſuavi odore ſic dictum.

May-bush, Spina alba, ſic dicta, quia calendis *Maij*, ejus flores Candidi à juventute exultante & ſibi ver gratulante, tanquam in Floralibus, circumferuntur.

May-weed, *ab* AS. Maiþe, Chamæmelum ſylveſtre, ſeu Cotula ſic dictum, quia Majo floret.

the plant **Mealy-tree**, Viburnum, ſic dictum, quia ejus folia, inſtar Farinæ, candida, mollia & tomentoſa ſunt, tum quòd valdè flexibilis eſt arbor ipſa.

Meadow-Parſnep, Sphondylium, q. d. Paſtinaca Pratenſis, quia Pratis gaudet, & eſt manifeſtè Paſtinacæ ſpecies.

Meadow-ſweet, Ulmaria, Regina Prati, ſic dicta, tum à jucundo odore tum quia in Pratis creſcit.

Melocotoon, v. Et. Gen.

Mercury, Mercurialis herba, neſcio an ſic dicta quia à maleferiatis Aſtrologis *Mercurio*, ut cæteræ omnes plantæ planetis, appropriata ſit.

Mil-foil, Fr. G. *Millefeuille*, utr. à Lat. *Millefolium*, Gr. μυριόφυλλον, ſc. à multitudine foliorum.

Milk-Fetch, Aſtragalus, q. d. Vicia Lactea à colore florum Candido.

Milk-Ware, Glaux Hiſpanica, ſic dicta quia Lac augere creditur.

Milk-Trefoil, Cytiſus, q. d. Trifolium Lacteum ab albido foliorum colore.

Milk-wort, ſecundum aliquos Polygala quia Lac augere credita eſt.

Millet, v. Et. Gen.

Millet-graſs, gramen Miliaceum, à ſeminis Milij ſimilitudine.

Mill-mountain, Doctori *How* Linum ſylveſtre Catharticum, *Parkinſono* Chamælinum, fort. quia montibus gaudet.

Milt-waſt, Ceterach Aſplenum quia Splenem tumefactum minuit.

Mint, v. Et. Gen.

Mirtle, v. Et. Gen.

Miſſletoe, v. Et. Gen.

Mock-Privet, Philyrea, ſic dicta quia folio liguſtrum æmulatur.

Mock-Willow, Speiræa *Theophraſti* ſic dicta, quia folio Salicem imitatur.

Money-wort, *or* **herb Two-pence**, Lat. Nummularia à Nummis quos foliorum rotunditate refert.

Monks-hood, ſic dicitur Aconitum flore Cæruleo, item Delphinium ſeu Conſolida Regalis ab aliqua florum & capitis Monachalis ſimilitudine.

the counterpoiſon **Monks-hood**, Lat. Anthora quia ſc. flores figurâ Cucullam Monachi referunt.

round Leav'd **Monks-hood**, Thora, à Cucullæ Monachi ſimilitudine. Dani etiam Aconitum **Munke** appellant.

Moon-fern, Hemionitis, neſcio an corr. à **Mule-fern**, ut Gr. Hemionitis, ſic dicta à ſimilitudine Filicis in foliis & quia Muli ejus eſu delectantur.

Moon-wort, Lunaria quia folia figurâ ſuâ, dimidiatam ſc. Lunam referunt.

Morel, Solanum vel ab atris quas edit baccis, vel ab obſcuriori foliorum colore, v. **Moor** in Et. Gen.

Morilles, Fr. G. *Morilles*, Fungus ruber delicatiſſimus Gallis maximè in deliciis

fotr.

fort. sic dictus, à colore rubro saturo succi mororum, v. *The French Gardiner* pag. 260.

Mose, v. Et. Gen.

cup like Mose, Muscus Pyxidatus, à figura florum Calicis æmulo.

Mother-of-time, Serpyllum, sic dictum quia & *Thymo* simile est & majus.

Mother-wort, Cardiaca, sic dicta quia ad omnes *Matricis* affectus valdè utilis est.

Moth-Mullein? Blattaria, sic dicta, quia folia Verbascum aliquo modo referunt, & flores Blattam imaginoso alicui repræsentant.

Mouseear, *ab* AS. Mur-eare, Pilosella (i.e.) Auricula Muris, *μυοῦτα*, à figura foliorum Murinæ auris æmula.

Mouse-tail, Botanicis nostris etiam Cauda Muris, planta inter Holostium & Coronopodem ambigens, sic dicta quia capitula ejus Caudam muris repræsentat.

Much-good, Oreoselinum, q.d. herba Polychresta, quia sc. ad omnes obstructiones & movendam urinam utilis est.

Mug-wort, (i.e.) Wood rot; Asperula à Fr. G. *Muguet* idem signante, *Muguet*, autem etiam Virum Effeminatum & Mulierosum notat, fort. sic dicta à foliis stelliformibus & floribus Albidis jucundo odore præditis, eóque hominibus delicatioribus idoneis.

Mug-wort, AS. Mucg-pyrt, Artemisia. *Minsh.* deflectit à Teut. Mud. Lassus & Wort, quòd qui hanc herbam adalligatam ferunt non sentiunt Lassitudinem, quod vix credo, & nusquam inter Acopa numeratam invenio. Mallem deducere *ab* AS. Mucg, Acervus, & Wyrt, herba, q. d. herba quæ copiosa & quasi Acervatim ubique crescit, vel *ab* AS. Mycg, Culex & Wort, q.d. herba Culicaria quia sc. Culices eâ delectantur.

Mulberry, v. Et. Gen.

Mullein, à Fr. G. *Moulaine*, Verbascum, ut rectè monet Doct. *Th. H.* (i.e.) herba Tomentosa seu Lanuginosa, q.d. *Mollina à Mollitie.*

Mutrain-grass, Scrofularia, sic dicta fort. quia ad Scrophulas seu Anginas peste infectorum jumentorum utilis est.

Muscum, v. Et. Gen.

Musk, Geranium Moschatum, sic dictum, quia ejus folia jucundo odore *Moschum* æmulantur.

Musk-Scabious, ni fallor, Scabiosa Americana, sic dicta à jucundo odore quo Moschum æmulatur, q.d. *Scabiosa Moschata.*

Mustard, v. Et. Gen.

tower Mustard, Turritis tum ob seminum Sinapeos similitudinem, tum quòd Caulis instar Turris Pyramidalis crescit.

treakle Mustard, Thlaspi, sic dictum tum quòd formâ & Acrimoniâ semen hujus cum semine Sinapeos convenit, tum quòd Theriacæ compositionem ingreditur.

N.

Nail-wort, Paronychia, sc. quia creditur Paronychias (i. e.) Inflammationes ad ungues sanare.

Navel-wort, Cotyledon, Umbilicus Veneris, Belg. Navelkruyt, Fr. G. *Nombril de Venus*, It. *Ombilico di Venere*, à quadam in foliis Umbilici similitudine.

Navet, seu potiùs Navew-gentle, Gr. Βουνιὰς, Lat. Napum unde hæc nostra vox orta est.

Navew, *à* Fr. G. *Naveau*, utr. *à* Lat. *Napus.*

Neck weed, Cannabis, sic dicta, quia funes quibus malefici suspenduntur ex hac materia texuntur.

Nectarine, Fr. G. *Nectarin*, It. *Nettarino*, Mali Persici species à *Nectare* sc. succo & divino ejus sapore.

Neese, *or* Sneese-wort; Helleborus albus & Ptarmica, quia utr. Sternutationes cient.

Nemony, v Et. Gen.

Nep, *or* Nip; *ab* AS. Nepte, Belg. Nipte, N pte, It. *Nipotella, Nepetella, Nepitella, Nepeta,* omnia à Lat. Barb. *Nepeta*, Mentha Cattaria seu Felina, sic dicta quia Feles quum ægrotant, arrosâ hâc herbâ, sibi medicantur. Sed unde, inquies, Anglicum quod solum tuæ provinciæ est nomen? credo deflexum à Lat. *Nepos*, Nepote, *Nepotulus*, *Nepotellus*, *Nepotella*, quia sc. uteri obstructiones reserando ad Nepotes procreandos conducit.

Nettle, v. Et. Gen.

Nettle-tree, Lotus, quia ejus folia formâ Urticas referunt.

Night-

Night-shade, *Ælfrico* Niht-ſcada, Teut. Natſchade, Solanum, ſic dictum vel ab obſcuro colore, vel quòd Somnum Umbram noctis conciliat, vel potiùs, ſecundùm modum ſcribendi Teutonicum, *à* Teut. Nicht, Nox & Schade, Damnum, q. d. noctis Damnum ſeu Pernicies; quia ſc. perpetuam noctem inducit, ſaltem liberaliter ſumtum.

Nipple-wort, Lampſana, ſic dicta quia exulceratas papillas & mammillas ſanat.

Nose-bleed, Milleſolium, fort. ab Aſperitate foliorum quâ navibus inditum venam aperire, & ſanguinem elicere poteſt.

Notch-weed, Atriplex Olida, ſic dicta ab odore Pudendi muliebris.

Nurſuſuly, Flos elegans colore lacteo præditus, ni fallor, Narciſſi ſpecies, fort. q.d. Nuts-Urſula, (i.e.) Urſula Nutrix, à colore ſc. florum Lactis emulo; niſi, quod ſanè æque veriſimile eſt, dictum malis quaſi *Narciſſulus*, *vide* Blake.

Nut, v. Et. Gen.

the bladder **Nut**, Nux Veſicaria Staphylodendron, quia ſc. arbor hæc fructus ſeu ſiliquas ſuas veſicâ clauſas gerit.

O.

Oak, v. Et. Gen.

Oak-of-Cappadocia, Ambroſia, quia folia Quercûs foliis ſimilia habet, & fortaſſe in *Cappadocia* Aſiæ minoris frequens creſcit.

Oak-of-Jeruſalem, Botrys, à foliorum Quercûs ſimilitudine, & quia frequens circa *Hieroſolyma* creſcit.

Oak-fern, Dryopteris quia Quercui innaſcitur, & Filicem foliis refert.

the **Oat**, *or* **Oatland-thiſtle**, Carduus Avenarius ſive Moſchatus, fort. quia inter Avenas creſcit,

Oatmeal, Panicum, fort. ſic dictum, quia ejus ſemina Farinæ hordeaceæ vicem contuſa ſupplent.

Oats, v. Et. Gen.

Oister-green, *or* **Sea-Lung-wort**, Fucus marinus, ſeu Lactuca marina, à colore Viriditatis in Oſtreis æmulo. Doct. *How* Bryon Lactucæ foliis, ſeu Lichen marinus dicitur.

Oister-loit, Biſtorta, neſcio an, magno errore, ſed in nominibus plantarum non inuſitato, *à* Belg. Oſter-luyce, Ariſtolochia, & ſanè hæ duæ plantæ Alexipharmacâ vi ſorores ſunt.

One-berry, Herba Paris, Aconitum ſalutiferum, ab unica quam gerit bacca.

Onion, v. Et. Gen.

Orache, *à* Fr. G. *Arroches*, Atriplex; *Minſh.* vult dictum quaſi Aureum Olus.

Orange, v. Et. Gen.

Orewood, v. Et. Gen.

Organ, *or* **Organy**, nobis Pulegium, detorto ſenſu, *à* Lat. & Gr. *Origanum*.

Orpin, C. Br. etiam *Orpin*, Craſſula, *à* Belg. Oor pine, Aurium dolor, quoniam ſc. Aurium dolori medetur; eſt enim planta valdè Anodyna, & tantùm non Narcotica.

Ortce, v. Et. Gen.

Osmund-the-waterman, Oſmunda Regalis, Filix Aquatica florida, ſic dicta, quia aquis gaudet.

Osmund-Royall, *à* Fr. G. *Oſmonde*, It. *Oſmonda*, Lat. Barb. Oſmunda Regalis, Filix Aquatica. *Minſhew* ideò dictum putat quòd ejus decocto utuntur ad os Mundandum, quod an verum ſit, neſcio, conjectura certè ingenioſa eſt. Poteſt tamen ſimpliciùs deduci *ab Oſmundo* quodam inventore, fortean *Oſmundo* Rege.

Ox-eye, Gr. Βόϐλεφαρον, Doctor *How* Bellis major à ſimilitudine Oculi Bubuli in floribus.

Ox-heal, Hellebori nigri ſeu cujuſvis Hellebori radix, ſic dicta quia Boves lue infectos per palear, inſtar Setacei noſtri, trajecta, extrahendo malignum fermentum ſanat, alioqui, ſi antiquis fides ſit, eſu Bubulo generi perniciosa.

Ox-lips, herbæ Paralyſeos ſpecies, à ſimilitudine Labri Bubuli in floribus, vel, ut Doct. *Th. H.* divinat, ab odore grato florum, inſtar Animæ ſeu Anhelitûs Bovini fragrante, v. **Cowſlip**.

Ox-tongue, *or* **Langue de bœuf**, Buglossum quoddam ſylveſtre, à ſimilitudine Linguæ Bubulæ in foliis.

Oyer, v. Et. Gen.

P.

Paddock-stools (i.e.) **Toad-stools**, Belg. **Padden stoel**, **Padden bjoed**, Fungi; Padde enim Belg. Bufonem notat, sic dicti, quia Bufones circa eos latere, & iis vesci creduntur.

Paddow-pipe, Polygonum femina.

Padelron, *à* Fr. G. *Pas* & *Pied de Lion*, Alchimilla ab Ungulæ Leoninæ, seu Pedis Leonini, aliqua in foliis similitudine.

Paigles, Flores Primulæ veris, nescio an *ab* AS. Pæll, Tinctura, sc. à coloribus variis & jucundis.

Pansy, *à* Fr. G. *Pensée*, Belg. **Penser**, Viola Tricolor, fort. quod varietate colorum Phantasiam ad multas cogitationes excitat; vel, quod eodem ferè redit, quia *Phantasiam* recreat, *Pensée* enim Cogitationem signat, v. **Penstve**.

Paper-reed, v. **Paper**.

herb **Paris**, Aconitum salutiferum, nescio an q. d. *herba Parisiensis*, quia à *Lutesia Parisiorum* huc traducta est.

Park-leaves, Androsæmum, sic dictum quia in septis seu Vivariis Cervorum uberrimè crescit.

poor mans **Parmacitty**, Bursa Pastoris, quia ad contusos & casu afflictos, instar Spermatis Ceti utilis est.

prattling **Parnel** (i. e.) Sanicula maculosa, q. d. *Petronilla Garrula*.

Pa sly, v. Et. Gen.

Parsnip, mirificè corr. *à* Lat. *Pastinaca*, est autem Pastinaca tenuifolia, vel potius *à* Lat. *Pastinaca*, & AS. Næpe, Napum, quasi hæc radix inter Pastinacam & Napum ambigeret, v. **Turnep**.

Pasque flower, Pulsatilla, fort. quia circa Pascha floret.

Passion-flower, *Gerardo* Clematis Trifolia, nescio an sic dicta quia florum expansione multas cruces imaginoso. repræsentare videtur.

Passions (i. e.) **Snake-weed**; sic dicta fort. quia ad affectus (i. e.) Passiones cordis valdè efficax est.

Pass-Rose, *à* Fr. G. *Passe Rose* idem signante. Nescio an sic dicta, quasi *Rosa Passa* vel *Expansa*.

Pass velour, seu **flower Amour**, Amarantus, vox Fr. G. quod sc. flos iste Velutum (i. e.) Sericum Tomentosum mollitie & pulchritudine superat.

Passwoyts, Flores Primulæ Veris, contr. *à* **Palsy-woyts** (i. e.) Paralyseos.

Pastell, *à* Fr. G. *Pastel*, Tinctura Glasti, sic dicta, quia sc. in Pastillos cogitur.

Patience, quibusdam Rha Monachorum, fort. sic dictum, quia contra injurias æris optimè perdurat.

Paumers, vel potiùs **Palmers**, Flos elegans cujus semen Erucam, pilosam, nobis Palmer-worm dictam, refert.

Peach, v. Et. Gen.

Pear, v. Et. Gen.

Pearl-grass, *Gerardo* Phalaris Pratensis, altera sic dicta fortean quia semina uniones referunt.

Pearl-plant, Lithospermon, sic dictum, quod ejus semen Lapideâ duritie, & rotunditate Uniones referat.

Pearl-wort, Doctori *How* Saxifraga Anglicana Alsinefolia, *Gerardo* Millium solis seu Lithospermum, sic dictum, quia ejus semina rotunditate & duritie Uniones referunt.

Pease, v. Et. Gen.

wood or heath **Pease**, Astragalus Sylvaticus, sic dictus tum quia Ericetis & Sylvis gaudet, tum quia fructibus Pisa refert.

Pell-a-mountain, Serpyllum, corr. *à Serpyllum Montanum*.

Pellitory, pro herba, corr. *à* Lat. *Parietaria*, pro Radice, *à* Lat. & Gr. *Pyrethrum*, unde, discriminis gratiâ, addimus priori **of the wall**, quoniam juxta Parietes crescit, posteriori **of Spain** quoniam ex Hispania advehitur.

Penny-grass, Pedicularis lutea, à Denarii forma rotunda.

Penny-rot, Cotyledon Palustris, sic dictus, tum quod folia Denarium rotunditate referunt, tum quod præ nimia uligine oves esu enecet.

Penny-Royal, Pulegium, fort. à rotunda foliorum figura, Denarii æmula, & jucundo odore Regibus expetendo, vel potiùs corruptum *à* **Puliol-Royal**, quod *vide*.

Penny-wort *of the wall*, Umbilicus Veneris, quia folia formâ rotundâ denarium referunt, & Muris gaudet.

Pepper, v. Et. Gen.

Ginny **Pepper**, Capsicum, q.d. Piper Guineense, quia instar Piperis Indici fauces adurit, & à *Guinea* Africæ regione ad nos advecta est.

wall **Pepper**, Illecebra minor seu Sedum tertium *Dioscoridis*. ab acrimonia saporis urente instar Piperis.

Pepper-

Pepper-wort, Lepidium, quibusdam Piperitis, quia & radix & folia acri & mordicanti vi ad Piper accedunt.

Percepier, Polygonum Saxifragum Herniariæ facie, sic dictum *à* Fr. G. *Percer*, Penetrare, & *Pierre*, Lapis, ab insigni sc. Lithonthryptica facultate.

Perdrigon, vox quæ mihi in solo libro *the French Gardiner* dicto occurrit.

Periwinkle, seu **Periwinkle**; Clematis Daphnoides, AS. Peppinc, Pepuince, Lat. Barb. Vinca, Pervinca, sic dict. fort. quia vulnerum & quascunque alias Hæmorrhagias & alvi fluxus vincit (i. e.) cohibet; vel, secundùm *Lobelium*, quia semper viret, aerisque injurias vincit & pervincit.

Pestilence-wort, Teut. **Pestilentzwurtz**, Petasites quia hæc radix est celeberrimum contra Pestem Alexipharmacum.

Saint **Peters corn**, Zea, Monococcos seu simplex, item Bryza, quia Divo *Petro* sacra.

Saint **Peters-wort**, Ascyrum, quia eidem Sancto *Petro* dicatum.

Petty-Cotty, pro **Petty-Cotton**, (i.e.) Gnaphalium minus, q.d. **Petty Cotton weed** vel **Cudweed** quod *vide*.

Pick-purs, Bursa pastoris, v. **Shepheards-purse**.

Pigeons-foot, Geranium, Lat. Barb. Pes Columbinus, fort. *à Pedis Columbini* aliqua in foliis similitudine, quam vix assequor.

Pigeons-herb, Verbena, fort. quia Columbæ eâ libenter vescuntur.

great **Pilewort**, Scrofularia, ut *small* **Pilewort**, Chelidonium minus, ab insigni, qua utraque planta ad hæmorrhoidas cœcas & tumentes pollet, facultate.

Pimpernel, Anagallis, magno errore barbaris illis sæculis Pimpinellæ nomine donata.

ground **Pine**, Chamæpitys, tum à figura foliorum, tum odore forti, Balsamico & resinaceo, Pinûs æmulo.

Pinks, v. Et. Gen.

Pipe-tree, Syringa, sic dicta, fort. quia folia quasi convoluta cavitatem instar Fistulæ exhibent.

Piss-a-bed, Taraxacum, sic dictum, fort. à vi Aperienti diuretica.

Pitch, v. Et. Gen.

Pitch, *Trefoil*, Trifolium Bituminosum, sic dictum, à Piceo seu Bituminoso odore.

Plane, *à* Fr. G. *Plane* utr. corr. *à* Lat. & Gr. *Platanus*, & hoc *à* Gr. Πλατὺς; est enim arbor foliis valdè latis prædita & insigniter Umbrosa.

bastard **Plane-tree**, Acer majus Latifolium, Pseudo-sycomorus, q. d. *Platanus Spurius*; quia sc. foliorum latitudine & Umbrositate Platanum refert.

Plantain, v. Et. Gen.

the **Plantain-tree**, Arab. Musa arbor; à foliis *Plantagini* similibus sic dicta.

Ploughmans Spikenard, *Parkinsono* Baccharis, q. d. Nardus Rustica, quia sc. Rustici, ubi crescit, eâ pro Nardo vera utuntur.

Plum, v. Et. Gen.

Pockwood, Guajacum, Lignum vitæ, ab insigni, quâ pollet, adversus Luem Veneream facultate, q. d. Arbor ad Luem Veneream sanandam nata.

Pomecitron, v. Et. Gen.

Pomegranat, v. Et. Gen.

Pompion, v. Et. Gen.

Poplar, v. Et. Gen.

Poppy, v. Et. Gen.

spatling **Poppy**, Papaver Spumeum, *ab* AS. Spætlian, Spumare; hoc *à* Spætan, Spuere.

Potatoes, v. Et. Gen.

shepheard **Pouch**, It. *Borsa di Pastore*, Fr. G. *Bourse de Berger*, Teut. **Seckel-kraut** & **Teschel-kraut**, Belg. **Boxsekens**, Lat. Barb. Bursa seu Pera Pastoris, sic dicta, à loculis seminum Crumenæ similibus.

Prick, Illecebra seu Vermicularis minor Acris, sic dicta, à Sapore acri & Pungente, v. **Prick** in Et. Gen.

Prickmadam, Vermicularis. *Minsh.* sic dictum, putat quòd pungit & urit linguam, sed tum hoc nomen non competeret Vermiculari, ut usus obtinuit, sed tantùm Illecebræ, quam nos **Wall Pepper** appellamus. Mallem igitur deflectere *à* Fr. G. *Triquemadame* quod idem sonat, v. *Dhuez.* hoc fort. *à* Fr. G. *Triquer*, Seligere, Colligere, & *Madame*, Femina, seu Femina nobilis, q. d. planta quam sæpe mulieres colligunt & decerpunt, sc. ad rubedinem faciei, quam maximè horrent, sanandam.

Prickwood, Euonymus, sic dictus, quia ex isto stimulos conficiunt.

Prick-pintle, Teut. **Pfaffen-pint**, Arum, sic dictum, fort. quia folliculus Penem humanum repræsentat.

Primrose, v. Et. Gen.

Privet, seu **Primprint**, v. Et. Gen.

Prunelloes, v. Et. Gen.

Pudding-grass, Pulegium, sic dictum, quia coquæ Pultibus suis Utricularibus admiscent.

Pudding-pipe, Cassia fistula, sic dicta, quia Siliquæ ejus cavitate & figurâ tum

Botulis tum Fistulis similes sunt.

Puff-balls, *or* **Puff-fists**, Fungi Crepitus Lupi, dicti à figura Laxa & quasi Inflata, v. **Fcist** in Et. Gen.

Puliol-mountain, corruptum à Lat. *Polium montanum*.

Puliol-Royal, q. d. Pulegium Regale, hoc autem quia propter jucundum odorem Regibus expetitum est.

Purple-grass, Quadrifolium Fuscum, sic dictum, quia ejus folia ex Fusco in Purpureum vergunt.

Purslain, v. Et. Gen.

Q.

Quacksalvers-Spurge, seu **Turbith**, Esula major Germanica, sic dicta, quia Empirici eam ad multos medicos usus tum internos, tum externos adhibent.

Quaking-grass, *or* **Quakers**, Phalaris, seu Gramen Tremulum, quia ob tenuitatem & teneritudinem foliorum quovis ventulo movetur.

Queens-Gillyflowers, Hesperis Viola Matronalis, q. d. Viola Reginæ, quia ob pulchritudinem Reginis expetita est.

Quich-grass, v. Et. Gen.

the **Quick-beam**, *or* **Quicken-tree**, Ornus, Doctori *How* Sorbus sylvestris Alpina, sic dictus, quia folia habet levia & ad omnem aeris afflatum tremula.

Quince, v. Et. Gen.

R.

Rabene, Raphanus, à cujus casu Abl. vel Hisp. *Rabano* proculdubiò ortum ducit.

Radish, v. Et. Gen.

Ragged-staff, Spongiola marina Anglica, Doctori *How* Fucus Spongiosus nodosus, planta Nodosa, ab Inæqualitate & Nodis sic dicta.

Ragwort, Jacobæa, quia folia habet largè incisa instar Panni Laceri.

Ratsort, vox Fr. G. quæ Raphanum signat, credo q. d. Radix Fortis, quia sc. nares & cerebrum acrimoniâ suâ fortiter ferit.

Raisins, v. Et. Gen.

Ram-laxative, Spina Cathartica, Spina Cervina, q. d. *Rhamnus Laxativus*.

Ramp-Aron, fort. sic dictum, quia ejus folliculi Penem humanum referunt, & illa est pars quâ in Venerem animalia pruriunt, *vide* **Rampant** in Et. Gen. & **Cuckow-pintle**, & **Priest-pintle** suis locis.

Rampion, à Fr. G. *Raiponce*, It. *Rampezolo*, utr. à Lat. *Rapunculus*.

Ramsons, Allium sylvestre.

Rape, à Lat. *Rapistrum* & *Rapum*, est enim Rapum quoddam sylvestre.

Rape-Cole, Caulorapum, sic dictum, quia inter Brassicam & Rapum ambigit, **Rape** (i. e.) Rapum sylvestre seu Rapistrum.

Rasberry, *or* **Raspis**, v. Et. Gen.

Rattle, Belg. **Ratele**, Teut. **Braun Rodel**, Pedicularis, Crista Galli, Alectorolophus, sic dicta, quia semina ejus folliculis conclusa quavis concussione crepitant, v. **Rattle**.

Rape, Lolium, contractum à Fr. G. *Yvraye*, v. **Ivrape** suprà.

Red-rot, radix *Rhodia*, vel corr. à Lat. nomine, vel à rubro colore, & quòd Oves enecet.

Red-weed, Papaver Rhœas, à *rubro* florum colore.

Reed, v. Et. Gen.

Reed-mace, Typha palustris, fort. sic dicta, quia capitula crassitie Clavam, molli lanugine arundinem referunt.

Rest-harrow, q. d. **Arrest-harrow**, Lat. Barb. Resta bovis, Ononis, quia aratrum præ duritie suâ sistit.

Rhein-berries, Spina Cervina, Teut. **Rheinbeer**, q. d. Baccæ Rhenanæ, sic dictæ, quia juxta fluvium *Rhenum* frequentes crescunt.

Ribwort, Plantago, à Costis seu Nervis quibus distincta est.

Rice, v. Et. Gen.

a **Rickalus** vel **Rickaleuses**; sic enim olitores Auriculam ursi appellitant.

River-weed, Conferva *Plinii*, sic dicta, quia juxta Fluvios crescit.

Roan-tree, Sorbus sylvestris Alpina, nescio an à colore sic dicta, v. **Roan** in Et. Gen.

Rocket, à Fr. G. *Roquette*, Hisp. *Riqueta*, It. *Rucchetta*, Rucula, omnia à Lat. *Eruca*, q. d. *Erucetta*.

Rose *a* **Ruby**, Flos Adonis Ruber, q. d. Rosa Rubra seu Rubea.

Rose-withy, vel **Rose-bay**; **Willow-herb**, Chamænerion, sic dictum, quia

folia

folia Laurum vel Salicem, flores Purpurei Rosam referunt.

Rose-wood, Lignum Rhodium, Aspalathus, sic dictum, quia odore omnino Rosam refert.

Rose-wort, Radix Rhodia seu Rosea, à colore & odore ad Roseum vergente.

Rouncival-peas, v. Et. Gen.

Rudds, fl. Calendulæ, sic dicti, fort. à colore Aureo (i. e.) ex Flavo Rubescente, v. **Rod** in Et. Gen.

Rue, v. Et. Gen.

meadow **Rue**, Thalictrum, q.d. Ruta Pratensis, cui tamen nec forma, nec odore simile est, certè facultate Alexiteriâ, cujus merito Itali contra Pestem usurpant, quadantenus affine est.

Rupture-wort, Herniaria, ab insigni Hernias sanandi facultate.

Rush, v. Et. Gen.

Ry, v. Et. Gen.

S.

Saffron, v. Et. Gen.

Spanish or bastard **Saffron**, Cnicus seu Carthamus Stativus, quia sc. in *Hispania* uberrime provenit, & ad Crocum facie accedit.

Sage, v. Et. Gen.

Saligots, vox Fr. G. Tribulus Aquaticus, q. d. *Salicula*, quia, ut *Salices*, aquis gaudent.

Sallow *or* **Sally**, v. Et. Gen.

Salsify, vox quæ in solo libro *the French Gardiner* dicto occurrit, videtur autem Tragopogonis seu Scorzoneræ species. Suspicor ortum esse *ab* Hisp. *Salsafixa*, licèt hanc vocem in nullo Dictionario inveniam, fort. sic dictum, quia intritis seu embammatis est aptissimum, v. **Sauce**.

Salt-wort, Kali, quia herba hæc gustu salsa est, & multum Salem exusta exhibet, ex quo cum arena mixto Vitrarii Vitrum conflant.

Sampier, v. Et. Gen.

Sanders, v. Et. Gen.

Sandever, v. Et. Gen.

Saracens-Consound, Solidago Saracenica, quia sc. Saraceni in bello sacro eo sibi vulnera sanare solebant.

white **Satten-flower**, Flores Violæ Lunaris seu Bolbonach, sic dicti, à colore albo & mollitie Holoserici æmula.

Sauce-alone, Alliaria, q. d. unicum ciborum Condimentum; optima est enim Embammatis herba.

Savin, contractum, *à* Lat. *Sabina*, q. d. arbor Sabina; quia sc. matronæ *Sabinæ* hujus arboris virtutes primæ invenerunt.

Savory, v. Et. Gen.

Scabwort, Helenium, quia ad *Scabiem* insigniter valet.

Scale-fern, Filex quædam, sic dicta, quia folia *Scalas* aliquo modo referunt.

Scarlet, *à* Fr. G. *Scariole*, It. *Scariola*, q.d. Lat. *Seriola*, & hoc dimin. *à* Gr. σέρις, Cichorium cujus species est.

Scarlet-oak, Ilex Coccigera, sic dicta, quia granum Tinctorium, *the Scarlet grain*, quod elegantissimum colorem rubrum exhibet, gerit. Sunt qui confundunt cum ὄσυρις vel ὄσυρις antiquorum, alii autem distinguunt.

Scar-wort, Lepidium Piperitis, sic dicta, vel quòd affricta maculam inurit, vel quòd Cicatrices illitu deterit.

Sciatica-cresses, Iberis Cardamantica, q. d. Nasturtium Ischiadicum, sic dicta, quia applicata *Ischiadicos* dolores mirificè compescit.

close **Scincy**, *or close* **Sciences**, Viola Matronalis flore duplice dialecto Occidentalis Angliæ. Sed unde, dices, **Scincy**? credo quasi Σκίνη, sc. à Candido & splendicante florum colore præsertim Hesperis flore albo pleno.

Scorzonera, radix notissima Tragopogonis species, *ab* Hisp. *Escorzonera* idem signante, hoc *ab* Hisp. *Escuerzo*, Bufo, q. d. Antidotus contra Bufonum venenum; est enim radix ob Alexipharmacam vim celeberrima, *Escuerzo* autem fortasse deduci possit *à* verb. *Escozer*, acriter Dolere, Dolore urere, *to* **Smart**, fort. quia Bufonis virus morsis acrem dolorem & Uredinem infert; *Escozer* autem descendit *à* Lat. *Cognere* (i. e.) Urere, Adurere vel Ustulare.

Scurvy-grass, Cochlearia, q. d. gramen Scorbuticum, est enim ad *Scorbutum* eximium medicamentum.

Scotch **Scurvy-grass**, Soldanella, q. d. Cochlearia Scotica, quia & in *Scotia* ubertim crescit, & *à Scotis* ad curandum Scorbutum adhibetur.

Sea-Colewort, Brassica Marina Monospermos, à forma Brassicæ vulgari simili.

Sea-Holm, *or* **Pulver** (i.e.) Aquifolium Marinum.

Seggrom, Jacobæa major, nescio an sic dicta *ab* AS. Secg, Gladius, & Rum, Amplus,

Latus, quia sc. folia latiora Frameam seu Gladium Latum antiquorum aliquo modo referunt.

Selery, vox nuper Civitate nostrâ donata, It. *Selero*, *Seleno*, *Selino*, quibusdam existimatur esse idem cum *Smyrnio* seu Hipposelino nostro vulgò **Alisanders**, meis autem oculis, simul & palato, videtur parùm aut nihil differre à nostro Apio officinarum, aut Eleoselino seu Apio palustri, vulgò **Smallage**; &, si per doctiores liceret, appellarem Apium Italicum, Etymon manifestum est à Gr. σίλινον.

Self-heal, Consolida minor seu Prunella, q. d. per se (i. e.) sine additamento sanans; est enim eximium Vulnerarium.

Sengreen, v. Et. Gen.

Sentry-feed, v. Et. Gen.

Service, Hisp. *Servas*, Fr. G. *Sorbes*, Fructus, *Sorbier*, arbor, Belg. **Sorben**, **Sorben-boom**, omnia à Lat. *Sorbum*, Fructus, *Sorbus*, arbor.

Setfoil, Tormentilla, à Fr. G. *Sept-feuilles*, It. *Settifolio* (i.e.) Septifolium, ἑπτάφυλλον, sic dicta, à numero foliorum.

Setter-wort, Helleborus niger Fœtidus, Helleboraster maximus, secundùm *Gerardum* Consiligo Ruellii, & Sesamoides mægnum Cordi, nescio an sic dictum, quasi **Sitherwort**, quia sc. folia sanè satis graphicè Falcem referre videntur, *vide* **Sithe** in Et. Gen.

Setwall, AS. Sýbepale, Valeriana, sic dicta, vel quòd seratur circa Muros, vel quòd Muros sponte suâ obsideat.

Shadow grass, quod & alio nomine **Woodgrass** dicitur, gramen Sylvaticum, sic dictum, quia præcipuè sub umbris Sylvarum crescit.

Shalot, Teut. **Eschlauch** vel **Schnittlauch**, Fr. G. *Eschalotes*, Allium Lusitanicum seu Hispanicum inodorum, fort. q. d. Allium Ascalonium seu *Ascolonites*, ab *Ascalone* Palæstinæ urbe.

Shampinion, Fr. G. *Champignon*, Fungorum delicatissimum genus, fort. sic dicti, quia in Campis crescunt, v. *the French Gardiner*, p. 258.

Share-wort, Aster seu Inguinalis, sic dicta, quia Bubones extus admota potenter suppurat, v. **Share** in Et. Gen.

Shave-grass, Equisetum, Teut. **Schaffthew**, credo potiùs Equisetum Nudum, sic dictum, quia foliorum expers est, tanquam fuisset detonsum.

Sheer-grass, gramen Arundinaceum Paniculatum sive Calamogrostis, sic dicta, quia ejus folia præ duritie & acutie manum tangentis, instar Forficum, scindunt.

Shepheards-needle, Scandix seu Pecten Veneris, à loculis seminum prominentibus Acuum similibus.

Shepheards-purse, Bursa Pastoris, à folliculis seminum qui Crumenulam referre videntur sic dicta.

Shepheards-rod, Dipsacus minor, seu Virga Pastoris, sic dicta, fort. quia caulis erecta & ferè recta Virgam seu Pedum Pastoris aliquo modo refert.

Shepheards-staff, etiam Botanicis Lat. Virga Pastoris, Dipsacus, Carduus Fullonum, à Stipitis cum Virga seu Baculo Pastoris convenientia.

the shrinking **Shrub**, herba Impatiens, Planta Animalis, ζωόφυτον, quæ sc. ad quemvis attactum se contrahit.

Sicke-wort, & Bugula & Prunella sic dicuntur, quia Vulnera à Secula seu Falce inflicta facillimè curant.

Silken-Tree, Asclepias, à mollitie foliorum sic dicta.

Silver-bush, Jovis Barba, frutex sic dictus à colore interioris folii Argenteo.

Silver-Thistle, Acanthium vulgare, à colore Albido foliorum.

Silverweed, Argentina, Potentilla, à colore foliorum Argenteo.

Sinkfield, corr. à **Linkfell**, quod *vide*.

Skirret *or* **Skirwort**, It. n. pl. *Scherivole*, Hisp. *Chirrivia*, Sisarum Tiberii Augusti deliciæ, olim è Germania in Italiam translata est, eóque vocem Sisarum *Hofmannus* originis Germ. esse existimat, utinam dedisset Etymon Germanicum, quid si deducerem *ab* AS. Sparep, Dulcior; **Skirwort** autem, quasi Belg. **Supckerwort**, sc. à *Saccharea* prorsus dulcedine dictum confido.

Sloe, v. Et. Gen.

Smallage, Apium palustre antiquorum, nescio an à brevi ætate sic dictum.

Snag-tree, Prunus Sylvestris, nescio an sic dicta quasi **Snake-tree**, fort. quia fibræ radicum contortâ suâ figurâ Anguium convolutiones aliquo modo referre videntur.

Snail-Clover, Medica seu Trifolium Cochleatum, sic dictum, quia tubercula semen continentia omnino instar Testæ Cochleæ contorta sunt.

Snake-weed, Bistorta, sic dicta, à tortuosa & convoluta radicis figura instar Serpentis, tum etiam quòd Serpentum morsus sanat.

rattle **Snake-weed**, Polyrrhizos Virginiana, sic dicta, quia ad morsum Serpentis

cu-

κεφαλίζοντ@ Virginiani, & fortaſſe ad quoſvis aliós Venenatos, & alia quavis Venena, eximia eſt Antidotus.

Snap-dragon, Antirrhinum, q. d. os Draconis (i.e.) Dragon's Neb, ob ſimilitudinem aliquam Oris Draconis in floribus ſic dictum, v. Neb & Dragon in Et. Gen.

Sneez-wort, v. Neeſe-wort.

Solomons-ſeal, Polygonatum, etiam Botanicis Sigillum Solomonis, fort. ſic dictum, quia inſigni, quâ pollet, Traumaticâ vi vulnera ſigillat & conferruminat.

Sope-wort, Saponaria quibuſdam Struthium, ſic dicta, quia Aquæ incocta, inſtar Saponis ſordes veſtium detergit & eluit, tùm quòd folia ejus, inſtar Saponis, pinguia & lubrica tactui apparent.

Sorgh-graſs, granum Paniciforme ſeu Paniceum, ſic dictum, quòd Panico, quod Italis *Sorgo* dicitur, perſimile eſt.

Sorrel, v. Et. Gen.

Sorrel du bois, Oxys Lutea, Fr. G. *Sorel* ſeu *Surelle du bois* (i.e.) Acetoſa Sylveſtris, ſic dicta, quia Sylvis gaudet.

Southern-wood, vel **Southern wood**, *ab* AS. Sudepn-pudu, Sudepn-pudu, Abrotonum, q. d. Lignum Auſtrale, quia fort. locis Auſtralioribus gaudet: Veteres autem multas herbas præſertim caule firmiori præditas, Ligni nomine appellitârunt, ut ex **Wormwood** & multis aliis apparet.

Sow-bane, Atriplex Sylveſtris Latifolia, ſic dicta, quia *Suibus* eſu perniciosa vel eſt, vel creditur.

Sow-bread, Cyclamen, fort. quia *Sues* eo libenter veſcuntur.

Sow-Fennel, v. Hog's-Fennel.

Sow-thiſtle, *ab* AS. Sudiſtle, Sudiſtel, Dupe-diſtel, Sonchus, à Dupe, Germen, Frons, Dupian, Fruticari, & Diſtel, Carduus, ſic dictus, fortean quòd in multas frondes ſe diffundat.

Sparagus *or* **Sparges**, Ruſticis noſtris **Sparrow-graſs**, à Lat. *Aſparagus*, Gr. Ἀσπάραγ@ & Ἀσπάραγ@, quod primariò quemvis Turionem, ſecundariò hujus tantùm plantæ καὶ ἐξοχὴν deſignat, v. ſi tanti putas, Tractatum juſtum *Fallop. de Aſparago.*

Sparrow-tongue, Paſſerina, ſeu Lingua Paſſerina Linariæ ſpecies, neſcio an, quia folia oblonga & in acutum deſinentia Linguam Paſſeris imaginoſo alicui repræſentare videntur.

Spear-thiſtle, Acanthium (i.e.) Carduus Haſtiformis, quia ſc. foliis *Haſtam* ſatis accuratè refert.

Spear-wort, **Crows-foot**, Ranunculus flammeus, à ſimilitudine *Haſtæ* in foliis.

Speedwel, Veronica, q. d. quod benè Valere facit, & eſt ſanè planta ad multos medicos uſus efficaciſſima.

Speer-hawk, Hieracium, ſic dictum, & Græcè & Anglicè quia Accipitres eo delectantur.

Spelt, Teut. **Spelt-korn**, Fr. G. *Eſpeante Zea*, ſeu Ador antiquorum. Neſcio an à Teut. **Spalten**, Findere, quia ſc. ejus radix in multas fibras & filamenta diffinditur.

Sperage, v. Et. Gen.

Spider-wort, Gr. φαλάγγιον, φαλαγγίτις, à Phalangio Araneâ cujus pedes vel in loculis ſeminum, vel in foliis refert. Vel, quod mallet *Parkinſonus*, quia contra *Phalangii* venenum Antidotus eſt efficaciſſima.

Spignel *or* **Spiknel**, Meum, fort. ſic dictum, quia Aromatico odore Spicam refert.

water **Spike**, Potamogiton, q. d. Spica Aquatica, à ſimilitudine aliqua Spicæ.

Spiknard (i. e.) *Spica Nardi.*

Spinage, v. Et. Gen.

Spindle-tree, Euonymus, ſic dictus, vel quia ad Fuſa conficienda commodus eſt, vel quia Fuſis ſimilis creſcit, v. **Spindle** in Et. Gen.

Spleen-wort, *ſmooth* **Spleen-wort**, Aſplenum ſeu Ceterach, utr. ſic dictum, quia Lienis applicationes potenter referant, poſterius quia Leve eſt.

rough **Spleen-wort**, Lonchitis Aſpera, ſic dicta, quia ad eoſdem affectus ad quos Aſplenum valet, & Aſperum ſeu hiſpidum eſt.

Spoon-wort, Cochlearia, figurâ enim folii Cochleari ad amuſſim reſpondet.

Sprenſtoany, corruptum à Lat. *Penecdanum.*

Spurge, à Fr. G. *Eſpurge*, Belg. **Spurgie**, **Spurie**, Lathyris, Tithymalus, ſic dicta, ab inſigni *Purgandi* facultate. Hæc vox **Spurge** nobis certè eſt valdè æquivoca; comprehendit enim omnes Tithymalos, item Laureolam & Cataputias omnes, denique omnes lacteas herbas noſtrates quæ vehementer purgant.

Spurry, Spergula, ſic dicta, quia folia ejus octo anguſta ſtelliformia radios Calcaris ſatis exactè referunt.

Squinant, à Lat. & Gr. *Schœnanthus.*

Stab-wort, Teut. **Stabwurtz**, Abrotonum, fort. quia Baculum aliquo modo referre viſum eſt, v. **Staff** in Et. Gen.

the **Staff-tree**, Celaſtrus, quia rectà inſtar Baculi creſcit.

Stagger-

Stagger-wort, Jacobæa, sic dicta, fort. quia ad Anginam Equorum valdè utilis est.

Starch-wort, Arum, sic dictum, quia Amyli, seu, ut ita dicam, Stereotici vulgò **Starch** dicti genus ex eo conficitur.

Star-thistle, Carduus Stellaris, sic dictus, quia Spinæ caput ejus formâ *Stellarum* circundant.

Star-wort, sic dictus, quia folia florem ambientia *Stellæ* formam exhibent.

Staves-acre, à Lat. & Gr. *Staphis agria* (i.e.) Uva agrestis.

Stick a dove, corruptum à Lat. & Gr. *Stœchas*, *Stœchados*.

Stitch-wort, gramen Leucanthemum, Doctori *How* Holostium Pumilum, sic dictum, quia ad dolores Laterum punctorios multùm prodesse creditur.

Stock Gilli-flowers, Leucoium, sic dictum, credo, quia tum radix tum caulis instar Ligni solida & dura sunt.

Stone-break, Saxifragia, sic dicta, ab insigni quâ pollet vi Lithothrypticâ.

Stone-crop, Sedum seu Sempervivum minimum acre, Illecebra quibusdam Vermicularis, sic dicta, quòd Super Lapides, sc. murorum & parietum crescit.

Storks-bill, Geranii species, sic dicta, quia ille seminum loculus acuminatus Ciconiæ rostrum formâ refert.

Strangle-tare, Vicia Sylvestris vulgaris, sic dicta, quia segetes Strangulat.

Straw-berry, v. Et. Gen.

Straw berry tree, Arbutus, sic dicta, quòd fructum edit Fragi similem, sed majorem, nec sapore adeò delicatum.

Succory, corr. à Lat & Gr. *Cichorium*.

wild **Succory**, Chondrilla, sic dicta, quia in apicibus foliorum habet granula aliqua particulis Gummi similia.

swines **Succory**, Hieracium, fort. quia *sues* ejus esu delectantur.

Suckles, v. **Hony-suckles**.

Sugar, v. Et. Gen.

Sulphur wort, Peucedanum, sic dicta, ab odore foliorum *Sulphureo*.

Sultans-flower, Cyanus Orientalis, sic dicta, quia Turcarum *Sultanus* seu Imperator hoc flore adeò delectabatur, ut ipsum in Pileo seu Tiara sua pro ornamento gestaverit.

Sun-dew, Ros Solis, sic dictus, quòd folia ejus perpetuum ex se Rorem fundunt, maximè ubi æstu urgentur, & *Solis* radiis feriuntur.

Sun-spurge, Tithymalus Helioscopius, sic dictus, quia flores ad ortum Solis se aperiunt.

Swallow-wort, Asclepias seu Vincetoxicum quibusdam, etiam Latin Hirundinaria, sic dicta, quia acutæ & apertæ ejus siliquæ cum candida Lanugine volanti Hirundini ferè similes sunt, alii verò à semine Lanugine pinnato ita dici aiunt.

Sweet-Cis *or* **Cicely**, Myrrhis seu Cærefolium odoratum, à suavi foliorum odore.

Sweet-Rush, Schœnanthus (i. e.) Juncus Odoratus ab Aromatico ejus odore.

Sweet-William, Armerius; sic dictus, ab odore florum jucundo. Certè plantas humana nomina aliquando assumere supra observatum est & tralatitium.

Sweet-willow, Oxymyrsine, Myrtus, Brabantica, à grato sc. quem spirat odore, & foliorum Salicis similitudine.

Swines-cresses, *Gerardo* Coronopus, ob aliquam, quam ille sibi imaginatus est, Nasturtii similitudinem, & quod *Sues* ejus esu delectantur.

Swines-grass, Polygonum, fort. quia *Sues* eo avidè vescuntur.

Sycamore, Acer majus, ridiculo Barbarorum sæculorum errore, Sycomorus dicta, cum vera Sycomorus tantùm in calidioribus regionibus, ut Asia & Ægypto crescat, & Acer nostrum nec Morum ullo modo referat, & fructum ficui similem non edat; non tamen diffitendum est, quin exigua quædam sit in foliis, & stipitibus harum arborum similitudo.

T.

Tacamahaca, purum putum Barbarum vocabulum nobilis illius resinæ, quæ cum novo orbe primùm nobis Europæis innotuit.

Tansy, Fr. G. *Tanaisie*, à Lat. *Tanacetum*, quod reverà significat, vel, per errorem veterum Botanicorum, à voce *Athanasia*.

wild **Tansy**, Potentilla, Argentina, à quadam foliorum *Tanaceti* similitudine.

Tares, v. Et. Gen.

Tarragon, à Fr. G. *Estragon*, *Stragon*, It. *Tavacone*, Hisp. *Taragonta*, *Taragona*, *Taragon*, Herba cujus nomen puto corruptum à Lat. & Gr. *Dracontium* vel

à Fr. G.

à Fr. G. & Angl. Dragon, nisi inde dictum sit, quòd frequens crescat in Hispania *Tarraconensi*.

Taulpins, à Fr. G. *Taulpins*, Lupini, hoc *à* Taulpe, Talpa, sic dicti, inquit Author seu Traductor libri *the French Gardiner* dicti, quia *Talpæ* locum, ubi hoc semen seritur, fugiunt.

Teasel, v. Teaſe in Et. Gen.

herb Terrible, Alypum, herba Terribilis, quia sc. *Terribiliter*, (i. e.) validè & magno cum periculo alvum movet.

Tetter-berry, Baccæ Bryoniæ albæ, sic dictæ, quia succus ipsarum Impetigines sanat.

Tetter-tree, arbor Americana, Barbaris *Pacal* dicta, ideò hoc nominis sortita, quòd ejus cineres sapone misti Herpetes & Impetigines mirificè extinguunt.

Tetter-wort, Chelidonium majus, sic dictum quòd Acer ejus succus illitu Impetigines tollit.

Thistle, v. Et. Gen.

the ancient Thistle, Carduus veterum, Acanus *Theophrasti*.

asses Crackling Thistle, Gr. & Lat. Onopyxus; quia sc. ejus esu *asini* eximiè delectantur, & Onopordon, Fr. G. *Pet d' Asne*, quia asini, qui eam depascuntur, crebros emittunt Ventris Crepitus.

Barnaby Thistle, Carduus Solstitialis, sic dictus, quia circa Solstitium Æstivum (i. e.) Festum Divi *Barnabæ* floret.

the cotton Thistle, Acanthum seu Carduus Tomentosus, à foliis Tomentosis sic dictus.

the creeping way Thistle, Carduus Ceanothos, sive viarum & Vinearum repens, quia juxta Vias & Vineas crescit.

the cruel sharp Thistle, Acarna minor caule non folioso, sive Leo Carduus ferox, à spinis acutissimis quibus horret, & minatur, sic dicta.

the distaff Thistle, Gr. Attractylis ab Ἄτραξ, Fusum, ab aliqua sc. Coli vel Fusi similitudine.

the Fish Thistle, Acarna, nescio an sic dicta, quia ejus spinæ instar Spinarum *piscis* acutæ sunt.

the gentle Thistle, Cirsium, à mollitie & lenitate Spinarum sic dictum.

the golden Thistle, Scolymus *Theophrasti*, seu Eryngium luteum Monspelliensium, sic dictum à colore Aureo filamentorum illorum, ex quibus semina enascuntur.

the lancing Thistle, Lat. Carduus Lanceatus, à manifesta in foliis *Lanceæ* similitudine.

the many headed Thistle, Carduus Polycephalus seu Multiceps, à multis, quæ gerit, capitibus.

the meadow Thistle, Carduus Pratensis, quia Pratis gaudet.

the melancholy Thistle, Cirsium, sic dictum, quod varices à *Melancholico* sanguine obortas discutere creditur.

the Melon Thistle, Melo Carduus, Planta Americana, sic dicta, ab insigni *Melonis* seu Melopeponis similitudine.

the Milk Thistle, Carduus Lacteus, à *Lacteo* foliorum candore.

the Musk Thistle, Carduus Moschatus, à suavi foliorum odore *Moschi* æmulo.

the blood red American Thistle, sic dictus à colore *Sanguineo*.

the Star Thistle, Carduus Stellans, quia eum Spinæ *Stellarum* formâ ambiunt.

the American torch Thistle, Cereus Spinosus Americanus, sic dictus, quòd erectus instar Cerei crescit.

black Thorn, Prunus Sylvestris, sic dicta, vel à colore ex atro viridi foliorum, vel à colore fructuum nigerrimo.

Goats Thorn, Tragacantha, sic dicta, quòd ejus Spinæ instar barbæ *Hirci* horrent.

the hedge-hog Thorn, Echinus, quia Spinæ ejus exactum *Echini* seu *Erinacei* similitudinem exhibent.

the purging Thorn, Rhamnus Catharticus, sic dictus, ab eximia baccarum vi Cathartica.

the white Thorn, Spina alba acuta, Appendix, à colore florum *candido*.

Thorough-wax, *or* Thorough-leaf, Fr. G. *Perce-fueille*, Belg. Deur-Was, Perfoliata herba, hoc *à* nostro Thorough, Belg. Deur, Per, & nostro Wax, Belg. Wassen, Crescere, quia sc. Caulis folium Perforare videtur, v. Thorough & Wax in Et. Gen.

Three-faces-in-a-hood, Viola Tricolor, à Triplici colore sic dicta.

Three-leaved-Liverwort, Hepatica nobilis seu Trifolia; tot enim foliis constat.

Thrift, Caryophyllus marinus, seu gramen Polyanthemon, sic dictus, *à* verb. *to* Thrive, quia sc. minima cum cultura abundè proficit, & magnam florum multitudinem edit.

Throat wort, Trachelium, sic dictum, quia Gargarismis incoctum, ad omnes palati

&

& gutturis inflammationes valdè efficax est.

Tills, contractum à **Lentills**.

Toad-flax, Linaria, fort. quia Bufones ejus esu gaudent.

Toad-stools, Fungi, præsertim Venenati, sic dicti, quia Bufones eorum esu delectari, iisque Venenum affiare creditur.

Tobacco, v. Et. Gen.

Tolmainers, Armerii species.

Tong-blade, Hypogloſſum, sic dictum, quia ex foliis majoribus alia folia etiam ipsa acuminata, instar Linguarum, prodeunt.

Tooth-pick Chervill, Gingidium, sic dictum quia pediculi, qui flores sustinent, postquam induruerunt, instar Spinæ, mundandis dentibus inservire possunt.

Tooth-wort, Orobanches species, Dentaria major *Matthioli*, sic dicta à radice Dentata.

Torches & Wigtaper, Verbascum, sic dictum, quia planta insigniter longa est, & erecta crescit instar Cerei.

Touch-mé-not, Cucumis agrestis ex quo conficitur Elaterium, sic dictum, quia periculosum est medicamentum, & propter purgandi vehementiam summa cum cautione usurpandum.

Touch-wood, Esca Igniaria, Fomes. Sic dicitur Fungus quidam durior, arboribus adnascens, qui Lixivio acri incoctus, & resiccatus primo scintillæ attactu ignem concipit.

Toy-wort, Bursa Pastoris, fort. sic dicta, à floribus albidis quos pueri in deliciis habent, v. **Toy** in Et. Gen.

Ladies-Traces, Orchidis species, lascivi-ori sc. sensu, quia Testes, quibus radices hæ valdè similes sunt, mulierum deliciæ sunt.

Travellers joy, Viorna, sic dicta, quia tum in Sepibus, qui itinera obsident, frequens crescit, tum quia flores ejus albi tum colore & elegantia, tum jucundo odore Viatores oblectant.

Tree, v. Et. Gen.

the Indian honey **Tree**, sic dicta, quia apes in eo mellificant.

Tree-of-Life, Lat. etiam *Arbor Vitæ*, sic dicta, à Cardiaca & Alexipharmaca vi foliorum, quam Aromatico, Balsamico & Theriacæ simili odore simul & sapore pollicentur.

the sorrowful **Tree**, Arbor Tristis Indica, quæ occidente Sole floret, Oriente defloresci, tanquam Soli irata, & ἀνήνορος.

Trefoil *or* **Trefle**, Fr. G. *Treffle*, utr. à Lat. *Trifolium*, Gr. Τρίφυλλον, sc. à Tribus, quæ habet, foliis.

bean **Trefoil**, Anagyris arbor, quia tum *Trifolia* est, tum folliculi seminum fabas aliquo modo referunt.

buckler **Trefoil**, Trifolium Peltatum, sic dictum, à loculis seu Vesiculis seminum formâ Peltas referentibus.

hooked **Trefoil**, Trifolium Falcatum, à loculis seminum Falciformibus.

hop-like **Trefoil**, Trifolium Montanum Lupulinum, à *Lupuli* similitudine sic dictum.

Licoris **Trefoil**, Trifolium Glycyrrhizites, à *Glycyrrhiza* in radice similitudine.

marsh **Trefoil**, Trifolium Pratense, q. d. Trifolium Palustre.

meadow **Trefoil**, Trifolium Pratense.

mountain **Trefoil**, Trifolium Montanum.

pile **Trefoil**, Lotus Hæmorrhoidalis seu Trifolium Hæmorrhoidale Monspelienſium, sic dictum, quia ad *Hæmorrhoidas* tumidas & dolentes valere compertum est.

rough **Trefoil**, Lotus asperior Monspelienſium.

long rough headed **Trefoil**, Trifolium capitulo oblongo aspero.

shrub **Trefoil**, Trifolium frutex.

smooth and rough skinny headed **Trefoil**, Trifolium Vesicarium læve & asperum à capitibus membranosis Vesicis similibus.

snail **Trefoil**, Medica, sic dicta, à loculis seminum *Cochleæ* similibus.

sour **Trefoil**, Oxytriphyllon seu Trifolium Acetosum, à jucunda Aciditate sic dictum.

rare spiked rushy **Trefoil**, Spica Trifolia Festucacea mirabilis.

starry headed **Trefoil**, Trifolium Stelliceps, à Capitibus Stelliformibus.

stinking **Trefoil**, Trifolium Bituminosum, *ab* odore gravi Bituminoso sic dictum.

strawberry headed **Trefoil**, Trifolium Fragiferum, à Capitulis Fragi formam mentientibus.

sweet **Trefoil**, Trifolium Odoratum, à Jucundo odore.

thorny **Trefoil**, Trifolium Spinosum.

tree **Trefoil**, Cytisus, q. d. Trifolium Arborescens; est enim Frutex Trifolius.

time headed **Trefoil**, Trifolium capitulis Thymi.

venomous **Trefoil**, Dorycnium, q.d. Trifolium Venenatum; Venenatum enim esse creditur.

Troll-

Troll-flowers, Ranunculus Montanus, fort. corr. pro **Roll** vel **Rollet-flowers**, Ranunculus Globosus, sic dictus, à floribus Rotundis & Convolutis.

Trouble-belly, Alypum, sic dictum, quia Alvum vehementer turbat.

True-love, herba Paris, sic dicta, quia folia in apice quatuor, instar crucis Burgundicæ, vel Nodi reciproci, invicem oppolita sunt.

Truffs, *Florio* **Traffles**, *à* Fr. G. *Truffes*, It. *Tartuffi*, *Tartuffoli*, Tubera terræ, τύφια seu ὕφια. Gallis & præcipuè Italis maximè in deliciis. *Truffes* autem videtur ortum immediatè à *Tuber*, per Epenthesin τ̃ρ; It. autem *Tartuffi* dicitur, quasi terræ Tubera, v. *the French Gardiner* pag. 260.

Tulip, v. Et. Gen.

Tun-hoof, Hedera terrestris, nescio an *ab* AS. Tun, Sepes, & Hoꝼ, Ungula, nobis **Hoof**, sic dicta, quia sub Sepibus crescit, & folia Ungulam animalis, figurâ referunt.

Turks-cap, Tulipa flos, à similitudine Pilei *Turcici* sic dictus.

Turky-wheat, Frumentum Saracenicum, sic dictum, quia *à Turcarum* regione primò advectum est.

Turmerick, v. Et. Gen.

Turnep, v. Et. Gen.

Lion leaved **Turnep**, Leontopetalon, à fulvo colore foliorum *Leonis* æmulo.

oaken leaved black **Turnep**, Chrysogonon, sic dictum, à similitudine foliorum *Quercûs*.

Turnsole, Fr. G. *Turnesol*, Gr. ἡλιοτρόπιον, sic dictum, quia flores se ad Solem convertunt & aperiunt.

Turpentine, v. Et. Gen.

Tutsan, *à* Fr. G. *Tutsan*, Androsæmum, q. d. Totum Sanum, vel Totum Sanans; Eximium enim est Vulnerarium.

Two-penny-grass, Nummularia, à forma foliorum rotunda *Denarii* æmulâ.

Twy-blade, Ophrys Bifolia, sic dicta, quia Bina tantùm folia habet.

V.

Venus-bason, Dipsacus vulgaris, Virga Pastoris, Labrum Veneris, sic dictum, quia folia ejus ampla adeò conformantur ut, instar Pelvis, pluviam & Rorem continere possint.

Venus-Comb, Pecten Veneris, Scandix, sic dictus, à folliculis seminum Pectini similibus.

Venus-hair, Capillus Veneris, à *Capillorum* similitudine in foliis sic dictus.

Venus-looking-glass, Speculum Veneris seu Viola Pentagona, sic dicta, ab amæno florum aspectu.

Vervain, *à* Fr. G. *Vervaine*, *Verveine*, utr. à Lat. *Verbena* (i. e.) Verè Bena seu Bona; olim enim sacra herba, & in sacrificiis & Magicis carminibus usitatissima fuit, ideoque Græcis ἱερὰ Βοτάνη dicta.

Vetch *or* **Fetch**, v. Et. Gen.

bitter **Vetch**, Orobus, ab Amaritudine sic dictus.

hatchet **Vetch**, Hedysarum, Securidaca, à forma foliorum Securi aliquantùm simili.

horshoe **Vetch**, Ferrum Equinum, à quadam in folliculo seu loculo seminum Soleæ Equinæ similitudine.

Italian **Vetch**, Ruta Capraria, Galega, q. d. Vicia Italica; habet enim folia Viciæ quàm simillima.

milk **Vetch**, Astragalus, sic dictus, à colore florum *Lacteo*.

wild **Vetch**, Lolium, **Tares**, q. d. Vicia Sylvestris.

the parsly **Vine**, sic dicta, quia folia habet latè incisa, & Laciniatæ instar Apii hortensis.

Violet, v. Et. Gen.

corn **Violets**, Speculum Veneris, Viola Pentagona, sic dictum, quia inter segetes crescit & Violam colore refert.

tooth'd **Violets**, Dentaria Baccifera, sic dicta, quòd folia quasi denticulis incisa sunt.

water **Violets**, *or* **Gilliflowers**, flores Millefolii Aquatici, sic dicti, quia Leucoii floribus similes sunt.

Vipers-bugloss, Echion, sic dictum, quia ad morsus Viperæ valere creditur.

Vipers-grass, Scorzonera, sic dicta, quia ad morsus Serpentum valere creditur.

Virgins-bower, Flammula Jovis surrecta, quia sc. ut & aliæ Clematides, in Pergulas Arboreas expetitur.

W.

Wake-Robin, Arum, sic dictum, quia acrimoniâ suâ quemlibet sopitum, si affrices, somno excitare potest.

Wall-flower, Keiri seu Leucoium Luteum, sic dictum, quòd tum in Parietibus, tum juxta Parietes nascitur.

Wall-wort, *Ælfrico* Wall-þýrt, Ebulus, Chamæacte, fort. sic dicta, quòd maximè circa Muros & Valla crescit.

Walnut, v. Et. Gen.

Wart-wort, Tithymalus Verrucosus, sic dictus à capitulis, Verrucarum instar, prominentibus, tum etiam quòd hæc herba, ut & alii omnes Tithymali, lacteo suo acri succo affricto, tanquam Caustico admoto, Verrucas tollit.

sea **Wart-wort**, Tithymalus Paralius.

Water-archer, Sagittaria, à Sagittæ veterum similitudine in folio, & quia *Aquis* gaudet.

Water-cotton-plant, Alga Bombycina, à similitudine flocci Lanæ seu Bombycis expansi.

Water-maiden-hair, Alga seu Conferva Trichoides Plinii, sic dicta, à similitudine Capillorum Veneris.

Water-nuts, Teut. **Waeller-noeten**, Belg. **Water-noten**, Capitula seu Fructus Tribuli Aquatici Nuciformes.

hairy **Water-weed**, Alga Aquatilis Capillacea seu Conferva Plinii, aliis Linum Aquaticum, sic dicta, à foliis filamentosis quibus capillos imitatur, & quòd in aquis crescit.

Way-barley, Hordeum Spurium vulgare, sic dictum, à magna hordei veri similitudine & quòd juxta Sepes crescit.

Waysaring-tree, *or* **Travellers-joy**, Viorna, sic dicta, quia propter amœnitatem, & fragrantiam florum viatoribus in deliciis est, & circa vias crescit.

Way-thorn, Genista Spinosa, sic dicta, quia juxta Vias crescit.

sea **Weed**, Alga quia in Mari crescit, & ab ejus fluctibus passim in littus rejectatur.

Weed-wind, corr. à **With wind** quod v. infrà.

Welch-hard, *or* **Sharp-rush**, Juncus Aquaticus Cambro-Britannicus.

Welcome-to-our-house, nobis Tithymalus Cyparissias, quia sc. ob pulchritudinem suam omnibus expetitus est.

Weld, **Wold**, *or Dyers* **Weed**, herba Lutea seu Luteola, fort. sic dicta, quia collibus, ἄλσει, quos nos **Wolds** dicimus, gaudet. Hujus flores Lutei ob tincturam, quam exhibent, luteam tinctoribus expetuntur.

Wheat, v. Et. Gen.

black or Cow **Wheat**, Gr. etiam **Melampyrum**, *ab* obscuriori foliorum colore.

Whicken, *or* **Quicken-tree**, Fraxinus, sic dicta, vel quòd folia ejus teneriora ad quemvis Auræ afflatum motitantur, ut quasi vivere videantur, vel quòd facilè accenditur, & celeriter vivum ignem concipit.

Whin, Ononis *Minsevo*, C. Br. autem *Chwyn*, Herba Erratica noxia exponitur. **Whins** etiam nonnullis Genista Spinosa vulgaris appellatur.

Whin-berries, Hisp. *Guinda*, Cerasa Acida.

White-root, radix Polygonati, à colore Albido sic dicta.

the **White-rot**, *Parkinsono* Sanicula, quia sc. pecudes, quæ eâ pascuntur, Luc inficere vulgò creditur, Doctori *How* Cotyledon Aquatica seu Acris Septentrionalium.

White-star-of-Bethlehem, Ornithogalum candidum vulgare, sic dictum, quia flores *Stelliformes & Candidi* sunt.

White-wort, Parthenium, sic dictum, à colore, præsertim florum, *Albido*.

Whittlow-grass, Paronychia, sic dicta, quia ad Paronychias sanandas valere credita est.

Whitten-tree, Sambucus Aquatica, nescio an sic dicta, quasi arbor Candida, quia sc. tum Caudex & rami delibrati Candidi apparent, & medullam in se Candidam habent.

Whortle-berries, v. Et. Gen.

Widow-wail, Chamelæa Tricoccos, sic dicta, quia nimis violentâ Cathartica, Elateriâ vi multos enecat eóque viduas eorum relictas ad luctus compellit.

Widow-wis, Genistella Tinctoria.

the **Wilding** *or* **Crab-tree**, Malus Sylvestris, quia sc. sine cultu crescit sic dicta.

Willow, v. Et. Gen.

Willow-herb, Lysimachia, sic dicta, quia folia Salicis foliis persimilia sunt.

Wimote, Althæa, corr. à Fr. G. *Guimauve*, ant. *Guimaulve*, & hoc à Lat. *Bismalva*.

Wind-flower, ut Gr. Ἀνεμώνη, fort. sic dicta,

cta, quòd Vere ineunte, cum maximè Venti sæviunt, flores emittit.

Winde-straw, *or* **Vent-grass**, gramen agrorum, Venti Spica, sic dictum, quòd *Spicam* habet quovis ventulo facilè mobilem.

Wind-Rose, Anemone, sic dicta, quia ejus flores amænitate & figurâ Rosam æmulantur, & Vere ineunte, cum maximè venti sæviunt, floret.

Winter-cherries, fructus Solani Vesicarii seu Halicacabi, Arab. *Alkakengi* dicti, à similitudine aliqua *Cerasorum*, & quòd transactâ æstate, særiùs sc. Septembri mense fructus maturescit.

Winter-cresses, Barbarea, sic dicta, quia planta perennis est.

Winter-green, Teut. **Winter-Grün**, Belg. **Winter-Groen**, Pyrola, sic dicta, quia etiam hyeme folia & viriditatem retinet.

Witch-Elm, Ulmus folio glabro, nescia an sic dicta, vel quòd Pythonissas circa hanc arborem choreas ducere, vel quòd eam ad incantationes adhibere creditum est.

Witch-hasel, Ostrys seu Ostrya Theophrasti, quoniam sc. Sagas eâ ad Veneficia uti creditur.

With-wind, Convolvulus, *à* verbo **Wind**, quia vicinas arbores & frutices instar Viminis circumplectitur & illigat.

With-wind, *Comenio* Cuscuta vel Cassutha, sic dicta fortean, quia propter teneritudinem, & exilitatem foliorum quovis, vel minimo venti afflatu huc illuc impellitur.

Woad, v. Et. Gen.

Wood, v. Et. Gen.

Wood-bind, v. Et. Gen.

Wood-grass, gramen Sylvaticum, sic dictum, quia *Sylvis* gaudet.

Wood-Night-shade, Solanum Lignosum, sic dictum, quia solum ex Solanorum genere fruticescit, & duritie stipitis ad arborem accedit.

Wood-roof, *ab* AS. Wudu-Rope, Asperula herba, nescio an *à* nostro **Wood**, AS. Wudu, Sylva, & Reope, Læna, Sagum, sic dicta, quia Sylvis gaudet, eâsque instar Straguli operit, vel potiùs *à* **Wood** & **Rowel**, quia sc. flores Stellam vel calcaris Radios referunt, v. **Wood-row** & **Wood-rowel** infrà.

Wood-row, Asperula, v. **Wood-roof**.

Wood-rowel, idem quod **Wood-row**.

Wood sower, **Woodsorrel**, Trifolium Acetosum, Oxytriphyllon, sic dictum, tum à jucunda aciditate, tum quòd Sylvis gaudet.

Wood-war, *ab* AS. Wudupeaxe, Genista Tinctoria, fort. sic dicta, *à* colore florum qui est Cereus (i. e.) ex Albo luteus, v. **Wood** & **Wax**.

Wolfs-bane, Aconitum præsertim Lycoctonon, sic dictum, quia esu *Lupos* occidit.

Wolfs-claw-Mose, Muscus Clavatus seu Lycopodium, sic dictus, à similitudine quadam *pedum Lupi*.

Wolfs-fist *or* **feists**, Teut. etiam **Wolfs-feist** vel **fist**, **Wuben Fist**, **Weiber-fist**, Lat. Crepitus Lupi, Fungus, Ἰχαμόν.

Wormwood, v. Et. Gen.

Worm-seed, Semina Absinthii Santonici; sic dicta à vi, quâ pollet, Lumbricos enecandi.

Worts vel *black* **Worts**, Vaccinia, seu Baccæ Vitis Idææ, à colore Nigro sic dictæ.

Achilles **Wound-wort**, Achillæa Sideritis, quâ creditur *Achilles* vulnera sibi sanâsse.

water **Wound-wort**, *or* **Water-Souldier**, Stratiotes seu Militaris Aizoides à foliis, instar hastarum, longis & acuminatis & vi Vulneraria, sic dicta.

Wrack, Alga, sic dicta, quia cum reliquiis Naufragarum navium è mari in littus ejicitur.

Y.

Yarrow, *ab* AS. Geapepe, *Ælfrico* Gærpupe, Belg. **Garwe**, Millefolium. *Minsh.* deflectit *ab* **Arrow**, quia optimum est Vulnerarium, ideóque olim ad Vulnera à sagittis feliciter usurpatum est; vel fort. à Geap, Annus, quia ferè per totum annum folia retinet.

Yew-tree, v. Et. Gen.

Yoke-Elm, Betulus sive Carpinus arbor, sic dicta, quia ob duritiem lignum hoc jugis conficiendis idoneum est.

Youth-wort, Ros Solis, fort. quia Juventutem renovare creditur.

Z.

Zedoary, Radix Indica Aromatica, cujus & nomen barbaræ Indicæ originis est.

ETYMOLOGICA EXPOSITIO

Vocum Forensium

TUM

Antiquarum & jam Obsoletarum, tum Recentium, & quæ adhuc in usu sunt, rejectis etiam hic quæ aperte *Latinos* natales agnoscunt.

A.

A B

Bevance, *as the right of Fee simple lying in* **Abeyance**, in Foro Romano Hæreditas jacens seu Vacans, in foro Attico Κλῆρος Ἀδήλιος seu Διαλείπων, ut *Cowell* exponit, q. d. Hæreditas Sperata seu Expectata, seu potiùs novum Dominum vel Possessorem expectans, *à* Fr. G. *Abbayer*, It. *Abbaiare*, Latere, Metaphorâ sumtâ à Canibus qui, cum cibum vehementer appetunt, & Spe quasi vorant, Allatrant, vel, secundùm *Spelman à* Fr. G. *tenir en Abbay*, Differre, q. d. Hæreditas cujus possessio, donec Dominus jure cognoscatur, differtur; Vel, quod reliquis longè simplicius & facilius, eóque melius est, *à* Fr. G. *Bayer*, Hiare, Inhiare, Avidè Capere, v. **Bay**, *to keep at* **Bay** in Et. Gen.

A C

Abicherſing, & **Pitcherſing**, illud exponitur *Cowello* Immunitas à mulctis. Idem *Cowell* originariò Mulctam signare censet, & deflectit *à* Teut. **Beſchätzen**, Vectigal imponere, Mulctare.

Abulzements, Ornaments, apud *Skene* lib. Quon. Attach. C. 21. videtur corr. *ab* **Abellishments**, v. **Embellish.**

Accessary, sic in nostro Jure appellatur criminis alicujus seu facinoris Socius, in Foro Attico Συμπράκτωρ, nimis manifestè *à* Lat. *Accedere*, q. d. Accessarius, qui sc. alium accedit in flagitio perpetrando operam commodaturus.

Accroch, v. an. 25. *Edwardi* 3. Stat. 3. cap. 8. Significare

significare autem videtur Jus alienum Invadere, & sibi injustè ascribere, *à* Fr. G. *Accrocher*, hoc *à Croc*, Uncus, q. d. Unco injecto sibi attrahere.

Achat vel **Achapt**, quod *Cowello* exponitur Pactum, Conventum, Contractus, in Foro Attico, Συνθῆκαι, *à* Fr. G. *Achet*, Emtio, hoc *à* verb. *Acheter*, ant. *Achepter*, Emere, q. d. Lat. *Adcaptare*.

Acherſpyre, *in making of Malt*, apud *Skene* lib. de Jure Camerarii C. 26. Parag. 3. F. 153. P. 2. *ab* AS. Æcep, Seges, Satum, & nostro **Spire**, Spica. Dicitur autem de hordeo, ubi in præparatione Bȳre seu Brasii nimiùm, & ab utraque extremitate, germinat: Sic enim nimis evocatis, indéque absumtis spiritibus prolificis Bȳre illa debilis Vieta & Cereviſiæ probæ conficiendæ inepta redditur, quod idcirco lege prohibetur.

Adjourn, v. Et. Gen.

Advowſon, in Jure Canonico Jus Patronatûs (i. e.) Jus idoneos Rectores, Curiones, seu Sacerdotes in Ecclesiis Episcopo instituendos offerendi & sistendi, *à* Fr. G. *Advoëſon*, *Advouaiſon*, Protectio, Tutela, hoc *à* Lat. Barb. *Avocatio* (i. e.) Jus Advocati; Advocatus autem & Patronus recentiori Latinitate prorsus synonyma sunt.

Affeerors, *à* Franco-Norm. vet. *Affeurer*, Mulctare; tales enim Curiis minoribus Paganis, nobis **Courts Leet** dictis, jurati mulctas indicunt. *Affeurer* proprio & primariò res Æstimare seu pretium mercibus seu cibariis in foro Constituere designat, q. d. Lat. *Afforari*, ab *Ad* & *Forum*.

Affer, **Affri**, **Affra**, adhuc Northumbris in usu pro Equo (i. e.) *Averio*, v. **Avery** in Et. Gen.

Affinage, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, exp. autem Metallorum per ignem purgatio, *à* Fr. G. *Affiner*, Metalla depurare, v. **Fine** & **Refine** in Et. Gen.

Afforeſt (i. e.) agrum Cultum in incultum & Compascuum mutare, q. d. agrum in Saltum vertere; **Foreſt** autem antiquitus in Jure nostro non tantùm Sylvam aut Saltum, sed quicquid omnino Camporum incultum aut neglectum jacet, signavit, v. **Foreſt** in Et. Gen.

Affray, in Juro nostro Pugna inter duos vel plures, hinc contractum est nostrum **Fray**, quod v. in Et. Gen.

Agenfrida, seu **Agenfrie**. *Spelman* deflectit *ab* AS. Agen, Germ. **Eigen**, Proprius, & Fripe, Dominus; est enim Dominus Proprietarius, qui sc. in Villanos, ut loquimur, vel mancipia plenum jus dominii habuit, quod jam apud nos penitus obsolevit. *Somner* scribit **Agenfrigea** seu **Agen-frea**, sc. à dicto Agen, & Fripea vel Frea, Herus. Istiusmodi Domini apud Jurisconsultos Teutonicos hodiè **Eigen-Herrn** appellantur.

Agendine, Teut. **Leibeygener Knecht**, Mancipium, *ab* AS. Agen, Teut. **Eygen**, Proprius, & AS. Cine, Servus, v. **Villain**.

Agilde vel **Egilde**, interdum & **Angelde** & **Ogilde**, verbatim Insolutus (i. e.) Vir adeò scelestus, ut ob ejus cædem nulla prorsus Compensatio jure debeatur, *ab* A priv. vel potiùs AS. Æ & Gilban, Solvere. Istiusmodi sunt Proscripti, aquâ & igne interdicti, vel, ut Jurisconsulti nostri loqui amant, Exleges.

Aginatour, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, & exp. Institor seu Revenditor mercium viliorum, τῶν ἐωνίων πωλητής, & deflectitur *à* Lat. *Agina*, apud Festum, quod interpretantur id cui inseritur scapus trutinæ (i. e.) in quo foramine trutina se vertit.

Agiſt, exp. aliena armenta in Regis forestam (i. e.) incultum agrum admittere, & eo nomine pecuniam exigere. *Cowell* deflectit *à* Fr. G. *Giſte*, Cubiculum seu locus in quo aliquis jacet, *à* verbo *Geſir*, Jacere, v. **Jeiſt** vel **Jeiſt** in Et. Gen.

Aile vel **Ayel**, *à* Fr. G. *Ayeul*, Avus, hoc contr. *à* Lat *Avulus*, *vide* expositionem vocis apud *Cowell*.

Airs, *Chalmerlane* **Airs**, apud *Skene* libr. de Jure 4 Burgorum, C. 1. F. 139. P. 2. fort. *ab* **Eyer** (i. e.) Fr. G. *Ouir*, Audire seu causas Cognoscere; vel potiùs *à* Fr. G. *Erre*, Via, q. d. Judex Viator seu Erraticus, *an Itineral Judge*.

Aiſnecia, *à* Fr. G. *Aiſneſſe*, Primogenitura, hoc *ab Aiſnè*, Primogenitus; *Aiſnè* autem à Fr. G. *Ains*, Ante, & *Nè*, Natus, ortum ducit.

Aler ſans jour, Fr. G. *Aller ſans jour*, verbatim Ire sine Die (i. e.) ut exponit *Cowell*, foro prorsus dimitti quoniam nullus comparendi in posterum dies assignatus est.

Alfet, *Somnerus* in Glos. exponit Caldarium, in antiquo Jure Anglo-Saxonum signavit Lebetem illum, seu Cacabum aquæ fervidæ bullientis plenum, cui criminis postulatus, cubito tenus manum immergebat, & aliquandiu detinebat, reatus inde vel innocentiæ argumentum petiturus,

petiturus, nam si ab aqua ustus esset, criminis convictus, sin illæsus abiit, absolvebatur; vox originem trahit *ab* AS. Ælan, Accendere, Urere, & Fæt, Vas, q. d. Vas Ustorium, v. Ordeal.

Allodial, vox Juris Civilis Feudalis propria, quæ, quoniam cum omnibus terminis Feudalibus Germanicæ originis est, hîc locum sibi postulat, non Liberi cujusvis, seu Ingenui Patrimonium, ut nonnulli volunt, sed propriè Patrimonium à nullo alio Domino dependens, quale est Regum & Principum, Αὐτοκρατόρων, designat, perperam *à Laude* deflectit *Hottomannus*. Mallem à Teut. **All Los** (i.e.) Totum seu prorsus Liberum, q. d. Terra ab omni clientela, & obsequio libera, eóque Feudo seu Beneficio contraria, licèt *Spelmanno*, ut mihi quidem videtur, non tam speciosè deducat *ab* AS. Leod, Populus, q. d. Popularis, item *ab* A priv. & AS. Leod, Vassallus, q. d. sine Vassallagio seu clientela, vel *ab* AS. Lade, Onus, q. d. sine Onere (i.e.) sine Tributo.

Allumino, vox occurrit anno primo Ric. 3. Cap. 9. Exponitur qui in Charta vel Pergamena pingit. *Cowell* deflectit *à* Fr. G. *Allumer*, Accendere; vel potiùs *à* Fr. G. *Enluminer*, q. d. Lat. *Adilluminare*, sc. qui Lumen, Gratiam & Vigorem coloribus suis suffundit, v. **Limner** in Et. Gen.

Almain rivets (i. e.) Interprete *Cowello*, levius quoddam Panopliæ genus, cum *manicis* aut *laminis* ferreis brachiis circumductis *Alemannis* usitatum, prioris vocis Etymon manifestum est, posteriorem *Cowell* deflectit *à* Fr. G. *Revestir*, Superinduere. Possem & non incommode deducere à Fr. G. *River*, Figere, Affigere, Configere.

Alm, apud *Skene* lib. de Jure Camerarii C. 23. paragr. 2. fol. 153. nescio an contr. *à* Lat. *Almus*.

Almoin, v. *Frank* **Almoin**.

Almoner, contracte **Almner**, *à* Fr. G. *Aumosnier*, Eleemosynarius (i. e.) qui donaria seu congiaria Egenis à Rege erogari solita distribuit, *a* nom. *Aumosne*, Eleemosyna (i. e.) Stips mendico collata, omnia, parum deflexo sensu, *à* Gr. Ἐλεημοσύνη, Misericordia. Hujusmodi Minister labente Imperio Comes Sacrarum Largitionum dictus est, v. **Alms** in Et. Gen.

Alnegeo, v. **Aulnegeo** in Et. Gen.

Amends, v. Et. Gen.

Amerce, Mulctare, credo *ab* ant. Fr. Norm. *Amercier* nunc obsoleto, hoc *à* Fr. G. & Angl. **Merci**, Misericordia, quia sc. Reus peractus arbitrio seu misericordiæ Domini se permittit, vel quòd mulcta ad arbitrium seu misericordiam Domini irrogatur.

Amortissement, *à* Fr. G. *Amortissement* idem signante. Dicitur autem ubi prædia dantur in manum mortuam (i. e.) Episcopis, Cœnobiis, vel, ut uno verbo dicam, Ecclesiæ, quod sine expresso Regis assensu fieri non licuit. Cur autem quæ in Ecclesiam conferuntur mortuæ manui tradi censeantur v. voce **Mortmain**.

Analie, videtur *to* **Alienate** apud *Skenæum* Maj. Reg. lib 2. C. 41. item lib. Quon. Attach. C. 20. & passim.

Ancient Demesne. Sic appellatur Jus Feudi quo omnia Prædia seu Beneficia ad Sacrum Patrimonium spectantia, temporibus Sancti *Edwardi Confessoris* & *Gulielmi Victoris* Regum olim tenebantur, quorum omnium numerus, una cum nominibus clientum Regiorum qui ipsa possidebant, adhuc scripta extant in illo venerandæ Antiquitatis monumento libro sc. Censuali vulgò **Doomsday book** dicto, q. d. verbatim Vetus (sc. Regis) Patrimonium, v. **Ancient** & **Demeans** in Et. Gen.

Ancient Demesne Arrear, hoc postremum *à* Fr. G. *Arriere*, Retrò, q. d. à Retrò, (i. e.) à multo retrò tempore.

Anepill *or* **Single woman**, apud *Skenæum* Maj. Reg. lib. 2. C. 19. *ab* AS. Ana, Solus, & Able.

Anfeldtybde, vox occurrit in Chronico Johannis *Bromton* in LL. Edmundi Anglo-Saxonum Regis. *Somnerus* in Glos. corrigit **Anfeald tybtla** (i. e.) Simplex Accusatio; Anfeald enim AS. Simplex notat, q.d. **One-fold**, v. **One** & **Fold** in Et. Gen. **Tybtla** autem *à* Lat. *Titulus* ortum ducere videtur.

Angild, vox frequens occurrit in Historicis Anglicis à *Somnero* editis, est autem vox For. Anglo-Saxonica, significat Compensationem pro simplice rei vel hominis æstimatione, *ab* AS. An, Una, & Gild, Solutio, Pretium, v. LL. Inæ R. Cap. 20. item in Fœdere Aluredi & Guthruni RR, vide & voces **Weregild**, **Twigild** & **Trigild**.

Anblote, vox occurrit in LL. *Wilhelmi* primi Regis Cap 64. Videtur autem Simplex Tributum seu Vectigal designare, *ab* AS. An, Una, & bloze, Portio, Tributum; Conjunguntur enim **Anblote**

&

& **Anſcote**, v. voces **Scot** & **Lot** & **Anſcote** ſuis locis.

Annealing of tile, vox occurrit anno 17 *Edwardi* 4. in principio. Significat autem, ni fallor, probam Coctionem Aſſationem & Indurationem tegularum, *ab* AS. On-ælan, Inflammare, Accendere, v. **Neal** in Et. Gen.

Annienteo, *Cowello* exp. Fruſtratum & ad nihil redactum, *à* Fr. G. *Aneantir*, Annihilare, hoc ab *A* & *Neant*, It. *Niente*, Nihil, q. d. *Ne-Ent* (i. e.) Non Ens, Caſu Auferente *ne-Ente*.

Anoſance, aliàs **Noiſance** vel **Nuſance**. *Cowell* deflectit à Fr. G. *Nuiſance*, Damnum, Incommodum, hoc *à* verb. *Nuire*, Nocere. Poteſt & non abſurdè deduci *à* Fr. G. *Ennuyer*, Vexare, Moleſtiam creare cujus Etymon, v. in Et. Gen. voce **Annoy**.

Anſcote, vox occurrit in LL. *Wilhelmi* primi R. Cap. 64. *ab* AS. An, Una, & Sceat, Portio, Collatio, Cenſus, q. d. Cenſus ſimplex ſeu Tributum Simplex, v. **Anhlote** ſuprà, & **Scot** & **Lot** ſuo loco.

Appareil, vox quæ mihi in ſolo Dict. Angl. occurrit, exp. autem integra Rationum Subductio, item Summa totius Debiti, quæ rationibus ſubſcribi ſolet, *à* Fr. G. *Appareil*, Apparatus, q. d. Inſtructio, Adornatio, Præparatio ſeu Conſummatio rationum.

Appariement, *Cowello* exp. Similitudo quædam ſeu Imitatio belli, ni fallor Ludicrum Certamen, armorum exercitium, idem citat annum ſecundum *Rich.* 2. Stat. 1. Cap. 6. Oritur autem *à* Fr. G. *Appareillement*, Apparatus, hoc *à* verb. *Appareiller*, Apparare, Inſtruere, Adornare, cujus Etymon v. in Et. Gen. voce **Apparrel**.

Appeach, v. Et. Gen.

to **Appear**, in Foro Rom. Vadimonium obire, in Foro Attico Ἀναίρειν δίκην, v. **Appeat** in Et. Gen.

Appellour, qui alio nomine **Approver** dicitur. Eſt autem, inquit Author Dict. Angl. Reus qui crimen, cujus poſtulatur, de ſeipſo confitetur, ſed, quò veniam ſibi impetret, alios conjuratos ſeu facinoris participes defert & accuſat, *à* Fr. G. *Appelleur* verbali verbi *Appeller*, quod inter alia Accuſare deſignat, hoc nimis manifeſtè *à* Lat. *Appellare* (i. e.) in Jus vocare. *Appellour* etiam dicitur qui in Jure noſtro antiquo cum omnibus reliquis Germanicis gentibus communi, certis in caſibus alium ad Duellum ſeu Monomachiam provocat, v. **Combat**.

Appertinances, v. **Appurtenance** in Et. Gen.

Apportionment, *à* Fr. G. *Apportionnement*, æqua & pro Portione redituum fundi diviſio ſeu Partitio, hoc *à* verb. *Apportionner* in æquales & Analogas partes Diſpertiri.

Apprentice, v. Et. Gen.

Approvers of the King, noſtris Juriſconſultis Approvatores Regis ſunt, quorum ſc. munus eſt, prædia ſeu Fundos Regis ad emolumentum Regis, & Sacri patrimonii augmentum elocare. Hic **Approvers** idem ſignificat quod apud nos **Improvers** (i. e.) **Improvers** *of the Kings Land and Manors*, vide anno 51 *Henr.* 3. Stat. 5. v. & vocem **Improve** in Et. Gen.

Approvour, idem quod **Appellour** ſuprà, *à* Fr. G. *Approuver*, Approbare, Comprobare, quia talis delator crimen, cujus alios poſtulavit, liquidò probare & evincere jure obligatur.

Arches court, Lat. Curia de Arcubus. Sic autem dicitur ſuprema Curia Archiepiſcopatûs ſeu Provinciæ Cantuarienſis, ad quam ab omnibus inferioribus Eccleſiaſticis Tribunalibus provocatur, quia ſc. tenetur Londini in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Arcubus, vulgò *Bow Church*, quæ id nominis ſortita eſt à turre Campaniferâ, cujus culmen columnis lapideis arcuatim conſtructis circumveſtitur.

Aries, **Arlis**, Arrha, *a Gods penny*, apud *Skenæum* Maj. Reg. lib. III. C. 10. proculdubiò *à* Lat. *Arrha*, Syro-Græco Ἀρραβὼν, Pignus in emtione.

Arpent, vox ſatis frequens in libro Cenſuali *Wilhelmi Victoris*. Significat autem Menſuram quandam agri ſemijugero noſtro ſupparem. *Voſſius* & nonnulli alii priſcæ Gallicæ originis eſſe ſuſpicantur, eò quòd Columella Gallos ſuo tempore ſemijugerum *Arepennen* vocâſſe teſtatur: *Iſaac Pontanus* deflectit *à* Belg. **Aerde** ſeu **Eerde**, Terra, & **Pand**, Ambitus, Circuitus. *Scal.* autem Comm. in Diras, & *Salmaſ.* in Sol. pag. 683. Latinæ originis eſſe autumant, contractum ſc. *ab Arvipendium*, hoc *ab Arvis pendendis* (i. e.) metiendis. *Salmaſius* etiam reperit in Gloſſis ipſam hanc vocem *Arvipendium* quæ Gloſſographo interprete σχοῖνος γεωμετρικὸς (i. e.) Funis Geometricus, quo olim metiri agros ſolebant, redditur. Vox autem Arpent apud Gallos

los etiamnum usitatissima est, v. præcipuè *Menag.* & *Spelman.*

Arrest, v. Et. Gen.

Arretted, *Cowello* exp. criminis alicujus Postulatus seu Accusatus. Idem ortum putat *à* Lat. Barb. *Arrectatus*, q. d. ad rectum (i. e.) Jus vocatus. Mallem tamen declinare *à* Fr. G. *Arrester*, Sistere, Detinere; Galli enim *s* illud ante *t* non pronunciant, *vide to* **Arrest** in Et. Gen. & **Arrete** in Et. Voc. Ant.

Assach, *Cowello* exp. Purgatio quædam Juridica per juramenta 300 hominum. Idem vocem Cambro-Britannicæ originis esse censet. *Spelman* tamen deflectit *ab* AS. Aϸ, Juramentum, & Sac, Causa cui prorsus assentior.

Assart, *Cowello* exp. arbores Extirpare, ut ager ad Culturam idoneus reddatur, vel *à* Fr. G. *Assortir* quod Æquare, Complanare & Disponere significat, ut nos dicimus, *to put in Sorts*, vel *à* Lat. *Assertare*, Freq. verbi *Asserere*, q. d. Asserere in Culturam, hæc *Cowell*, sed, ut mihi videtur, minùs rectè: *Essarter* enim etiamnum Franco-Gallis arbores putare, imò & Extirpare designat, hoc, ni fallor, *à* Lat. *Exartuare* (i. e.) Artus seu ramos arboris descindere, arborem Detruncare, vel, si malis, à Lat. *Exsaltuare* (i. e.) è Saltu in agrum cultum transmutare, facili sanè *l* in *r* transitu, *vide* aliud & melius Etymon in **Essart.**

Kings **Assayer**, Præfectus rei monetariæ cujus sc. munus est argentum probare ne adulterinum, aut vilioribus metallis inquinatum in usum publicum prodeat, *à* Fr. G. *Essayer*, Probare, v. **Assay** in Et. Gen.

Assedation, apud *Skene* lib. de Jure Camerarii F. 155. P. 2. lin. ult. Videtur ex contextu, *the Setting of the Kings Rents* (i. e.) Taxatio Prædiorum Regiorum, ubi sc. Baillivus seu Oeconomus Regis Prædia Regia minore pretio, pactâ sibi mercede, elocat, vel *à* Lat. *Ad* & *Sedes*, vel, quod eodem ferè redit, ab *Ad* & nostro **Set.**

Assets (i.e.) omnia Defuncti bona Personalia, ex quibus debita & Legata solvi leges jubent, vel quod *Cowellus* & *Minsevus* volunt, *à* Fr. G. *Assez*, Satis, vel *à* Lat. *Asses*, Veteres enim Romani secundum *Asses* & *Assium* partes bona Defuncti dividebant.

Assise de novel disseisin, secundùm *Cowellum* Jure Romano Judicium Possessorium recuperandi, ubi sc. Feudi seu beneficii Possessor vi & contra normam juris ejicitur, cui consectanea est billa, ut Jurisconsulti nostri loquuntur, Friscæ Fortiæ, Fr. G. *Billet de Fresche Force*, verbatim Schedula violentiæ recèns commissæ, ni fallor, purioris Latinitatis sæculis, interdictum unde vi, & judicium de vi, in Foro Attico ἔξωλης δίκη, unde ἔξωλης λαχὼν νίνι, alicui intendere judicium unde vi, cum aliquo agere unde vi, Fr. G. *Assise de nouvelle dissaisine* (i.e.) Conventus ad cognoscendam per vim nuper factam ejectionem, v. **Disseis** & **Assise** in Et.Gen.

Assises, v. Et. Gen.

Assythment, apud *Skenæum* Maj. Reg. lib. 4. C. 24. it. Cap. 36. ubi idem videtur quod **Weregild**, seu Compensatio per Mulctam pecuniariam à præp. *Ad*, & AS. Siδe, Vice, quod sc. loco seu Vice supplicii alioqui debiti ad explandum delictum solvitur.

Ateils, videtur quædam Avis apud *Skenæum* lib. de Crimin. Pecunial. Cap. 3. paragr. 9. F. 139. P. 2. sanè quæ sit avis prorsus nescio, nec usquam gentium præterquam in hac Scotica invenire possum. Videtur tamen ex contextu Avis Aquatica, fort. *à* Fr. G. *Attiler*, Ornare, ab Ornatu sc. pennarum.

Atta, **Odio** & **Atia**, vox occurrit anno 3. *Edwardi* 1. Cap. 11. **Atta** autem hoc corruptum videtur *à* nostro **Hate**, quod v. in Et. Gen.

Attach, Comprehendere, in Jus trahere, v. **Attach** in Et. Gen.

Attainder, Juridica rei Convictio, v. **Attainted** in Et. Gen.

Attour ane nicht, apud *Skene* lib. Quon. Attach. C. 63. Videtur ex contextu Ultra signare, à Fr. G. ant. *Atour*, nunc *A l' Entour*, Circa, v. **Turn** in Et. Gen.

Attournment, dicitur de Colono vel Inquilino ubi Dominum mutat (i. e.) ubi novum Dominum agnoscit, *ab* ant. Fr. G. *Attourner*, *s' Attourner* se Convertere (i.e.) ad novum Dominum seu Patronum se conferre, v. **Atturney** in Et. Gen.

Atturney, v. Et. Gen.

Auditor *of the Receipts*, Subquæstor seu

Quæstoris Regii, vulgò magni Thesaurarii dicti, Vicarius seu Adjutor, Rationarius, Fisci Procurator, nimis manifestè à Lat. fonte, q. d. *Auditor* rationum Regis.

Auditor *of the Prests* (i. e.) qui sc. Rationes pecuniarum Regiarum Ministris concreditarum supputat & Dispungit, à Fr. G. *Prester*, Mutuum dare, hoc à Lat. *Præstare.*

Aventure, Sic dicitur ubi quis casu, sine ullius scelere occiditur, à Fr. G. *Aventure*, Casus, Fortuna, quod hic sequiori sensu usurpatur, *vide* **Adventure** in Et. Gen. & **Misadventure** suo loco.

Avera, Opus Diurnum. Vox occurrit in libro Censuali, & oritur ut dicta **Averia**, & **Aver Corn**, à Fr. G. *Oeuvre*, Opus.

Average, duplici sensu usurpatur, vel pro Jumentis quæ cliens Domino ad certa cervitia præstare jure obligatur, ut ubi dicitur, *the Kings* **Averages**, vel ut anno 32. *Henr.* 8. Cap. 14. & anno 1. *Jacobi* Cap. 32. liquidò videtur, pro Pecunia quæ à Mercatoribus ad resarcienda damna naufragio illata erogatur, quia sc. secundum **Averia** (i.e.) facultatum proportionem exigitur, **Averia** enim Bona seu Facultates signat, à Fr. G. *Avoir*, Habere, quæ sc. Habemus (i. e.) Possidemus. Priori sensu formatur à Fr. G. *Oeuvre* seu *Ouvrage*, Opus, quia sc. Jumenta operibus humanæ vitæ necessariis inserviunt. Posteriori sensu *Spelman* deducit *ab* **A-Wrath**, Naufragium, *vide* **Wrack** in Et. Gen.

Aver corn, vocem ex Chronicis *Wilhelmi Thorn*, pag. 1912. col. 2. citat *Somnerus* in Glossario, & exponit Frumentum quoddam Censuale, Tenentium seu Vassallorum operâ, jumentis sc. vel plaustris ad Granarium vel horreum Domini deferendum, idem deflectit à Fr. G. *Oeuvre*, Opus, unde Jumenta & alia operaria animalia **Averia** dicta, & **Corn**, Frumentum, v. **Average** suprà.

Averia, Jumenta, ut in Formula de Averiis captis in Withernam, *vide* **Aver Corn** suprà.

Averment, v. **Aver** in Et. Gen. & *Cowell.*

Aver penny, Secundum *Spelman*, est Tributum ideò datum ut immunes simus à Vectionibus Regis, Etymon quære suprà in **Average**, **Aver Corn** & **Averia.**

Kings **Avery**, v. Et. Gen.

Aulne *of Rhenish wine*, quod meliùs scribitur **Aum** vel **Ohm**, quo nomine Teutones Mensuram 40 Congiorum appellant, v. **Ome** in Et. Gen.

Aumone, à Fr. G. *Aumosne*, Eleemosyna, v. **Almoner** suprà.

Auncestrel, *homage of* **Auncestrel** (i. e.) Clientela Hæreditaria, ubi sc. cliens vel Beneficiarius & Majores ipsius Domino & ejus Majoribus clientelâ seu, ut nos loquimur, Homagio jamdiu obstricti sunt, *vide* **Ancestor** & **Homage** in Et. Gen.

Avouch, v. Et. Gen.

Avowee, exp. Patronus Ecclesiæ ad quem jus Advocationis pertinet, *vide* **Advowson.**

Avowry, seu **Advowry**, v. **Avow** in Et. Gen.

Awm, v. **Aulne.**

Awncel weight, exp. Lances Manuariæ; *Cowell* deflectit *ab* **Hand Bale**, vel à Gr. Ἀγκων, Cubitus.

Ayel, v. **Atle** suprà.

B.

Backberend, corruptè **Bacberend**; est Latro ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehensus (i. e.) rem Furto sublatam Dorso ferens, AS. Bacberend, v. **Back** & **Bear** in Et. Gen. & **Hondbabend** suo loco.

Badger, *Cowello* exp. Dardanarius, Παλιγγενεσιαρχης (i. e.) qui Frumentum vel quemvis Victum in hoc foro emtum in alio revendit, fort. vel à nostro **Bag**, quòd sc. merces saccis circumfert, hinc Fr. G. *Bagner* & *Trousser*, Convasare, Sarcinas colligere & Stipare, vel à nostro **Pack**, quod sc. Sarcinas à Foro in Forum deportat, *vide* **Bag**, **Baggage** & **Pack** in Et. Gen.

Bail, v. Et. Gen.

Bailif, v. Et. Gen.

Bat man, apud *Skene* Stat. *Wilhelmi* Reg. Cap. 17. paragr. 1. Videtur ex contextu Conturbator rationum, ære alieno nexus & oppressus, Decoctor, qui

Foro

Foro decessit, nobis à **Bankrout**, q. d. **Bareman** (i. e.) Vir Bonis & Substantiâ omni Nudatus. Lege enim omnibus Bonis cedere ad satisdandum Creditoribus jubetur.

Balkers, sic anno 1. *Jacobi* R. Cap. 23. dicuntur Speculatores, qui in Edito aliquo juxta mare scopulo stantes, tempore Piscationis Halecum, Piscium accedentium Examina prospiciunt, locúmque per quem transeunt, ramorum agitatione piscatoribus in Cymbis opperientibus significant, nescio an à Belg. **Balck**, Trabs, Tignum, & secundariò quivis Locus editus; vel fort. **Belookers**, AS. Belocenaꝛ (i. e.) Prospectores piscium, à verbo Belocian, Prospicere, licèt sanè apud *Somner.* non compareat, hoc à part. initiali AS. Be & Locian, Videre, v. *to* **Look** in Et. Gen.

Bankrout, v. Et. Gen.

Banneret, v. Et. Gen.

Bans, v. **Banes** in Et. Gen.

Bargh-master, à Teut. **Bergmeister**, Præfectus seu Curator Fodinæ, **Berg** enim hîc Scaptensulam notat, hoc vel *ab* altero **Berg**, AS. Beoꝛg, Mons, quia sc. Montes metallis maximè scatent, vel à verb. **Bergen**, Tegere, Absconderе.

Barghmote, Conventus seu Curia ad quam rerum Metallicarum cognitio spectat, à Teut. **Berg**, Scaptensula, & AS. Gemoꝛ, Moꝛ, Conventus, Metaꝛi, Gemetan, Convenire, Congredi.

Baron, v. Et. Gen.

Biron *and* **Feme**, (i. e.) Vir & Femina: **Baron** & **Varon**, etiam Hispanis Virum significat, utr. *ab* AS. & ant. Goth. Weꝛ, **Wer**, Vir, v. **Baron** in Et. Gen. **Feme** autem *ἐμέσως* à Fr. G. *Femme*, utr. nimis manifestè à Lat. *Femina* ortum ducit.

Baronet, licèt vox satis antiqua sit, tamen eo sensu, quo jam usurpatur, nova est, & novam dignitatem à *Jacobo Rege* institutam designat. Sic enim appellantur viri Nobiles inter Barones & Equites Auratos quasi medii, illis inferiores, his superiores. Vox parvum Baronem signat, & sanè hoc cum Baronibus seu Nobilibus majorum gentium commune habent Baronetti, quòd Diplomate Regio constituuntur, & ipsorum Dignitas perpetua est & hæreditaria. Si plura vis adi *Spelman* voce **Baronet**.

Barr, Rostra, v. **Barr** in Et. Gen.

Barreter, v. Et. Gen.

Barretour, v. Et. Gen.

Barter, v. Et. Gen.

Base court, sic appellatur Curia quævis Inferior, quia Archivas seu Regesta non servat, qualis est Curia Baronum dicta, à Fr. G. *Cour Basse* (i. e.) Curia Humilis seu Vilis, v. **Base** & **Court** in Et. Gen.

Base Estate, seu **Base Fee**, Fr. G. *Bas Estat* & *Fief Bas* (i. e.) Feudum seu Beneficium vel Jus clientelæ Humilius & Vilius, v. **Base**, **Estate**, **Court** & **Fee** in Et. Gen.

Baselard, anno 12. *Rich.* 2. Cap. 6. inquit *Cowell.* In Indice Chauceriano D. *Speight* exponitur Pugio vel Sica, nescio an sic dicta à *Basilea* seu Augusta Rauracorum, q. d. Gladiolus *Basileensis.*

Baston, Sic vocantur Apparitores quidam, seu Lictores, à Fr. G. *Baston*, Baculus, à *Baculo* sc. rubro, quem officii Insigne manu gestant, v. **Bastonado** & **Battoon** in Et. Gen.

Batable ground, sic olim appellabatur Terra Controversa, utpote confinis inter duas nationes sc. Anglicam & Scoticam sita, de qua perpetualis erat ad utram pertineret, eóque inter limitaneos quotidiè pugnæ ciebantur, Fr. G. *Terre Batable* (i. e.) Verbatim Terra Pugnabilis, hoc à Fr. G. *Battre*, Pugnare, v. **Battle** in Et. Gen.

Batswains, in libro Censuali *Wilhelmi Victoris*, Nautæ, *ab* AS. Baꝛ, Cymba, & **Swain**, Servus, quod v. in Et. Gen. ut & vocem **Boatswain** **Battel**, quod & alio nomine **Combat** dicitur, in nostro Jure significat Duellum, Monomachiam seu Certamen singulare, quo olim multæ causæ tum apud nos, tum alias omnes Germanicas nationes decisæ sunt, quod hodiéque potiùs antiquatum quam abrogatum est, v. Etymon in alt. **Battle** in Et. Gen.

Battery, *Action of* **Battery**, in Foro Romano Actio Verberum seu Pulsationis, in Foro Attico *δίκη ἀδικίας τῆς ὕβρεως*, à Fr. G. *Batre*, Cædere, Percutere, Verberare, v. *to* **Beat** in Et. Gen.

Baubels, Baubella, vox occurrit apud *Hovedenum*, & Gemmas significare videtur, à Fr. G. *Beau* & *Belle* (i. e.) Pulchra & Speciosa, v. *Rog. Hoveden.* in *Rich.* 1. *vide* & **Bables** in Etymon. Gen.

Baudekin, anno 4. *Henr.* 8. Cap. 6. videtur Serici confecti seu Panni subtilioris

genus, nescio an *ab* It. *Baldachino*, Prætentum, Canopy, *a* Canopy, q. d. Sericum Principum prætenturis idoneum.

Baye, sic appellatur Stagnum seu Aqua quæ in molam ferream defluens ipsam circumrotat, vox occurrit anno 27 *Eliz.* Cap 19. fort. *ab* alt. **Bay** quod v. in Et. Gen. q. d. Sinus Aquarum.

Beadle, v. Et. Gen.

Bear, apud *Skene* lib. de Jure Camerarii, Cap. 21. paragr. 3. *ab* AS. Bere, Hordeum.

Bearding, *or* **Barding** *of wooll*, vox occurrit anno 8 *Henri* 6. Cap. 22. & videtur idem ferè signare quod **Clack** (i.e.) Signum ovis forfice Abscindere, ut minùs pendeat, eóque minùs Tributum Regi præbeat, fort. *à* nostro **Beard**, q. d. Barbam (i. e.) Vellus ovis attondere, v. **Beard** in Et. Gen.

Bench, vel **Bank**, in Jure nostro Tribunal designat, q. d. Regis vel Judicis Scamnum vel Sella, v. **Bench** in Et. Gen.

Beregafol, vox occurrit in LL. Inæ R. restitutâ salutari manu Doct. *Somneri* in Gloss. *ab* AS. Bere, Hordeum, & Gafol, Tributum.

Berstee, *Spelman* flectit *ab* AS. Byrig, Oppidum, seu, ut nos loquimur *Manerium*, & Steda, Stede, Locus.

Bernet, vox occurrit in LL. Canuti R. tit. 90. Exponitur Incendium, proculdubio *ab* AS. Bærnan, Urere, v. **Burn** in Et. Gen.

Berses, *Spelman* deflectit *à* Fr. G. *Bers de chariot* (i. e.) Latera vel Repagula vehiculi, dicit etiam Metas seu Limites signare, sed hic posterior sensus apud *Cotgravium* non occurrit.

Berewis, *Spelmanno* Villa seu Villæ Appendix, *a* Hamlet, *ab* AS. Byri, Byrig, Oppidum, seu ut loquimur *Manerium*, & Wic, Vicus. Datur & alt. Berewic, quod exp. Villa Frumenti seu Granarium, hoc *ab* AS. Bere, Hordeum, & dicto Wic.

Besail, nomen Formulæ Juridicæ, *à* Fr. G. *Bisayeul*, It. *Bisavolo*, Proavus, q. d. Bis-Avulus.

Bestail, exp. Pecora seu Armenta in Commeatum Regis iter facientis exacta, *à* Fr. G. *Bestail*, *Bestial*, Armenta, Jumenta, q. d. *Bestialia*, v. anno 4. *Edwardi* 3. Cap. 3.

Bewpleder, Formula juris, *à* Fr. G. *Beau*, Pulcher, & *Plaider*, causam agere, q. d. **Fair Pleading**, hæc Actio seu Formula nititur Stat. Marleburgensi anno 52 *Henr.* 3. Cap. 11. v. *Cowell.*

Bidale, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit. Exp. Εραν, Cœna Collatitia ad quam amici conveniunt, eo consilio ut collatâ pecuniâ pauperem amicum sublevent, vel *à* verb. **Bid**, Invitare, & **Ale**, q. d. Cœna seu Cerevisia ad quam invitantur; vel, quod non multum abest, *ab* AS. Biddan, Orare, Precari, quia sc. ad preces pauperis amici subsidium implorantis convocantur; vel potiùs *ab* AS. Bedælan, Dividere, Partiri, Distribuere, v. **Deal** in Et. Gen.

Bidding *of the beads.* Exponitur Sacerdotis Præceptum, quo tot Preces præsertim Orationem Dominicam sæpiùs repetendas plebi suæ injungit, *à* nostro **Bid**, & AS. Bead, Preces, Oratio, v. anno 27. *Henr.* 8. Cap. 26. v. & **Bid**, **Beads** & **Beadsman** in Et. Gen.

Bigging, *for* **Building** *is*: **Big** *for* **Build** apud *Skenæum*, v. *to* **Byg** in Et. Vocum Ant. & **By** in Et. Gen.

Bilage, vox ant. For. quam ex Chron. *Wilhelmi Thorn* citat *Somnerus*, Jornandi libro de rebus Gothicis *Bellagines*, credo idem cum **Bilaws** quod vide, Lex enim AS. Laga dicitur. *Somner* in Gloss. sic dictas putat quasi **By-Laws** (i. e.) Leges obiter & pro re nata conditas, vulgò **by** *the* **By**, vel quasi **Byer-laws** (i.e.) Leges ab alicujus loci Incolis mutuo consensu statutas, v. **Bilaws**.

Bilaws, *Minsevus* deducit *à* Teut. **Bawer**, Rusticus, q. d. **Bawer-laws**, Leges Rusticorum, sc. in curiis Villaticis seu Paganis *Courts Leet* dictis, conditæ. Mallem cum *Somnero* deflectere *ab* AS. Byen, Incola, q. d. Leges Incolarum seu Accolarum. *Spelman* dictas putat quasi **Burlaws** seu **Borough-laws** (i. e.) Leges Pagenses seu Villicas, quod eò verisimilius sit, quòd hujusmodi Leges Rusticæ teste *Skenæo* **Burlawes** seu **Birlawes** appellantur Scotis, v. **Borough** & **Law** in Et. Gen.

Vide *Skene* lib. 4. Maj. Reg. C. 41. in fine.

Bill, Schedula, v. Et. Gen.

Billets of gold, *à* Fr. G. *Billot*, Massa Auri rudis, v. anno 27 *Edwardi* 3. Stat. 2. Cap. 14.

a **Bind** *of Eeles*, significat Mensuram quandam secundùm quam anguillæ venduntur, credo *à* verb. *to* **Bind**, quot sc. anguillæ simul in nassis colligari possunt.

Binne, mensura Pellium 33. sc. constans, credo *à* verbo *to* **Bind**, quot sc. simul

mul commodè colligari possunt.

Birne, apud *Skene* lib. de Crim. nec Cap. nec Pecun. C. 31. F. 154. P. 1. Videtur ex contextu Pellis: fort. *à* verb. AS. Berpan, Ferre, Gestare, q. d. Gestamen.

Bla *and* **Bludie**, v. *Skene* in Tab. (i. e.) ni fallor **Blew** *and* **Bloody**, sc. Vibicibus & Suggillationibus totus Lividus & Sanguinolentus, Sanguine à plagis seu ictibus conspersus, & nos etiam eodem sensu dicimus **Black** *and* **Blew**.

Black Byte, Tributum quod olim Potenti alicui Scoto ab Anglis limitaneis pendebatur, *à* **Black** ubi Triste, Miserum seu Infelix signat, & Fr. G. *Maille*, Nummi genus, hoc à *Medaille*, v. *Spelman* & **Medall** in Et. Gen.

Blanch Ferme, nostris Jurisconsultis Firma Alba est, cujus Tributum seu Census Argento penditur non Pecude, Fr. G. *Blanche Ferme* (i. e.) *a* **White Farm**, v. *Spelman* voce *Firma Alba*, & **Blank** & **Farm** in Et. Gen.

Blank, Nummus antiquus, v. **Blank** in Et. Gen.

Blasour, AS. Blarepe in LL. *Æthelstani* Anglo-Saxonum Regis, *Somner* in Gloss. Blisgeras restituit quod, *Lambardo* Interprete, Incendiarios signat, hoc deflectit *ab* AS. Blyrige, Blyra & Blære, Fax, Tæda, Torris, v. **Blaze** in Et. Gen.

Blomary, exp. prior Machina Fusoria in quam ferri Minera fundenda injicitur, quod Ferrum, postquam primò fusum est, dicitur **Blooms** *of iron* q. d. Flos seu Germen ferri, sc. respectu fecundæ fusionis, quâ quasi in fructum maturatur, v. **Bloom** & **Blossom** in Et. Gen.

Blooms *of iron*, v. **Blomary**.

Blaudwit, AS. Blodpite, Compensatio seu Mulcta pro Sanguine humano fuso, *ab* AS. Blod, Sanguis, & Wite, Mulcta, Emendatio, v. **Wergild**.

Bockland, Prædia inquit *Spelman*, Anglo-Saxones duplici titulo possidebant, vel scripti authoritate, quod **Bockland** (i. e.) **Bookland**, q. d. terram Librariam vocabant, vel populi testimonio, quod **Folkland**, dixere (i. e.) terram Popularem, utpote quæ in Populum transfundi poterat, nullo scripturæ articulo reclamante. **Bocland** verò eâ possidendi transferendique lege coercebatur, ut nec dari licuerit nec vendi, sed hæredibus relinquenda erat, Terra inde Hæreditaria nuncupata, v. *Spelman* & **Book**, **Folk** & **Land** in Et. Gen.

Bordage, & **Bord half penny**, Nummus qui in Foris & Nundinis solvitur pro Erectione Mensarum & Tabularum ad exponendas merces Cassidoro lib. 4. Siliquaticum, *ab* AS. Bord, Mensa, Tabula, & **Half penny**, Obolus, hoc interdum mendosè scribitur **Borthalpeny** & **Brodhalpeny**.

Bordlands, sunt Prædia seu Agri quos Dominus sibi reservat ad victum familiæ suæ suppeditandum: *ab* AS. Bord, Mensa, & **Land**, Terra.

Borrlode, *Somner* in Gloss. vocem citat ex Chronicis *Wilhelmi Thorn*, & exponit Servitium à quibusdam usufructuariis obitum, qui lege Prædiorum Asseres vel Tabulas Sectiles è sylva in domum Domini deferre tenerentur, & deflectit *ab* AS. Bord, Tabula, Asser, & Lode, Onus, Sarcina, v. **Bord** & **Load** in Et. Gen.

Borgbrege, LL. *Henr.* 1. R. Cap. 10. credo idem quod **Borgbreech**, seu **Borh-breech** & **Burgbreech** quod *vide*.

Borgh, Vas, Fidejussor apud *Skenæum* Maj. Reg. lib. 1. Cap. 15. *it Latten be borgh*, exponitur *put under Caution*, Quon. Attach. Cap. 10. (i. e.) *Letten*, vel *Let by borgh*.

Borough, v. Et. Gen.

Borough-English, v. **English** infrà.

Borough-head, idem quod **Head-Borough**.

Borough warren bynnen London, in Charta Civ. Lond. à *Gul. Victore* patre, & *Gul.* 2. filio concessa, purius AS. Burh-papu binnen L. (i. e.) Civis Lond. seu intra Londinum. Author Anon. à Doct. Th. H. Comm.

Borrow, Fide jubere, apud *Skene* lib. de Cur. Bar. C. 38. v. **Borgh**.

Borrow gange, Fidejussio, apud *Skene* lib. Quon. Attach. C. 26. v. **Borgh**, *ab* AS. Borh, Borg, Vas, Fidejussor, & Gange, quod in terminatione Statum seu Conditionem signat.

Borsholder, idem quod **Head-Borough**, AS. Borhep-Ealdop (i. e.) Fidejussor Primarius, à Borh, Borge, Vas, & Ealdop, Senator, seu potius Princeps (i. e.) Primus, Primarius seu Princeps Fidejussorum, v. **Frank pledge** suo loco.

Boscage, vox pura puta Fr. G. sed quæ recentiori usu sensum aliquantùm mutavit. Olim Jurisconsultis nostris illud Alimentum, quod è Sylva referunt animalia, vulgò **Mast** dictum, signavit,

a Fr. G.

à Fr. G. *Bois*, It. *Boſco*, Sylva. Alludit & Gr. βόσκω, Paſco, Alo.

Bote, apud Anglo-Saxones Compenſationem ſeu Mulctam Compenſationis, ſeu Satisfactionis gratiâ Solutam olim ſignavit, ut in **Hedge-bote**, **Plough bote**, **Houſe-bote**, **Han-bote**, **Brigbote**, &c. apparet.

Boteſcarl, idem quod **Boatſwain**, AS. Bate-capl (i. e.) Cymbæ ſeu Scaphæ præfectus, *ab* AS. Bate, Cymba, & Capl, Vir, & ſecundariò Servus, v. **Boat** in Et. Gen. & *Somner* in Gloſs. voce *Buthſecarlus*.

Botiler, v. **Butler** in Et. Gen.

Botleſs, corruptè in Hiſtoria *Rich.* Prioris *Hagulſtadenſis* pag. 308. **Botoles**, AS. Bote-leaſ (i. e.) ſine Compenſatione vel Emendatione, v. LL. *Canuti* R. Cap. 61.

Bowge *of Court*, v. Et. Gen.

Brander, apud *Skene* lib. de Jure Burgenſi C. 125. Videtur ex contextu Vas aliquod ſeu Utenſile Culinarium, credo vel Batillum Focarium, vel Sartago, vel Cratis ferrea, vel denique aliquid ad focum ſpectans, *ab* AS. Bærnan *Wilelmo* Brennen, Belg. **Branden**, Urere, Ardere. Occurrit etiam apud *Somner*. AS. Brandiren, quod exp. Andena, meliùs Suſtentaculum ferreum, Fulcrum Focarium, v. **Andiron** & **Brand** in Et. Gen.

Brad, apud *Bracton* pro **Broad** uſurpatur, v. **Broad** in Et. Gen.

Brede, *Somner* in Gloſs. ex LL. *Edw.* ſen. citat **Butan**, **Bræde** *and* **Beſwice** (i. e.) ſine Fraude & Circumventione, *ab* AS. Bræde, Fraus, Fucus, Figmentum.

Bribours, *Cowello* exp. Fures Clancularii, à Fr. G. *Bribeur*, Mendicus, *Briber*, Mendicare, quia ſc. Mendici plerique datâ opportunitate Fures ſunt. *Briber* autem fortaſſe à Lat. *Privare* ortum ducit.

Brief, à Fr. G. *Brief*, Brevis, q.d. Scriptum Breve ſeu Decretum, Germanis Epiſtola **Brief** & **Sendbrief** etiamnum appellatur. Breve etiam apud Romanos labente Imperio in uſu eſſe cæpit, v. *Salmaſ.* in Flav. Vopiſcum vita D. Aurel. Aug. Etiam apud Julianum μεγάλην Aug. in Epiſtola ad Jud. & paſſim in Baſilicis βρίεια occurrit, v. **Brief** in Et. Gen.

Brigandine, à Fr. G. *Brigandine*, Tunica ferrea Reticulata, vulgò *a Coat of Mail*, hoc à Fr. G. *Brigand*, Latro, Graſſator.

Brigbote, vel **Brucbote**, Tributum ad reparandos Pontes, *ab* AS. Bpiȝȝe, Teut. **Brücke**, Pons, & AS. Bote, Compenſatio, v. **Bridge** in Et. Gen.

Broch, Brochia apud *Bracton*, à Fr. G. *Broc*, Lagena major, v. *Spelman* voce *Brochia*. Vir Rev. deflectit *ab* Hiſp. *Boracha*, Uter. *M.ch. Honywood Eccl. Cath. Linc. Decan.*

Broke half penny, idem quod **Brokage** & **Brod half penny**, quæ v. ſuprà.

Brokerers, v. **Imbrokerers** in Et. Gen.

Brokers, idem quod **Brokers**, quod v. in Et. Gen.

Bruer, Lat. Barb. Bruera & Bruarium, à Fr. G. *Bruyere*, Erica, Ericetum, v. *Somner* in Gloſs.

Buds *and* **Gifts**, apud *Skene* lib. de Jure Camerarii C. 4. Paragr. 4. F. 149. P. 1. Videtur ex Contextu Munera intervertendæ juſtitiæ gratiâ Prætori data ſignare, *ab* AS. Bot, Bote, Compenſatio, Satisfactio, Belg. **Baete**, Commodum, Lucrum, v. *to* **Boot**, *and what* **Boot's you**, in Et. Gen.

Bull, Lat. Barb. *Bulla*, putà Pontificis Romani, v. Et. Gen.

Bullion, v. Et. Gen.

Burde, meat Burde, apud *Skene* lib. de Jure Burgenſi C. 125. Videtur ex contextu idem quod noſtrum **Board** *or* **Table**, *ab* AS. Bord, Menſa.

Burdinſeck, apud *Skene* lib. 4. Maj. Reg. C. 16. Lege enim ibi cavetur ne quis qui tantum Cibi, vel rei edulis quantum Sacco uno incluſum dorſo portare poteſt, furto furripuit, ſuſpendio plectatur, manifeſtè à **Burden** & **Sack**, quæ v. in Et. Gen.

Burgage, inquit *Spelman* eſt Servitium quod Burgenſes, ſeu Oppidani, ex antiqua conſuetudine Domino Burgi ſeu Oppidi præſtant pro domiciliis, ſeu tenementis ſuis in eodem burgo ſeu oppido. *Cowello* autem exp. Titulus ſeu Jus quo urbium ſeu oppidorum incolæ Fundos à Rege, vel alio Domino ſub lege annuæ Penſionis tenent, à Fr. G. *Bourgage* idem ſignante, v. **Borough** & **Burgeis** in Et. Gen.

Burgbote, *Spelmanno* exp. Auxilium ſeu Tributum, quod ex Conſuetudine debetur ad reſtaurationem urbium, Burgorum (i. e.) Oppidorum & Caſtrorum, *ab* AS. Burȝ, Oppidum, & Arx, & Bote, Compenſatio ſeu Tributum.

Burgbrech, aliàs **Borgbrech**, AS. Borhbryce (i. e.) Fidejuſſionis Ruptio ſeu Violatio,

Violatio, *ab* AS. Bopb vel Bopȝ, Vas, Fidejussor, & Bpyce, Ruptio, Bpecan, Rumpere; Angli enim omnes Decemvirali olim Fidejussione pacem Regiam stipulati sunt. Quod autem in hanc commissum est, pro delicti gradu & merito, mulctâ modò graviore, modò leviore expiatum est, *vide* **Frankpledge.**

Burglary, v. Et. Gen.

Burgmote, AS. Buph-Gemote (i. e.) Urbis seu Oppidi Conventus, Consessus seu Comitia, à Buph, Oppidum, & Gemot, Conventus, Concio, Concilium, hoc *à* verb. Gemetan, Metan, Occurrere, Convenire.

Burlaws, vel **Birlaws**, v. **Blaws.**

Bygane, apud *Skene* lib. Quon. Attach. Cap. 46. (i. e.) **Gone by**, seu quod Præteriit seu Elapsum est.

C.

Cablish, Lat. Barb. *Cablitia*, exponitur à Scriptoribus Legum Saltuariarum arbores humiliores, Virgulta & Frutices foco potius quàm ædificiis idonea, parum deflexo sensu *à* Fr. G. *Chablis*, *Bois Chablis*, Arbores seu Rami arborum vi ventorum eversæ & dejectæ, **Windfalls.** Sed unde, inquies, *Chablis*? credo contr. *à* Lat. sequioris sæculi *Casibile*, quod idem quod Caducum sonat, sc. à Casu addito, more Gallorum, initiali syllabæ spiritu.

Cankara, vocem hanc *Somner* in Gloss. citat *ex* LL. *Ethelstani* R. cap. 19. Videtur vox corrupta & contracta *à* Lat. vocc. *Ferrum Candens*. Ex contextu enim constat in ea lege Probationem per Ferrum candens illis temporibus usitatissimam designare, *vide* **Ordeal**, & **Fire Ordeal.**

Cantred, v. Et. Gen.

Carcan, *Spelman* deflectit *ab* AS. Capcenne, Carcer & Carcerem ibi signare existimat. Longè melius, ut mihi quidem videtur, *Somner* in Gloss. exponit Collistrigium, *a* Pillory, & deducit *à* Fr. G. *Carcan*, Monile seu Collare & secundariò Collistrigium, hoc fort. *ab* It. *Caricare*, Onerare, & *Canna*, Guttur; sic autem appellatur Guttur à Civitate quam Cannæ Arundini seu Fistulæ similem habet, v. **Carknet** in Et. Gen.

Carcelage, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, & exp. Pecunia illa quam Captivus jam demittendus Commentarienli seu Carceris Præfecto aliisque custodibus pro more solvit, nimis manifestè *à* Lat. *Carcer*, q. **Carcerage**, R enim & L sibi facillimè invicem cedunt.

Carh, exp. quoddam Lanæ pondus, fort. *à* Fr. G. *Cargue*, *Charge*, It. *Carico*, *Cargo*, Onus, *vide* **Charge** in Et. Gen.

Carno, Immunitas quædam, ut exponit *Cowellus* vel rectius, ut ex *Spelmanno* in Gloss. constat, Tributum aliquod fundi Domino debitum, suspicor idem esse quod *Carrale* apud *Spelmannum*, quod olim, eodem interprete, quod Carro vehitur, & vectigal inde exactum signavit.

à **Carte** *of land*, *à* Fr. G. *Charrũe*, Lat. Barb. *Carrucata*, quantum sc. terræ uno Carro, & Aratro seri, & coli potest: hinc **Carvage**, Tributum quod olim in singulas Carrucatas exigi solebat, Fr. G. *Charruage*.

Casament, *Somner* in Gloss. citat ex *Radulpho* de Diceto, exponit autem Habitaculum vel Prædium quod quis nomine & Beneficio possidet alieno, vulgò Tenementum, *ab* It. *Casa*, Domus, hoc vel *à* Lat. *Casa*, sc. per μείωσιν, vel, quod gutturalis & lata Florentinorum pronunciatio innuere videtur, *à* Teut. eóque Longobardico **Haus**, Domus.

to be **Cast** *in law*, in Foro Rom. Causâ cadere, in Foro Attico Κατάδικος, Καταψηφίζω, ὅτλου seu ἁλίσκεσθαι τῇ δίκῃ, vel q. d. jure Dejici, Metaphorâ à Luctatoribus petitâ, vel q. d. jure Cassari cujus sc. Actio Cassa redditur.

Castaldie, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit. *Spelman* idem cum officio *Castellania*, & *Castaldum* idem cum *Castellano* esse autumat. Castellani autem Præfecti Castellorum seu Pagorum olim dicebantur, v. *Spelman* voce *Castellum*, Ipse melius, ut mihi quidem videtur, alibi deducit *ab* It. *Castaldo* seu *Gastaldo*, Oeconomus, Dispensator, Villicus, Procurator Principis alicujus aut viri Nobilis, hoc *ab* AS. Gaȝt, Hospes, & Healdan seu Healdan, Custodire, q. d. Custos Hospitum, vel ab eodem Gaȝt, & ant. Teut. **Ald**, Servus, Famulus, q. d. Hospitum.

Hospitum Famulus, vel qui Hospitum curam agit, Curator Hospitii. Occurrit & in LL. Longobardicis tit. 6. *Gastaldius* Regis.

Castellain, *à* Fr. G. *Chastelain* (i. e.) Castellanus seu Præfectus Castelli seu Arcis, hodiéque Magnifica est apud Polonos Dignitas. Sunt qui cum Castaldo confundunt, sed, ni fallor, perperam, *vide* **Castaldie**.

Castle-steed, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit. Exponitur autem Munimentum, Propugnaculum, *à* nostro **Castle**, & AS. Stæba, Locus.

Castleward, exp. Tributum ad Castelli seu Arcis Custodes seu Satellites alendos à vicinis ad certum intervallum exigi solitum, *vide* **Castle** & **Ward** in Et. Gen.

Casule, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, *ab* AS. Cazul, Fr. G. *Chasuble*, Vestis quædam Sacerdotalis, Lat. Barb. *Casula*. *Spelman* & *Menagius* deflectunt *à* Lat. *Capsula*, quod eò verisimilius sit, quòd nostrum **Case**, Franco-Gallici *Casse*, & Latini *Capsa*, Thecam posterioribus sæculis signare cœpit, & quid aliud est Vestis quàm Corporis Theca? Si cui autem hoc minùs placet *à* Lat. *Segulum* per me licet, declinet.

Catchpole, Lictor Accensus, v. **Catchpoles** in Et. Gen.

Caursines, Itali præsertim Longobardi magni Fœneratores, fort. q. d. *Corsini* seu *Corsi* ex *Corsica* Insula oriundi, v. **Full.** *E. H.* lib. 3. Cent. 13. pag. 59.

Ceapgild, vel potiùs **Ceapgild**, Pecudis seu Mercimonii Restitutio, *ab* AS. Ceap, Merx, & Gild, Solutio, Gildan, Solvere, *vide Spelman* & *Orfgild*.

Celestrines, Panni genus, nescio an à colore *Cœlesti* seu Cœruleo dicti, v. anno 1. *Rich.* 3. Cap. 8. versus finem; Cilestro enim Italis Cœruleum notat, & hoc eò manifestius fit quòd Pannorum Turchinorum, quæ vox prorsus idem signat, in eodem titulo fit mentio, v. **Turkin**.

Cenegild, vox ant. For. Anglo-Saxonica, Mulcta pro Interfectis expiatoria ipsorum cognatis olim pendi solita, *ab* AS. Cynne, Cinne, Gens, Parentela, Cognatio, & Gild, Solutio, *vide* **Wæregbote**.

Ceorl & **Ceorlman**, in LL. *Ethelstani* R. Cap. 34. AS. Agricolam, Rusticum seu Colonum signat, hoc vel *ab* AS. Ceop, Verna, Mancipium, quia sc. olim omnes Villici & Agricolæ Mancipia & verè Servitia fuerunt, vel *ab* AS. Cyppan, Acyppan, Belg. **Keeren**, Teut. **Kehren**, Vertere quia sc. Terram aratro versant. Quod ad prius Etymon v. **Agentine** suprà, & **Villain** in Et. Gen.

Cestui qui vie, in recentiori & puriori lingua, Fr. G. *Cestui a vie de qui*, Ille cujus ad vitam (i. e.) quamdiu is vixerit, fundi seu ædes à Domino Beneficiario seu Clientelari jure conceduntur.

Cestui qui use, pro *Cestui al use de qui* (i. e.) Ille cujus usui, vel ad cujus Usum aliquid assignatur.

Chase war, Miniter seu, ut loquimur, Officiarius quidam qui in Curia Cancellariæ (i. e.) Curiâ Æqui Bonique Ceram quâ acta Curiæ obsignantur, calfacit, *vide* **Chase** & **War** in Et. Gen.

Chamberdekins, exp. ex lingua Hibernica **Beggers**, Mendici, v. anno 1. *Henr.* 5. Cap. 8. Credo vocem esse Hibernicæ originis eóque Etymon despero.

Chamberer, *à* Fr. G. *Chambriere*, It. *Cameriera* (i. e.) Ancilla Cameraria seu Cubicularia, Famula à Cubiculo, vulgò **Chambermaid**, v. **Chamber** in Et. Gen.

Chamberlain, v. Et. Gen.

Champartie, in Jure Romano Litium Redemtio; Redemtores autem Litium dicuntur, inquit *Cowell*, qui quotidianas lites mercantur, aut qui partem Litis pacisciuntur, sc. qui sumtus omnes, vel partem Sumtuum in Litem prosequendam suppeditant, eâ lege, ut vel totam rem controversam vel partem ejus, postquam Litigans causâ vicerit, lucrifaciant: **Champartie** autem ortum videtur, vel *à* Fr. G. *Champ parti* (i. e.) Campus vel Ager Divisus seu Partitus; Agri enim vel Pecuniæ de quibus lege disceptatur inter causæ Socios dividuntur, vel *à* Fr. G. *Changer*, *parti* (i. e.) Conditionem seu Statum mutare; causa enim postquam novum accepit Litigantem alium quasi vultum induit, sed priori Etymo longè magis fido.

Champion, v. Et. Gen.

Chance Medley, v. Et. Gen.

Chancery, nostris Jurisconsultis Cancellaria, Curia Cancellariæ, in qua Cancellarius Æqui sc. Bonique Judex præsidet, & ad Æquitatis normam rigorem legum attemperat, v. **Chancellour** in Et. Gen.

Chantrey,

Chanfron, vox Fr. G. quæ in solo Dict. Angl. occurrit, & exponitur tum *ab* Authore tum à *Cotgravio* Nummus quidam Italicus.

Chantery, Lat. Barb. *Cantaria*, secundùm *Spelman* Ædes Sacra ideò institutæ & dotatæ prædiis, ut missa ibidem Cantaretur pro anima Fundatoris, & Propinquorum ejus, v. alt. **Chantry** & **Chant** in Et. Gen.

Chapters seu **Chapiters**, exp. Summa seu Synopsis rerum in quas lege inquirendum est, *à* Fr. G. *Chapitres*, Capita seu Capitula.

Charner, vocem citat *Somner* in Glos. ex Chronicis *Wilhelmi Thorn* p. 1942. ibi autem non **Charner** sed **Charnel** invenio, v. **Charnel house** in Et. Gen. in quo hujus **Charner** tum sensum tum Etymon reperies.

Charter, v. Et. Gen.

Charterpartie, v. Et. Gen.

Chase, Saltus, quia sc. in Saltibus Venatores feras insectantur. *Cowell* medium quid statuit inter Saltum, nobis Forestam, & Septum, nobis Parcum, dictam, v. **Chase** in Et. Gen. & *Cowell.*

Chattels, v. Et. Gen.

Chaud-Melle, vox For. Scót. occurrit apud *Skenæum* in margine LL. *Milcolumbi* 2. Scotorum Regis, Culpam autem in Tumultu aliquo commissam designat. Vox proculdubiò oritur *à* Fr. G. *Chaude Meslée* (i. e.) Pugna seu Certamen Præfervidum & Acre.

Chaungeour, Minister, seu ut loquimur, Officiarius Regis qui Nummum signatum Auro vel Argento non signatis commutat (i. e.) *a* **Changer.**

Cheapgeld, idem quod **Ceapgeld** supra.

Checkroll, Catalogus Famulorum seu Satellitum qui Regis aut alicujus è Magnatibus sumtibus aluntur. *Cowell* dictum putat quasi **Checker-roll**, v. **Checker** & **Roll** in Et. Gen.

Cheffe, Mensura Pannorum Fustianorum dictorum, item altera Sindonum quarum illa 14 hæc 10 Ulnas continet, nescio an *à* Fr. G. *Chef*, Caput, & secundariò Cumulus, v. *the* **Clark** *of the market*, pag. 57.

Chevage, exp. Tributum quod olim à singulis Villanis seu Mancipiis Domino suo in signum Subjectionis & Tutelæ quam ab ipso habebant pendebatur, parùm aut nihil deflexo sensu *à* Fr. G. *Chevage*, quod Tributum per capita seu viritim exactum notat, hoc *à* Fr. G. *Chef*, Caput. Hujusmodi Tributum labente Imperio etiam Romanis Capitatio appellari cæpit, v. **Pollmoney** in Et. Gen.

Chevisance, *à* Fr. G. *Chevissance*, Pactum, Conventum, *à* verb. *Chevir*, Perficere, Effectum dare, hoc *à* nom. *Chef*, Caput, q. d. ad Caput rei Pervenire, qui enim Pactum iniit, negotiationi seu Colloquio finem imposuit.

Childwit, exp. Mulcta quædam olim à Mancipio seu Ancilla, quæ sine consensu Domini Prægnáns facta est, exigi solita, *à* nostro **Child**, & AS. Wite, Mulcta, Pœna.

Chimin, vox occurrit LL. *Edwardi Conf.* R. Cap. 12. manifestè *à* Fr. G. *Chemin*, Via Publica. Nescio autem an Fr. G. *Chemin*, It. *Camino*, hoc sensu peti possint à Germanica origine, sc. *ab* AS. Cyman, Venire, ut Lat. *Iter* ab *Eundò*. Ab isto **Chimin** oritur.

Chiminage, quod in Charta de For. significat Teloneum seu Tributum quod in Saltibus exigebant Saltuarii seu Saltuum custodes à Plaustris & Equis eò oneris causâ venientibus, Fr. G. *Cheminage*, v. Chartam de For. Cap. 14.

Chimney, apud *Skene* lib. de Jure Burgensi, C. 125.

Chimnage, v. **Fuage** & **Chimney** in Et. Gen.

Chirgemot seu **Chirchgemot**, *Spelman* exponit Forum Ecclesiasticum, *ab* AS. Cypic, *Ælfrico* Cipce, Ecclesia, & Gemot, Conventus, v. *Spelman* & vocem **Halimot.**

Chivalry, *vide* ad calcem alterius **Chivalry** in Et. Gen.

Chose, *à* Fr. G. *Chose*, It. *Coso*, Res, utr. *à* Lat. *Causa.*

Churchesset, Fletæ ex Brevi *Canuti* R. **Kirkset**, quod ipse Rex Semen Ecclesiæ interpretatur, q. d. **Church seed**, *ab* AS. Cipce, Ecclesia, & Sæd, Semen. Fuit autem olim certa mensura Tritici Ecclesiæ die *Sancti Martini* pendi solita. *Spelman* autem melius scribit Cirichseat (i. e.) Census vel Tributum Ecclesiæ, *ab* AS. Cypic, Ecclesia, & Sceat, Census, v. **Cyrichseat.**

Cinque ports, Fr. G. *Cinq Ports* (i. e.) Quinque Portus, sc. è Regione Galliæ siti, qui olim tanquam claves & claustra, Angliæ habiti sunt, eóque Præfecto peculiari, plerumque ex Magnatibus

delecto, & multis immunitatibus à Regibus noſtris cohoneſtati. Sunt autem *Dovera* ſeu *Dubris*, *Sandovicum*, *Riva*, vulgò **Rie**, *Haſtinga* & *Winchelſea* olim *Vindelis*.

to Clack *wool*, v. Et. Gen.

Claim, v. Et. Gen. ni fallor, in Foro Romano Vindiciæ, in Attico Ἔνδικα, Ἔνδικος.

Clark *of the market*, Ædilis Cerealis, Ἀγορανόμος, v. **Clark** in Et. Gen.

Clarmathan, vox quæ mihi in ſolo Dict. Angl. occurrit, & eſt vox Juris Scotici propria, quibus ſignificat Jumentorum furto ablatorum Affirmationem, non dubito quin vox Scoto-Hibernicæ ſit originis.

Clep, vox quæ mihi in ſolo Dict. Angl. occurrit, & dicitur Juris Scotici propria. Exponitur ſupplex Libellus ſeu Formula Poſtulatoria, fort. *ab* AS. Clypian, Vocare, Invocare, Clamare, q. d. Vocatio ſeu Provocatio in Jus.

Clerk, v. **Clark** in Et. Gen.

Clow vel **Cloſe**, ſic dicitur quoddam Luſûs genus, Statuto anni 17. *Edw.* 4. Cap. 3. prohibitum. Videtur idem quod **Keales** *or* **Kinepins**, neſcio an à noſtro **Cleſe**, quia ſc. locis clauſis ſeu ſeptis id genus luſûs uſurpatur, vel à Teut. **Kloppen**, Percutere, quia ſc. oſſa ſeu Trunculi à globo feriuntur & decutiuntur.

Cloth of Kay, v. **Kay** & *Cowell*.

Clove, Pondus quoddam Caſei 8 libris conſtans, fort. à Lat. *Globus*, quia ſc. caſeus plerumque formis orbicularibus venditur.

Cocket, exp. Schedula à Publicanis Mercatoribus tradita, quâ ſignificatur Mercatorem debitum vectigal ſolviſſe, neſcio an à Fr. G. *Coquet*, Scapha, quia tum à Scaphis, tum à majoribus navigiis exigitur, v. **Cockboat** & **Coggle** in Et. Gen.

Cocket bread, videtur Panis quoddam medium genus inter Puriſſimum ſeu Similagineum & Viliſſimum Furfureum, ſeu Συγκομιδὸν, v. *the* **Clark** *of the market*, pag. 29. Neſcio an hoc **Cocket** deduci poſſit à Fr. G. *Coquet*, Cymba, q. d. Panis Cymbarius qui à Cymbarum remigibus coemi ſolet, Panis Nauticus.

Cockſets, ſic LL. *Henr.* 1. R. cap. 29. appellantur homines ex infima plebecula, neſcio an à Fr. G. *Coquettes*, Exuviæ ſeu Teſtæ cochlearum, q. d. viri ipſis Cochlearum Teſtulis viliores. Credo tamen potiùs corruptè ſcriptum pro **Cotſets**, & tum Etymon manifeſtum eſt *ab* AS. Cote, Caſa, Tugurium, & Setta, Incolæ, q. d. Caſarum Incolæ Caſularii, cui voci ſucceſſit noſtrum **Cottyers**.

Cofferer *of the Kings houſhold*, ſic appellatur Miniſter quidam Aulæ Regiæ Rationario Aulæ, vulgò Contrarotulatori dicto, proximus, ſic dictus, quia Capſæ Regiæ præeſt; Stipendia enim reliquorum omnium Famulorum Domeſticorum Regis ſolvit, v. **Cofferer** in Et. Gen.

Cogniſance, v. Et. Gen.

Cogniſee, v. **Conuſor**.

Cogs, occurrit anno 23. *Henr.* 8. Cap. 18. Videtur quoddam Navigioli genus, credo idem cum **Cockboat**, quod Scarburgenſibus *a* **Coggle** appellatur, v. **Cockboat** in Et. Gen.

Cogtoare, v. anno 1. *Rich.* 3. Cap. 8. videtur autem Pannî genus.

Colpindach, *or* **Cowdach**, vox apud *Skenæum* in LL. *Milcolumbi* 2. Scotorum R. cap. 3. & 7. occurrit, exponiturque Juvenca ſeu Vacca, *Skenæo* **ane Quyach**, *or* **ane young Kow. Cowdach**, ſatis facilè deduci poteſt à noſtro **Cow**, AS. Cu, & AS. Teaȝ; Clauſura, Ager Septus ſeu Clauſus, Cors, q. d. Vacca ſeu Juvenca agro ſepto paſta; vocem autem **Colpindach** ſuſpicor Scoto-Hibernicæ eſſe originis.

Combarth, vox For. ant. in Wallia, à C.Br. *Cymborth*, Collecta, Contributio: hoc à *Cym*, Con, & *Borth*, Subſidium, Auxilium.

Combat, Monomachia ſeu Certamen ſingulare, quo olim multæ cauſæ ambiguæ tum apud Anglos, tum apud omnes reliquas gentes Germanicas decidebantur, *vide* **Combat** in Et. Gen.

Commandȝie, *Cowello* Præceptoria, qui deflectit à verb. *to* **Command**, & exponit Prædium olim ab ordine *Sancti Johannis Hieroſolymitani* Beneficii jure occupatum. Ego mallem à Lat. *Commendare* deducere, Hujuſmodi enim Beneficia in aliis regionibus *Commenda* appellantur.

Commen vel **Common**, Compaſcuum, Ager Compaſcuus, noſtris Juriſconſultis ſatis barbarè Communia Paſturæ, meliùs Jus Compaſcendi, v. **Common** in Et. Gen. & *Cowell*.

Commen per cauſe & vicinage (i.e.) à Fr. G.

G. *Commun par* vel *pour Cauſe de Voiſinage*, verbatim Jus Communitatis ſeu Compaſcendi cauſâ vicinitatis, *vide Cowell.*

Commendum, v. Et. Gen.

Commiſſary, ſive in Eccleſia, ſive in Republica, ſive in caſtris eſt apud Juriſconſultos Romanos, cui aliquid Vicario jure gerendum ſeu agendum committitur, Legatus.

Committee, eſt Conſeſſus hominum, cui aliquid inquirendum vel cognoſcendum Committitur.

Committee *of the King*, dicitur Vidua Beneficiarii ſeu Feudatarii Regis; quia ſc. antiquo jure Regis curæ & Tutelæ commiſſa fuit.

Common plea, eſt Curia omnium maxima & univerſaliſſima, in qua omnes cauſæ civiles tam Reales quam Perſonales ſecundùm rigorem Legum cognoſcuntur, & dirimuntur. Sic autem dicitur, quia Communia placita (i. e.) communes Cauſæ & Actiones in hac diſceptantur, prout ſc. commune Criminali, & cauſis ad Fiſcum Regis ſpectantibus opponitur, v. **Plead** & **Plea** in Et. Gen.

Commotes, ſcribitur & **Commoithes**, & in Cambria partem Provinciæ, ſeu Centuriam deſignat. *Cowell* deflectit *à* præp. *In*, ſc. *Con*, & Fr. G. *Mot*, Verbum, mallem *à Con*, & AS. Mote, Gemote, Conventus.

Companage, vox ant. Angl. & Fr. G. It. *Companatico*, Obſonium, quicquid ſc. Cibi cum Pane ſumitur. Eo enim nomine intelliguntur omnia ad Victum ſpectantia præter Panem & Potum, nimis manifeſtè *à Con* & *Panis*, v. *Spelman* & *Somner* in Gloſſariis.

Complainant, vox pura puta Fr. G. eſt autem Supplex qui Querelam Judici defert, auxilium legis implorans, *vide* **Complain** in Et. Gen.

Complaiſance, vox quæ in ſolo Dict. Angl. occurrit, & eſt pura puta Fr. G. *à* verb. *Complaire*, Complacere, *faire par Complaiſance* (i. e.) facere aliquid ad Nutum alterius, ſc. non ut ſuo, ſed alieno ingenio ſe accommodet, v. **Complement** in Et. Gen.

Compromiſe, v. Et. Gen.

Concubinage, Lat. Concubinatus, eſt Exceptio contra mulierem quæ dotem jure poſtulat, quâ aſſeritur ipſam non fuiſſe legitimo matrimonio illi viro junctam, cujus fundos ſibi Dotales petit, ſed Concubinam & Pellicem.

Conders, idem quod **Walkers** (i. e.) Speculatores qui in edito aliquo juxta mare ſcopulo ſtantes, tempore Piſcationis halecum, piſcium accedentium examina proſpiciunt, locúmque per quem tranſeunt ramorum agitatione piſcatoribus in Cymbis opperientibus ſignificant. *Cowell* deflectit *à* Fr. G. *Conduire*, Ducere, quod ſatis manifeſtè *à* Lat. *Conducere* ortum trahit. Mallem tamen, idque potiſſimùm quia Belgæ pluſquam omnes aliæ gentes piſcationem halecum ſeu mænarum exercent, mallem, inquam, declinare *à* Belg. **Konden**, **Kondigden**, Notum facere, *à* nom. **Kond**, Notus, v. **Ken** in Et. Gen.

Cone & **Keye**, apud *Bracton* lib. 2. Cap. 37. Sect. 3. Femina in tali ætate (i. e.) 14 vel 15 annorum poteſt diſponere domui ſuæ, & habere **Cone** & **Keye**. *Cowellus* legit **Cover** & **Keye** (i. e.) Cooperculum & clavem, neſcio an rectè, Colne autem AS. eſt Calculus, Computus, **Key**, Clavis, quaſi eò ſpectaret hic locus, ut Femina congruæ ætatis haberetur, ſi Computum & Claves domeſticas valeret curare, v. *Spelman.*

Congeable, Res Licita, pura puta vox Fr. G. *à* Fr. G. *Congè*, Venia, Licentia.

Conge d'Elire, ſic appellatur Regis Reſcriptum quo, ſede aliquâ Epiſcopali vacante, Decano & Capitulo, ut loquimur, novum Epiſcopum eligere permittitur & mandatur. Sunt autem hæ voces puræ putæ Fr. G. & licentiam ſeu veniam Eligendi deſignant, *Congè*, Venia, *à* Lat. *Commeatus*, *Eſlire* ab *Eligere* ortum ducunt; *vide* **Congey** in Et. Gen.

Congilvons, vocem citat *Somnerus* ex LL. Inæ Viſi-Saxonum R. Cap. 23. ubi Contribulem ſeu Contributionum Socium denotat, & eſt vox Hybrida, *à* Lat. *Con*, & AS. Gilban, Solvere.

Coniſor vel **Cogniſor** *of a fine*, in Jure noſtro qui Alienationem Fundorum publicè & ſolenniter, inſtrumento etiam tradito agnoſcit. *Coniſor* autem hîc pro *Reconiſor* vel *Recogniſor* uſurpatur, *à* Fr. G. *Recognoiſtre*, Agnoſcere, hoc *à* Lat. *Recognoſcere*. *Cogniſee* autem dicitur is qui Alienatoriam iſtam Agnitionem accipit, *vide* **Fine**.

Connerd, apud *Skene* lib. de Jure Camerarii Cap. 22. paragr. 5. F. 153. P. 1. *à* Fr. G.

Conroyer, Corium Elaborare vel Concinnare, v. **Curry** in Et. Gen.

Conqueſt vel **Conqueſe**, apud *Skene* Maj. lib. 2. C. 20. opponitur *ꝯ* **Heritage** (i.e.) Fundis Hæreditario jure deſcendentibus; **Conqueſt** enim Fundos vel propriâ induſtriâ, vel dono alterius acquiſitos ſignat, à Fr. G. *Conqueſt* quod idem, quod nobis **Purchaſe** notat, illud ſc. quod pecuniâ proprio Marte comparatâ coemimus à verb. *Conquerir*, Acquirere, Lucrari, q. d. *Conquiſitum*.

Conſtable, v. Et. Gen.

Contenement, *Cowell* exponit Beneficium ſeu Feudum liberum, **Free hold land**, Tenemento ſeu Domui proximum & quaſi contiguum, quod Feudatarius ſeu Cliens ſuo uſui reſervat & occupat, *Spelman* autem interpretatur Æſtimationem & Conditionis formam quâ quis in Republica ſubſiſtit, viderint Juriſconſulti, v. **Countenance**.

Contrabanded, v. **Counterband** *goods* in Et. Gen.

Controller, Rationarius Aulæ, ſeu Sacri Palatii Quæſtor, Stradæ Cenſor Budæo, Ἀντιγραφεὺς, v. **Controll** in Et. Gen.

Coomb, Menſura frumenti notiſſima, v. **Coom** in Et. Gen.

Coparceners, idem quod **Copartners** (i.e.) Participes ſeu Comparticipes. Exponitur Feminæ Cohæredes Beneficii ſeu Feudi quæ æquo jure Latifundia inter ſe partiuntur, *vide* **Partner** in Et. Gen.

Copiehold, exp. Juriſconſultis noſtris, nimium adhuc priſcæ Barbariei retinentibus, Tenura per copiam Rotuli curiæ (i.e.) Feudum ſeu Beneficium non per ſcriptum aut Diploma, ſed tantùm per exemplar rotulorum ſeu Archivarum quæ ab Oeconomo ſeu, ut nos loquimur, **Steward**, Curiæ Domini cuſtodiuntur poſſeſſum, & videtur Juris Mancipialis ſeu Arbitrarii, vulgò **Villenage** dicti, Veſtigium, licèt in hoc differat, quòd Villani, ſeu Vernæ nihil proprio jure, ſed tantùm ad libitum Domini tenebant; Iſtiuſmodi autem clientes ſecundùm Archivas Curiæ, ut dictum eſt, & conſuetudinem Manerii ſeu Villæ jus ſuum ſibi aſſerunt, v. *Cowell*, **Copie** & **Hold** in Et. Gen.

Corban *or* **Comorban**, vox Hibernica pro Chorepiſcopo, quod *Spelman* deflectit *ab* Hib. *Cor*, Chorus, & *Bach* pro *Biſc*, Epiſcopus.

Corbage, exp. Veſtigal quoddam ex Tritico & aliis granis exigi ſolitum, inquit *Cowell*, *ab* ant. **Cor**, quod olim quandam grani menſuram ſignavit; **Cor** autem illud credo *à Carro* ortum duxit.

Corbiner, idem quod **Corbwainer**, quod v. in Et. Gen.

Cork, anno 1. *Rich.* 3. Cap. 8. non Suber ut nunc, ſed Tincturam ſeu colorem Tinctorium ſignâſſe ex contextu quidem mihi videtur, à Lat. *Cortice*, q. d. Cortex Tinctorius.

Cornage, exp. Beneficii ſeu Feudi genus in Confiniis Scotiæ, quod ſub lege inflandi cornu ad convocandos milites, invadentibus Scotis, poſſeſſum eſt, à Fr. G. *Corn*, Cornu.

Cornet, v. Et. Gen.

Corody ſeu **Corody**, exp. Veſtigal à cœnobiis erogari ſolitum, ſc. ab iis quorum Rex Patronus fuit, ad largiter ſuſtinendum & alendum aliquem quem Rex ex Beneplacito ſuo aſſignaret. *Cowell* deducit *à Corrodendo*, *Fuller à Corradendo*, ſed perperam. Mallem deflectere *ab* It. *Corredo*, Apparatus quivis, *Corredare*, Apparare, illud ſc. quod in menſam apparatur ſeu præparatur. *Corredo*, autem, ni fallor, eſt vox Hybrida, *à* Lat. *Con*, & AS. & Longo-bardico Ræd, Paratus, Rædian, Gerædian, Parare, Apparare, v. **Ready** in Et. Gen. & *Spelman* in Gloſs.

Corner, v. Et. Gen.

Corſe preſent (i.e.) Fr. G. *Corps preſent*, vel potiùs *Preſenté* (i.e.) Corpus jumenti Præſentatum, Exhibitum vel Oblatum ſc. Sacerdoti, v. **Mortuary**.

Corſned bread, exp. Offa Execrata ſeu Maledicta & Judicialis. Sic autem dicitur Panis Euchariſticus, certis ceremoniis & imprecationibus conſecratus, quo olim Rei, tum apud nos, tum apud omnes Germanicas gentes ſolenniter ſumto ſe à crimine purgare ſolebant. *Somner* deflectit *ab* AS. Copſ, Execratio, Maledictio, & Sned vel Snid, Offa, Bolus, v. **Cure** in Et. Gen.

Cosenage, exp. Jus Cognationis, v. **Coſin** & *Cowell*.

Cotheſet, vox occurrit in LL. *Henr.* 1. R. Cap. 81. ni fallor, idem quod nobis **Cottyer**; proponitur enim tanquam ordo hominum ſolis mancipiis ſuperior, credo *ab* AS. Cot-ſæta, verbatim Caſæ habitator (i.e.) Ruſticus ſeu Agricola, *à* Cote, Caſa, Tugurium, & ſæta, quod in compoſitione Incolas notat, v. **Cote** & **Cottier** in Et. Gen.

Cotterel, v. Et. Gen.

Coucher, vox occurrit anno 37. *Edw.* 3. Cap.

Cap. 16. & videtur Procuratorem Parrarium, Proxenetam seu Vicarium Mercatoris signare, nobis Factorem vulgò dictum, qui sc. in exteris regionibus merces pro alio coemit, ipsique transmittit, à Fr. G. *Coucher*, Jacere, Cubare, qui sc. pro Domini vel Patroni sui commodis foris Excubat.

Coben, *without Fraud or* **Coben**, videtur Fraus alicui ex Compacto seu Convento, duorum quasi Conjuratorum innocenti intentata, corruptum à Lat. *Conventum.*

Covenable, *Cowello* exp. Rationabilis, à Fr. G. *Convenable*, Conveniens, Decens, Aptus, Accommodus.

Covenant, v. Et. Gen.

Covent, v. Et. Gen.

Coverture, vel **Covert**, *a woman in* **Covert Bayon**, q. d. sub Tegmine, Protectione & Tutela viri; Uxores enim apud nos, dum mariti vivunt, prorsus Pupillæ sunt, non minùs quàm filii immaturæ ætatis, nec quicquam vel minimum donare vel legare jure possunt, v. **Cover** in Et. Gen.

Countenance, *Cowello* exp. hominis Existimatio seu Fama, v. **Countenance** in Et. Gen. & **Contenement** suprà.

Counterplea, à Fr. G. *Contreplaider*, contra Causam agere, v. **Plea** in Et. Gen. & *Cowell.*

Court Baron (i. e.) Curia Villatica seu Prædialis Domini; quivis enim Prædiorum Domini olim Barones dicti sunt, v. *Cowell*, **Court & Baron** in Et. Gen.

Court of Requests, Fr. G. *Cour de Requestes* (i. e.) Curia Supplicum Libellorum, v. *Cowell* & **Requests** in Et. Gen.

Courtesy of England, est Jus quo, siquis Fundorum hæredem uxorem duxerit; & ex illa infantem, quem mater vivum pariat, genuerit, licèt tum mater, tum infans statim à partu obierint, fundos, quamdiu vixerit, possidet.

Couthemt laughe, q. d. AS. Cuð-Utlaga, (i. e.) Notus Exlegi, qui sc. Exlegem seu Proscriptum hospitio excepit vel celat, *ab* AS. Cuð, Notus, & Utlaga, Exlex, Exul, Proscriptus, qui enim Exlegem texit pari cum ipso supplicio olim plectebatur.

Coutilage, exp. Hortus, Area vel Ager domui adjacens, à Fr. G. *Cour*, Court, It. *Corte*, Aula, Lat. Cohors, Cors, Cortis Area, & AS. Leaz, Pascuum, Campus.

Craers; apud *Skene* lib. de Jure Burgensi C. 125. Videtur ex contextu Navigii genus, sed quale fuerit dicere non adeò proclive est, nescio an à Fr. G. *Craye*, Creta, quâ olim fortasse navigium illud interius obleverunt.

Cralles, seu potius **Creilles**, apud *Skene* lib. de Crimin. Pecunial. Tit. 3. Cap. 1. paragr. ult. F. 138. P. 2. Nescio an à Fr. G. *Grille*, Craticula, exp. enim Machina quædam seu Tendicula quâ pisces in fluvio intercipiuntur, quæ sc. fort. Crati similis fuit.

Cranage, v. Et. Gen.

Creansour, à Fr. G. *Creancier*, Creditor, hoc à *Creance*, Fides, contr. à Lat. *Credentia*, ut verb. *Croire* à *Credere.*

Cremar, videtur Mercator peregrinus, à Teut. **Krâmer**, Institor, Propola, vilior Mercator, hoc à **Kram**, Taberna seu Officina mercatoris, v. *Skene* lib. de Jure Burgensi C. 40.

Cremil, anno 1 *Rich.* 3. Cap. 8. videtur idem quod **Crimson**, quod v. in Et. Gen. **Cremil** autem videtur olim Fr. G. Colorem Purpureum signâsse, licèt jam obsolevit.

Cro and Galmen & Gaines, apud *Skene* Maj. Reg. lib. 4. Cap. 24. item C. 36. ubi idem videtur quod **Maregild**, v. **Allythment** (i. e.) Capitis Æstimatio Mulcta Cædis humanæ Compensatoria Credo utramque vocem esse Scoto-Hibernicæ originis.

Crocard, olim Reprobum quoddam Nummi genus, aliàs **Cocodons** dictum, tempore Matthæi Paris interdictum, fort. ab aliqua Unci similitudine, **Croc** enim Fr. G. Uncum seu Harpaginem notat.

Croises, à Fr. G. *Croisés* (i. e.) Cruce signati, sc. in Tesseram Sacræ militiæ, item Equites ordinis Sancti Johannis Hierosolymitani, à nom. *Croix*, Crux, v. **Croisade** in Et. Gen.

Cruves and Zires, apud *Skene* lib. de Crimin. Pecunial. Tit. 3. C. 1. paragr. 3. Fol. 138. pag. 2. item LL. *Roberti* R. Cap. 11.

Cuinage (i. e.) ubi Stannum in talem figuram redigitur, putà Cuneorum, ut possit commodè alio transferri, à Fr. G. *Cuin*, Cuneus, v. **Coin** in Et. Gen.

Cuireach, apud *Skene* Quon. Attach. C. 8. exp. Pignus quoddam, vox videtur Scoto-Hibernicæ originis.

Cunage, v. **Clark** *of the market*, pag. 81. videtur idem quod **Cuinage** suprà.

Cunningers,

Cunnigers, apud *Skene* lib. de Crim. Pecun. Cap. 3. Paragr. 5. Cuniculorum Vivarium, *v.* **Cony**, in Et. Gen.

Cuntey, Cuntey, apud *Bracton* genus Processûs Juridici. *Cowellus* dictum putat quasi **County, County**, vel **Countrey, Countrey**, ut, nos jam loquimur, *to be tryed by his* **Countrey** (i. e.) coram duodecem viris paribus ex eodem Comitatu more Anglico delectis Causam dicere *v. Cowell.*

Curfew, *v.* Et. Gen.

Curnock, Mensura quædam Frumenti, *v.* **Clark** *of the Market*, pag. 12. Nescio an deflecti possit *ab* AS, Cynn, Cepene, Belg. **Kerne**, Clava Butyracea, *a* **Churn**; **ock** enim est tantùm vocis productio, vel potiùs *à* Fr. G. *Char*, Carrus.

Cursiter, Minister quidam seu, ut loquimur, Clericus Curiæ Cancellariæ qui brevia originalia conscribit & in Provinciam sibi assignatam distribuit (Anno 18 *Edw.* 3. Stat. 5. Cap. primo appellantur **Clarks of Courts**) hic dictus fort. quia Brevia seu Formulas Juris secundùm methodum Curiæ emittit, ut nos dicimus, *because he issues out Original* **Writs of Courts**, vel quia istiusmodi Scribæ vel Notarij Brevia per singulas provincias discurrunt, hoc est, huc illuc ablegantur.

Curteyn, Lat. Barb. Curtana, nomen Ensis *D. Edwardi* Confessoris & Regis, qui in Inauguratione Regum Angliæ præferebatur à Comite Cestriæ: huic gladio cuspis abrupta dicitur in signum clementiæ. Inde fort. nomen Curtanæ tulit, quòd abruptâ, ut dixi, cuspide Curtatus seu Decurtatus est, *v. Matth. Paris*, pag. 1236.

Curtilage, idem quod **Cortilage** suprà.

Cyne bote, idem quod **Cenegild**, quod *v.* suprà, licèt *Somner* in Gloss. distinguat, *ab* AS. Cynne, Genus, Cognatio, & Bote, Compensatio. Vox occurrit in LL. *Æthelstani R.* in Chronico *Joh. Bromton.*

Cyreath, vox occurrit in LL. *Æthelstani R.* in Chron. *Joh. Bromton*, pag. 842. *Somner* in Gloss. exponit Jusjurandum Electum, Juramentum sc. quod quis cum quibusdam aliis Conjuratoribus è majori numero selectis præstaret, cui contrarium **Rimath**, quod nempe quis cum toto conjuratorum nominatorum cœtu vel numero daret. Prius *ab* AS. Cyre (i. e.) Electum, & Aδ, Juramentum nobis hodie *an* **Oath**, posterius à Rime, Numerus, & eodem Aδ.

Cyric sceatt, *ab* AS. Cyric, Ecclesia, & Sceat, Tributum, Census, *v.* **Churchesset** suprà, & *Somner* in Gloss.

D

Dammage feasant, dicitur ubi Jumenta aliena vicini agrum depascunt, Fr. G. *Faisant Dammage* (i. e.) verbatim Damnum inferentia, supple, Jumenta, *v.* **Dammage**, in Et. Gen.

Danegilt, *ab* AS. Dene-Gild, Tributum Danicum, Danis olim pendi solitum, *ab* AS. Dene, Danus, & Gild, Solutio, hoc *à* verb Gildan, Solvere.

Dantlaga, A S. Dene-Lage (i. e.) Lex Danorum, *v.* **Law.**

Darreyn continuance (i. e.) Fr. G. *Dernier Continuance*, seu *Continuation* (i. e.) Ultima Litis Continuatio, Continuatio autem nostris Jurisconsultis est idem quod Romanis Prorogatio.

Darreyn Presentment (i. e.) Fr. G. *Dernier Presentement*, verbatim, Ultima Præsentatio.

a **Datwache** *of Land*, apud *Skeneum* lib. Quon. Attach. C. 23. initio videtur ex contextu Portio seu Mensura quædam terræ seu Fundorum, vox credo Scoto-Hibernicæ originis.

Dead pledge, idem quod **Mortgage**, quod *vide.*

Deciners, Deciners, & **Dozeners**, *à* Fr. G. *Dixenier, Dizenier*, Decem Decuriarum Præfectus, *à Dixaine, Dizaine*, Decuria, q. d. Lat. *Decena*, *v.* **Tithing**, & **Frankpledge.**

Deer-Hayse, exp. Machina quædam ad intercipiendas feras vel cervos, fort. *à* nostro **Deer**, & Teut. **Halsen**, Cervice arripere, Complecti, nom. **Halss**, Cervix, Collum.

Default, *v.* Et. Gen.

Default of Appearance, *to make* **Default of Appearance**, in Foro Romano Vadimonium deserere, in Foro Attico ἔνδειξιν, καταλείπειν τὴν δίκην, *v.* **Default**, & **Appear**, in Et. Gen.

Defeisance, exp. Actio quædam Juridica, vel Conditio Præstita quâ Conventum Pactum seu obligatio solvitur & antiquatur *à* Fr. G. *Deffaire*, Infectum seu Irritum reddere (i. e.) Diffacere.

Defozeour, exp. qui vi & armis aliquem domo suâ Exturbat, *à* Præp. *De*, & Fr. G.

G. *Forcer*, Cogere, Compellere, *Force*, Vis.

Demain, *v.* **Demeans**, infrá.

Demeanes, *à* Fr. G. *Domaine*, It. *Demanio*, *Demanio*, Patrimonium præsertim Principis, q. d. Dominicum (i. e.) Domini Regis Patrimonium, Sacrum Patrimonium.

Demesne, *v.* **Demeanes**.

to **Demise**, *à* Lat. *Demittere*, vel *Dimittere*, Dimittere autem pro Relinquere, vel Donare testamento occurrit apud *Æl. Lampríd.* vitâ Ant. Heliogabali Aug. *v.* Notas *Salmas.* in locum.

Demsters, Judices in Mannia Insula, *ab* AS. Dema, Judex, hoc *à* Deman, Judicare.

Demur, *v.* Et. Gen.

Demurrer, *v.* **Demur**.

Denelage, vel **Denelae**, occurrit in LL. *Wilhelmi* 1. tit. 4. *v.* **Danlage**, suprá.

Dennizen, *v.* Et Gen.

Deodan, (i. e.) si quis casu ab Animali seu arbore cádente occidatur, animal illud vel arbor Deo consecratur (i. e.) Regi, pauperibus distribuendum, adjudicatur, q. d. Deo dandum,

Departers *of Gold and Silver* (i. e.) **Finers** *or* **Refiners**, qui sc. Scoriam seu vilius metallum à nobiliore separant, *à* Fr. G. *Departir*, Separare, q. d. Lat. *Departiri*.

Depeach, Absolvere, *à* Fr. G. *Despescher*, utr. *à* Lat. *Expedire*, *v.* **Impeach**, in Et. Gen.

to **Depose**, *Budæo* in Foro Rom. pro Testimonio dicere. Sic autem dicitur quia testis in Sacrum Evangeliorum codicem manum deponit dum juramenti religione obstringitur.

Deraignment, *v.* **Dereyn**, & *Spelman* in Gloss. voce *Dirationare*.

Derefald, *ab* AS. Deop, Fera, & Fald, Stabulum, Signat autem Vivarium vel Septem ferarum.

Dereyn, exp. Disrationare vel Diratiotionare, *Cowell* deflectit *à* Fr. G. *Disarroyer*, *Desranger*, Ordines turbare, Confundere. Verum, ut Lat. Disrationare aptiùs respondeam, mallem deducere *à* Fr. G. *Disraisonner* (i. e.) rationibus evincere, *vide Cowell* hâc ipsâ voce **Dereyn**, & *Spelmau* voce *Dirationare*.

De son tort Demesne, voces puræ putæ Fr. G. Formulæ Juris Initium (i. e.) verbatim de sua Injusta vel Impuriosa Actione, proprio Marte, proprio Instinctu, ita ut illud **Demesne** scribi deberet **Demenée**, & **Demenement**, Fr. G. autem *Demenée* & *Demenement* Prò positum seu Intentionem signant, *v.* **Demeanour** in Et. Gen.

Detinew, *à* Fr. G. *Detenue*, Detentio (i. e.) Actio Injustæ Detentionis.

Devise, Testamento disponere, *à* Fr. G. *Deviser*, Dispertiri, Partiri, in Partes seu Portiones dispescere, hoc *à* Lat. *Divisare*, Freq. verbi *Dividere*.

Devoires of Cales (i. e.) Debita Caleti Vectigalia, sc. in illo Portu olim à Mercatoribus exigi solita, *à* Fr. G. *Debvoir*, Debitum, hoc *à* Lat. *Debere*.

Dibler *for* **Doubler**, apud *Skene* lib. de Jure Burgensi, C. 125. *v.* **Dobeler** in Et. Gen.

Dicker *of Leather*, Decuria pellium, fort. *à* Fr. G. jam obs. *Dixier* vel *Dizier* idem signante, omnia *à* Lat. *Decem*, vel, si cum *Cowello* Ἐλληνίζειν libeat, *à* Gr. Δεκάς.

Digrade, v. Et. Gen.

Dimy haque seu **Demi haque**, contr. *à* *Demi Haquebute* seu *Arquebuse* (i. e.) **Half Harquebus**, *v.* **Harquebus** in Et. Gen. & **Haque** suo loco.

Disalt, apud *Littleton* Cap. **Discontinuance** exponitur *to* **Disable**, contr. *à* Lat. *Disabilitare*, *v.* **Able** in Et. Gen.

Disceyt, idem quod **Deceit**, *v.* *Cowell* & **Deceive** in Et. Gen.

Disclaimer, *v.* **Claim** in Et. Gen.

Disforest, contrarium verb. **Afforest**, quod *vide*.

Disfranchise, v. Et. Gen.

Dismes, *à* Fr. G. *Dismes*, utr. *à* Lat. *Decima*.

Disparagement, dicitur ubi Adolescens nobilis Regis Pupillus mulierem Ignobilem & opibus inferiorem uxorem ducit, v. **Disparage** in Et. Gen.

Dissels, v. Et. Gen.

Distrain, ni fallor, in Foro Rom. Pignora capere vel auferre, Pignorari, in Foro Attico Ἄλλαδαι τ κτημάτων seu Ἐνεχύρων λαμβάνεσθαι, v. *Bud.* in Pand. Annot. Prior. P. m. 238. it. 745. item **Distrain** in Et. Gen.

Distreazeable, apud *Skene* lib. Quon. Attach. C. 46. Videtur idem quod **Distrainable**, v. **Distrain** & **Distrels** in Et. Gen.

Distrels, v. **Distrain** in Et. Gen.

Dittay, apud *Skene* LL. *Rob.* 2. R. C. 1. paragr. 6. item libro de Justice Air, C. 3. F. 163. P. 2. Videtur idem quod nostrum **Endictement**, fort. *à* Lat. *Dictum* à *Dicendo*, vel potiùs *diem dicendo*.

Dizain,

Dizain, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, & exp. tum Decas numerus, tum nummus Denarius tum Carmen 12 Periochis seu Paragraphis constans, *à* Fr. G. *Dixain* seu *Dizain* idem signante, hoc *à* Lat. *Decenus*.

Docket seu **Dogget**, exp. breve Scriptum seu Epitome Longioris. Luderem si declinarem *à* Gr. Δοχὲ, Capax, *à* verb. Δέχομαι, Recipio, vel *à* Δοχὴ, Δοκῆ, q.d. τὸ Δοκητὸν (i. e.) Δίγμα. Mallem deflectere *à* nostro **Ticket**, quod v. in Et. Gen.

Dogger-fish & **Dogger-men**, vocum priorem *Cowellus* citat ex anno 31. *Edw.* 3. Stat. 3. Cap. 1. posteriorem ex anno 2. *Henr.* 8. Cap. 4. sed hoc malè, utr. *à* **Dogger**, Navigii genere, cujus mentio fit dicto anno 31. *Edw.* 3. Stat. 3. Cap. 1. sic dictum fort. *à* verb. *to* **Dog**, quia hoc Navigii genus, præ levitate ad insequendum & observandum hostem aptissimum fuit. Alludit Gr. Δοχὲς, Capax, q. d. Δοχέιον.

Dole fish (i. e.) certa piscium quantitas quam Piscatores Maris Septentrionalis in alimentum suum accipere soliti sunt anno 35. *Henr.* 8. Cap. 7. v. **Dole** & **Deal** in Et. Gen.

Dolgbote, vox Anglo-Saxonum For. *ab* AS. Dolg, Vulnus, & Bote, Compensatio; fuit autem Mulcta vel Compensatio pro vulnere inflicto, v. LL. *Ælfredi* R. Cap. 23.

Dombec (i. e.) Liber Judicialis de quo v. *Wheloeum* in Glos. ad calcem LL. Anglo-Saxonicarum: **Domboc** etiam vocatur Liber Censualis *Wilhelmi Victoris*, v. **Doom** & **Book** in Et. Gen. v. & **Dombec** in *Spelmanni* Glos.

Domster, apud *Skene*, lib. *The Justitiars air* dicto, videtur Judex, *ab* AS. Dom, Dome, Judicium, Deman, Judicare.

Dooms day book, quo nomine vulgatiùs Liber Censualis appellatur, *Spelmanno* Domesdei: *Dome* autem hic non Judicium, sed Censum & Æstimationem signat, *vide* **Domster** & **Deem** in Et. Gen.

Dotkins vel **Dodkins**, v. Et. Gen.

Doubles, vulgatiùs Literæ Patentes dictæ, q. d. Duplices Literæ, omnino ut Gr. Diploma, v. anno 14. *Henr.* 6. Cap. 6. & **Double** in Et. Gen.

Dowcates, apud *Skene*, lib. de Crimin. Pecun. C. 3. paragr. 7. F. 139. P. 2. Videtur idem quod nostrum **Dovecote** (i. e.) Columbarium, Περιστερεών.

Dowsens, Pannus quidam præfertim in agro Devon. confectus è genere Kerseiorum, credo dictum quasi **Dozens**, quia sc. Duodecim circiter virgarum nostratium mensuram continent, v. *the* **Clerk** *of the market*, pag. 46. & **Dozen** in Et. Gen.

Dozenne, credo idem quod **Dizain**, quod *vide* suprà, ut & **Deciners** & **Frankpledge**.

Dzags, exp. Series lignorum adeò conjunctorum, ut impositas merces instar navis fluvio vehere possit, vel *à* nostro verb. *to* **Dzag**, Trahere, vel *à* Belg. **Dzagben**, Teut. **Tragen**, Ferre, Portare. Alio nomine nobis **Floats**, Lat. Rates seu Schediæ vocantur.

Dzeit Dzeit, q. d. Fr. G. *Droit* & *Droit* (i. e.) Duplex Jus, sc. Jus Possessionis & Jus Dominii, v. *Cowell* citantem *Bracton.* lib. 4. Cap. 27. & lib. 4 Tract. 4. Cap. 4. & lib. 5. Tract. 3. Cap. 5.

Dzenges vel **Dzenches**, vox ant. For. Significat autem secundum *Spelmannum* Beneficiarios Militares, *that hold by Knights service*. Idem deflectit *à* Teut. **Dzang**, **Gedzang**, Stipatura, **Dzingen**, Stipare, ita ut Satellitem Regis seu Stipatorem notet, v. **Thzong** in Et. Gen. & *Drungus* & *Drungarius* in Glos. *Spelmanni*.

Dzinkelen, vel potiùs **Dzinklean**, AS. Dpince-lean, quod *Somnero* exp. Dona potionis Honoraria quibus prædii Dominus *à* Vassallo excipitur, *ab* AS. Dpincan, Bibere, & Lean, Præmium, Retributio, v. *Somner* in Glos.

Dzoit, v. *the* **Clerk** *of the market*, pag. 15. credo mendum subesse, ipsum voluisse **Doit**, quod v. in Et. Gen.

Dzoit d' Avowson, Fr. G. *Droit d' Advouaison* (i. e.) Jus Patronatûs seu Advocationis, v. **Advowson**; Fr. G. autem *Droit*, corr. & contr. videtur *à* Lat. *Directum*, inde sc. primò formando It. *Diretto*, inde *eliso i Dretto* & *Dritto*, tum more Gallorum Italicam term. *o* truncando, & per Epenthesin *o* ante *i* inserendo.

Dzoit close, seu potiùs Fr. G. *Droit clos*, Jurisconsultis nostris Rectum clausum in Foro Rom. Judicium Petitorium, hæc *Cowell* v. **Close** in Et. Gen.

Dzoit de Dower, Jurisconsultis nostris Rectum de *Dote*, Fr. G. *Droit de Douaire*, v. **Dowzy** in Et. Gen.

Dzoit Patent, Jurisconsultis nostris verbatim Rectum Patens, v. *Cowell*.

Dzoit,

Dvit sur disclaimer (i. e.) Breve super Abdicationem Tenentis, Feudatarii seu Beneficiarii, v. *Cowell* & **Claim** in Et. Gen.

Dures, exp. Terror seu Vis quâ aliquis ad Pactum sibi Incommodum & Damnosum cogitur, quæ vis Pactum irritum reddit, *à* Fr. G. *Duresse*, Durities, ut nos loquimur, *to* **Compell** *one by hardship*.

Durfley, vox ant. For. significat autem verbera sine vulnere & Sanguine. *Spelman* deflectit *à* Teut. **Durre**, Siccus, & AS. Slege, Ictus (i. e.) ut vulgò dicimus **Dry blows**.

Dustifates, apud *Skenæum* de Jure Burgensi C. 120. exp. **Cremars** (i. e.) **Pedlers**, Mercatores Peripatetici, item Errones, elegans sanè vox, q. d. **Dusty footed**, quorum sc. Pedes propter continua itinera nunquam non multo pulvere operta sunt.

Dyvour, v. **Bairman** *in the Table*. Videtur autem ex contextu Decoctor, qui Foro decessit, *à* Fr. G. *Devenir*, Debitor, hoc *à* verb. *Devoir*, Debere.

E.

EAhtapa, vocem citat *Somnerus* ex Chron. *Joh. Bromton* LL. *Æthelredi* R. Cap. 6. pag. 900. & interpretatur octò homines vel numerum hominum Octonarium, qui AS. Eahtatyne appellatur, v. in Gloss. *Somneri*.

Ealahus, vocem citat *Somner* in Gloss. & est pura puta AS. Significat autem Popinam, Cauponam seu Tabernam Cerevisiariam, Zythopolium, *ab* Ealo, Cerevisia, & Hus, Domus.

Ealderman, *Cowell* ex *Camdeno* dicit idem fuisse apud Anglo-Saxones quod **Earl** apud Danos, credo, saltem intimum Regis Consiliarium significavit, v. **Alderman** in Et. Gen.

Eastint, *Somnero* in Gloss. exp. **East Inne** (i. e.) Orientalis Plaga vel Regio, *ab* AS. Eart, Oriens, & Inne, Cubiculum, Cella, Caverna & translatè Regio.

Eabers, apud *Skenæum* Maj. Reg. lib. IV. Cap. 22. it. C. 27. ubi exponitur **Beasts**, Jumenta, proculdubio *à* Lat. Barb. nostro *Averia* idem significante, hoc *à* Fr. G. *Oeuvre*, Opus (i. e.) Animalia quorum operâ vel in itineribus, vel adtolendos agros utimur, ut Jumentum à Juvando; *Oeuvre* autem *à* Lat. *Opere* vel *Operæ* contr. & corr. quis dubitet?

Ebere Hozecwen, ni fallor Scortum publicum, Meretrix aperta, *ab* AS. Ebepe, Abepe, Probatus, Manifestus, Compertus, Hope, Meretrix, & Cpen, Mulier; Ebepe autem & Abepe ortum ducunt *à* verb. Abapian, Denudare, Prodere, Ostendere, Manifestare, v. **Bare** & **Whore** in Et. Gen.

Eberemozd vel **Eberemozth**, & in LL. *Canuti* R. Cap. 90. **Eberemurder**, significat autem Homicidium Manifestum, q. d. linguâ Barbarorum Jurisconsultorum Murdrum Apertum, dicitur *ab* AS. Ebepe, Manifestus, & Morð, Cædes, v. **Murder** in Et. Gen.

Eberetheof (i. e.) Fur Manifestus, *à* dicto Ebepe, Manifestus, & Deof, Fur, v. **Thief** in Et. Gen.

Eelefares, aliàs **Eele Ware**, *Cowell* interpretatur Seminium seu Fœturam Anguillarum, *à* nostro **Eele**, Belg. **Aal**, Anguilla, & Belg. **Waeren Speare**, quod sc. à piscibus profluxit.

Effeirs, apud *Skene* lib. de Crim. Arbitrar. C. 14. F. 158. P. 2. Nescio an q. d. Fr. G. *Comment l'Affaire est ou Merite*, secundùm Meritum gradum seu qualitatem delicti, perinde acsi Angl. diceremus, *as it* **Affairs** (i. e.) *as the Affair or business requires*.

Einecia, *à* Fr. G. *Aisnesse*, Primogenitura, hoc ab *Aisné*, Primogenitus, Natu major, utr. *à* Fr. G. *Ains*, Prius, & *Ne*, Natus, v. Stat. Hiberniæ anno 9. *Henr.* 3.

Eire, *Justice in Eire*. Significat autem Judicem Itinerantem, contr. *à* Lat. *Iter*, vel, ut scitè divinat *Cowell*, *à* vet. Fr. G. *Erre*, Via, & hoc ab *Errando*, q. d. Judex Erraticus, Planeta.

Elk, exp. genus Taxi ex quo olim arcus conficiebantur, v. anno 33. *Henr.* 8. Cap. 9. nescio an, aliquantùm detorto sensu, ortum sit *ab* It. *Elice*, Lat. *Ilex*, Ablat. *Ilice*.

Elopement, inquit Author Dict. Angl. est quum uxor maritum suum deserit, & cum Adulterò vivit, nescio an *à* Belg. **Ee**, Matrimonium, Conjugium, & **Loopen**, Currere, quæ sc. à Conjugio transfugit.

Emblements, inquit Author Dict. Angl. sunt Fructus fundi Seminati, nescio an *à* Fr. G. *En*, In, & *Bled*, Frumentum, *Emblements*, Seges, vel *à* Lat.

Implementum, illud sc. quo Impletur ager.

Embracer, inquit Author Dict. Angl. est Vir aliquis Juris non peritus, qui propter mercedem, dum causa coram Judice disceptatur, accedit ad Rostra seu, ut loquimur, Barram, & aliquid in gratiam utriusvis Litigantium dicit, q. d. qui alienam causam amplectitur, tutatur, & in se recipit, *vide* **Embrace** in Et. Gen.

Empannel, v. Et. Gen.

Emparlance, *Cowell* linguâ Fori Romani exponit Petitionem Induciarum, ubi sc. alter Litigantium alium diem petit, à Fr. G. ant. *Emparler* olim, ni fallor, Intercedere, v. **Parley** & **Parliament** in Et. Gen.

Empeach, nostro Jure significat Reum agere, Diem dicere, in Jus vocare, criminis alicujus Postulare vel Accusare, parùm deflexo sensu, à Fr. G. *Empescher*, Impedire, v. **Empeach** in Et. Gen.

Emplead, v. Et. Gen.

Enach, **cro Enach** *and* **Gaines**, apud *Skene* Maj. Reg. Scot. lib. 4. Cap. 36. in fine, v. **Cro** *and* **Gaines**. **Enach** videtur idem quod **Cro**, **Gaines** & **Weregild** quæ *vide*. Vox videtur Scoto-Hibernicæ originis.

Encheson, *Cowell* dicit esse ant. vocem Fr. G. quæ Occasionem Causam vel Rationem Actionis signat, sed in Dictionario Fr. G. non occurrit. Credo ortum ab ant. verbo *Encheoir*, Incidere, Accidere, hoc ab *En*, In, & *Cheoir*, Cadere.

Envite, v. Et. Gen.

Endowment de la plus belle parte, puriori linguâ Fr. G. *Endovairement de la plus belle part* (i. e.) **Endowment** *of the better part*, v. *Cowell* & *Littleton* lib. 1. Cap. 5.

Enfranchisement, v. **Enfranchise** in Et. Gen.

Engin, **Craft** *and* **Engin**, in Statuto *Mortmain* dicto *Edw.* 1. R. à Fr. G. *Engin*, Artificium, Techna, utr. à Lat. *Ingenium*.

Engleceria (i. e.) Jus Angli, à nostro **English**; olim enim, dum homicidia non nece sed mulctis puniebantur, pro omni Francigenâ, quo nomine omnes alios Exteros complectabantur, clam occiso 66 Marcæ è Vico in quo homicidium commissum est, vel, si vicus tantam summam solvendo non esset, à Centuria exigebantur, Regis Fisco addicendæ, nisi *Engleceria* probaretur (i. e.) nisi constaret hominem interfectum non Exterum sed Anglum fuisse, v. *Cowell*.

English, *Borough* **English**, Jus Tenuræ seu Tenendi prædia, quo multis in Angliæ locis Fundorum hæreditas in filium natu minimum descendit, fort. sic dictum tum quia Jus hoc Anglis solis peculiare est, tum quia in Burgis (i. e.) oppidis potissimum invalescit.

Enquest, v. **Inquest** in Et. Gen.

Entail, v. Et. Gen.

Entendment, exp. Sensus dictionis seu orationis, à Fr. G. *Entendement*, Intellectus, hoc à verb. *Entendre*, Intelligere, utr. à Lat. *Intendere*; nemo enim quicquam verâ intelligit, nisi qui in id animum intendit.

Enterpleter, in Jure Romano Cognitio Præjudicialis, à Fr. G. *Entre*, Inter, & *Plaider*, Litem disceptare, v. **Plead** in Et. Gen.

Entire Entrance, est Possessio rei solida & integra, sine ullo Socio vel Participe; v. Dict. Angl.

Enure, exp. Jure valere, Obtinere, ut vulgò dicimus, *to come in* **Ure** (i. e.) in usu esse Incipere, Effectum sortiri, v. **Ure** in Et. Gen.

Eodepype, vocem citat *Somner* ex chron. *Joh. Bromton*, LL. *Ælfredi* Visi-Saxonum R. Tit. 55. pag. 826. Exp. Rusticæ sepis Fractio, *ab* AS. Eobop, Sepes, & Bpyce, Ruptio.

Ermins, v. Et. Gen.

Erminstreet, Via Consularis, v. Et. Onomast.

Errant, **Justice Errant**, v. **Justice** *in Eire*.

Escape, v. Et. Gen.

Escawbio pro **Excambio**, à verb. Lat. *Cambire*, v. **Cow** & **Exchange** in Et. Gen.

Escheat, v. Et. Gen.

Escuage, idem quod **Chivalry** vel **Knights service**, à Fr. G. *Escu*, Scutum, qui sc. clypeos in bello gestare obligantur.

Esnecy, v. **Ainecia**.

Esples, in Foro Romano Accessiones, Lat. Barb. *Expletia* ab *Explendo*, sunt enim integri Fructus, Emolumenta & Commoda quæ quis ex agro sive pascuo, sive aratro proscisso percipere potest.

to **Essart**, Interlucare, à Fr. G. *Essarter*, agrum Truncis & stirpibus Purgare, hoc à Lat. *Exertum* (i. e.) Evulsum, Eradicatum, verbo Exertare Freq. vũ Exerere, v. **Assart** & *Spelman*.

Essoin, ant. vox Fr. G. For. quæ significat legitimam Excusationem personæ ad indictum diem in Foro non comparentis, fort. à Teut. **Schonen**, parcere, vel *ab*

Ex-

Ex, & Fr. G. *Soing*, Cura, vel *ab* Ἐξόμνυσις, quia Juramento dato confirmatur, & hoc sensu huic nomini **Essoin** in Foro Atheniensi respondit Ἐπωμοσία, quod prorsus idem Atticè significavit, vel *à* Lat. Barb. *Exidoneare*, vel, secundùm *Voss.* *à* Belg. **Sunnis**, Germ. **Saumnis**, Impedimentum, vel, secundùm *Salmas.* à *Sonnia*, *Sontia*, morbus Sonticus. Datur & Fr. G. *Essoyner*, Debilitare. Occurrit & in LL. Sal. tit. 19. Paragr. 6. vox Sumis, ni fallor, hoc eodem sensu.

Estandard, *vide* **Standard**, in Et. Gen.

Estopel, exp. Impedimentum actionis, *à* Fr. G. *Estouper*, Obturare, Claudere, Oppilare, v. **Stop**, in Et. Gen.

Estovers, exp. Alimentum. *Cowell* deflectit *à* Fr. G. *Estouver*, Fovere, quod nusquam occurrit, vel, si mendum in Typis sit, ab *Estuver*, Hypocausto Fovere, seu Calefacere, hoc *ab Estuve*, Hypocaustum. *Spelman* deducit à Fr. G. *Estoffe*, Materia, verbo *Estoffer*, Necessaria suppeditare, v. **Stuff** & **Stove**, in Et. Gen.

Estreat, Exemplar, *à* Fr. G. *Extraict*, utr. *à* Lat. *Extractum* (i. e.) Scriptum quod Extractum est, seu transcriptum ex alio, v. *Cowell.*

Estrete, Jumentum seu Pecus in alieno fundo inventum, v. **Stray**, in Et. Gen.

Estrepement, exp. tellurem continuâ Culturâ Exhaurire (i. e.) Sterilem & Effœtam reddere, vel Vastare, exponitur etiam Destructio & Vastum, ut loquimur, quod fit ab usu Fructuario in domibus, terris, seu Sylvis Proprietarii, *à* Fr. G. *Estropier*, It. *Stroppiare*, Mutilare. *Spelman* autem probabiliùs declinat *à* Lat. *Extirpare.*

Eulcruik, apud *Skenæum* lib. de Jure Burgensi, C. 125. Nescio an *ab* AS. Ealc, Cerevisia, vel Ea, vel Fr. G. *Eau*, Aqua, & AS. Cpocca, Belg. **Kruycke**, Olla Fictilis, Fidelia Hydria, Vas sc. quo Cerevisia vel Aqua circumfertur.

Ewbryce, ut corrigit Doct. *Somnerus* in Glos. ex Chron. *Joh. Bromton*, LL. *Edmundi* R. Cap. 4. p. 859. *ab* AS. Ep, Belg. **Ee**, Teut. **Ehe**, Matrimonium, & Bryce, Ruptio; significat autem Adulterium, quod etiam Teut. **Ehebruch** dicitur.

F.

FAG, vox occurrit anno 4. *Edw.* 4. Cap. 1. nescio an *à* Fr. G. *Fagoue*, Glandula. Vel fort. *ab* AS. Fæc, Distantia, Intervallum, vel sc. priori sensu Nodus, Tuber seu Extuberantia quædam in panno, vel contra Rima seu Stria, *a* **Gap**, Certè ex contextu constat Vitium aliquod pannii signare.

Fage, *Bread of* **Fage**, apud *Skene* lib. de Jure Camerarii C. 9. Paragr. 4. F. 150. P. 2. Videtur ex contextu genus aut saltem formam Panis signare, nescio an *à* Fr. G. *Facque*, *Fague*, Pera, Sacculus, Marsupium, ab aliqua sc. Marsupii intumescentis similitudine. Vel *ab* AS. Fegan, Gepegan, Componere, Accommodare, Quadrare, q. d. Decens panium figura. Certè vix crediderim Scotos unquam panem ex glande faginâ confecisse.

Faint *and* **False Action**, Fr. G. *Feinte & Fausse Action*, verbatim Ficta & Falsa Actio; *Feint* autem est participium verbi *Feindre*, Fingere.

Faint Pleader (i. e.) Falsa & Fraudulenta causæ Disceptatio, *à* Fr. G. *Feint*, Fictus, & *Plaider*, Causam agere, v. **Feign** & **Plead**, in Et. Gen.

Fairand, *or* **Farand man**, *the law of* **Fairand man**, est autem Erra Vagabundus, *ab* AS. Fapan, Ire, Proficisci, v. *Skene* lib. de Jure Burgensi, C. 140.

Faitours, exp. Erro seu Vagabundus, *à* Fr. G. *Faitard*, Ignavus.

Faldage, *ab* AS. Fald, Stabulum, primariò Septum, Claustrum. Faldagium autem secundùm *Spelman* est Privilegium erigendi & circumagendi Faldam seu Ovile per certam camporum Extentionem eos stercorandi & gregis fovendi gratiâ, v. **Fold** in Et. Gen.

Faldistor, Sedes Episcopi elatior & Cancellis circumclusa, *ab* AS. Falde, Septum, & Stop, Locus.

Faldsoke, idem quod **Faldage**, à dicto Fald, Ovile, & Soc, Libertas.

Faldworth, *ab* AS. Falde, Caula, & translatè Contubernium seu Decuria, & Wopð, Dignus, quod v. sc. qui jam ætatis satis maturæ est, ut possit in Decuriam aliquam cooptari, v. **Friborg**, **Frankpledge**, & *Spelman.*

Falkland vel **Folkland**, idem quod **Copie hold land** (i. e.) Terra popularis, sc. quæ Jure communi possidetur, vel sine scripto, *vide* **Folk** & **Land** in Et. Gen.

Falset, *crime of* **Falset**, *Skene* Maj. Reg. lib. 1. Cap. 1. v. & lib. 4. Cap. 13. idem quod **Falsehood**, Crimen Falsi.

Fang, *with the* **Fang**, videtur idem quod *Handhabend in* αὐτοχειρίᾳ, *ab* AS. Fenzan, Capere, v. *Skene* lib. Quon. Attach. C. 39. paragr. 2.

a **Fardell** *of land*, vox ant. For. *ab* AS. Feopep, Quatuor, & Dæl, Portio; significat autèm Quartam partem seu Quadrantem, *vide* **Farundel**.

Farding, v. Et. Gen.

Farding deal, aliàs **Farundel** *of land*, *ab* AS. Feopðinz, Quadrans, & Dæl, Pars, & est sanè Quadrans seu Quarta pars Jugeri.

Farm, v. Et. Gen.

Fathwit, vox occurrit in LL. *Henr.* 1. R. Cap. 70. ni fallor, idem quod AS. Fæhð-bote (i. e.) Factionum seu Inimicitiarum Mulcta seu Compensatio, utr. *ab* AS. Fæhð, Factio, Inimicitia, Simultas, & illud *à* Wite, Mulcta, hoc *à* Bote, Compensatio, v. **Fewd** in Et. Gen.

Fautise, *for* **Faulty**, apud *Skene* LL. *Rob.* 2. R. c. 14. paragr. 3.

Fealty, v. Et. Gen.

Fee, v. **Fewd** in Et. Gen.

Fee ferm, Jurisconsultis nostris Feudi Firma, est cum quis ex dono vel concessione alterius Prædia tenuerit sibi & hæredibus suis, reddendo vel dimidiam, vel tertiam, vel quartam partem veri valoris (i. e.) Fructuum seu Proventuum, q. d. *a* **Fee Farm'o out** (i. e.) Feudum seu Prædium sub lege certæ pensionis elocatum, *to* **Farm**, autem dicitur Agrum vel Vectigal condicto pretio Conducere, seu Redimere, & *the Kings* **Farmers** *of his Customs*, sunt Mancipes seu Redemtores vectigalium Regis. Secundùm *Cowellum* **Fee farm**, linguâ Jurisconsultorum Romanorum vocari potest Ager Vectigalis qui in perpetuum licetur, mallem dixisset elocatur.

Fee simple, Feodum simplex, omnium, inquit *Spelman*, capacissimum est, à cujus successione nulla hæredum species arceur, sed quod adeat tam unius uxoris soboles quàm alterius, tam consanguinei & collaterales quàm Lineales, & è filio nepotes. Etymon apertum est.

Fee tail, est Feudum, inquit *Spelman*, quod ità amputatur & rescinditur, ut ad nullos transeat hæredes, nisi à corpore certæ alicujus personæ emanantes, exclusis interea non solùm aliis Consanguineorum ramis, sed & Fratribus ejusdem, ipsisque interdum Filiis ab uxore alterâ procreatis, *à* Fr. G. *Tailler*, It. *Tagliare*, Scindere, Secare, v. aliud Etymon voce **Entail** & **Tailour** in Et. Gen.

Feid *or* **Fadour**, v. **Hatred** *or* **Favour**, apud *Skene* lib. 4. Maj. Reg. Cap. 29. v. **Feud** in Et. Gen.

Feire, idem quod **Fair**, Nundinæ, quod v. in Et. Gen.

Felo de se, Αὐτοκτόνος, qui sibi Necem intulit, Βιοθανατος, v. **Felon** in Et. Gen.

Felony, dicitur Crimen quodvis majus plerumque Capitale, quod sc. ad mortem obligat, v. **Felon** in Et. Gen.

Fencemoneth, contr. pro **Defencemoneth**, vox Saltuaria (i. e.) Mensis Vetitus, seu potiùs Mensis Prohibitionis, *à* Fr. G. *Defense*, Prohibitio, hoc *à* verb. *Defendre*, Prohibere, utr. nimis manifestè *à* Lat. *Defendere*. Sic autem dicitur tempus quo in Saltibus venari non licet, nec animalia pascere ne parturientibus, tunc damis inferatur molestia, v. *Spelman*.

Fengeld, vox ant. For. *ab* AS. Feonð. Hostis, & Gelð vel Gilð, Solutio; est enim Tributum ad arcendos hostes erogatum, v. *Spelman*.

Feodarie, q. d. Feudarius vel Feudatarius (i. e.) Inspector seu Æstimator Feudorum seu Beneficiorum Regis, v. **Fewd** infrà, & **Fee** in Et. Gen.

Feoff, v. Et. Gen.

a **Feoffee** *in trust*, Hæres Fiduciarius, v. **Fee** & **Fewd** in Et. Gen.

Ferdfare, exp. à Fleta Quietantia eundi in Exercitum (i. e.) Militiæ Excusatio, quod mirum est, quum AS. Fyrð-fare contrarium sc. Profectionem in bellum (i. e.) militarem Expeditionem designet, *ab* AS. Fyrð, Fyrðe, Exercitus, & Fare, Iter, Profectio, Expeditio, verb. Faran, Ire, Proficisci, sed suspicor Fletam præ linguarum imperitia hallucinatum esse.

Ferdwit, Formula juris quâ Rex homicidio in exercitu perpetrato ignovit, *ab* AS. Fyrð, Fyrðe, Exercitus, Expeditio, & Wite, Mulcta, Pœna.

Ferthworth, ut ingeniosè divinat *Spelmannus* pro **Frodworth**, *ab* AS. Frðe, Pax, & Weorð, Dignus, qui sc. eò adolevit ut possit adigi ad Juramentum pro Pace Regia (vel quod ipse mallet) quasi **Firthworth**,

worth, *ab* AS. Fyrd, Exercitus (i. e.) qui eò ætatis pervenit, ut possit evocari in militiam, v. *Spelman* voce **Fuldwurth**.

Ferling, Quarta pars denarii, *ab* AS. Feorðling, Quadrantulus, v. Assisam Panis & Cerevisiæ anno 51. *Henr.* 3.

Ferm, v. **Farm** in Et. Gen.

Ferspeken, vox occurrit in LL. *Henr.* 1. R. Cap. 61. nescio an *ab* AS. For-sprecan, Intercedere, Suscipere.

Ferspillan, vox occurrit in LL. *Henr.* 1. R. Cap. 61. nescio an *ab* AS. For-spillan, Perdere, hoc *à* præp. Insep. For, & Spillan, Consumere, Vitiare, Corrumpere.

Fewo, Scoticè apud *Skenæum Few*, Lat. Barb. Feodum, Feudum, Fr. G. *Fief*, It. *Feudo*, Prædium Clientelare, neque à Fide, neque à Fœdere, ut quidam Jurisconsulti volunt, sed, ut *Spelmannus* rectè divinat, *ab* AS. Feoh, Feh, Merces, Præmium, Stipendium, & Þad vel Þoð term. Statum, Conditionem aut Ordinem significante, q. d. Status Stipendiarius seu Beneficiarius, Conditio clientis seu Redemtoris Prædii. Budæus rerum Prædialium seu, ut loquimur, Juris Feudalis peritos Prædiatores, & ipsum Jus Feudale Latiniùs Prædiatorium ab antiquis vocatum esse dicit Annot. prior. in Pandectas p. 814.

Filazers, sunt Ministri seu Officiales in Tribunali, Banco Regio vulgò dicto, qui, inter alia sui muneris, Brevia seu Scripta cujusvis generis originalia hinc emanantia litigantibus scribunt & expediunt, *à* Fr. G. *Fil*, *Filace*, Filum, quia olim Brevia Filo innexa suspendi solebant.

Fildale, vel, ut *Spelman* ex *Bracton* codice restituit, **Fildale**, Compotationis genus *Bracton* ævo prohibitum, quo Ballivi Hundredorum, ut loquuntur (i. e.) Hecatontarchæ, seu Præfecti Centuriarum pecuniam colligentes Centuriæ incolas radebant. *Spelman* dictum putat quasi **Fieldale** (i. e.) Compotationem in Campis, v. **Field** & **Ale** in Et. Gen.

File, v. **Attaint**, *ab* AS. Fylan, Inquinare, v. **Foul**, vox occurrit apud *Skene* lib. Quon. Attach. C. 41. paragr. 2. item 42. paragr. 3.

Financer, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, *à* Fr. G. *Financier*, Subquæstor, Rationarius Fisci, *le grand Financier du Roy*, Quæstor, hoc *à Finances*, Reditus Fisci seu Principis, v. **Fine**.

Fine, vox apud nos Normannos. Vulgatiores autem sensus sunt primò solennis transferendorum Prædiorum in Curia Regis Ritus. Secundò summa pecuniæ pacta & condicta, quæ ineundorum Prædiorum causâ Domino persolvitur à nativè vel hæreditariò tenenti, vel elocanti à Conductore olim Gersuma dicta. Tertiò Pecunia Regi persoluta pro licentia transferendi prædia. Quartò Mulcta gravior gravioribus delictis, vel à Rege & Magistratu, vel à Domino Manerii seu Pagi imposita. *Spelman* deflectit *à* Lat. *Finis*, quia peractâ solenni Alienatoriâ Formulâ vel Repræsentatâ Pecuniâ Pacto, vel Delicto Finis additur.

Fine force, *à* Fr. G. *Fine Force* (i. e.) Vis Mera, Manifesta; **Fine** autem hîc Puram & Sinceram notat, v. **Fine** & **Force** in Et. Gen.

Finours (i. e.) **Refiners** *of mettle*, v. **Refine** & **Fine** in Et. Gen.

Fintwit, vox occurrit in LL. *Henr.* 1. R. Cap. 23. ni fallor, idem quod **Fengeld** suprà, *ab* AS. Feond, Inimicus, & Wite, Mulcta (i. e.) Mulcta pro Inimicitiis.

Firdfare, antiquis Anglo Saxonibus idem quod Franco-Gallis Heribannum (i. e.) Indicto ad Profectionem Militarem, *ab* AS. Fyrd, Exercitus, & Fare, Iter, Expeditio, Faran, Ire, Proficisci, v. **Ferdfare**.

Firdsocne, vox. ant. For. exp. autem Immunitas à Militia, *ab* AS. Fyrd, Exercitus, Expeditio, & Socn, Socne, Immunitas, Exemtio.

Firdwurth, idem quod **Ferdwurth**, quod v. suprà.

Firebote, exp. Ligna à Dominò clienti suo in usum foci concessa, *à* **Fire**, & AS. Bote, Compensatio.

Fire-Ordeal, v. **Ordeal**.

Firlot, Mensura apud Scotos liquidorum Gallonem seu Congium nostrum duabus libris superans, nescio an *ab* AS. Feopep, Quatuor, & Lot, vel Þlot, Portio, q. d. Quarta pars seu Quadrans mensuræ alicujus majoris, v. **Feilkin** in Et. Gen.

Firstfall, vox ant. For. exp. Culminis Ruina, *ab* AS. Fyrst, Laquear, Culmen, & **Fall**, Casus, v. LL. Baioariorum tit. 4. paragr. 3.

Fishgarths, vox occurrit anno 23. *Henr.* 8. Cap. 18. in Stat. **Fishgarths**, exponuntur certæ machinæ ad pisces intercipiendos, nescio an *à* nostro **Fish**, AS. Fisc,

Fiſc, Piſcis, & AS. Geapd, Area, vel ab eodem Fiſc, & Gyrd, Virga, vel verbo Gyrdan, Cingere, Circundare.

Fitch, Putorius quidam Sarmaticus, cujus pellis ad ſuffulciendas hibernas veſtes expetitur, neſcio an *à* Lat. *Fœtere*, eſt enim animal dum vivit, Fœtidiſſimum.

Fleman, vox ant. For. *ab* AS. Flyman, Flyma, Profugus, Fugitivus, v. **Fly** in Et. Gen.

Flemenefermthe, vel, ut corrigit *Somner*, **Flymena fermthe** qui citat ex Evident. Eccl. Chr. Cant. pag. 2224. *ab* AS. Flyma, Fugitivus & Fyrmde, Suſceptio, Suſtentatio, Admiſſio (i. e.) Fugitivorum Suſtentatio, v. *Somner* in Gloſs.

Flemenfirme & **Flimanfirm**, idem quod **Flemenefermthe** ſuprà, *ab* eodem AS. Flyma, Profugus, & Feorm, Victus, v. **Farm** in Et. Gen.

Flemeſwit vel **Flemeneſwit**, exp. Mulcta Fugitivorum, *ab* AS. Flyma, Profugus & Wite, Mulcta.

Fletgefeth, vox occurrit in LL. *Henr.* 1. R. Cap. 81. Neſcio an *ab* AS. Flean, Fugere, Flyht, Fuga, & Ge-feoht, Pugna (i. e.) Pugnæ Detrectatio, Deſertio ordinis in acie, Λιποταξία, & ſecundariò Mulcta pro hoc crimine exigi ſolita. Certè ex contextu patet Mulctam fuiſſe.

Fletwit vel **Fledwit** (i. e.) Mulcta Exlegibus Proſcriptis & Fugitivis, indicta ad pacem Regis impetrandam, *à* noſtro **Fled**, & AS. Wite, Mulcta.

Flozences (i. e.) Panni Florentini, v. anno 1. *Rich.* 3. Cap. 8.

Flotſon ſeu **Flotzam**, dicuntur merces Naufragæ mari innatantes, *à* verb. *to* **Float**, quod v. in Et. Gen. & **Jetſon** ſuo loco.

Fogage, vox ant. For. hodie **Fog**, exp. Gramen quod æſtate non depaſcitur, & quod ſpoliatis jam pratis hyeme ſuccreſcit, q. d. **Foggy graſs** (i. e.) gramen Uliginoſum & Semiputridum, quod ſc. non ſolidum ſed Excrementitium & Fugitivum alimentum exhibet.

Folgheres vel **Folgers**, Domeſtici, Famuli, *ab* AS. Folgere, Sectator, Aſſecla, hoc *à* verb. Folgian, Sequi, v. **Follow** in Et. Gen.

Folkland, idem quod **Falkland**, quod *vide* ſuprà.

Folkmote, *ab* AS. Folcmot, Folcgemot, Conventus Populi, *à* Folc, Populus, & Mot, Gemot, Conventus, hoc *à* verb. Metan, Gemetan, Convenire, Occurrere. Reſpondit apud Anglo-Saxones veteres hoc Folcmot, quod & alio nomine Witena-Gemot (i. e.) Conventus Sapientum dictum eſt, noſtro Parliamento, *vide Spelman* & *Somner*.

Footgeld, Pecuniæ ſumma quâ canes juxta ſaltus Regis olim redimebantur, ne, ut Juriſconſulti noſtri loquuntur; Expeditarentur (i. e.) ne plantæ pedum ipſis exſcinderentur, *à* noſtro **Foot**, & AS. Gild, Solutio, v. **Lawing of dogs**.

Forathe, vox occurrit in Conſt. *Canuti* R. de Foreſta Cap. 12. *Spelman* deflectit *ab* AS. Fop, Pro, & Aðe, Juramentum.

Forbarre, exp. in perpetuum Privare, *à* verb. *to* **Barr**, quod v. in Et. Gen.

Forcheap vel **Forecheap**, vocem citat *Somner* ex Chron. *Joh. Bromton* LL. *Æthelredi* R. Cap. 23. vel *ab* AS. Fope, Ante. Prius, & Ceapan, Nundinari (i. e.) Jus Præemtionis, vel *ab* altero Fop, præp. Inſep. Depravationem ſignante (i. e.) Mercatura Vetita, Illicita.

Forein oppoſer, ſic appellatur Miniſter ſeu Officialis Fiſci, qui rationes mulctarum ſeu aliarum penſionum in aliis curis indictarum computat, & adnotat, q. d. Examinator Extraneus, qui ſc. non Mulctas aut penſiones in Fiſco, ſed in aliis curiis adjudicatas ſupputat, v. **Forain** & **Appoſe** in Et. Gen.

Foreſudger, eſt Judicium quo unus litigantium re de qua diſceptatur privatur, noſtris Juriſconſultis Foris Judicatio, unde Etymon petas.

Forestall, v. Et. Gen.

Forfang, **Forfeng** vel **Forefeng**, Anticipatio, & eſt vox ant. For. *ab* AS. Fope, Ante, & Fengan, Capere.

Forket, v. Et. Gen.

Formdon (i. e.) Forma Donationis ſeu, ut Juriſconſulti noſtri loquuntur, breve Formatum donationis.

Formells, eſt Pondus aliquod quo plumbum pendunt, neſcio an *à* *Formula* ſeu *Formella*.

Forprise, Vocem citat *Somner* in Gloſs. ex Chron. *Wilhelm. Thorn*, pag. 1940. Exponitur Exceptio, Exceptum, Reſervatum, *à* præp. Fr. G. Loquelari *For*, Extra, & *Priſe*, Captio, v. **Prise** in Et. Gen.

Forſechoke, in Jure Rom. Derelictum, q. d. **Forſook** vel **Forſaken**, v. **Forſake** in Et. Gen.

Forespeaker, apud *Skenæum* lib. Maj. Reg. C. 25. videtur ex contextu Advocatus, Procurator, *an* **Atturney**, *ab* AS. Fopeſprœca, Prolocutor, Advocatus; hoc *à* Fope, & Spœcan, Loqui.

Fortall, item **Fortell**, Vox occurrit in LL. *Henr.* 1. R. cap. 12. *Spelman* etiam citat ex libro Censuali & deflectit *ab* AS. Fore, Ante, vel Fare, Via, & Stal, Statio, ita ut Viæ obstructionem seu itineris Interceptionem denotet.

Fortlet, Lat. Barb. *Fortalitium*, Dim. *à* **Fort**, quod v. in Et. Gen.

Fosterlean, vocem citat *Somner* in Glos. & putat idem signare, quòd apud Barbariores Juris civilis consultos Vitalitia seu Dotalitia, Latinioribus Munera Nuptialia, Gr. ὀνίσεια, nobis *à* **Jointure**, *ab* AS. Forfer, Victus, & Lean, Stipendium, q. d. Stipendium quo mulier se alere possit.

Fother, Pondus 2000 librarum, v. **Fodder** in Et. Gen.

Founder, v. Et. Gen.

Fourch, in nostro Jure litis Prorogationem designat, Lat. Barb. *Afforciare*. *Cowell* deflectit *à* Fr. G. *Fourcher*, linguâ Titubare, ut enim qui hæsitat seu titubat linguâ sermonem producit, & tardiùs verba profert, sic ubi lis protelatur & differtur, quod breviori tempore dirimi potuit, longius insumit.

Footgeld, v. **Footgeld**.

Fowls of warren (i. e.) Volucres Sylvestres, quæ certis septis seu vivariis conservantur, v. **Fowl** & **Warren** in Et. Gen.

Franchise, v. Et. Gen.

Frank Almoin, *à* Fr. G. *Franque Aumosne* (i. e.) Libera Eleemosyna, exp. Prædia vel Fundi Sacerdotibus vel Monachis in perpetuam Eleemosynam collata, eâ lege ut Donatores quotidianis precibus Deo commendent, *vide Cowell.*

Frank Bank, *à* Fr. G. *Franc Banc* (i. e.) verbatim Liber Bancus, Liberum Scamnum, vel Libera Sedes. Est autem Fundus. Dotalis quem vidua, quæ à viro suo virgo desponsata fuerat, post ejus obitum possidet, *vide Cowell.*

Frank Chase, *à* Fr. G. *Franque Chasse* (i. e.) Libera Venatio, *à* verb. *Chasser*, Venari, v. *Cowell*, **Frank** & **Chase** in Et. Gen.

Frank Fee, exp. Feudum seu Beneficium Francum seu Liberum, *à* Fr. G. *Franc Fief* idem signante, v. *Cowell*, v. etiam **Frank** & **Fee** in Et. Gen.

Frank Ferm, *à* Fr. G. *Franque Ferme* (i. e.) *a* **Free Farm**, v. **Farm** & *Cowell.*

Frank law (i. e.) Libera Lex, v. **Frank** & **Law** in Et. Gen. v. etiam *Cowell.*

Frank marriage (i. e.) verbatim Liberum Matrimonium seu Connubium. Est autem Jus tenendi Prædii quod ab aliquo, Marito alicui & uxori nominatim & ipsorum hæredibus conceditur, sub conditione homagii seu fidelitatis præstandæ, omni interim servitio excusato, v. *Cowell.*

Frank pledge, *à* Fr. G. *Franc Pleige*, verbatim Liber Vas seu Fidejussor, AS. Frioborg; ex institutione enim *Ælfredi* Anglo-Saxonum Justiniani in singulis fere pagis Collegium seu Societas decem Primariorum hominum condita est, qui singuli Fidejussores invicem extitere erga Regem de sistendis semetipsis, & de restaurando damno ab eorum quolibet illato, v. **Fridborg.**

Freowit vel **Frithwit**, vox ant. For. *ab.* AS. Freoe, Frið, Pax, & Wite, Mulcta; est autem Mulcta, Compositio seu Redemtio quam delinquens ob impetrandam pacem aut Fisco pendit aut Magistratui, v. *Spelman.*

Free hold, Jurisconsultis nostris Libera Tenura seu Jus tenendi Prædia Liberum, & est vel Beneficium aut Feodum Simplex, Feodum, ut loquuntur, Talliatum (i. e.) Abscissum vel saltem ad vitæ terminum.

Free waren, verbatim Liberum Vivarium, est Jus concedendi vel negandi licentiam venandi in Fundis Liberis, v. **Free** & **Warren** in Et. Gen.

Frendles man, in Jure ant. AS. Freondleas man (i. e.) verbatim Amicis Destitutus. Sic autem appellabatur Exlex seu Proscriptus, aquâ & igne interdictus, quia iis quovis modo subvenire, vel tecto excipere legibus severè prohibitum fuit.

Frendwite, vel **Infeng**, Fletæ exp. Quietantia prioris prisæ ratione convivii, non dubito quin vox orta sit *ab* AS. Freond, Amicus, & Wite, Mulcta. Certè explicationem Fletæ prorsus non intelligo. Sed etiam mea explicatio aliâ explicatione indiget, quænam enim unquam lex tam barbara quæ amicitiam puniit? Credo hanc vocem signâsse Mulctam ex amico exlegis seu proscripti, qui ipsum sc. hospitio excepit, exigi solitam.

Fresh disseisin, Fr. G. *Fraische dissaisine* (i. e.) Recens ejectio, *à* Fr. G. *Frais*, Recens, & *Dissaisine*, Ejectio, verb. *Dissaisir*, Possessione ejicere, v. **Seise** in Et. Gen. & *Cowell.*

Fribozg, *ab* AS. Fpiz, Fpeo, Liber, & Boph, Vas, Fidejussor; est autem idem quod **Frank pledge**, quod *vide* suprà.

Fridstool, AS. Fpiðstol vel Stal, *à* Fpið, Pax, & Stol, Sedes, vel Stal, Statio. Sic autem olim appellabatur Asylum seu Sanctuarium, q.d. Locus Pacis seu Securitatis, hoc idem usitatiùs AS. vocatur Fpiðstop & Fpizðocn, ab eodem Fpið, & Stop, Locus, & Socn, Refugium, Suffugium, Immunitas.

Fridwit, vocem citat *Somnerus* ex Chron. *Joh. Bromton* pag. 766. LL. *Inæ* R. Cap. 57. & corrigit **Ferdwit**, *ab* AS. Fyrd, Expeditio, & Wite, Mulcta; fuit autem olim Mulcta pro detrectata vel derelicta Militia irrogata.

Frilazin, exp. Libertus, Teut. **Freygelassen**, *ab* AS. Freoh, Teut. **Frey**, Liber, & AS. Leran, Teut. **Lassen**, Dimittere.

Friling, Ingenuus. *Spelman* deflectit *ab* AS. Freoh, mallem Friz, Teut. **Frey**, Liber, & **Ling**, Progenies; **Ling** tamen pro Progenie nusquam occurrit, sed est terminatio seu productio vocis quæ vel minuit, vel qualitatem aliquam signat.

Frinegild woere, vox occurrit in LL. *Henr.* 1. R. Cap. 76. Nescio an *ab* AS. Fremð, *Chaucero* **Fremed**, in agro nostro Linc. **Frim**, Exterus, Peregrinus, & Gild, Solutio. Certè inter Mulctas aliásque Pensiones Regi tribui solitas numeratur.

Friperie, v. Et. Gen.

Frithborgh, *ab* AS. Frið, Pax, & Borgh, Borh, Vas, Fidejussor, & est idem cum **Friborg**, **Froborgh** & **Frank pledge**, quæ *vide*.

Frithbrech, *ab* AS. Frið, Pax, & Brece, seu Bryce, Ruptio, Fractio (i. e.) Pacis Violatio.

Frithesbote, exp. Mulcta violatæ Pacis, *ab* AS. Frið, Pax, & Bote, Compensatio.

Frithgild, seu **Fridgild**, vocem citat *Somnerus* ex Chron. *Joh. Bromton* pag. 852. LL. *Æthelstani* R. & dicit idem esse quod alibi **Gild** seypa, Exteris Gildonia, Collegium sc. vel Sodalitium quorundam Pacis, sive Consociationis inter eos aut ineundæ aut firmandæ gratiâ, convenientium, initámque collatitiâ stipe conservantium, *ab* AS. Frið, Pax, & Gild, Solutio, Gildan, Solvere, v. **Guild-pall** in Et. Gen.

Frithman, vocem citat *Somner* ex Chron. *Joh. Bromton* LL. *Æthelredi* R. Cap. 3. pag. 900. *ab* AS. Frið, Pax, & Man, Vir (i. e.) Vir Pacis, illius sc. sodalitii vel societatis Particeps de quo suprà in **Frithgild**.

Frithsoken, exp. tuendæ Pacis Jurisdictio, *ab* AS. Frið, Pax, & Socn, Libertas; juxta *Fletam* autem significat Libertatem habendi Franci plegii seu Liberi Vadimonii & tunc corrigendum est, **Frisocne**, *ab* AS. Friz, Liber, & Socn, Privilegium, hæc *Spelman*.

Froborgh, v. **Friborgh** & **Frank pledge**.

Fuage, vox ant. For. à Fr. G. *Feuage*, quod est Tributum ex Foco vel Igne, hoc *à Feu*, Ignis; Idem autem est cum nostro **Hearth** vel **Chimney money**.

Fuer, *à* Fr. G. *Fuir*, Fugere, exponitur enim Fuga.

Fuer en fait, Fr. G. *Fuer en Fait* (i. e.) verbatim Facto Fugere sc. reverà, vel personaliter Fugere, cui opponitur **Fuer en Ley**, Fr. G. *Fuir en Loy* (i. e.) Fugere Lege, cum quis in curiam citatus non comparet, donec extra legis tutelam ponatur, *till he be Outlaw'd*, quod Lex Fugam interpretatur.

Fugace, vox ant. For. & Saltuaria, *à Fugando* (i. e.) Prosequendo feras, est autem Jus seu Privilegium Venandi.

Furnage, *à* Fr. G. *Fournage*, quod est Tributum pro usu Furni, præsertim Pistorii, hoc *à* Fr. G. *Four*, Furnus. *Spelman* autem exponit Tributum quod Domino Furni à Sectatoribus penditur ob Furni usum, multis enim in locis tenentur vassalli ad coquendum panes suos in Furno Domini, eáque de causa hoc Tributum reddere.

Fyhtwit, quod *Somner* corrigit **Fihtwit**, vox ant. For. AS. fuit autem Mulcta, ob commissam Pugnam in perturbationem pacis publicæ, *ab* AS. Fiht vel Feoht, Pugna, & Wite, Mulcta.

Fyrdering, vox occurrit in LL. *Henr.* 1. R. Cap. 10. nescio an *ab* AS. Fyrdpeapung, Expeditionis Apparatus, hoc *à* nom. Fyrd, Exercitus, Expeditio.

Fyrthung, aliàs **Fyrdung**, Profectio Militaris, *ab* AS. Fyrd, Fyrde, Exercitus, Expeditio, hoc *à* verb. Faran, Ire, Proficisci.

Fyrthwite, vocem citat *Somner* ex Chron. *Joh. Bromton* LL. *Canuti* R. pag. 923. & corrigit **Ferdwite**, quod olim Mulctam Militiæ sive detrectatæ sive derelictæ signavit, *ab* AS. Fyrd, Expeditio, & Wite, Mulcta, v. **Fridwit**.

G.

Gafol land, & Land Gafel, hoc est Census terræ, illud Terra Censa, *ab* AS. Gapol, Tributum, & Land. *Spelman* citat ex Fœdere *Ælfredi* & *Guthrumi* RR. Manuscripto.

Gainage, nostris Jurisconsultis Wainagium exp. Jus tenendi fundos omnium vilissimum sine scripto, aut ullo alio titulo præter Domini libitum. *Cowell* deflectit vel *à* Fr. G. *Gaignage*, Quæstus, Lucrum, vel *à* nostro **Gain**, v. **Gain** & **Gain** in Et. Gen. v. & *Cowell* voce eâdem.

Galege, idem quod **Gallowees**, quod v. in Et. Gen.

Galibalpens, olim Nummus quidam Lege interdictus conditâ anno 3. *Henr.* 5. Cap. 1. fort. q. d. Semidenarius Gallicus, vel fortean à Myoparonis imagine ipsi impressa, v. **Galip** in Et. Gen.

Galnes, apud *Skenæum* lib. 4. Cap. 24. v. Cro *and* **Galmen** suprà.

Garb, *à* Fr. G. *Gerbe*, Fasciculus, Merges tritici, v. **Garb** in Et. Gen.

Garble, v. Et. Gen.

Garbling *of* **Bowstaves** (i. e.) Delectus, v. anno 1. *Rich.* 3. Cap. 11. & **Garble** in Et. Gen. Videtur enim Separationem probæ materiæ à reproba signare. Metaphorâ non ineleganti ab Aromatis petitâ.

Garcifer, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, & dicitur Juris Scotici propria, exp. Puer qui Molæ inservit, credo *à* Fr. G. *Gars*, Puer, & *Fer*, Ferrum, qui sc. ad molæ ferrum inservit. Sed unde, inquies, Fr. G. *Gars* vel *Garçon*? credo *Gars* contr. *ab* AS. Wepiꝛc seu Wepꝛe, Virilis, hoc *à* Wep, Vir; *Garçon* autem est tantùm Productio quædam vi *Gars*, terminatio enim *on* apud Gallos sensum modò intendit, modò minuit, sed hoc frequentiùs, & hîc loci. Notum autem est Germ. *W*, apud Gallos transire semper in *G* vel *Gu*, ut *in* **War**, *Guerre*, **Warden**, *Gardien*, **Ward**, *Garde*, **Waft**, *Gaster*, **Warrant**, *Guarentir*, & innumeris aliis istiusmodi vocibus apparet.

Gardein, *à* Fr. G. *Gardien*, Custos, *vide* **Gard** & **Ward** in Et. Gen.

Gare, vox occurrit anno 31. *Edw.* 3. Cap. 8. & exp. Lana Vilior. Nescio an *ab* AS. Geappe, Paratus, q. d. Lana saltem rudius præparata.

Garnishment, *Cowell* deflectit *à* Fr. G. *Garnir*, Instruere, v. **Garnish** in Et. Gen.

Garrantie, *à* Fr. G. *Garentie*, Securitas, Tutela, Affirmatio, v. **Warrant** in Et. Gen.

Garthman, vox occurrit anno 13. *Rich.* 2. Stat. 1. Cap. 9. & anno 17. ejusdem Cap. 19. videtur Piscatoris genus, qui sc. machinis illis ad intercipiendos pisces, **Fishgarths** dictis, utitur, v. **Fishgarths**.

Gastall, v. **Castaldie** suprà.

Gavelet, Affinem sensum & prorsus idem Etymon habet quod **Gavelkind**, quod v. infrà.

Gavelgild, exp. quod Censum pendit, item Debitor Firmarius seu Prædialis, *ab* AS. Gapel, Census, Tributum, & Gilban, Solvere.

Gavelkind, vel, secundùm *Lambardum*, q. d. **Gif Cal Cyn**, omnibus cognatione proximus datum; vel, secundùm *Verstegannum*, **Give all kind** (i. e.) omnibus Liberis datum; **Kind** enim Infantem & Filium Teut. signat; vel, quod *Minsevo* & *Spelmanno* placet, *ab* AS. Gapol, Tributum, & Cyn, Genus, seu familia; vel, quod *Somnero* magis arridet, & sanè simplicissimum omnium est, *ab* eodem Gapol, Tributum, & **Kind**, Genus, q. d. Genus terræ seu Fundorum Tributarium, Prædium Vectigale. Est autem Jus tenendi prædia agro Cantiano ferè peculiaris, cujus leges v. apud *Somnerum* Libro justo de hoc argumento conscripto, v. **Gavelgild** suprà, & **Gavell** in Et. Gen.

Gavell, exp. Progenies Mascula, Brit. ant. **Gavela**, **Givela** vel **Gwella**, quod *Lambardus* flectit *à* C. Br. *Gefeilled*, Gemini, *vide* **Gavelkind** suprà.

Gavolhwitel, exp. *a* **Livery** (i. e.) Sagum Donaticum, *ab* AS. Gapel, Tributum, & Hpitel, Sagum candidum. *Spelman* vocem citat ex LL. *Inæ* R. Manuscriptis, Cap. 6. v. **Livery** & **White** in Et. Gen.

Gawgeour, v. **Gage** in Et. Gen.

Geburscip, vocem citat *Somner* ex Chron. *Joh. Bromton* LL. *Edw. Sen.* R. cap. 2. pag. 836. *Lambardo* exp. Vicinia, *ab* AS. Gebup vel Gebupe, Paganus, Villicus, Colonus, item Vicinus. *Somner* Gebupꝛcipe Pagum in Dictionario ver-

tit, in Gloss. idem cum Fidejussorum Decuria statuit, Gebupe autem ortum videtur à Bÿan Büan, Incolere, Habitare, quæ postrema vox licèt in *Somneri* Dictionario non occurrat, tamen ejus propago Büend, Colonus, Agricola, Incola, quam ibi invenies, etiam verbum olim extitisse arguit. Non absurdum etiam esset si eodem sensu deducerem *ab* alt. Gebopþ-ſcipe, Fidejussio, seu Fidejussorum Decuria, hoc à Bopþ, Fidejussor, v. **Fridozgh**.

Geir *for* **Gear**, **Gudes** *and* **Geir**, videtur Bona, facultates apud *Skene* lib. Quon. Attach. C. 12. paragr. 5. v. **Gear** in Et. Gen.

Geld, exp. Pecunia vel Tributum, *ab* AS. Gild, Vectigal, Tributum, Gildan, Solvere, vel à Teut. **Gelt**, Pecunia, sed prius longè verisimilius.

Geldable, sic appellatur tertia pars agri Suffolc. *ab* AS. Gildan, Solvere; **Geldable** autem Terram Vectigalem seu Tributo obnoxiam notat; reliquæ enim duæ agri hujus Portiones, utpote Ecclesiæ donatæ, Tributum non solvebant, v. **Geldable** in Et. On.

Geneath, vox occurrit in LL. *Inæ* R. *ab* AS. Geneat, Villicus, Colonus, Inquilinus.

Gersum, vox occurrit in Libro Censuali *Wilhelmi Victoris*, *ab* AS. Gærſuma, Sumtus, Præmium, Thesaurus, Opes, hoc *Somner* deflectit *ab* AS. Gearo, Paratus, q. d. quod quis in Promtu habet, & terminatione Sum, nobis **Some**, quæ qualitatem notat, ut in AS. Winſum, Jucundus, & nostro **Wholesom**, Salutaris, & innumeris aliis hujus typi vocabulis apparet. Jurisconsultis Anglo-Saxonicis, hoc **Gersum** idem signavit quod nobis *a* **Fine**, quod *vide*, v. etiam *Cowell*, *Somner* & *Spelman*.

Gigg mills, v. anno 5. *Edw.* 6. Cap. 22. Est autem Molæ genus, quo Lanifices utebantur, lege prohibitum, nescio an à Teut. **Gegen**, Contra, Adversus, è Regione, fort. quia istæ molæ invicem è regione statuebantur. Vel potiùs *à ab* alt. **Gig**, Turbo, quod v. in Et. Gen. q. d. Mola Turbinata.

Gildon, v. **Congildon** & **Frithgild** suprà, & **Guild-hall** in Et. Gen.

Gildscep, v. **Frithgild**.

Gilefat, apud *Skene* lib. de Jure Burgensi, C. 125. Credo idem quod **Heelfat**, quod v. in Et. Gen.

Gilltwithe, vel, ut rectè corrigit *Somner*, **Gilltwite** quod idem citat ex Chron. *Joh. Bromton*, pag. 957. & Mulctam exponit, *ab* AS. Gilt, Reatus, Peccatum, & Wite, Mulcta.

Girdill, videtur **Girdiron** apud *Skene* lib. de Jure Burgensi, C. 125. q. d. **Girdill**, quæ videtur Productio vocis Fr. G. *Grille* idem signante, utr. à Lat. *Craticula*.

Girnelled, apud *Skene* lib. de Crim. nec Cap. nec Pecun. C. 24. paragr. 2. F. 153. P. 1. Nescio an quasi **Wirnelled**, *ab* AS. Winnan, Denegare (i. e.) non est petentibus aut emturientibus denegandum nec asservandum.

Girth & **Girthol**, vox Juris Scotici propria, apud *Skene* LL. *Rob.* 2. R. C. 9. exponitur Asylum seu Sanctuarium. Nisi, quod suspicor, Scoto-Hibernicæ sit originis, proclive esset deflectere *ab* AS. Geard, Area, Tefra, Locus, & Hal, Salvus, q. d. Locus Salutis seu Securitatis, vel Halig, Sanctus (i. e.) Locus Sacer.

Gisarms, anno 13. *Edw.* 1. Stat. 3. Cap. 6. Fletæ **Gisarms**, genus Armorum. *Spelman* citat ex Stat. Wintoniæ 13. *Edw.* 1. & rectius **Guisarms** legit, Fr. G. *Guisarme*, Lat. *Bipennis*, Hispanis *Visarma* & *Bisarma*, nobis *a* **Bill**, antiquum Anglorum & usitatissimum Armorum genus, q. d. Lat. *Bisarma*, à duabus sc. quibus in extremitate cuspidibus instructum est.

Glawnce eze, nescio an q. d. Minera Fulgida seu Splendicans, à Belg. **Glants**, Splendor, Fulgor, **Glantsen**, Splendere, Fulgere.

Gleab land (i. e.) Fundus seu Prædium Rectori seu Sacerdoti proprium, nimis manifestè à Lat. *Gleba*, q. d. Gleba (i. e.) Terra Sacra Deo sc. & Ecclesiæ addicta.

Glomerels, Magister Glomerii in edicto Hugonis *Balsham* Episcopi Eliensis, anno 1276. Magistri Glomerii, ex contextu in edicto videntur fuisse, ut exponit *Spelman*, Commissarii dati ad lites inter Scholares & oppidanos audiendas. *Spelman* Etymon vocis eruere ne quidem tentat, ergo mihi misello silere nefas non esset, posset tamen deflecti *à* Fr. G. *Maistre des clameurs* (i. e.) Magister clamorum seu Litium.

v. *Fuller.* hist. Cant. pag. 22. & *Spelman* in *Gloss.*

Goad, Pondus certum quo Lanas Xylinas Cambricas pendunt, v. *the Clerk of the market*, pag. 49. nescio an *ab* AS. Gab, Gabe, Massa.

Glosses, apud *Skene* lib. de Jure Camerarii, Cap. 23. fol. 153. nescio an pro Glosses, sc. Materia aliqua qua Pelliones nitorem pellibus conciliant.

Goldwite (i. e.) Mulcta Aurea, *ab* AS. & Angl. rec. Gold & Wite, Mulcta.

Golf, videtur lusus quidam apud *Skene* lib. de Crimin. pecun. C. 5. paragr. 2. F. 140. P. 1. Vix, crediderim ortum à Lat. & Gr. *Colaphus*, pl. *Colaphi*. Certè lusus hujusmodi meritò interdictus fuit: tutius autem est ignorantiam fateri.

Good abearing, verbatim Bonus Gestus, idem quod **good Behaviour**, ubi sc. aliliquis adigente Eirenarchâ, propter Delictum aliquod, Syngraphâ vel Vadimonio præstito obligatur in posterum cautè & accuratè, tum erga Regem & Leges, tum erga cives suos se gerere.

Gordon, videtur quædam avis apud *Skene* lib. de Crimin. Pecun. C. & Tit. 3. paragr. 9. F. 139. P. 2. Fortean quia cuidam ex *Gordoniis* gente inclytâ Huntleiæ Comitibus in deliciis fuit, *vide* Go.

Gort & Guozt, vox occurrit in Libro Censuali. *Spelman* deflectit à Fr. G. *Gort*, quod exp. Locus Angustior in fluvio ad capiendos pisces, à *Wear*, hoc credo à Lat. ant. *Cohors, Cors*, Gr. χόρτος, Septum, v. *Cohors* apud *Voss.* in Et. LL.

Gzaffer, à Fr. G. *Greffier*, Scriba, Actuarius, hoc à Lat. *Graphium*, Gr. γράφω.

Gzaith, apud *Skene* lib. de Jure Camerarii, C. 23. Paragr. 2. F. 153. P. 1. Confer Caput immediatè præcedens; nam in hoc capite aliquid quo Pelliones Coria præparant signare videtur, in Capite autem præcedente Coiracium aliquod Tibiæ tegumentum Sutoris Coriarii opus, nescio an *ab* AS. Gepæbian, Parare, Apparare, q. d. Materia Coriariis Sutoribus & Pellionibus parata.

Gzand Serjeanty, est Jus splendidum & eximium clientelare, quo Domini pagi *Scrivelsby* in agro Linc. illud Prædium à Rege assignatum tenent, eâ lege, ut die Inaugurationis Regum, Regem tunc inaugurandum genuinum Regni hæredem armati & equo insidentes publicè & clara voce pronuncient, Jus Regium certamine singulari contra quemvis ipsum negaturum sustinere parati, quod qui præstat Regis Athleta seu, ut loquimur, Campio dicitur. **Gzand Serjeanty** autem Fr. G. *Grand Sergentie*, verbatim magnum Servitium notat, v. **Serjeant** in Et. Gen.

Gzeachbzeach, corr. à **Gzithbzeach**, quod v. infrà.

Gzee, à Fr. G. *Grè*, Sententia, Beneplacitum, hoc à Lat. *Gratum*.

Gzenehugh, in Versione chartæ Forestæ pro Viridi, nobis **Vert**, v. **Gzeen** & **Vue** in Et. Gen.

Gzeeve, v. **Gzave** in Et. Gen.

Gzills, ni fallor, *Skenæo* LL. *Roberti* R. C. 11. paragr. 3. *Grillis*, v. anno 22. *Edwardi* 4. Cap. 2. sic ibi vocantur omnes Pisciculi, nescio an à Lat. *Gryllus*, cui corporis parvitate similes sunt, vel à Belg. **Krul**, Lascivus, Petulcus.

Gzithbzeach, exp. Pacis Violatio, secundùm *Roger. Hoveden.* *ab* AS. Gpiþ, Pax, & Bpyce vel Bpece, Fractio, Ruptio.

Gzocers, sic appellantur 37. *Edw.* 3. Cap. 5. Monopolæ, qui sc. aliquod mercium genus totum coemunt, *that* **Ingrols** *a commodity*, v. **Gzocer** & **Ingrols** in Et. Gen.

Gzoom, v. Et. Gen.

Gzoundage, exp. Tributum quod à nave exigitur pro Statione in Portu, sc. pro Solo quod occupat, v. **Gzound** in Et. Gen.

Gzowm, anno 43 *Eliz.* Cap. 10. exp. Machina ad extendendum pannum, nescio an à Belg. **Krom**, Teut. **krumm**, Curvus, Recurvus, Aduncus.

Gudsher *and* **Gzandsher**, apud *Skene* lib. Quon. Attach. paragr. 5. C. 56. item paragr. 7. C. 57. fort. quasi **Goodsire** (i. e.) Bonus Pater. Certè ex contextu patet unum ex Majoribus signare, Patrem non potuit nec Avum, quia utriusque seorsim ibidem loci fit mentio.

Guiders, anno 1. *Jac.* R. Cap. 23. v. **Conders**. Sic autem dicuntur qui piscatores ad pisces capiendos quasi ducunt, v. **Guide** in Et. Gen.

Gule of August, *Cowello* & Authori Dict. Angl. exp. Festum Sancti Petri ad vincula, uterque deflectunt à Fr. G. *Gueule*, Guttur, quia, sc. Durando in rationali divinorum Authore, eo die Filia Quirini Tribuni Scrophula vel Anginâ laborans statim postquam vincula Sancti Petri, quæ ipsi Alexander tunc Papa à Petro sextus obtulit, deosculata esset, prorsus convaluit. Mallem tamen deducere *ab* AS. Gehul quod, ut suspicor, non tantùm Festum Natalis Christi, sed in genere quemvis Festum diem signavit, à Lat. *Jubilum*,

q. d. Festivitas Augusti; calendis enim Augusti celebratur. Natalis autem Domini Gehul simpliciter, & per se usitatiùs appellatur, q. d. Festum per Excellentiam, Festum κατ' ἐξοχὴν, v. **Yule** in Et. Gen.

Gust, apud *Bracton* pro **Guest**, quod v. in Et. Gen.

Gultwit *or* **Guiltwit**, q. d. **Guiltwit**, à nostro **Guilt**, Reatus, & AS. Wite, Mulcta, Pœna (i.e.) Compensatio pro delicto, v. **Guilt** in Et. Gen. & **Giltwit** suprà.

Guyage, Præmium Duci datum, *vide* **Guide** in Et. Gen.

Guylde, apud *Skene* Stat. Alex. 2. Cap. 18. idem exponit herbam quandam noxiam, nescio an sic dicta *ab* AS. Gild, Solutio, Mulcta, quia sc. nisi Villicus seu Colonus hujusmodi herbam monitus extirpaverit, non tantùm Mulctæ severissimæ, sed etiam neci à lege adjudicatur, vel fort. à Colore Aureo floris istius herbæ, Interim ἐπίζ.

H.

Haberjects, quod Lat. exp. Hauberiteus Pannus, vox occurrit in Magna Charta Cap. 25. & certè ex contextu Panni genus videtur, nescio an à Fr. G. *Haubereau*, Hybrida, fort. quia hic Pannus mixti & varii coloris fuit.

Hables, vox occurrit anno 27. *Henr.* 6. Cap. 3. & videtur Portum signare, à Fr. G. *Hable* usitatiùs *Havre*, Portus, cujus genuinum Etymon v. in Et. Gen. voce **Haven**.

Hafne courts pro **Haven** *Courts*, v. **Haven** in Et. Gen.

Haga, exponitur Domus, fort. *ab* AS. Hegian, Sepire, sc. quod Septo includitur, v. **Heage** in Et. Gen.

Hagbut, idem quod **Haque** & **Harquebus**, quod postremum *vide* in Et. Gen.

Hoigh of Haimhaid, apud *Skenæum* Maj. Reg. lib. 1. Cap. 18. item **Haimhaid** apud eundem Quon. Attach. C 10. paragr. 2. utrumque credo *ab* AS. Ham, Belg. **Heim**, Teut. **Heim**, Domus, & verbo AS. Healdan, Tenere.

Halsbang vel **Halsbeng**, LL. *Henr.* 1. R. Cap. 14. *Wheloc.* in Gloss. idem esse statuit quod **Halsfang**, quod Collistrigium notat.

Halimot, **Haligemot**, **Healgemot**, & **Halmot**, exp. Conventus Aulæ, hoc est Curiæ Dominicalis Villæ, Prædii seu Manerii vel Baronis in Villis & Dominiis, vel Tribuum, Wardarum seu Regionum, & Collegiorum seu Confraternitatum in Burgis (i. e.) Municipiis & urbibus, recentiores *Court Baron* (i. e.) Curiam Baronis dicunt, *ab* AS. Healle, Aula, Villa seu Curia Domini, & Gemot, Conventus, v. **Hocthall** in Et. Gen.

Hallage, exp. Tributum ex singulis grandioribus Pannis in Foro Pannario, vulgò **Blackwell-Hall** dicto, venum expositis exactum, *ab* **Hall**, quod v. in Et. Gen.

Halsfang, **Healsfang**, & **Healfang**, Collistrigium, *ab* AS. Halr, Collum, & Fengan, Capere, Comprehendere, Stringere, q. d. Gr. παχεμάχη.

Hamsare, vocem citat *Somner* ex Chron. *Joh. Bromton* pag. 957. ubi **Hamsare** & **Hamsoken**, pro eodem ponuntur, & exponuntur Insultus factus in Domo (i. e.) Violatio pacis in Domo privata: Veteres enim, quod & adhuc Leges nostræ confirmant, Domum cujusque pro Castro habuerunt, ut Dominus seu Pater familiâs possit ibi securè degere, à vi omni & importuna petulantia tutus. Idem *Somner* **Hamsare** corrupteum putat, à **Hamfri** vel **Hamfrith**, sc. *ab* AS. Ham, Domus, & Frið, Pax, mallem tamen simpliciùs deducere *ab* eodem Ham & Faran, Ire, Proficisci, q. d. violenter Ire seu Grassari in Domum alienam.

Hamling *of dogs*, Jurisconsultis nostris redditur Expeditatio Canum. *Cowell* dictum putat quasi **Hamhalding** (i. e.) **Holding**, *or keeping at home*, domi Detentio, *ab* AS. Ham, Domus, & Healdan, Tenere, cum enim soleæ pedum ipsis exscinduntur foràs discurrere sine dolore non possunt.

Hampfell, idem quod **Hamlet**, quod Domum seu Viculum signat, sic *Cowell*; videri autem possit deflexum, *ab* AS. Ham, Domus, & Sele, Aula, v. **Hamlet** in Et. Gen.

Hamsoken, *ab* eodem Ham, Domus, & AS. Socne, Privilegium, quo veteres Patremfamiliâs quemvis Domi suæ tanquam in Arce vel Asylo, ab omni vi tutum voluerunt, eóque *Edmundus* Anglo-Saxonum Rex LL. suarum Cap. 6. Hamsocæ violatores rebus omnibus plectendo, & ex arbitrio Regis vitæ, aut neci adjudicandos statuit, *vide*

Spelman

Spelman & **Hamſare** ſuprà.

Hanaper, *Somner* in Gloſs. Fiſcum ſeu Sportam grandiorem exponit, hinc *the Clerk of the* Hanaper vel Hanaper dicitur Miniſter ſeu Officialis Cancellariæ Regis, cui inferuntur pecuniæ è ſigillatione Diplomatum, Brevium, Chartarum Regiarum, &c. provenientes, q. d. Cuſtos ſeu Præfectus Sportæ, Quaſi, ſeu Quaſilli cui olim pecuniæ Regis immittebantur. Notum autem eſt Criticis etiam apud Romanos Fiſcum, quod poſteà Ærarium Principis ſignavit, primariò & originariò tantum Corbem Vimineum notâſſe, v. *Voſſ.* in Et. LL. voce *Fiſcellus* & **Hamper** in Et. Gen.

Hand Borough, proximus Decurioni **Head Borough** dicto, *ab* Hand & Boph, Bopge, Vas, Fidejuſſor, q. d. Vas Manuenſis ſeu à manu (i. e.) Minor, ſeu Inferior; **Head Borough** enim ſeu Decurio eſt Vas Capitalis, ſeu Superior, v. **Frank pledge** & **Friborgh**.

Handiwarp, videtur genus quoddam Panni, neſcio an *ab* Hand, Manus, & Weapp, Stamen, v. *Clerk of the market*, pag. 45.

Hand Bjome *or* **Bjoom**, apud *Skene* lib. de Crimin. pecun. tit & C. 3. paragr. 5. F. 139. P. 2. Neſcio an *ab* AS. Heah, Altus (i. e.) qui jam maturam & ſublimi creſcentem geniſtam evulſerit, vel *à* Fr. G. *Haye*, Sepes, q. d. in ſepes ſtipatam, v. **Hanite** & **Haynings** infrà.

Hangrith, vocem citat *Somner* ex Chron. *Joh. Bromton* LL. *Ælfredi* & *Godrini*, rectiùs *Guthrumi* RR. pag. 829. v. & LL. *Henr.* 1. R. Cap. 13. ubi exponitur Infractio ſeu Violatio pacis quam quiſquam per manum ſuam dabat alicui, idem quod nobis, ni fallor, **Battery**, *ab* AS. Hand, Manus, & Gpiꝺ, Pax.

Hangwit, **Hangwith** vel **Hankwit**, in Jure ant. fuit Mulcta pro Latrone, præter jus vel ſuſpenſo vel elapſo, *ab* AS. Hangan vel Hangian, Suſpendere, & Wite, Mulcta.

Hanite *parts of the wood*, apud *Skene* LL. *Saltuar* C. 1. **Cloſe** *or* **Hanite** *parts of the wood*. Videtur ex contextu dentiorem ſeu opaciorem ſylvæ ſeu ſaltûs partem ſignare, *ab* AS. Heah, Altus, Sublimis (i. e.) pars illa ſylvæ quæ altiſſimis arboribus conſita eſt, v. **Hanned** ſuprà. & **Haynings** infrà.

Hamper, v. **Hanaper** ſuprà.

Hanſe, Sodalitium, *à* Teut. **Hans**, Socius, Collega, Hanſe, Societas, *vide* **Hans towns** in Et. Gen.

Happ, *à* Fr. G. *Happer*, cum celeritate Capere vel Rapere. *Cowell* deflectit *à* Gr. Ἁρπάζω. Simpliciùs potuiſſet *ab* Ἅλλομαι, Aggredior, ſed neutrum placet, utpote nimis longè è Græcia uſque arceſſitum. Mallem Breviore viâ nere deducere *à* Lat. *Capere*.

Haque & **Haquebut**, pro **Harquebuſs**, quod v. in Et. Gen.

Haras, Juriſconſultis noſtris Haracium exponitur, Vivarium Equinum vel Cohors ſeu Caterva Equorum. Equarum Pullorúmque ſobolis cauſâ unâ nutritorum, Equorum Pullities, *à* Fr. G. *Haras* idem ſignante, hoc vel corruptum *à* noſtro *a* **Race**, vel *ab* AS. Heopꝺ pl. Heopꝺar, Grex, Cœtus, vel *ab* Hepe, Exercitus, Agmen, Multitudo.

Hardwic, vox occurrit in Libro Cenſuali. *Spelman* deflectit *ab* AS. Heapꝺ, Durus, & Wic, Sinus, Vicus, q. d. Via Dura vel Aſpera.

Hariot vel **Heriot**, *Skeneo* **Herrezhive** & **Herrezelde**, recentiori Jure ſignificat Jumentum optimum ex grege, Domino tempore mortis clientis tribui ſolitum. Olim autem Tributum à Clientibus Domino in ſumtus belli pendi ſolitum notavit, *ab* AS. Hepe-Geaꝛ, Apparatus Bellicus, vel Hepe-Gilꝺ, ab Hepe, Exercitus, & Gilꝺ, Tributum, Solutio, v. *Spelman*.

Haver de pois, v. Et. Gen.

Haur, vox occurrit in LL. *Wilhelmi* 1. R. Cap. 16. ſi quid intelligo in tanta barbarie quæ vix Veſtigia, vel Latinæ, vel Gallicæ linguæ in utrovis textu exhibet Lat. propter *Haur*, & in textu Gallico *pur Haur*, propter Odium ſignificat ſe, *à* Fr. G. *Pour*, Pro vel Propter, & *Haïr*, Odiſſe, Odio proſequi.

Hayward, exp. Cuſtos ſeu Paſtor armentorum oppidi alicujus communium, vel *à* Fr. G. *Haye*, AS. Hæg, Sepes, nobis *a* **Hedge**, & Wapꝺ, Cuſtos (i e.) Sepium Cuſtos, vel *ab* Heapꝺ, Grex, vel *ab* Hiꝛ, Gramen, & eodem Wapꝺ (i. e.) Gregis vel Graminis ſeu Fœni Cuſtos.

Hawberk, v. **Habergion** in Et. Gen.

Hawkers, in Jure noſtro appellantur, qui merces Foris publicis diſtinatas intercipiunt & præmunt, eóque Forum mercibus, & præſertim re annonariâ privantes pretium augent, & rerum inopiam & caritatem inducunt; ſic autem dicuntur quia, inſtar Accipitrum, huc

huc illuc errantes lucrum seu prædam quaquaversum venantur. Vir Rev. deflectit à Belg. **Haeck**, Uncus, quia sc. Harpyiarum instar Uncatis manibus omnia ad se attrahunt, unde lucrum corradant, secundùm Anglicum diverbium, *by* **Hook** *and by* **Crook**; sed priori Etymo utpote simpliciori magis fido.

Hayebeot, *ab* AS. Hæg, Hegge, Fr. G. *Haye*, Sepes, & AS. Bote, Compensatio, q. d. Mulcta pro Sepe diruta seu disjecta.

Haynings, *new* **Haynings**, apud *Skene* lib. Crimin. Capital. Tit. 2. C. 28. paragr. 1. Fol. & Pag. ult. v. **Haned** & **Hanite** suprà.

Head Borough, Decurio Fidejussorum Caput, v. in Et. Gen. v. & **Friborgh** & **Frank pledge.**

Healsang, idem quod **Halsfang** suprà.

Heck, exp. Machina quædam piscatoria; vel, secundùm *Spelman* Retis genus quo utuntur piscatores fluvii Isidis Eboracensis Accolæ, anno 23. *Henr.* 8. Cap. 18. nescio an hoc *ab* AS. Hege, Sepes, Sepimentum, Hegian, Sepire, quia sc. pisces quasi interscpit.

Heir, v. **Hairburne.**

Hierlome, exp. Supellex gravior quæ difficilè movetur & revellitur, eóque ex more quorundam locorum ad Hæredem transit tanquam membrum Hæreditatis, *Spelman* deflectit *ab* AS. Heiep, Hæres, quæ tamen vox alibi non occurrit, & Leoma, Membrum, v. **Heir** in Et. Gen.

Heimfare, exp. Militiæ Desertio & Mulcta ejus delicti, *ab* AS. & Teut. Heim, Domus, & Fapan, Proficisci.

Heir, v. Et. Gen.

Hairschips, videtur Devastationes apud *Skene* LL. *Rob.* 3. R. C. 42. *ab* AS. Hepgian, Vastare, Deprædari, hoc *ab* Hepe, Exercitus; Schip enim ut nostrum **Ship**, est terminatio tantùm qualitatem seu conditionem notans.

Helfheng, v. **Halsfang** suprà.

Henchman, v. Et. Gen.

Hengben seu **Hengen**, vox occurrit in LL. *Henr.* 1. R. Cap. 65. *ab* AS. Hengen, Hengene, Hængene, Ergastulum, Catasta, Custodia, Carcer. Alludit Gehenna, v. *Spelman.*

Hengwit, in LL. *Gul.* 1. R. Cap. 5. idem quod **Hangwit** suprà.

Herdfeste, vocem citat *Somnerus* ex Chron. *Joh. Bromton* LL. *Canuti* R. pag. 927. & idem putat cum **Husfastene**, quod Patrem familiâs notat, *ab* AS. Heopd vel Hyned, Familia, Grex, & Fæst seu Fast, Firmus, q. d. Confirmator, Stabilitor & Sustentator familiæ, vel à dicto Heopd, & verbo Fæstnian, Figere, q. d. Domui Affixus, qui sc. certam sedem habet, non, more Erronum, vagatur, v. **Husfastne.**

Herdpenny, AS. Heopd-penning (i. e.) Tributum Foculare, quod alio nomine **Romescot**, & recentioribus **Peterpence** appellabatur, Tributum sc. in singulos Focos exactum, quod olim Papæ pendebatur, v. **Romescot**, **Fuage**, & **Hearth & Penny** in Et. Gen.

Herbage, vox ant. Fr. G. exp. Jus depascendi agrum alienum, à Fr. G. *Herbe*, Gramen, Herba.

Herbery, apud *Skene* Stat. *Wilhelmi* R. C. 30. in titulo videtur Hospitium signare, v. **Harbour** in Et. Gen.

Herebote, vox ant. For. AS. olim Edictum Regis quo Cives seu subditi ad Militiam evocabantur, *ab* AS. Here, Exercitus, & Bode, Nuncius, Bodian, Denunciare, Indicere.

Herefare, Profectio Militaris, *ab* AS. Here, Exercitus, & Fapan, Proficisci, secundariò etiam idem quod Heribannum notat, *vide* **Artereban** in Et. Gen.

Heregeld, exp. Pecunia seu Tributum alendo Exercitui collatum, *ab* AS. Here, Exercitus, & Gild, Solutio, Tributum, Gildan, Solvere.

Herenach, apud Hibernos Archidiaconus, qui olim pauperes & Xenodochia curavit, & reditus Episcopi collegit, *ab* Hib. *Oirchindeach* & *Eirkinneach*, Archidiaconus. Erat autem non Presbyter, ut nuperi Archidiaconi, sed verus Diaconus, primæ tantùm tonsuræ Clericus, v. *Spelman.*

Herenames, vocem citat *Somner* ex Chron. *Joh. Bromton* pag. 828. LL. *Ælfredi* & *Godrini* rectius *Guthruni* RR. Cap. 2. corrigit autem **Hereteames** ex LL. *Ine* R. Cap. 15. & exponit Exercitûs illicitè coacti Socium seu Militem, *ab* AS. Here, Exercitus, & Hegian, Grassari, Prædari, & Team, Sequela, q. d. qui Prædatorem seu Prædabundum Exercitum sequitur.

Heretaynes seu **Herethaynes**, idem quod **Herenames** seu **Hereteames** suprà; **Herethaynes** autem non incommodè deduci potest *ab* AS. Here, Exercitus, & Hegn, Miles, Assecla, v. *Somner* in Glos. & **Herenames.**

Heriot,

Heriot, v. **Hariot** suprá.

Herirett, v. LL. Baioar. tit. 3. Cap. 8. ut citat *Spelman*, *Somner* in Glos. idem esse putat cum **Herenames** seu **Hereteames**, quod v. *ab* AS. Here, Teut. **Heer**, Exercitus, &, ut *Lindenbrogius* interpretatur Reita Equitatura seu Equitum Caterva, *à* Teut. **Reiten**, Equitare. *Spelman* autem mallet deducere *ab* AS. Hyt, Agmen, nobis *a* **Rout**.

Heriſilit, in LL. Longobard. exp. Armorum Depositio, Ἀποπλία, *ab* AS. Here, Teut. **Heer**, Exercitus, & Slite, Scissura, Disruptio, Slitan, Scindere, Findere, Lacerare. *Lindenbrogius* autem longè violentiùs deducit *à* dicto **Heer** & **Laſſen**, Deserere.

Heriſtall, Castra; *ab* AS. Here, Teut. **Heer**, Exercitus, & Stal, Statio.

to **Herſe**, Lat. Barb. *Herciare*, *à* Fr. G. *Herſer*, Occare, v. *Somner* in Glos. voce *Herciare*.

Herſchildt, Servitium Militare, **Knights Fee**, *ab* AS. Here, Teut. **Heer**, Exercitus, & AS. Scyld, Teut. **Schildt**, Scutum, v. **Escuage**.

Herſhip, apud *Skene* lib. de Jure Camerarii, F. 156. P. 2. paragr. 62. lin. penult. v. **Heirſchip** suprá.

Heuch, apud *Skene* lib. de Crim. nec Cap. nec Crim. C. 36. F. 154. P. 2. paragr. 1. Nescio an idem quod nostrum **Hedge**, quod v. in Et. Gen.

Heuvelhozth vel **hozh**, in LL. *Wilhelmi* 1. Cap. 25. Si quid, quod sanè valde temerarium fateor, in tantis crassissimæ barbariei tenebris divinare liceat, deflecti possit *ab* AS. Hefeld vel Hebel Licium, & Borh, Vas Fidejussor, sed mirum non est, si ego in hoc capite cœcutiam, cùm Doct. *Wheloeus*, ὁ πάνυ, eò usque ignorantiam suam fateatur, ut nec Lemma capiti adjicere auderet.

Heyreloom, idem quod **Heierlome** supra.

Hide, Terræ portio quæ vel ad alimoniam unius familiæ, vel ad annuum pensum unius aratri designatur, vel *ab* AS. Hydan, Tegere, vel Hyd, Corium, priori sensu Lat. Barb. *Mansum* & *Manerium* vocitatur, Latiniùs Bedæ Familia dicitur, & fort. idem quod Tectum sonat, fort. quia domus semper huic terræ portioni annexa est. Posteriori sensu, secundùm *Polyd. Virg.* *ab* AS. Hyde, Corium Bubulum, sc. tantum telluris quantum Taurino possint circundare tergo; sed hoc Etymon damnat *Spelman*, quem *vide*; unde **Hidage**, Tributum, quod ex singulis Hidis olim exigebatur.

Hide & Gain, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, exp. Terra Arabilis, vel idem quod **Gainage** & **Wainage**, quod *vide*.

Hidel, exp. Asylum, Sanctuarium, *à* verb. *to* **Hide**, q. d. Latebra.

Hidgild, in LL. *Canuti* R. Exponitur autem Pretium Redemtionis, Manumissionis aut Liberationis Servi, *ab* AS. Hyde, Corium, & Gild, Solutio, q. d. Pretium quo quis redimit Corium seu Pellem (i. e.) Corpus suum; cognato sensu significat etiam Verberum seu Virgarum metum Mulctâ pecuniariâ Redimere seu Compensare, v. Chron. *Joh. Bromton* LL. *Ælfredi*, *Godrini* seu *Guthruni* RR. p. 830. & *Somneri* Glos. voce Corium perdere.

Hine, anno 12. *Rich.* 2. Cap. 4. Famulum signat, v. **Hine**, Servus, in Et. Gen.

Hinefar vel **Heinfar**, exp. Fuga seu Transfugium Servi, *ab* AS. Hine, Famulus, & Fare, Profectio, Faran, Ire, Proficisci.

Hireman, vox occurrit in *Somneri* Glos. qui idem cum Erminio, Arimanno seu Erimanno statuit, & exp. Beneficiarius, Regis seu Imperatoris Vassallus junior, vel *ab* AS. Here, quod tum Exercitum tum Dominum signat, & Man, adeò ut priori sensu Militem Stipendiarium, posteriori Clientem seu Beneficiarium notet; vel, quod *Somnero* placet, *ab* Ape, Honor, & Man, qui sc. Honorem Domini sui omni vi conservare obligatur, vel *ab* Hyran, Obedire; unde Hyremon, Subditus seu Subjectus.

Hithe, v. Et. Gen.

Hlafordſocna, mendosè **Hlafordſcona**, vocem citat *Somner* ex Chron. *Joh. Bromton* LL. *Æthelstani* R. pag 849. Videtur autem Domini Tutelam seu Protectionem designare, *ab* AS. Hlaford, Dominus, & Socn, Immunitas, Libertas, Perfugium.

Hlafocna, vox occurrit in *Somneri* Glos. ex Chron. *Joh. Bromton* LL. *Æthelstani* R. pag. 851. *ab* AS. Laga, Lex, & Socn, Immunitas, Libertas, q. d. Legis Beneficium.

Hlothbote, in LL. *Inæ* R. exp. Mulcta ejus qui turmæ illegitimæ interfuerat, *ab* AS. Hlod, Turma, Cohors, & Bote, Compensatio, Emendatio, v. *Spelman* & *Somner* in Glos.

Hoblers, inquit *Spelman*, fuerunt olim sub *Edw.* 3. R. Gregarii Milites levi armaturâ, & mediocri equo ad omnem motum agili instructi, in Gallia merentes, vel *ab* **Hobby**, Asturco Equus, vel *à* Fr. G. *Hobille*, Tunica ex Lino complicato & intexto quâ pro Loricis utebantur, v. *Spelman*, & Et. Gen. voce eâdem, & **Hobby**.

Hochers Slayers, *or* **Hochers** *of Horse*, apud *Skenæum* lib. de Crimin. Capital. Tit. 2. C. 13. paragr. 3. p. 135. credo pro **Hocklers** *of Horse* (i. e.) qui equis suffragines succidunt, v. **Hockle** in Et. Gen.

Hockettours, vox For. ant. quam ex Statuto prisco, **Ragman** dicto, citat *Spelman*, & tamen, quod ipsi valdè rarum est, nec exponit, nec Etymon reddit.

Hoghenhine, corr. *ab* **Agenhine**, exp. Hospes qui ultra triduum in domo alicujus commoratus est, post quod tempus pars familiæ lege censebatur, *ab* AS. Agen, Proprius, & Hine, Servus.

Homage, v. Et. Gen.

Homehine, idem quod **Hoghenhine** suprà, à nostro **Home**, & AS. Hine, Servus (i.e.) Servus Domesticus.

Homesoken, v. **Hamsoken**.

Hondhabend vel **Handhabend**, exp. qui flagrante crimine, in ipso actionis articulo, ἐπ' αὐτοφώρῳ, deprehensus est, *à* nostro **Hand**, & AS. Habend, Habens, q. d. qui, dum rem furto surreptam in Manu habet, comprehensus est, *vide* **Backberend**.

Horngeld, Tributum olim pro Cornutis animalibus in Regis Saltu pastis pendi solitum, *ab* AS. Horn, Cornu, & Gild, Solutio.

Hors de son Fee (i. e.) Fr. G. *Hors de son Fief*, sic dicitur, ubi Reus Domino alicui qui servitia aliqua *ab* ipso, ut à Beneficiario, petit, respondet suum Fundum non esse intra clientelam Actoris, nec ullo modo illi Domino subditum, verbatim extra Feodum seu Clientelam Domini.

Hostiliers, anno 31. *Edw.* 3. Stat. 3. Cap. 2. dicuntur Caupones, Diversoriorum Hospites, Παιδοχῆς, *à* Fr. G. *Hostelliers* idem signante, *Hostelerie*, It. *Hostaria*, Diversorium, Hospitium, *Hostel*, Domus, Diversorium, q. d. Hospitellum, omnia *à* Lat. *Hospes* & *Hospitium*.

Houselbote, exp. tantum Ligni quantum tenentis domui reparandæ sufficit, ex Domini Sylvis concessum, *ab* AS. Hus, Domus, & Bote, Compensatio, hæc *Cowell*.

Hoyes, *for* **Hue and Cry**, *vide Skene* in Tab.

Hudderons, apud *Skene* lib. de Crimin. nec Cap. nec Pecun. C. 21. paragr. 10. F. 152. p. 1. numeratur inter pelles, sed cujus animalis sit prorsus nescio.

Hutegeld, secundùm Fletam significat Quietantiam transgressionis illatæ in Servum transgredientem: quære, inquit *Cowell*, an non scriptum oportuit **Hinegeld** vel **Hindegeld**, & tum derivatur *ab* AS. Hine, Servus, & Gild, Solutio.

Hue and Cry, v. Et. Gen.

Huers, idem quod **Conders** & **Walkers**, quod *vide*, *à* Fr. G. *Huer*, Exclamare, quia fort. ad conspectum piscium Exclamare solent.

Huisser, Fr. G. *Huissier*, Janitor, *ab* *Huis*, Janua, v. **Usher** in Et. Gen.

Hundred laghe, exp. Curia seu Tribunal Centuriæ, *à* nostro **Hundred**, & AS. Laga, Lex, sc. locus ubi Lex exponitur, vel Jus dicitur toti Centuriæ.

Husbrece, in ant. Jure AS. idem quod nobis **Burglary** (i. e.) Ædium Perfossio, Τειχοκυχία, *ab* AS. Hus, Domus, & Brece vel Bryce, Ruptio, Fractio, v. Chron. *Joh. Bromton*, pag. 929. LL. *Canuti* R. & *Somner* in Gloss.

Huscarl, Famulus Domesticus, *ab* AS. Hus, Domus, & Carl, Vir, & secundariò Servus, vel Ceorl, Villicus, Colonus.

Houseaus, anno 4. *Edw.* 4. Cap. 7. *Cowell* deflectit *à* Fr. G. *Houseaux*, Ocreæ quædam, seu potius Caligæ, hoc fort. *ab* AS. Hosa, nobis **Hose**, Caligæ.

Huselgang seu **geng** (i. e.) Sacramenti Eucharistiæ Perceptio, *ab* AS. Husel, Eucharistia, & Gange, Aditus, Aditio; Husel autem, inquit *Somner*, fort. *à* Lat. *Hostia*, mallem *Hostiola*, ortum ducit.

Hustastne, exp. qui tenet Domum & Fundum, Pater familiâs, *ab* AS. Hus, Domus, & Fæstnian, Figere, q. d. qui domui Affixus est, sc. in Æde propria tanquam certâ sede habitat, non huc illuc vagatur ut Errones, v. **Heordfæste**.

Hustings,

Hallings, exp. Suprema Curia, vel Summum Tribunal Civitatis Londini. *Cowell* deflectit *à* Fr. G. *Hausser*, Attollere, Elevare, q. d. Alta seu Excelsa Curia. *Somner* in Glos. eodem sensu *ab* AS. Þýhꝛt, Þýhꝛta, Supremus, & Þing, Judicium; *Spelman* autem deducit *ab* AS. Þuf, Domus, & Þing, Causa, Negotium, Lis, q. d. Domus Causarum, unde oritur Þing-ſtop, Forum, & Þingepe, Advocatus.

I.

Jarrock, anno 1. *Rich.* 3. Cap. 8. *Cowello* exp. Suberis genus, nescio an *à Carucio* olim *Carace*, Corsicæ Insulæ oppido, unde olim istiusmodi Suber fortasse advectum est. Verùm quoniam Statutum tam de de hoc **Jarrock**, quàm de **Dzebell** & **Cozk** loquitur, tanquam de Tinctoris vel coloribus Tinctoriis, malè à *Cowello* Subegeris genus recentiori censu exponi censeo.

Ideot, in Jure nostro est Mentis inops, qualis, si Nobilis sit, & Latifundia habeat, sub tutela Regis est, Rex ipsi Tutorem aliquem assignat, mirè detorto sensu, *à* Gr. Ἰδιώτης, Privatus, Plebeius, Literarum & Philosophiæ Exors.

Jeofatle, Defectus aliquis Actionis, *à* Fr. G. *J'ay failli*, Ego Lapsus sum.

Jetſon, exp. merces Naufragæ in Littus rejectæ, quæ Jure nostro ad Thalassiarcham pertinent, *à* Fr. G. *Jetter*, Jacere, Rejicere, q. d. maris Ejectamenta.

Impartance, v. **Emparlance**.

Impeache, v. Et. Gen.

Impeachment *of waſte*, nostris Jurisconsultis Impetitio, mallem Impeditio, Vasti, est Breve quo Inquilinus seu usufructuarius Fundos, Sylvas seu Domos Domini proprietarii Vastare (i. e.) Corrumpere, Perdere, vel quovis Damno afficere prohibetur, *à* Fr. G. *Empeschement de Gaster* (i. e.) Impedimentum Destructionis, *Empescher*, Impedire, & *Gaster*, Vastare; Destruere.

Impoſt, v. Et. Gen.

Impounage, v. **Pound** in Et. Gen.

Impreſt money, v. Et. Gen.

Impropriation seu **Appropriation**, nostro Jure significat Separationem Beneficii Ecclesiastici, quod suâ naturâ Juris Divini est, sc. in Patrimonio nullius, in proprium & perpetuum usum Cœnobii alicujus Capituli, Decani, Collegii vel Episcopatûs: inde nomen sumlit, quòd cum Curiones seu Rectores parœciarum sint tantùm usufructuarii, isti, ratione perpetuæ successionis Feodi, seu Beneficii simplicis, Domini quasi proprietarii censentur. Sunt qui ita distinguunt **Impropriation** & **Appropriation**, ut **Appropriation**, uti suprà innuimus, dicatur tantùm de iis Beneficiis Ecclesiasticis quæ Ecclesiastico alicui conventui annexa sunt; **Impropriation** autem de iis quæ à Laicis dono Regis possidentur, sed eodem res redit.

In Bozough *and* **Out bozough**, olim fuit ille qui Liberum Commeatum viatoribus ex Anglia in Scotiam, vel contrà, iter facientibus concessit, issque securitatem præbuit, *ab* **In** & **Out**, & AS. Boph, Borg, Vas, Fidejussor.

Indenture, Syngrapha, Instrumentum Bipartitum inter duos Paciscentes, & definitur à Juris Romani Peritis Scriptura inter Creditorem & Debitorem Indentata, in cujus scissurâ literis capitalibus hæc dictio Συγγραφὴ, vel τὸ σύγγραφον scribitur; differt à Chirographo, quòd hoc manu unius tantùm, putà Debitoris, scribitur, & penes Creditorem relinquitur, v. **Indent** & *Spelman*.

Indorſe, v. Et. Gen.

Infang theef, AS. Infeng Þeof, est Privilegium Domino Beneficii alicujus seu Manerii fures, intra fundos suos deprehensos, judicandi à Rege concessum, *ab* AS. In, & Fengan, Teut. **Fangen**, **Fahen**, Comprehendere, & Þeof, Fur.

Infeoff (i e.) Feodo, Beneficio seu Prædio donare, Feodum in aliquem lege transferre, v. in Et. Gen.

Infrang, LL. *Henr.* 1. R. Cap. 88. nescio an *à* præp. *In* & AS. Fpeah, Fr. G. *Franc*, Liber, videtur enim ex contextu Exemptionem *à Weregildo*, seu Mulcta pro

homicidio designare. Sed quis centies me perspicacior quicquam in densissima fœdissimæ barbariei caligine certè deprehendat?

Ingross, v. Et. Gen.

Inlagary, est Restitutio Exlegis seu Proscripti in tutelam Regis & Jura, & Privilegia Civis seu Subditi, *ab* AS. & Lat. *In*, & Laga, Lex, q. d. Restitutio in Protectionem legum, v. **Outlaw**.

Inlaike, apud *Skene* LL. *Davidis* R. C. 20. Nescio an *ab* AS. Un-lage, Nefas, quod præter Jus factum est (i. e.) si Judex seu, ut loquimur, Justitiarius præter methodum & formulas Curiæ agat.

Inlawgh, dicitur ubi quis jam ætate maturus in Decuriam aliquam Fidejussorum accenseri tenetur, q. d. qui jam vocatur ad ea quæ Lex jubet præstanda, *vide* **Fribegg & Frank pledge**.

Inmate, v. Et. Gen.

Insicht, videtur **Implement**, Supellex, **Utensile**, apud *Skene* lib. de Jure Burgensi, C. 125. Nescio an *ab In*, & AS. Settan, Statuere, Collocare, quia sc. supellex ista intra domum collocata ipsam **Implent**, ideóque **Implements**, & hoc eodem paragrapho **Plennilling** pro **Plenishing** seu **Replenishing** appellatur.

Intakers, anno 9. *Henr.* 5. Cap. 7. Fuerunt autem in confinio Scotiæ, qui bona furto sublata à Furibus acceperunt, & fortasse vendiderunt, v. **Outparters**.

Interreign, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, *à* Fr. G. *Interregne*, utr. nimis manifestè *à* Lat. *Interregnum*.

Intromet, apud *Skene* lib. Quon. Attach. C. 71. paragr. 2. videtur **Intermeddle**, *à* Fr. G. *s' Entremettre de* (i. e.) se Interponere.

Inure, v. **Enure**.

Joinder, est ubi duo in una eadémque Actione seu Prosecutione contra alium conjunguntur, q. d. Conjunctio, v. **Joyn** in Et. Gen.

Jointure, v. Et. Gen.

to **Joist**, v. Et. Gen.

Journ choppers, anno 8. *Henr.* 6. Cap. 5. exp. **Regraters of Yarn** (i. e.) Fili netilis Purgatores, vel Mangones, q. d. **Yarn Choppers**; **Chopper** autem Permutationem significat, v. **Chop** & **Yarn** in Et. Gen.

Joyning issue, nostris Jurisconsultis Junctio Exitûs, in Jure Rom. ni fallor, Litis Contestatio, v. **Join** & **Issue** in Et. Gen.

Issue, v. Et. Gen.

Jury, v. Et. Gen.

Justices of Triall Baston, aliàs *of* **Traile Baston**, Judices, *ab Edw.* 1. R. constitui, qui per absentiam illius bellis Scoticis & Gallicis occupati, in graviora Criminna inquirerent, déque iis pleno Jure cognoscerent. *Cowell* deflectit *à* Fr. G. *Treillis* vel *Treille*, Cancelli & Pergula, & *Baston*, Baculus, Sudis seu Palus, quia sc. hujusmodi Judices, sine ullo solenni Tribunali in quovis loco, sive palis septo, sive in Pergulæ vel Tentorii modum, Contis seu Ridicis instructo & suffulto Jus dicere, Authoritate sibi à Rege commissâ, potuerunt. Possem, & non minùs speciosè, deducere *à* Fr. G. *Trainer*, nobis *to* **Troll**, Trahere, & eodem *Baston*, q. d. Judices qui Baculum Judiciarium, Judicum sc. insigne, huc illuc per omnes provincias trahunt & circumducunt.

Justs, v. Et. Gen.

K.

Kelchyn *or* **Kelsen**, apud *Skene* Maj. Reg. Scot. lib. 4. C. 38. v. & Tab. Idem exponit Mulctam exigi solitam à Reo, qui culpam in Curia Regis seu Domini sui confessus sit, nescio an *ab* AS. Gheld, Teut. **Gelt**, Pecunia, AS. Gild, Solutio, Gilban, Solvere.

Ketharines *or* **Ketharens**, apud *Skenæum* LL. *Rob.* 2. R. C. 12. in tit. & paragr. 3. Videtur Milites Prædatores, nisi vox, quod suspicor, Scoto-Hibernicæ sit originis, fortean *à* Belg. **Ketsen**, Discurrere, Discursare.

Kinrick *for* **Kingdom**, apud *Skene* lib. de Cur. Bar. C. 60. item in LL. *Rob.* 3. R. C. 42. *ab* AS. Cyne, Regius, Regalis, & Rice, Regnum, Imperium; Cyne autem *ab* AS. Cyning, Cynig, Cyng, Rex, Rice *à* Lat. *Rex* ortum ducunt.

Kintall, v. **Quintall** in Et. Gen.

Kipper, apud *Skenæum* lib. de Crimin. Capital. Tit. 2. Cap. 13. Paragr. 5. P. 135. Videtur ex hoc loco cum Stat. 1. *Rob.* 1. Cap.

Cap. 12. collato Piſciculos ſeu Pullitiem, ut ità dicam, piſcium ſignare, credo à Belg. Knippen, Pullos edere, Ova excludere.

Kirkmote & Halimote, Synodus, prius q. d. Conventus Eccleſiaſticus, poſterius q. d. Sacer Conſeſſus. **Kirkmote** etiam fortaſſe Conventum Accolarum Parœciæ alicujus in Eccleſia, vulgò *a* **Vestry meeting**, deſignat, v. **Church, Holy, & Mote** in Et. Gen.

Kirkſet, v. **Cyricſceatt & Churchesset** ſupra.

one **Knapiskay** *of iron*, apud *Skene* Stat. *Wilhelmi* R. C. 23. paragr. 2. Videtur ex contextu Armaturæ genus, neſcio an à Belg. **Knappen**, Crepitare, & **Kaecke**, Mala, Bucca, & tum Galeam notat, quæ ſc. circa buccas crepat.

Knightongylde, fuit olim Sodalitium 19. Equitum Londini, ab *Edgaro* Anglo-Saxonum Rege, additis etiam ad ipſorum alimentum Fundis, inſtitutum, à noſtro **Knight**, AS. Cniht, Eques, & Gild, Solutio.

Knave, v. Et. Gen.

L.

Laches, exp. noſtro Jure Negligentia, à Fr. G. ant. jam obſ *Laſcheſſe* pro *Laſcheté* idem ſignante, hoc à *Laſche*, Ignavus, Piger, Languidus, utr. à Lat. *Laxus*.

Lada, LL. *Henr.* 1. R. Cap. 18. credo idem eſſe cum ſequente **Lade**.

Lade, exp. Juridica Purgatio, *ab* AS. Lade, Purgatio, Excuſatio, Defenſio, Ladian, Excuſare, Culpâ liberare, Purgare.

Lafordi Pike, in LL. *Henr.* 1. R. Cap. 12. ni fallor, idem cum **Lafordſwic** infrà.

Lafordſwic, exp. Domini Proditio, *ab* AS. Hlapord, Dominus, & Spica, Proditor, Deceptor, Spican, Prodere, Decipere. Vox occurrit in Chron. *Joh. Bromton* LL. *Canuti* R. pag. 929.

Lagaman, exp. homo Probus & Fidelis, *ab* AS. Laga, Lex, & Man, q. d. homo Legitimus ſeu Legalis, idem, ni fallor, cum noſtro **Jury man**, vox occurrit in LL. *Edw. Conf.* Cap. 38. & in lib. Cenſ.

Lagens, quæ vox occurrit in libello *the Clerk of the market* dicto, pag. 2. Author eo nomine videtur Menſuras Liquidorum, **Quarte, Pottles, Gallons** nobis dictas comprehendere, quod ſi ità ſit, nimis manifeſtè oritur, à Lat. *Lagena*.

Lagtlite, exp. Mulcta Ruptæ ſeu Violatæ Legis, *ab* AS. Laga, Lex, & Slite, Ruptura, Fiſſura, v. **Slit** in Et. Gen.

Lagon, exp. merces Naufragæ Præfecto maris lege attributæ, ſort. à vet. AS. Lagu, Aqua vel Unda, nam Lagu-flod pro Diluvio, & Lagoriδ pro Itinere per Aquam occurrit. Verùm, quoniam & *Spelman* & *Cowell* **Lagon** exponunt Naufragas illas merces quæ in fundo maris jacent, longè conſultius videtur deflectere *ab* AS. Lugan, Jacere, non à Lagan ut *Spelmannus* vult, quia vox nuſquam gentium occurrit.

Laiſed Liſts, anno 1. *Rich.* 3. Cap. 8. ni fallor, idem quod **Laced Liſts**.

Landboc, apud Anglo-Saxones Chartæ & Inſtrumenta quibus Prædiorum Ceſſiones, Elocationes, Jura & Conditiones continebant, *ab* AS. Land, Terra, & Boc, Liber, Codicillus, v. **Bocland**.

Land-Gable, vox occurrit in lib. Cenſuali, exp. autem Tributum è Prædiis, *ab* AS. Land, & Gafel, Tributum.

Landimere vel **Land-Gemere**, Terræ Limes ſeu Meta, *ab* AS. Land & Mære, Gemære, Limes, Terminus, vox occurrit in Fœdere *Ælfredi* & *Guthruni* RR. Cap. 1.

Larceny, v. Et. Gen.

Lardner, v. *Skene* lib. de Jure Camerarii, C. 8. paragr. 10. F. 150. p. 2. fortean pro **Larder**, v. **Lard** in Et. Gen.

Last, Menſura quædam Frumenti ſatis nota, v. in Et. Gen.

Lastage, v. **Last** in Et. Gen.

Lath, Portio Comitatûs major, tres vel plures Centurias vel Hundredas continens. *Spelman* deflectit *ab* AS. Laδian, Gelaδian, Teut. **Laden**, Congregare, Invitare, q. d. Congregatio ſeu Conventus.

Launcegay, anno 7. *Rich.* 2. Cap. 13. neſcio an fuerit Lanceæ genus, certè ex contextu conſtat fuiſſe Armorum ſpeciem.

Lawing *of dogs*, Juriſconſultis noſtris Expeditatio canum, ubi ſc. canibus, juxta Saltus Regis degentibus, pedum ſolex, ne cervos inſectentur,

exscinduntur, q. d. Lege, seu ex Præscripto legis agere cum canibus.

Lawless *man*, est idem quod **Outlaw** apud *Bracton* (i. e.) Proscriptus, & extra tutelam legis positus.

Law of Marque, Civilis juris Consultis Lex Represaliorum, v. **Letters of Mathue** infrà.

Law merchant (i. e.) Lex Mercatorum propria anno 27. *Edw.* 3. Stat. 8, 9, 19 & 20. v. & anno 13. *Edw.* Stat. 3. Est autem peculiaris Lex à reliquo nostro jure in multis diversa, & Juri gentium, legibus Rhodiis, & Oleronianis conformior.

Lease, v. Et. Gen.

Leet, **court Leet**, v. Et. Gen.

Leftage, in LL. *Henr.* 1. R. Cap. 2. suspicor ex contextu mendum subesse, **Leftage** enim scribi videtur pro **Leftage**, vel **Laftage**.

Legergeld, exp. Mulcta Domino pendi solita ob Famulam seu Ancillam Compressam, *ab* AS. Liggan, Jacere, Cubare, & Gild, Solutio.

Legerwit, quod mendosè scriptum **Letherwitbe**, optimè restituit *Somnerus* in Glos. est idem quod **Legergeld** (i. e.) Stupri seu Concubitûs illiciti Mulcta, *ab* AS. Liggan, Jacere, & Wite, Mulcta.

Leorning cnight, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. exp. Tyro, Discipulus, *ab* AS. Leorning, Discens, & Cniht, Puer, Juvenis, Servus.

Lesome, apud *Skenæum* passim pro **Liwfull**.

Lestage, v. **Laftage** & **Left** in Et. Gen.

Lestallum, in LL. Gul. 1. R. Cap. 6. Si quid in tantis tenebris palpare liceat, videtur Mulctam signare, *à* Belg. & Teut. **Last**, Onus, Mulctæ enim sunt mulctatis onera & gravamina.

Letter of Attorney, Literæ Deputatoriæ, in Jure Romano Literæ Mandatariæ seu Procuratoriæ, quibus sc. quis sibi Vicarium seu Procuratorem constituit, v. **Attorney** in Et. Gen.

Letters of Marque, sunt Literæ seu Diploma Regis, quo Mercatori alicui Bonis suis ab Exteris spoliato, facultatem concedit damna sua à gente illa, quæ contra Fœderis leges injuriam intulit, prædas agendo, resarciendi. *Cowell* deflectit *ab* AS. Meapc, Limes, quia sc. hujusmodi Literæ Limitaneis, quia à Confini gente injuriam passi sunt, plerumque conceduntur. Fr. G. etiam *Marque* Corporis seu Bonorum violentam Detentionem designat, à quo etiam non absurde deduci possit, à quo ultimo etiam Etymon peti potest. Secunde, inquies, hoc sensu *Marque*? nescio an *à* Fr. G. *Marer*, Anchoris navem in portu figere seu sistere, Metaphorâ è re nautica petitâ, vel à *Marquer*, Notare, Observare, quia sc. qui captivus detinetur continuo observatur ne aufugiat.

Levant *and* **Couchant**, dicitur de Jumentis Errabundis, quæ diu in alieno agro manserunt, & sunt voces puræ putæ Fr. G. *Levant* enim Surgentem, *Couchant*, Jacentem notat, illud *à* verb. *Lever*, Tollere, Elevare, hoc *à Coucher*, Jacere, v. **Couch** in Et. Gen.

Lib lac, vocem citat *Somnerus* ex Chron. *Joh. Bromton* LL. *Edmundi* R. pag. 859. exponit Maleficium, Fascinum, seu Ligaturam Magicam, *ab* AS. Lib, Obligamentum, & Lac, Munus, q. d. Munus Ligandi vim habens.

Librata terræ, est Mensura quædam terræ, quæ in se quatuor Bovatas, & quælibet Bovata 13. Jugera continet.

Liege, v. Et. Gen.

Lierwit, exp. Mulcta quæ olim Jure exigi potuit ab illo qui Domini alicujus Servam compresserat, q. d. Mulcta Adulterii seu Fornicationis, *à* verb. *to* **Ly** *or* **Ly with**, & AS. Wite, Mulcta, v. **Legergeld** & **Legerwit**.

Legeancy vel **Ligeaunce**, Fr. G. *Ligence*, est Obligatio illa Fidelitatis quâ Regi nostro obstringimur, q. d. Lat. *Ligantia*, *vide* **Allegiance** & **Liege** in Et. Gen.

Lipper fish, apud *Skene* lib. de Jure Camerarii, C. 21. paragr. 9. f. 153. p. 1. Credo pro nostro **Leper** (i. e.) piscis Leprosus.

Littler, *a kinde of base trade* apud *Skene* lib. de Jure Burgensi, C. 99. Nescio an *ab* AS. Lite, Parvus, & ejus superlat. Litest, Minimus, q. d. Minutarius, Minutarum rerum Mercator Peripateticus, qui, quod Philosophos gloriarus est, omnia sua secum portat, & tum idem est quod nostrum **Pedler**, vel *ab* AS. Lidy-men, Nautæ, Remiges.

Livery of seisin, Fr. G. *Livrée de Saisine* (i. e.) Traditio, seu Consignatio sive Fundi, sive alterius rei Corporeæ in possessionem alicujus, *à* Fr. G. *Livrer*, Tradere, & *Saisine*, Possessio, v. **Deliver** & **Seise** in Et. Gen.

Lobe,

Lobbe, exp. genus Piſcis in Septentrionali Angliæ plaga ſatis frequens, v. anno 31. *Edw.* 3. Cap. 2. fort. ſic dictum ab Ignavia, v. **Lob** in Et. Gen.

Lodemanage, v. Et. Gen.

Lodemozks, v. Et. Gen.

Loich *fish*, v. anno 31. *Edw.* 3. Cap. 2. credo à Fr. G. *Loche* idem ſignante, v. **Loach** in Et. Gen.

Lollards, Hæretici Wickleviticæ, non, ut *Lindwood* nugatur, à Lollio, ſed à turre *Lollardi* quâ inclusi ſunt, v. **Lollard** in Et. On.

Lord ingroſs, dicitur in Jure noſtro qui eſt Dominus ſine Manerio ſeu Prædio, ut Rex reſpectu Coronæ, q. d. Dominus Magnus ſeu Maximus; qui ſc. non Fundorum poſſeſſione, ſed imperandi Authoritate Dominus eſt, v. **Ozols** in Et. Gen.

Lotherwit, idem quod **Leirwit** ſuprà, *ab* AS. Lo'ða, Lodix, Culcita Lecti, & Wite, Mulcta.

Lourgulary, ſic dicitur ubi Veneno aut Sordibus injectis fluvii inficiuntur, *à* Fr. G. *Lourderie*, Incivilitas, *Lourd*, Incivilis.

Lufernes, Pellis Animalis Septentionalis ad ſuffulciendas hibernas veſtes à divitibus valdè expetita, fort. *à Lucendo.*

Lushborow, Nummus tempore *Edw.* 3. Adulterinus, fortean ab urbe *Luxemburgo*, ubi primò cuſi ſunt, & inde poſteà in Angliam noſtrum invecti.

Lynera, apud *Skene* lib. de Jure Burgenſi, *C.* 102. Idem Lat. exponit Lineatores. Videntur ex contextu terræ Metatores, Gromatici, nobis **Surveyours**, qui ſc. Lineis ductis agros diſterminant.

M.

Macegriefs, aliàs **Macegrefs**, exp. qui libenter emunt & revendunt Carnem furto ſurreptam ſcientes. *Spelman* deflectit *à* Fr. G. obſ. *Mace*, Caro, & *Griffer*, Corripere; *Mace* autem *à* Lat. *Macellum.*

Mægbote, exp. Compenſatio ſeu Mulcta pro cognato occiſo, Superſtitibus Cognatis olim pendi ſolita, *ab* AS. **Mæg**, Propinquus, Cognatus, & **Bote**, Compenſatio.

Mahun, v. **Main** in Et. Gen.

Maitman, apud *Skene* lib. de Cur. Baron. 6. 48. Videtur ſignare Clientem, Beneficiarium, Tenentem ſeu Redemtorum prædii Domini alicujus qui ſc. Mallo ſeu Curiæ Villicæ Domini ſui ſubjacet, v. **Mall** intra.

Mainbour & **Mainburne**, vox ant. Fr. G. apud *Froiſſardum*, cui Curam vel Tutelam ſignare videtur, vel à Fr. G. *Main*, Manus, & AS. **Boph**, **Bopge**, Vas, unde & **Boph-hand** ſeu **Bopg-hand**, Fidejuſſor, vel potius corr. à voce **Mundeburde**, quam *vide.*

Mainour, **Mainour** *or* **Meinour**, vox quæ mihi in ſolo Dict. Angl. occurrit, exp. Fur, *in manûpio* deprehenſus, ut dicimus, *taken in the* **Manner**, v. **Manner** in Et. Gen.

Mainprize, Juriſconſultis noſtris Fidejuſſionem ſeu Vadimonium notat, *à* Fr. G. *Main*, Manus, & *Prendre*, Capere, q. d. Manu Caprio, eâdem ferè Analogiâ quâ AS. **Bopg-hand**, Fidejuſſorem ſeu Vadem ſignat; qui noſtris Juriſconſultis **Mainpernor**, Fr. G. *Mainpreneur* notat.

Maintenance, idem ferè quod **Champarty**, ubi ſc. alius quis, vel alii, Litiganti ſumtus actionis ſuppeditant, *vide* **Champarty** & **Maintain** in Et. Gen.

Mainure, v. **Manowry** infrà.

Mal de lit, apud *Skene* exp. **Bed evill**, verbatim malum Lecti, Fr. G. *Mal de Lit.* Videtur Eſſonii ſeu Excuſationis Forenſis genus, ubi ſc. duo teſtes jurati fidem Curiæ faciunt citatum propter morbum, quo in Lecto detinetur, non poſſe comparere. Lib. de Cur. Bar. F. 107. P 2.

Maletent, *Stow* ſcribit **Maletot**, &, ni fallor, meliùs *à* Fr. G. *Maletoſte*, *Maletoulte*, Vectigal quoddam ſatis aſperum, priùs *à Philippo* pulchro Galliæ Rege exactum, unde poſteà quævis Vectigalia, præſertim graviora, eodem nomine appellata ſunt, *à Male* & *Tolte* vel *Toulte*, Exactio, q.d. Mala Exactio; *Tolte* autem ſatis manifeſtè *à Tollendo* ortum ducit.

Maletolte, v. **Maletent.**

Malin, anno 17. *Edw.* 4. Cap. 4. *à* Fr. G. *Mail*, Marga, Terra pinguis lætandis agris expetita, additâ term. *dim. in*, v. **Marl** in Et. Gen.

Mall, Lat. Barb. *Mallus*, exp. Placitum majus in quo majora Comitatûs negotia,

tia, quæ in villis Centuriisque terminari non poterant, à Comite finiebantur. *Spelman* deflectit *ab* AS. Mael, Congregatio, hoc *ab* AS. Mæle, Teut. Mahl, Belg. Maal, Convivium; Germani enim, teste ipso Tacito, de negotiis omnibus, etiam gravissimis, inter epulas consultare solebant, v. LL. *Sal.* in principio,

Malter, exp. Chœnix seu Mensura 4 Modios continens, fort. sic dicta, quia sc. hâc mensurâ *Bvlæ* præcipuè admetiri solebant, *vide* **Malt** in Et. Gen.

Manbote, exp. Pecuniaria Compensatio pro Cæde Famuli, seu Clientis quæ olim Domino solvebatur, *ab* AS. Man, quod primariò Virum, secundariò Famulam notat, & Bote, Compensatio.

Manetise, Nummus quidam, secundùm *Somnerum* in Glos. nostræ Marcæ æquivalens, Anglo-Saxonibus olim in usu, q. d. Lat. *Manu Cusus*, v. *Spelman* & *Somner* in Glos.

Mangzie, v. *Skene* in Tab. Videtur ex contextu Defectus quidam, seu Mutilatio aliqua corporis, credo à Lat. *Mancus.*

Mannour, v. Et. Gen.

Manses, apud *Skene* LL. *Davidis* 2. R. C. 12. videtur **Houses**, à Lat. *Mansus*, *Mansio.*

Manslaughter, sic apud nos dicitur Homicidium Subitarium ex Iræ Impetu, sine ullo præmeditato odio, perpetratum, quod opponitur tẽ **Murder** (i. e.) Cædi Præmeditatæ, Etymon patet.

Manuel, vox Fr. G. Enchiridion (i. e.) Libellus qui manu circumferri potest, q. d. Lat. *Manuale.*

Marchet, Tributum apud Scotos, quo Villani seu Vassalli Sponsarum suarum Virginitatem à Dominis redimebant; erat enim barbara planè, & turpissima apud eos consuetudo ut Dominus Vassalli, seu Clientis uxorem primâ nocte comprimeret, quam sustulit *Malcolinus* seu *Milcolumbus* tertius Rex, statuitque ut pro redemtione Clientes *Marcam*, seu *Marchetam* (i. e.) parvam Marcam solverint. *Skenæus* autem à vet. Scot. *March*, Equo & Equitando, vel à Cimbr. *Merch*, Mulier & Filia, deflectit, v. *Skene* Maj. Reg. Scot. lib. 4. Cap. 31.

Marshall, v. Et. Gen.

Marshalsee (i. e.) Sedes Marescalli, Tribunal sc. in quo Jus dicit, v. Marshall & Ore in Et. Gen. sic Author Dict. Angl. mallem tamen simpliciùs deflectere à Fr. G. *Mareschaucée*, olim *Mareschalcée* idem signante, ubi terminatio *cée* est tantùm *μεγεθὲ* seu Productio vocis.

Master *of the Court of* **Wards** *and* **Liveries** (i. e.) Judex Curiæ in qua lites Tutorum & Orphanorum Nobilium, cognoscuntur; **Ward** enim Pupillum, & **Livery** Fundorum in Possessionem Adolescentis Nobilis, jam maturam ætatem ineuntis, traditionem designat, v. utramque vocem suo loco.

Matelotage, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, & est pura puta Fr. G. quæ Naulum significat, hoc à *Matelot*, Nauta; *Matelot* autem *Menagius* deflectit à *Mast* Fr. G. & Angl. Malum navis, q. d. Famulus qui circa Malum versatur.

Mean seu **Mesn** *Lord* (i. e.) Dominus aliquis qui Vassallos seu Beneficiarios suâ sub ditione habet, sed tamen in superioris Domini clientelâ est. *Cowell* deflectit à Fr. G. *Mainsnè*, Natu minor, quoniam Dominium hoc inferius conditum est post superius. Possim simpliciùs deducere à Lat. *Medius*, *Medianus*; quia sc. inter Dominum & Clientem quasi Medius est; vel etiam adhuc simpliciùs à nostro **Mean**, q d. Dominus Vilior seu Inferior, utpote clientelâ alterius quasi depressus & inquinatus, v. **Mean** in Et. Gen.

Mease, idem quòd Fr. G. *Maison*, Domus, vel ant. *Meix*, quod apud *Cassanæum* de Const. Burg. Mansionem seu Mansum notat.

Measondue, à Fr. G. *Maison de Dieu*, It. *Casa de Dio* (i. e.) Domus Dei, quo nomine Xonodochia seu Ptochotrophia appellantur.

Meathes vel **Methes**, apud *Skene* lib. de Jure Camerarii, C. 39. Paragr. 13. F. 155. P. 1. Videtur ex contextu Termini Limites, credo *ab* AS. Mæðe, Modus, Mensura, hoc fort. à Lat. *Meta.*

Medlete, apud *Cromton* in Eirenarcha exp. Jurgium, Rixa, à Fr. G. *Meſler*, Miscere, Turbare, *Meslée*, Pugna, Conflictus, v. **Meddle** in Et. Gen.

Meld fee, exp. Præmium indicationis, *ab* AS. Meld, Indicium, Delatura, Meldan, Deferre, Indicare, & Feoh, Præmium. Vox occurrit inquit *Spelman* in LL. *Ine* Visi-saxonum R. Manuscripto Cap. 20.

Men-

Perſwrne, *Skeneo* exp. Perjurus, *ab* AS. Man-ſpeꝑtan, Pejerare, Manſpopa, Perjurus, omnia *à* Man, Scelus, Probrum, & Speꝑtan, Jurare, v. Maj. Reg. lib. 1. Cap. 14.

Perchenlege vel **Perchenelae**, LL. *Gul.* 1. R. Cap. 4. Legem Merciorum notat, AS. Meapcna Laga; Laga autem AS. Legem ſignat, & *à* Lege ortum ducit.

Peſa, v. **Pean** in Et. Gen.

Peſnagerie & **Peſnage**, vox quæ mihi in ſolo Dict. Angl. occurrit, exp. Frugalis & Prudens Familiæ Adminiſtratio, Etymon v. voce **Pinage** in Et. Gen.

Peſthane, AS. Mæꝑſe-Þegn, Sacerdos; omnes enim viri ſuprà vulgus honorati *Thani* Anglo Saxonibus appellabantur, v. **Weꝛld-thane**.

Peſuage, exp. Domus, item Partes & Adjuncta domûs, ſc. Fundi in ejuſdem uſum deputati, *vide* **Peaſe** ſuprà.

Piddin, *keep his* **Piddin**, apud *Skene* LL. *Davidis* 2. R. C. 15. Vox eſt adhuc in agro Lincoln. uſitata & primariò Sterquilinium, ſecundariò Aream notat, *ab* AS. Middinꝫ, Sterquilinium. *Somner* dictum putat quaſi Muddinꝫ (i.e.) Cœni Sordium & Fimi Repoſitorium, v. **Pud** in Et. Gen.

Pilderne, anno 4. *Jacobi* R. Cap. 24. exp. Vilius Panni genus, neſcio an *à* noſtro **Pill** & **Darne**, quæ v. in Et. Gen. q. d. Panni ſeu Stragula Molendinis idonea.

Pindbꝛuch, *Cowello* exp. Ambitio ſeu honoris Affectatio, neſcio quo Authore, fort. *à* noſtro **Pind**, AS. Gemýnde, Mens, & Bꝛýce, Fractio, Ruptio, q. d. Mentis à vana Gloria ſumma Inflatio, & inde quaſi diſruptio.

Pinever, v. Et. Gen.

Pinovery, *à* Fr. G. *Main* & *Oeuvre*, q. d. Delictum per Manum vel Machinam intercipiendo feras Regis.

Piſadventure, dicitur in Jure noſtro, ubi aliquis partim Caſu, partim per Occiſoris negligentiam interficitur, quum quis ſc. temerè lapidem projicit, vel ſagittam jaculatur quo alius occiditur, Reus hujus criminis non vitâ, ſed perſonalibus tantùm Bonis mulctatur, Etymon v. in alt. **Piſadventure** in Et. Gen.

Piſe, *à* Fr. G. *Miſe*, Sumtus, hoc *à Mettre*, Ponere, ut nos dicimus, *to Lay out money*.

Piſkenning, exp. Tranſitus ab una Lingua in aliam in Curia. *Spelmanno* inconſtanter Loqui vel Invariari, Fr. G. *Changer de Parole* vel *Meſparler*, *ab* Adv. Deprav. *Mis*, & AS. Cennan, Scire, Intelligere.

Piſnommer, in noſtro Jure dicitur, ubi aliud nomen pro alio uſurpatur, *à* Fr. G. *Meſnommer*, Malè Nominare.

Piſpꝛiſion, Juriſconſultis noſtris Miſpriſio dicitur, ubi quis Conſcius eſt Conjurationis in Regem, Homicidii vel Latrocinii perpetrati, & celeriter Reum non defert vel accuſat ad Magiſtratum, *à* Fr. G. *Meſpris*, Neglectus, Contemtus.

it **Pitters mair**, videtur *it* **Impoꝛts** *or* **Pitters** *more*, apud *Skene* lib. de Cur. Baron. C. 75. *ab* It. *far Meſtiere*, *ãuiere* autem *à* Fr. G. *faire Meſtier*; Opus eſſe, Conducere, magni eſſe Momenti, hæc *ab* It. *Meſtiere*, Fr. G. *Meſtier*, Opus, Neceſſitas, utr. hoc ſenſu, ni fallor, *à* noſtro **Muſt**, Teut. **Müſſen**, Oportere, Opus eſſe.

Piſtery, v. Et. Gen.

Poniers, Monetarii (i. e.) qui officinam Regis Monetariam curant, v. **Poney** in Et. Gen.

Ponſtrance de Dꝛoyt, voces puræ putæ Fr. G. (i. e.) Juris Demonſtratio.

Poꝛgage, inquit *Cowell*, eſt Hypotheca Creditori ſic oppignorata, ut fructus, quos durante tempore oppignorationis producit, omnes fiant Creditoris ídque, ut nihil prorſus inde ad Debitorem redeat, nec Creditor ad Rationes reddendas adigi poſſit, *à* Fr. G. *Mort-gage*, *Mort-Gaige*, q. d. Pignus ſeu Vadimonium Mortuum. Dicitur autem Mortuum, quia ſc. donec Debitum perſolvatur, reſpectu Oppignorantis Mortuum eſt (i. e.) nullum proventum nec emolumentum Debitori exhibet.

Poꝛgingab, *à* Teut. **Poꝛgengabe**, AS. Moꝛgan-Gipe (i. e.) Donum Matutinum uxori à marito donatum quando ei connubio jungitur. In LL. Longobard. *Luitprandi* R. *Morgincap* appellatur.

Poꝛton vel **Poꝛtam**, v. **Purrion** in Et. Gen.

Poꝛling vel **Poꝛtling**, pro Lana detonſa mortuis ovibus Etymon patet, q. d. *Morte laine*.

Poꝛt d' Anceſter, Fr. G. *Mort d' Anceſtre* (i. e.) Mors Majorum, v. Anceſtours in Et. Gen.

Poꝛt-

Mortmain, Fr. G. *Maine-Morte.* Sic inquit *Spelman* per Antiphrasin dicuntur Immortales illæ Societates & Possessores, quæ perpetuâ viventes successione, prædiis fruuntur velut Reipublicæ mortuis. Utpote quæ nec ad populum transeunt, nec ad Dominum remeant, nec fructum Feodalem, quem *Wardam*, *Maritagium*, *Relevium*, *Escaetam*, &c. nuncupamus, exhibent, Mortuo mari omnino similes, cui multæ influunt aquæ, sed nec refluunt, nec moventur, nec in usum conducunt publicum, hæc *Spelman*; Majores sc. satis appositè Latifundia cœnobiis collata, utpote ab omni servitio, & Tributo Regi, & Reipublicæ præstando immunia, in Mortuam manum tradita censuerunt.

Morton, videtur quædam Avis apud *Skene* lib. de Crimin. pecun. C. & tit. 3. paragr. 9. F. 139. P. 2. Nescio an sic dicta à Comite *Mortono*, cui in deliciis fuit.

Mortuary, Mortuarium. Olim quilibet Mortuus, si tria vel plura animalia in Bonis haberet, prius & optimum Domino Fundi proprietario, secundum Bonitate Sacerdoti Paræciæ suæ, pro Compensatione decimarum, non ritè in vita solutarum donare tenebatur, quod posteà in certam pecuniæ summam lege præfinitam mutabatur, Etymon patet.

Mote *or* **Moot**, v. Et. Gen.

Motwurth, idem quod **Falowurth**, *ab* AS. Mot seu Gemot, Conventus, & Weorð, Dignus (i.e.) Dignus per ætatem jam satis maturam, qui in conventum Decuriæ cooptetur.

Mulier, est Proles legitima intra matrimonium nata, licèt ante genita, quæ Jure præfertur Fratri, seu Sorori natu majori extra Conjugium nato & prorsus Spurio, à Fr. G. *Meilleur* (i.e.) Melior.

Murburne *or* **Murburn**, *or* **Burning** *of* **Hedir**, apud *Skene* LL. *Rob.* 3. R. C. 11. paragr. 1. v. & in Indice, item **Mureburn** *and* **Hedder**, lib. de Crimin. pecun. tit. 3. C. 6. F. 140. P. 1. Nescio an pro *Burning of Moores*; solent enim agricolæ steriles & palustres agros unà cum herbis increscentibus Urere, quò ipsos magis fœcundent. Hedder autem fort. *ab* AS. Hebep, Sepes, Septum, ortum ducit.

Multure, in Jure nostro est Præmium seu Vectigal, quod Molitor pro molendo frumento exigit, *à* Fr. G. *Mouliture*, hoc *à* Lat. *Molitura.*

Mundbreach, AS. Mund-bpece vel Mundbpyce, *ab* AS. Mund, Pax, Tutela, Protectio, & Bpece vel Bpyce, Fractio, Violatio (i. e.) Pacis Publicæ & Protectionis Regiæ Violatio. Occurrit & in LL. Longobard. *Luitprandi* R. tit. 68. Mundium pro Tutela seu Protectione, & **Mundoald**, pro Protectore seu Defensore, hoc postremum ab eodem Mund, & AS. fort. & Longobardico ant. Wealdan, Imperare, Regere.

Mundeburde, *Spelmanno* exp. Protectionis, Defensionis seu Patrocinii Fidejussio & Stipulatio, *ab* AS. Mund, Pax, & Borh, Borg, Vas, Fidejussor.

Murage, vox pura puta Fr. G. & est Tributum ad muros reparandos.

Murengers, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit. Author hoc nomine appellari dicit Murorum in urbe Cestria Curatores, hinc Etymon patet.

Murther, in Jure nostro non quodvis Homicidium, sed ex Malitia & præconcepto odio præmeditatum, & destinatum designat, v. verum Etymon ipsâ eâdem voce in Et. Gen.

Mute *or* **Plee** (i.e.) **Plea**, v. *Skene* lib. 4. Maj. Reg. C. 27. & **Moot** in Et. Gen.

Mysel, apud *Skene* lib. de Jure Camerarii, C. 21. paragr. 9. fol. 153. pag. 1. Credo idem quod **Measeled** (i. e.) Morbillis affectus, v. **Measels** in Et. Gen.

N.

Naam, Namium, occurrit in LL. *Gul.* 1. R. Cap. 42. & in Titulo exp. Pignoris genus, *ab* AS. Næme, Captio, Captura, hoc *à* verb. Niman, Animan, Belg. **Nemen**, Teut. **Nehmen**, Capere. Ejusdem ferè sensûs & originis est Fr. G. *Nampt*, idem cum nostro **Distress**, ut & **Namps**, Bona Mobilia, quæ Pignoris loco comprehendi aut auferri possunt.

Nasle, anno 4. *Henr.* 7. C. 21. *Cowellus* existimat fuisse tunc nomen portûs *Orford*, & *à* Fr. G. *Nasselle*, Navicula, Navicella, ortum ducere; credo potiùs

ab

ab AS. Næꝛe, Promontorium seu Nasus terræ.

Nanlage, vox pura puta Fr. G. & idem significat quod Lat. *Naulum*, cui etiam manifestè natales suos debet.

Neif, *Cowell* exponit Ancillam seu Servam, vox occurrit anno 1. *Edw.* 6. Cap. 3. *à* Fr. G. *Naif*, Naturalis, hoc contr. *à Nativus*. Credo enim non quamvis Servam, sed tantùm domi natam signâsse.

Neive Fift, apud *Skene* Stat. *Wilhelmi* R. C. 5. paragr. 1. & 2. Nescio an *à* Fr. G. *Nend*, primariò Nodus & Tuber in arboribus, secundariò Condyli seu Internodia digitorum, hoc proculdubiò *à* dicto Lat. *Nodus*.

Nient Compꝛise, exp. Exceptio contra supplicem Libellum tanquam injustum, quoniam res postulata non continetur in illo Curiæ Decreto, quo Petitio illa nititur & fundatur, *à* Fr. G. *Nient Compris* (i.e.) Nihil Comprehensum, hoc *à Nient*, Nihil, q.d. *Ne-Ente*, & verb. *Comprendre*, Comprehendere, Continere.

Nifle, anno 3. *Edw.* 4. Cap. 5. Invenio scriptum **Nicfle, any laune Nicfles Umple**, credo *ab* ant. voce Fr. G. quæ jam obsolevit **Nifle** idem signante, utr. *à* Lat. *Nebula*, q.d. Nebula Linea, sic dicta à subtilitate nebulæ simili.

Nolt, apud *Skene* lib. de Crim. nec Cap. nec Pecun. C. 36. F. 155. P. 1. paragr. 7. Suspicor mendum subesse restituo igitur **Colt** præcedit enim **Hoꝛse**, & **Mires** pro **Mares**.

Nonage, v. Et. Gen.

Non Appearance, in Foro Romano Vadimonium desertum, in Foro Attico Δίκη Ἔρημη.

Non suit, in Foro Attico Παραγραφὴ, Παρεμπτωσία, seu Δίκη Ἀγορᾶς, q. d. Causæ dictio nulla, Actio irrita, v. **Suit** in Et. Gen. hinc *to be* **Nonsuited**, ni fallor, Formulâ cadere.

Novell assignment, Fr. G. *Novelle Assignement* (i. e.) Nova Assignatio.

Nuisance vel **Nusance**, *à* Fr. G. *Nuisance*, Damnum, Molestia, omnia *à* verbo *Nuire*, hoc *à* Lat. *Nocere*, q. d. *Nocentia*.

O.

Ocker *or* **Usury**, apud *Skenæum* lib. de Maj Reg. C. 31. *à* Teut. **Wucher**, Belg. **Woecker**, Fœnus, hoc *ab* AS. Wocep, Fructus, Proles, Fœtus, omnino ut Fœnus potiùs Fenus, *ab* ant. *Feo*, hoc *à* φύω, Nascor, & Τίκτω à Τίκτω.

Oculty vel **Owelty** *of services*, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, ni fallor, corr. *à* Fr. G. *Egauté*, seu *Equalité de services* (i. e.) Æqualitas servitiorum, v. Dict. Angl.

Ofgang-Foꝛdel, vox ant For. Exponitur autem Transitus ad Ordaliam, seu Judicium Dei, contr. *ab* **Of-Gang foꝛ Dꝛdeal**; **Of-gang** autem *ab* **Of** & **Gang**, quæ v. in Et. Gen. ortum ducit, v. **Dꝛdeal** infrà.

Oncunne. *Spelman* vocem citat ex LL. *Ælfredi* R. Manuscriptis, credo *ab* AS. Oncunnan, Accusare.

On ſtrande & **ſtreame**; **On wade** *and* **Feld**, Voces citat *Somner* in Gloss. (i.e.) in Littore & Fluvio, in Vado & Campo, v. **Strand**, **Stream**, **Wade** *and* **Field** in Et. Gen.

Openthef, in LL. *Canuti* R. v. **Open** & **Thief**.

Openthefthe, LL. *Henr.* 1. R. Cap. 12. v. **Openthef** suprà.

Oꝛdel vel **Oꝛdal**, anno 1. *Rich.* 3. Cap. 8. Videtur ex contextu colorem aliquem Tinctorium, seu Tincturam signare, nescio an *à* Lat. Auricalis, Auricus (i.e.) Aureus, putà color.

Oꝛdeal, Lat. Barb. *Ordalium*, aliis Judicium Dei, cujus quatuor genera apud antiquos Anglo-Saxones, tum etiam apud alias Germanicas gentes olim fuerunt, sc. per Ignem, per Aquam, per Panem Eucharisticum diris Imprecationibus consecratum, & per Duellum seu singulare Certamen, *ab* AS. Opdæl, Belg. **Oꝛdeel**, Teut. **Urtheil**, Judicium, credo autem & Opdæl, & **Oꝛdeel**, & **Urtheil** deflecti *à* vet. Adv. **Oꝛ** vel **Ur**, *Ab*, vel ut Lat. *Dis* in Comp. & verb. AS. Dælan, Belg. **Deelen**, Teut. **Theilen**, Dividere, Distribuere; Judex enim dum Jus dicit, Reis pro meritis suis pœnas legibus constitutas Dividit & Distribuit,

v. ridiculum Etymon *Minsevi* in voce **Hundle**, & eruditam *Spelmanni* de hac voce Diatribam.

Ozdelf, exp. Jus quo quis Mineram seu Metallum in suo Fundo inventum sibi vendicat, *ab* AS. Ore, Metallum, & Delfan, Fodere.

Ozfgild, exp. Restitutio Bonorum seu Pecuniæ à Latrone vi interceptæ, si Latrocinium diurno tempore commissum fuerit, *ab* AS. Orre, Bona, Pecuniæ, item Pecus, & Gild, Solutio, v. **Ceapgeld**.

Ozgels, nunc **Ozgan-ling** (i. e.) Asellus piscis major Septentrionalis, fort. à similitudine aliqua Organi, v. anno 31. *Edw.* 3. Stat. 3. Cap. 2. Vir. Rev. dictum putat quasi Asellum Orcadicum, & sanè constat Insulas Orcadas piscium præsertim Asellorum copiâ celebres esse, eóque tum à nobis, tum maximè à Belgis frequentatas. Alludit Gr. Ὄργανος.

Mich. Hony-wood SS. Th. D. Eccl. Cath. Linc. Dec.

Ozgild, *Spelmannus* exponit sine Solutione vel Compensatione, citátque ex Præfat. LL. *Ælfredi* R. à Præp. Loq. Or Privationem signante, & Gild, Solutio, Gildan, Solvere.

Ozkelli, à Fr. G. *Orteils des pieds*, Digiti Pedum; **Ozkell** autem à Lat. *Articulus* manifestè corruptum & contractum est.

Overcpthed, *Somner* vocem citat ex chron. *Joh. Bromton* LL. *Edw. Sen.* R. pag. 836. & exponit Convictum, *ab* AS. Oferr, Super, & Cýðan, Ostendere, Probare, q. d. super eâ re Convictus.

Overhernille, AS. Oferhýrnerre, Contumacia, Inobedientia. Vox occurrit in LL. *Canuti* R. Oritur *ab* Oferhýre, Contumax, Inobediens, & hoc à verb. Oferhýran, Abnuere, Contemnere, ut nos dicimus, *to* **Overhear**, v. *Spelman* & *Somner* in Glos.

Overfenneſſe, vox occurrit in LL. *Henr.* 1. R. Cap. 35. & 36. nisi corruptum sit à dicto **Overhernille**, quod *Spelman* videtur suspicari, orta est *ab* AS. Oferrepennýrre, Contemtus, Contumacia, & secundariò in loco citato ex LL. *Henr.* 1. Contemtûs Pœna, seu Mulcta, hoc credo à verbo Oferreon, quod non tantùm Inspicere & Præesse, sed, ut nostrum **Overſee**, Transilire, Negligere, ferè ut Gr. ὑπερῶν, ὑπερᾶσθαι, & ὑπερίδειν designat.

Oulkes, videtur **Weeks**, apud *Skene* lib. Quon. Attach. C. 47. Paragr. 1. *ab* AS. Wuc, Wuca, Septimana.

Oulter, Essonii seu Excusationis genus, q. d. *Outre la Mer* (i. e.) Ultra Mare, cum sc. citatus non in Regno, sed trans Mare legitimis negotiis occupatus versari probatur.

Oulter le Main. Sic dicitur Formula Juris, seu Decretum Curiæ Cancellariæ, ubi Defendens seu Reus illud quod Regis nomine invasum est, non ad Regem, sed ad seipsum spectare comprobavit; tum enim res Controversa Regi abjudicatur, Defendenti hâc formulâ addicitur, à Fr. G. *Oster la Main* (i.e.) Manum Amovere, Abstinere. *Ouster* autem, non parùm deflexo sensu, à Lat. *Obstare* ortum ducit.

Oulter le Mer, idem quod **Oulter**, quod v. suprà.

Outfang thief, vel **Utfang thief**, est Privilegium seu Jus quo Fundi Dominus Furem, licèt in alieno Fundo comprehensus fuerit, tamen ad se revocare, & in Curia sua de ipso cognoscere, eúmque judicare potest, à nostro **Out**, AS. Ut, Extra, Fengan, Capere, & **Thief**, AS. Deof, Fur.

Outheſt, idem quod **Outhorn**, *ab* AS. Hæfe, Mandatum, & **Out**, q. d. Evocatio ad Militiam per Mandatum seu Edictum Regis.

Outhorn, *Spelman* citat ex Fœdere *Ælfredi* & *Guthruni* RR. quod in impresso codice dicitur *Edwardi* & *Guthruni*. Videtur autem Convocatio Subditorum, seu Civium ad arma per sonum Cornu, *ab* **Out** & **Horn**.

Outlaw, v. Et. Gen.

Outparters, anno 9. *Henr.* 5. Cap. 8. Fures in confiniis Scotiæ, qui bona furto surrepta aliis Furibus, **Intakers** dictis attulerunt. Etymon patet.

Ox-Gang, v. Et. Gen.

Oyer de Record (i. e.) Fr. G. *Ouir de Record*, verbatim Audire Archivas seu Regesta Curiæ, ubi sc. Reus vel Actor à Judice supplex petit, ut Archivæ Curiæ inspiciantur.

Oyer and Terminer, *commission of* **Oyer and Terminer** (i. e.) Diploma Regis quo Rex Judici uni vel alteri, unà cum Provinciæ Eirenarchis facultatem concedit Lites & crimina cognoscendi & dirimendi, Fr. G. *Commission d'Ouir & Terminer*, verbatim Mandatum Audiendi & Terminandi.

P.

Packing whites, anno 1. *Rich.* 3. Cap. 8. (i. e.) Panni Albi Viliores, qui in sarcinas compingi & suffarcinari solebant.

Pavventage, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, & exp. Jus Compascendi in agro Compascuo unius aut plurium Pagorum, & est vox pura puta Fr. G. in utraque lingua idem signans, nescio an à Fr. G. *Paît*, Pastus, & *Avantage*, Commodum, Emolumentum, q. d. **Avantage of Pasture.**

Pain forte & dure, à Fr. G. *Peine forte & dure* (i.e.) Pœna Gravis & Dura, Pœna Atrox, quæ infligi solet Mutis dictis (i. e.) iis qui in causa Capitali nolunt se 12 virorum Juratorum Judicio permittere, ideóque lentâ morte sc. impositis paulatim magnis ponderibus miserè elisi afficiuntur.

Paltingman, anno 22. *Edw.* 4. Cap. 2. Videtur ex contextu Mercatorem piscium seu Ichthyopolam signare, qui sc. Palis (i. e.) Cadis ligneis pisces includit.

Pancart, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, à Fr. G. *Pancarte*, Tabula seu Taxa Vectigalium Regis. *Cotgravius* videtur deflectere *à Pendendo* quia sc. publicè in Telonio, seu Publicanorum domo suspenditur. Mallem à Gr. Πᾶν seu Πάντα, & Χάρτα, Charta, q. d. Charta omnium Vectigalium Æstimationem continens, vel eodem sensu ab eodem Πᾶν & Κεχτῶν, Continere. Quid ni enim potuit vox Forensis ab Orientali Imperio in Occidentale defluxisse, ut Archiva, Protonotarius & multa alia?

Pannell, in nostro Jure Schedula seu Catalogus 12 virorum Juratorum nomina continens, à Fr. G. *Panne*, Membrana, Pellis, fort. quia olim saltem 12 Virorum nomina Membranæ Pergamenæ inscribi solebant, v. **Empannell** & **Pannell** in Et. Gen.

Pannage, diversis sensibus intelligitur, primò significat Sylvestrium arborum fructus & Glandes, olim **Pawns** dictos, propriè **Beechmast**, & secundariò Jus seu Privilegium quod cliens seu Beneficiarius habet, sua Animalia istiusmodi Fructibus in Domini sylvis pascendi, & Tributum quod pro illo Privilegio fruendo Domino penditur. **Pannage** etiam pro **Apennage**, quod v. in Et. Gen. occurrit, à Fr. G. *Panage* idem signante. Nihil absurdum esset, quoniam omne Alimentum in omnibus linguis Panis nomine intelligitur, si à Fr. G. *Pain* & Lat. *Panis* deflecterem, v. *Spelman.*

Parage, *Spelman* vocem citat ex Libro Censuali, & est pura puta Fr. G. quæ Æqualitatem significat nominis, sanguinis, dignitatis, etiam & Terrarum in hæreditatis Partitione, à Lat. *Par*, v. **Disparage** in Et. Gen.

Paramount, v. Et. Gen.

Paravaile, *the* **lowest Tenant**, Beneficiariorum Infimus, qui nullum sub se Beneficiarium seu Clientem habet, nescio an à Fr. G. *Per* & *Avaller*, Demittere.

Parcinerie, v. **Parceners** & **Coparceners.**

Parciners, à Fr. G. *Parsonnier*, Particeps, v. **Coparceners.**

Parliament, v. Et. Gen.

Paroll, v. Et. Gen.

Pedage, secundùm Cassanæum lib. de Cons. Burg. derivatur *à Pede*, & dicitur Vectigal quod datur à transeuntibus in locum constitutum, & capiens Pedagium debet dare salvum Conductum, & Territorium ejus tenere securum.

Pellot, vox quæ in charta de Forestis occurrit. *Spelman* deflectit à Fr. G. *Pelotte*, *the Ball of the foot*, Pulpa pedis Carnea: quæ secundùm leges Saltuarias Canibus juxta Sylvas Regis degentibus abscinditur, ne sc. Cervos Regis insectari possint, v. **Expeditate** & **Lawing** *of dogs.*

Pelt wooll, v. **Pelt** in Et. Gen.

Penne, exponitur Septum aquæ sàtis profundum quâ molæ ferrariæ rotæ versantur, *ab* AS. Pynban, Includere, v. **Bay** suprà, & **Pinfold** in Et. Gen.

Peny-pies, vocem citat *Somnerus* in Gloss. pag. 2068. à nostro **Penny**, & Fr. G. *Poids*, *Pois*, Pondus, exp. enim Pondus quo pensantur Denarii, v. **Poise** in Et.

Penny stones, Panni genus, v. Cl. M. pag. 47. nescio an *à Pennistone*, oppidulo in agro Ebor. quod fortasse olim istius Panni opificio claruit, vel à viro alia

quo ejus nominis ejus inventore.

Penon, anno 11. *Rich.* 2. Cap. 1. Vexillum, Insigne, v. **Pennon** & **Pendant** in Et. Gen.

Perch, Mensura quædam sedecim pedibus cum dimidio constans, nostris Jurisconsultis Perticata, v. **Pearch** in Et. Gen.

Peroings, vox occurrit in LL. *Henr.* 1. R. Cap. 29. Videtur ex contextu Infimam plebem signare, nescio an *ab* AS. Feop'ðinʒ, Quadrans, fuerunt enim fort. Proletarii qui non ultra Quadrantem censûs civis honorationis possidebant, q. d. Quadrantarii.

Perit, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, ubi exp. Pondus quoddam minimum, credo mendosè scriptum pro **Petit**; *Petit* autem Fr. G. Parvum notat.

Pernour of profits, Fr. G. *Preneur des profits* (i. e.) qui omne Lucrum, totum Emolumentum accipit, *à* verb. *Prendre*, Accipere, hoc *à* Lat. *Prehendere*. Alludit Græco-Barb. πίρνω, quod credo *à* Lat. *Prendo* corruptum.

Perquesits, sunt Fructus illi qui è Curia Baronis Domino ultra ordinarios & annuos accrescunt, nimis manifestè *à* Lat. *Perquisitum*.

Persons ne Prebendaries ne seront charges as quinsimes, Initium formulæ Juris, in correctiori lingua Fr. G. *les Persons* (i. e.) recentioribus *les Curez ne Prebendaires ne seront point Chargez es Quinziemes*, Sacerdotes & Præbendarii non onerabantur Tributo Quindecimarum.

Pestarable wares, videntur Merces Graviores & Viliores quæ navem nimis onerant, & implent, *that* **Pester** *the ship*, v. **Pester** in Et. Gen.

Peterpence, alio nomine **Romefeoh**, **Romescot**, **Romepenning**, & **Peterpenny**, Tributum olim Pontifici Romano in singulas domos pendi solitum, *ab* Ina Vissaxonum Rege anno 720. institutum, v. **Romescot**.

Petit Larceny, Fr. G. *Petit Larrecin* (i. e.) Parvum Furtum, seu, ut Etymon simul innuam, Parvum Latrocinium, v. **Larceny** in Et. Gen.

Petit sergeanty, est Beneficium à Rege sub conditione Servitii seu Officii levissimi sc. Scutum, Arcum vel Sagittam, &c. porrigendi concessum, q. d. Fr. G. *Petit Sergentie* vel *Sergentise* (i. e.) Parvum Servitium, v. **Serjeant** in Et. Gen.

Petit Treason, Fr. G. *Petit Trahison* (i. e.) Parvum quoddam, seu minus Læsæ Majestatis genus, ut ubi servus Herum, Uxor Virum, Clericus Episcopum occidit, v. **Treason** in Et. Gen.

Philiser, v. **Filazer**.

Piccage, ut exponit *Spelman* est Tributum quod in Nundinis penditur ob veniam effodiendi soli, sic ut Tabernacula, Tentoria, Stationes & Officinas ponere liceat, à Fr. G. *Piquer*, Ligone suffodere; ratione enim Fundi Ligone aperti erogatur.

Picle, aliàs **Pitle**, exp. parva Cors seu Agellulus juxta domum rusticam. *Cowell* deflectit *ab* It. *Piccolo*, *Picciuolo*, Parvus, q. d. Parvus Ager.

Pied Pulozeur, apud *Skene* lib. de Jure Burgenti, C. 134. exp. Erro Vagabundus. Correctiori lingua Fr. G. *Pied Poudreux* (i. e.) Pedes Pulverulenti, v. **Powder** & **Pypowder Court** in Et. Gen.

Pienour, idem quod **Pioner**, quod v. in Et. Gen.

Piepowders Court, v. **Pypowder Court** in Et. Gen.

Pille of fodder, v. anno 2. *Henr.* 6. Cap. 5. exp. Pila, Agger seu Mola oppidi **Fodder** in agro Lanc.

Pillory, v. Et. Gen.

Pipe, *Clerk of the* **Pipe**, nostris Jurisconsultis Clericus Pipæ; **Pipe** autem Rotulam, ut loquuntur, seu Pergamenam convolutam in Scaccario, seu Fisco asservatam designat, fort. quia instar Fistulæ cava est; vel, secundùm *Spelman*, quod hi Clerici ministerii sui rescripta grandiori olim Dolio, nobis **Pipe** dicto, conservârunt.

Piscary, à Fr. G. *Pescherie*, It. *Piscaria*, Jus seu Privilegium Piscandi.

Placard, anno 2 & 3 *Ph. & Mar.* Cap. 9. v. Et. Gen.

Plack ane Plack, videtur Nummus quidam apud *Skene* Quon. Attach. C. 7. Credo *à* Fr. G. *Plaque*, Bractea vel Lamina, huic feliciſſimè alludunt Gr. πλάξ & πλατὺ.

Plaint, à Fr. G. *Plainte*, Querela, Querimonia, Verbali verbi *Plaindre*, Queri, Conqueri, hoc, parùm deflexo sensu, *à* Lat. *Plangere*, v. **Complain** in Et. Gen.

Plea, v. Et. Gen.

Pleniarty, dicitur ubi Beneficium Ecclesiasticum Plenum est (i. e.) Sacerdote instructum, & opponitur Beneficio vacanti, q. d. Plenacitas (i. e.) Plenitudo, à Lat. *Plenarius*.

Plenissing *for* **Plenishing**, v. **Implements**,

Su-

Supellex, Utensilia, omnino ut **Implements**, ab Implendo domum, v. *Skene* lib. de Jure Burgensi C. 125.

Plevin, *à* Fr. G. *Plevine*, Sponsio, Vadimonium, Fidejussio, *à* verb. *Plevir*, *Plevir*, *Pleger*, Spondere, Fidejubere, v. **Replevy** & **Pledge** in Et. Gen.

Plite vel **Pleight of Lawn**, certa quædam Mensura, fort. q. d. Sindonis Plicatura, v. **Plait**, v. etiam anno 33. *Henr.* 8. Cap. 3. & ann. 3. *Ed.*

Plonkets *or* **Plunkets**, videtur genus Panni Lanei, v. anno 1. *Rich.* 3. Cap. 8. nescio an sic dicti à Pannifice aliquo ejusdem nominis hujus panni Inventore.

Polein, est Calceus Aculeato Fastigio, qui in usum venit sub *Gul.* 2. exolevit sub *Henr.* 8. Interea in eam excrevit Aculeus iste longitudinem, ut aliàs sericis ligaminibus, aliàs catenis aureis & argenteis, pro personarum dignitate genu annecteretur sustinendus. Edicto *Edwardi* 4. severissimè prohibitum est, ne quis hujusmodi Aculeis ultra duos pollices porrectis, vel in calceis, vel in ocreis uteretur; nescio an inde dictus sit quòd mos ille absurdus è Polonia in Angliam migraverit, unde etiam ut monet Vir Rev. adhuc Calcei Elatiores **Polonia heeles** dicuntur.

Policy of assurance, anno 43. *Eliz.* Cap. 2. ni fallor est Scriptum quo Assecurator ut loquimur Mercatori merces suas assecurat (i.e.) acceptâ certâ pecuniæ summâ pretium seu Valorem mercium & navis, si vel naufragio, vel hostium aut piratarum vi perierint, integrum solvere & resarcire stipulatur, & in se recepit, non, ut *Cowell* innuit, *à* nostro **Policy** (i. e.) Prudentia, sed *ab* It. *Polizza*, Schedula.

Pollard, vocem citat *Somnerus* in Glos. ex *Henr. de Knighton* vitâ *Edw.* 1. pag. 2493. Exponit quoddam illicitum nummi genus, sic dictum, credo, à Grandi Capite impresso; **Pollard** enim olim Capitonem signavit, v. **Pole** & **Pollard** in Et. Gen.

Pontage, vox pura puta Fr. G. *à Pont*, Pons. Est enim Tributum ad reparandos Pontes.

Portcullets, unus è Fœcialibus, sed non majorum gentium quales antiqui Patres patratos, nos Reges Armorum dicimus, sed minorum gentium quos vulgò **Pursevants** appellamus. Sic autem dictus est teste *Spelman à* Cataracta qua in symbolo usus est *Henr.* 7. Rex qui hunc Fœcialem, ut & alium qui a rubro dracone nomen accepit, v. **Rouge Dragon**, v. **Portcullis** in Et. Gen.

Portmote, q. d. **Port-Meeting** (i. e.) Senatus seu Conventus Portûs, *à* **Port**, & AS. Gemot, Conventus, hoc *à* verb. Gemetan, Congredi.

Portreve vel **Portgreve**, AS. Portgepera, q. d. Portûs Præfectus, Λιμενάρχης, quo nomine olim Prætor Londinensis vocatus est, v. **Grave** in Et. Gen.

Portuous, apud *Skene* lib. Justice Air, Cap. 10. & 13. F. 165. p. 2. it. C. 22. F. 107. P. 2. Certè miror *Skenæum* hanc vocem, ut pleraſque omnes difficiles, Scholiastarum more, sicco pede transiliisse. Videtur ex contextu mandatum Comprehendendi reum, credo *à* Fr. G. *Portez ou Apportez a nous le corps d'un tel*, verbatim *Appertes* seu Afferas nobis Corpus τῦ δεῖνα, à quibus, credo, verbis formula juris incepit.

Poudavis, anno 1. *Jacob.* Cap. 24. Est autem Panni genus, fort. sic dictum, vel *à Paulo* & *Davide* primis ejus opificibus, vel, quod me errantem opportunè monuit Doct. *Th. H.* ab oppido *Pol D'Avis* prope Brestam Britanniæ Aremoricæ portum, ubi hoc opificium vel huc usque floret, vel olim floruit, sito.

Poundage, est Vectigal exigi solitum ex omnibus Mercibus, tam in Regnum importatis quàm è Regno exportatis ad valorem solidi in singulas libras (i.e.) ad vigesimam partem.

Pour faire proclaimer que nul enject fimes, ou pdures en fosses, ou rivers pres cities, Initium Formulæ Edicti, in puriori lingua Fr. G. *Pour faire proclamer que nul en jette fimes, ou ordures en fosses, ou Rivieres au pres les citez*, ut sc. nemo audeat fimum seu alias immunditias injicere in fluvios urbibus vicinos.

Pourparty, contrarium illi qui dicitur pro indiviso, nam *to make* **Pourparty**, est Dividere & Separare fundos in Cohæredes devolutos, quos antea conjunctim &, ut nostri Jurisconsulti loquuntur, pro Indiviso possederunt, *à* Fr. G. ant. *Pourpartir Partir* (i. e.) Partiri, q. d. Propartiri vel porrò Partiri.

Pourpresture, ut definit *Glanvil* est propriè quando aliquid super Dominum Regem injustè occupatur, ut ubi quis publicas vias obstruit, invadit vel superædificat, *à* Fr. G. *Pourprendre*, Totum

tum occupare, hoc q. d. Lat. Porrò Prehendere (i. e.) Capere seu Occupare.

Pour seisir terres la femme que tient en Dower (i. e.) puriori linguâ Fr. G. *Pour saisir les terres de la Femme la quelle tient en Dowaire.* Sic autem dicitur Formula Edicti quo Rex Fundos viduæ Beneficiarii sui in Capite tenentis defuncti in Dotem assignatos invadit, & sibi vindicat, eò quòd Vidua sine Regis assensu alii viro nupsit.

Pursuivant, v. **Pursevant** infrà.

Purveiour, *the King's* **Purveiour**, Regis Dispensator, Oeconomus, Annonæ Præfectus, v. **Purvey** in Et. Gen.

Powstie, videtur **Power** apud *Skene* lib. de Jure Burgensi, C. 11.

Poynde, **Ane Poynde**, apud *Skenæum* Maj. Reg. lib. 4. C. 22. videtur idem quod **Pawn** in Et. Gen.

Prebend, v. Et. Gen.

Preignotarie, ridiculè corrupt. *à* Lat. Gr. *Protonotarius.*

Premunire pro **Præmonere**, ut **Semonire**, Lat. Barb. *Citare* pro *Submonere*, Leges enim seu Statuta vulgò Provisoria dicta sacerdotes præmonent nè Provisiones seu Gratias expectativas à Pontifice Romano petant, severissimis etiam pœnis in Contemtores denunciatis.

Prender, in Jure nostro significat Jus seu Facultatem invadendi aliquid priusquam afferatur, *à* Fr. G. *Prendre*, Capere, Comprehendere, Apprehendere; *Prendre* autem *à Prehendere* ortum quis dubitet?

Prender de Baron (i. e.) Viro Nubere, *ab* AS. Beopn, Hisp. *Baron*, *Varon*, Vir, & Fr. G. *Prendre*, Sumere, Capere, q. d. Virum seu Maritum Capere. **Baron** autem *ab* AS. Wep, Vir, ortum ducit, v. **Baron** in Et. Gen.

Prender del profits, in puriori lingua Fr. G. *Predre les profits* (i. e.) omnes Reditus & Emolumenta Percipere.

Prepensed, ut ubi dicunt **malice Prepensed**, *à* Fr. G. *Malice Prepensée* (i. e.) Malitia Præcogitata, Odium Præmeditatum, *à* præp. *Pre*, & verb. *Penser*, Cogitare, hoc *à* Lat. *Pensare* (i. e.) animo Pendere, Pensare, seu Expendere.

Prerogative Court, est Curia Prærogativæ Archiepiscopi Cantuariensis, in qua sc. omnia Testamenta probantur, & Administrationes, ut loquuntur, conceduntur, in qua etiam omnes Lites de Testamentis & Testamentorum Executione deciduntur; sic dicta, quia hujusmodi causæ ad Archiepiscopum ratione Prærogativæ Archiepiscopalis deferuntur.

Prest, pro Pecunia Promta, Expedita, Innumerato, *à* Fr. G. *Prest*, Promtus, Expeditus, hinc etiam **Prest money** dicitur, tum quia Solidus ille Militi coacto in præsenti exhibetur, tum quia eum obligat ut Expeditus sit, & Promtus ad militiam, v. **Press** in Et. Gen.

Prest-money, v. **Prest** suprà.

Primage, Pecunia nautis debita ubi primò navis à portu solvit ratione laboris, quem in ea oneranda sustinuerunt. Etymon patet.

Primier seisin, Fr. G. *la Premiere Saisine* (i. e.) Prima Possessio, v. **Seise** in Et. Gen. & *Cowell.*

the **Principal**, v. Et. Gen.

Prochein Amy, *à* Fr. G. *Prochain Amy*, Amicus Proximus, vel Proximè cognatione contingens, v. *Cowell.*

Proces, v. Et. Gen.

Profits apprender, idem quod **Prender del profits**, quod v. suprà.

Promooter, v. Et. Gen.

Protoforester, Protoforestarius, olim sic appellatus est Custos Saltûs Windesoriensis, maximâ Authoritate à Rege instructus, vox manifestè hybrida, *à* Gr. Πρῶτος, & nostro **Forest**, Lat. Barb. *Foresta*, q. d. Primus Saltuarius, Princeps seu Primarius Saltuum Custos, v. **Forest** in Et. Gen.

Prove vel **Prose**, exp. Inquisitio anno 28. *Edw.* 3. Cap. 13. *à* Fr. G. *Prenve*, Probatio, Examen, hoc *à* verb. *Prenver* seu *Pronver*, Probare.

Provision, in nostro Jure fuit ubi Papa, vivente adhuc Episcopo aliquo, Successorem assignavit (i. e.) de Successore providit, alio nomine Gratia Expectativa dicitur.

Pronver, Probator, v. **Approvour**, v. etiam anno 5. *Henr.* 4. Cap. 2.

Pucellage, apud *Bracton* *à* Fr. G. *Pucellage*, Virginitas, hoc *à Pucelle* olim *Pulcelle*, quod ideò *à* Lat. *Pulchella*, diminutivo *à Pulchra*, potiùs quàm *à Puella*, vel It. *Putella* deflecterem, idque eò fidentiùs quòd plerique, iisque optimi Criticorum, Pulcer & Pulcellus rejecto *h* scribunt.

a **Puncheon** *of wine*, Mensura vini 80. Gallones seu Congios nostrates continens, *à* Fr. G. *Parçon* vel *Poinçon*

son idem signante, v. Et. Gen.

Punobzech, vox occurrit in LL. *Henr.* 1. *Spelman* deflectit *ab* AS. Punb, Stabulum, Parcus, & **Bzech**, AS. Bpice, Tractura.

Punp, v. Et. Gen.

Purfles *of a womans gown*, ex anno 33. *Henr.* 8. Cap. 5. citat *Cowell*, v. **Purfle** in Et. Gen.

Purlieu, sic dicuntur omnes Fundi, qui, cum olim ad Saltus Regios spectarent, posteà Decreto curiæ Saltuariæ separati sunt. Sunt qui deflectunt *à* Fr. G. *Ponrallée*, Perambulatio, quia sc. per Perambulationem dictam separati sunt. *Cowell* autem *à Pur*, Purus, & *Lieu*, Locus, q. d. Locus Purus (i. e.) Exemtus seu Immunis à Severis Saltuum legibus, ut Juris Romani Consulti locum purum vocant, qui Sepulchrorum religioni non est obstrictus, v. *Cowell* & *Minshew*.

Purſevant, v. Et. Gen.

Purſey, anno 43. *Eliz.* Cap. 10. fort. q. d. **Purſy**, Vitium sc. panni malè confecti, qui, postquàm aquâ humectatus est, multis in locis instar Crumenæ extumescit, v. **Purſe** in Et. Gen.

Putage, apud *Glanvile* exp. Fornicatio ex parte Mulieris, cujus quæcunque convicta fuit, secundùm leges nostras antiquas Patrimonio & Hæreditate privabatur, credo *à* vet. obs. Fr. G. *Putage* idem signante, hoc *ab* It. *Putta*, *Puttana*, Meretrix, v. *Spelman*.

Pyker, aliàs **Pycar**, anno 31. *Edw.* 3. Stat. 3. Cap. 2. Fuit olim Navigii genus, fort. sic dicti *à* gente *Picardorum* seu Morinorum, omnino ut Liburnicæ olim à Liburnis populo.

Q.

Quarentine, *à* Fr. G. *Quarantaine*, It. *Quarantana*, *Quarantena*, *à* Fr. G. *Quarante*, It. *Quaranta* 40 dies. Sic autem appellatur Spatium 40 dierum, quibus Vidua Juris nostri indulgentiâ, primariam recèns defuncti mariti domum habitat. Significat etiam 40 dies quibus peregrini, qui ex locis pestis suspectis venerunt in Loimocomio, vel Secessu aliquo ad se, ab illa suspicione purgandos commorantur, priusquam ad publicum commercium admittantur.

Quarril, vox quæ in solo Dict. Angl. occurrit, *à* Fr. G. *Quarril*, Nummus quidam, quarta sc. pars Realis seu Regalis Hispanici, q. d. Nummus Quadralis seu Quadrans.

Quaſh, in Jure nostro causâ Vincere, non, ut *Cowell* vult, *à Quassando*, sed *à Cassando* (i. e.) Cassam reddendo.

Quec bozd, anno 17. *Edw.* 4. Cap. 3. sic vocatur Lusûs genus lege interdictum, fort. idem cum nostro **Hobel bozd**, q. d. **Quick bozd**, quia sc. nummi magnâ celeritate super mensam projiciuntur.

Que Eſtate, nomen formulæ Curiæ, seu Actionis in Jure nostro, Fr. G. *Quel Estat*, verbatim Quem Statum (i. e.) *which Estate*, quos sc. Fundos, *vide Cowell*.

Que eſt Meſme, sunt voces Technicæ in Formula seu Actione quem nos **Action of Treſpaſs** (i. e.) Actionem Injuriæ appellamus, puriori linguâ Fr. G. *Qui est mesme*, verbatim Quod est ipsum, v. *Cowell*.

Quinſieme, est Vectigal ubi sc. 15. pars Valoris, sive Fundorum, sive Bonorum exigitur, *à* Fr. G. *Quinzieme* (i. e.) Pars 15.

Quite claim (i. e.) Juris seu, ut loquimur, Tituli Cessio, v. **Quit** & **Claim** in Et. Gen.

Quitrent, Tributum Annuum perexiguum respectu valoris fundi, quod Domino tantùm in subjectionis signum penditur, *à* verb. *to* **Quit** & **Rent**, quæ v. in Et. Gen. q. d. Tributum quo soluto cliens ab omni ulteriori servitio liberatur.

Quittance, v. Et. Gen.

Quod ei Deforceat, v. **Deforſour**.

R.

Rachet, idem quod **Theftbote**, *à* Fr. G. *Rachet*, Redemtio, *Rachetter*, Redimere, *à* Lat. *Re*, Ad, & *Captare*, v. **Theftbote**.

Rack vintage, anno 32. *Henr.* 8. Cap. 14. *Cowello* exp. secunda Vindemia, vel Iter quod Mercatores nostri secundum in Galliam suscipiunt ad referenda inde vina adeò purgata, ut posteà prorsus fæcibus suis liberari faccellando & elutinando possint, v. **Rack** in Et. Gen.

Rad-

Rankaights, v. **Rorkaights** infrá.

Ran, vox occurrit in LL. *Gul.* 1. R. tit. 62. ubi etiam exponitur Rapina Aperta, vel contr. *à Rapina*, vel *à* Teut. **Rein**, Purus, q. d. Rapina pura seu Mera.

Ranger, Præfectus seu Custos Saltuum, vel *à* verb. *to* **Range**, Vagari, quia ipsi licèt totum Saltum Perlustrare & Circuire, vel *à* Fr. G. *Rang*, Ordo, *Ranger*, *Arranger*, Ordinare, Disponere quia res, quæ ad Saltum pertinent, Disponit.

Rape, significat Portionem Comitatûs, Ager enim Sussexiensis in sex hujusmodi Rapos dividitur. *Somner* deflectit *ab* AS. Rape, Funis (i. e.) Portio Funibus metata & divisa, ut Belg. **Kabel** apud *Kilianum*, quod Sors seu Rata Portio exponitur, interim tamen unius literulæ facillimâ mutatione videtur ortum *à* **Kabel**, quod Funem notat, v. **Cable** in Et. Gen.

Rawe, anno 4. *Edw.* 4. Cap. 1.

Rawnge & **Rawnger**, v. **Ranger** suprá.

Ray, exp. Lana rudis nondum tincta, v. anno 11. *Henr.* 4. Cap. 6. & anno 1. *Rich.* 3. Cap. 8. nescio an *ab* AS. Ruh, Reoh, Asper, q. d. Pannus Asper & Hirsutus.

Realtie, v. **Royalties**.

Reavers *for* **Robbers**, apud *Skene* lib. Quon. Attach. *ab* AS. Reapian, Rapere, Spoliare.

Rebutter, Repulsa, *à* Fr. G. *Rebouter*, It. *Ributtare*, Repellere, v. *Cowell.*

Receivers, in Foro Romano, si Budæo in Pand. fides sit, Coactores, in Foro Attico Ἀποδέκται, *vide* **Receive** in Et. Gen.

Recognisance, v. *Recognise* in Et. Gen.

Recorder, v. Et. Gen.

Recovery, in Jure Romano Evictio, verbatim Recuperatio, v. **Recover** in Et. Gen.

Reco sur disclaimer, Fr. G. *Droit sur disclaimeur*, est Actio contra eum qui Dominum suum abnegat, v. **Claim** in Et. Gen. & *Cowell.*

Redisseisin, Iterata Ejectio, v. **Disseisin** & **Seise** in Et. Gen.

Redoubours, Fr. G. *Redoubeurs*, Interpolatores, *à* verb. *Redouber*, Interpolare, Resarcire. Sic autem, parùm deflexo sensu, vocantur in Jure nostro qui Pannum, vel Vestes quas sciunt furto surreptas coemunt, & interpolatas & in aliam formam mutatas revendunt.

Reer County, v. **Rier County**.

Reeve, v. **Greve** & **Grave** in Et. Gen.

Refwund vel **Hrefwunt**, vox For. ant. AS. *ab* AS. Hpif, Hpipe, Venter, Alvus, & Wund, Vulnus.

Regarder *of the Kings forest*, q. d. Inspector Saltuum, qui sc. in cæteros Saltuum custodes Jus habet, v. **Regard** in Et. Gen.

Regrater, Interpolator, *à* Fr. G. *Re* & *Grater*, Scalpere, *Grateur*, Scalptor, sc. qui iterum Scalpit (i.e.) Polit vestes. *Minshew.*

Reif, apud *Skene* LL. *Alexandri* R. C. 2. paragr. 3. pro **Robbery**, *ab* AS. Reaf, Spolium, Rapina, Reapian, Spoliare, utr. *à* Lat. *Rapere*, hinc & **Reifers** pro **Robbers**.

Reins passe par le fait (i. e.) puriori linguâ Fr. G. *Rien passe par le fait*, verbatim nihil facto, vel revera accidit vel transiit.

Rejoinder, v. Et. Gen.

Rejourn, *à* Fr. G. obs. *Rejourner*, q. d. *Rediurnare* (i. e.) alium Diem dicere, iterùm Citare, v. **Journey**, **Journal** & **Adjourn** in Et. Gen.

Releas, v. Et. Gen.

Relief, Jurisconsultis nostris Relevium, vox etiam Fr. G. definitur *à Spelmanno* Munus Honorarium, Tributum, seu Præstatio quam vassallus novus plenæ ætatis, tempore mortis sui Antecessoris, Feodali suo Domino confert, ob hæreditatem adeundam, Lat. Susceptio dictum *à Relevando*, Fr. G. *Relever* ideò quòd per mortem Vassalli nuperi decidisse videntur terræ, vel Feodum in manus Domini, ideóque jacens appellatur, donec nunusculo hoc dato in memoriam subjectionis hæredi liceat, seu Vassallo novo, ea tollere & relevare, AS. Hepe-geat.

Remainder, v. Et. Gen. & *Cowell.*

Remembrancer, secundùm *Cowellum* in Jure Romano Memorialis, v. **Remember** in Et. Gen. & *Cowell.*

Remitter, *à* Fr. G. *Remettre*, Restituere, Reponere, v. *Cowell.*

Renant, v. anno 32. *Henr.* 8. Cap. 2. Vir. Rev. sagaciter, ut solet, putat mendum subesse, scribendum esse potiùs **Renient** (i. e.) Negans, part. verbi Fr. G. *Renier*, Negare vel Renegare.

Render, *ab* alt. **Render** in Et. Gen.

Repeal, v. Et. Gen.

Replevier, Nostris Jurisconsultis Replacitare,

placitare, (i. e.) iterum Causam dicere, v. **Plead** in Et. Gen.

Replevy, in Jure nostro est Pignore Vicecomiti dato bona sua ab alio invasa recipere; vel, ut *Spelman* exponit, rem apud alium detentam cautione legitimâ interpositâ Redimere, & Cautio hæc est Stipulatio in forma Juris adhibita de standO Juri, & sistendo se Foro, q. d. Lat. *Revadiare*, à *Re*, & Fr. G. *Plevir*, idem quod *Pleger*, in se Recipere, Fidejubere, v. **Pledge** & **Plevin**.

Repttsalls, v. Et. Gen.

Reprise, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, exponitur autem Sumtus aliquis, vel Pecunia annuatim soluta ex reditibus Prædii seu Manerii alicujus, à Fr. G. *Reprise* seu *Reprinse*, Resumtio, Repetitio, verb. *Reprendre*, Repetere, Resumere, hoc à *Re* & *Prehendere*.

Requests, *master of* **Requests**, *Spelmanno* Referendarius, seu Latiniùs Relator, Fr. G. *maistre de Requestes*, cujus munus est Supplicum preces Regi referre & exponere, q. d. Magister (i. e.) Inspector & Relator Supplicum libellorum, *vide* **Request** in Et. Gen.

Rescept of homage, pro **Receit**, v. **Receive** in Et. Gen.

Rescous, Fr. G. *Rescousse*, Captivi per vim Liberatio, à verb. *Rescourre*, vi Liberare, cujus Etymon v. voce **Rescue** in Et. Gen.

Reseiur, v. **Seise** in Et. Gen.

Reset, apud *Skene* Stat. *Wilhelmi* R. C. 7. paragr. 1. item **Resetter**, lib. 10. Maj. Reg. C. 26. Ex utroque contextu appellari videtur qui Proscriptum, vel ut nos loquimur Exlegem recipit (i. e.) hospitio excipit, à nostro **Receit** verbali verbi *to* **Receive**, quod v. in Et. Gen.

Resiance, vox ant. Fr. G. jam obsoleta, quæ Residentiam, seu continuam in loco aliquo Habitationem designat, hoc à verb. adhuc in usu *Rasseoir*, Residere, unde & Part. *Resiant*, Residens (i. e.) Habitator seu Incola.

Respit *of homage* (i. e.) Fidelitatis à Vassallis Domino personaliter præstandæ Dilatio, v. **Respit** in Et. Gen.

Ressemantise, *Skeneo* exp. Morbus Radicatus & Gravis, Maj. Reg. lib. 1. C. 8. Mirum sanè vocabulum, & quod tum ex longitudine tum ex typo, & sono Fr. G. originis esse videtur, fort. à Fr. G. *se Rasseoir*, Residere & *Manir*, Gausape, Teges, Tegmen, additâ term. *ise*, quæ qualitatem aut abstractum notat, q. d. morbus quo quis diu intra culcitam & sindones, seu Linteamina (i. e.) Lecto defixus jamdiu hæsit; vel simpliciùs à Fr. G. *Rasseement*, Mora sc. in Lecto.

Retailer, v. **Retail** in Et. Gen.

Retainer, in Jure nostro est Servus, non domesticus, qui intra ædes Domini habitat, sed qui ab ipso vestes donaticas, cum Insigni Gentilitio in singulos annos accipit, à verb. *to* **Retain**, quod translato sensu Conducere designat; hinc

* **Retaining Fee**, Honorarium seu Præmium Causidici Præcedaneum, seu Παλιγγενεσία, Auctoramentum quo clienti suo obligatur, ne adversarii causam agat, manifestè à nostro **Retain** (i. e.) merces Retinens, Obstringens & Devinciens clienti Patronum.

Retour *for* **Return**, apud *Skene* LL. *Rob.* 3. R. C. 1. paragr. 3. v. **Return**.

Return, secundùm *Cowellum* in Jure Romano Certificatorium (i. e.) ut *Spelman* explicat, Responsiones Vicecomitum aliorúmque Ministrorum, per quas curiæ redduntur Certiores, quid in executione ipsorum Brevium sit effectum, v. **Return** in Et. Gen.

Revells, v. **Revell** in Et. Gen.

Reward, idem quod **Regard**, quod v. in Et. Gen.

Ric, vetus vox AS. Belg. **Riick**, Teut. **Reich**, Regnum, omnia à *Regendo*.

Riens dans le garb, Fr. G. *Rien dans la Garde* (i. e.) Nihil intra Regionem, v. *Cowell* & **Ward** in Et. Gen.

Rier County, exp. Publicus aliquis Locus à Vicecomite præstitutus, ubi Pecuniæ Regi debitæ in manum Vicecomitis persolvendæ sunt, idque post conventum Comitatûs, à Fr. G. *Arriere*, Post, & **County**, *vide* **Arrears**, & **County** in Et. Gen. v. etiam *Cowell*.

Rimath, v. **Cyreath**.

Ring head, anno 43. *Eliz.* Cap. 10. videtur Machina quædam, quâ Pannifices pannos quæstûs gratiâ extendebant, lege interdicta, fort. à Capite, seu Extremitate Annulari, seu Annulo instructo; vel, quod probabilius, q. d. **Wring head**, quia pannum, trochleæ seu Equulei instar, distorquet & distrahit.

Riot, v. Et. Gen.

Ripiers, dicuntur qui pisces à littore marino ad interiores Regni partes convehunt, q.d. Lat. *Riparii*, *à Ripa* sc. maris.

Roberdsmen, anno 5. *Edw.* 3. Cap. 14. & anno 7. *Rich.* 2. Cap. 5. *Lambardo* exp. magni & potentes Latrones, Etymon patet, q. d. **Robbersmen** (i. e.) Viri Latrones quodam Hellenismo, ut Ἀνδρες λῃσταί.

Robert Hude, *chosing* **Robert Hude** *or* **Hood**, apud *Skene* lib. de Crimin. Capital. tit. 3. Cap. 12. paragr. ult. F. 141. p. 2. Fuit Lusus quidam lege interdictus. **Robertus** autem **Hood** fuit nobilis quidam olim Latro in confiniis Angliæ & Scotiæ, fort. in hoc sensu juvenes sibi eligerunt ducem seu Regem, qui omnia pro Imperio ageret, ut nostri Reges ludicri quos *Kings of the* **Rebels** appellamus.

Rodde, idem quod **Pearch**, Mensura sc. terræ, Lat. *Virgata* dicta, *vide* **Pearch** & **Rod** in Et. Gen.

Rod-knights, aliàs **Rad-knights**, *ab* AS. Rad, Rade, Equitatio, Iter Equestre, & Cniht, Servus, qui Feudum à Domino tenent sub conditione ipsum in Equis sequendi, Equites Beneficiarii.

Rogation week, in multis Angliæ provinciis **Gangweek**, Ambarvalia, tempus sc. quo solenni supplicatione, quam nunc Processionem vocamus, institutâ agros lustramus, iisque fœcunditatem apprecamur, tum etiam ad sacras Ascensiones, & Pentecostes ferias nos quasi præparamus, nimis manifestè *à Rogando*.

Roll, v. Et. Gen. *Master of the* **Rolls**, Præfectus Scriniorum.

Romescot, idem quod **Romescot**, *à* Rom, Roma, & AS. Feoh, Pecunia, Præmium, v. **Romescot**.

Romepenny, v. **Romescot**.

Romescot, q.d. Tributum Romanum, ab *Ina* Visisaxonum Rege institutum, aliàs **Peterpence**, quia Denarius à singulis domibus Papæ solvebatur, AS. Romscear, *ab* eodem Rom, Roma, & Scear, Pecunia, Collatio, Symbolum.

Romseath, vox occurrit in LL. *Henr.* 1. R. Cap. 11. sed ex contextu videtur perperam scriptum pro **Romescot**, quod v. suprà.

Rood *of land*, v. Et. Gen.

Rose tyle, aliàs **Greast tyle**, q.d. Fr. G. *Tuile de la Rosée* (i. e.) Tegula Roris, quæ sc. perpetuum Rorem & Imbrem stillat, Fr. G. autem *Rosée* pro *Rorée*, à Lat. *Rorata* & *Rorare*, facili literæ Caninæ in *s* transitu, formatum quis dubitet?

Rouge dragon, Fœcialis quidam, seu ut loquuntur, Pursuivandus, Fr. G. *Rouge dragon* (i. e.) Ruber Draco, *ab Henr.* 7. institutus, sic dictus, teste *Spelmanno à Draconе Rubro* clypeum illius Regis sustinentem.

Rouge crois, v. Et. Gen.

Roundlet, v. **Kundlet** in Et. Gen.

Rout, v. Et. Gen.

Rowing *of cloths*, anno 27. *Henr.* 8. Cap. 13. nescio an *à* Fr. G. *Rouer*, Versare, Rotare, *Roue*, Rota, fort. quia Rotâ circumductâ pannos complanare solebant.

Royalties, Jura seu Privilegia ampla, & splendida à Rege inferioribus Dominis concessa, quæ Regalia seu Jura Regia dicuntur, quia sunt Majestatis Regiæ Propagines quædam & ἀπόσπασμάτα.

Rudge wash'd Herfey, v. Et. Gen.

Rymmers about, videtur Vagabundi, apud *Skenæum* lib. de Crimin. Capital. tit. 2. C. 14. Paragr. 2. F. 135. p. 2. Videtur idem quod **Roamers**, v. **Roam** in Et. Gen.

S.

SAc, Sacha vel Socca, inquit *Spelman* est Jurisdictio, seu Jus quod Dominus habet in Curia sua de Causis Litibusque inter Vassallos, seu Beneficiarios suos exorientibus cognoscendi, *ab* AS. Sac, Sacha, Causa, Lis, Judicium, vel *à* Soc, Soca, Jurisdictio.

Sacchius cum brochiâ, apud *Bracton. Cowell* exponit Servitium seu Obligationem Beneficiarium suppeditandi Saccum & Verv in usum Regii Exercitûs, *à* Fr. G. *Sac*, Saccus, & *Broche*, Veru.

Sageman, vox occurrit in LL. *Henr.* 1. R. Cap. 63. *Spelman* optimè, ut solet, deflectit *ab* AS. Sage-man, Delator, *à* Saga, Dictum, Fabula, nec absurdum esset deducere, *à* Sac, Saca, Causa, Lis, & Man, q. d. Litis Intentator, Actor seu Accusator.

Sagler,

Sagler, exp. Apparitor, Accensus, *ab* AS. Sagol, Sagel Sahle, Baculus, Sudis, Fustis, quia Baculum sc. Magistratui præfert.

Sakebaron, exp. Judex, *ab* AS. Saca, Causa, Lis, Judicium, & Beopn, Satrapa, vel Wep, Vir, v. **Sake** & **Baron** in Et. Gen.

Sakeber, apud *Britton Cowello* exp. Bonis furto spoliatus, & deflectitur *à* Belg. **Seker**, Securus, & AS. Boph, Fidejussor; qui enim alium furti accusat Fidejubet, & solenniter spondet se causam in foro prosecuturum. Possem & non absurdè, aliquantò etiam simpliciùs, deducere *ab* AS. Sac, Saca, Lis, Querela, & Benan, Ferre.

Salet, *à* Fr. G. *Salade*, Cassis. *Cowell* deflectit *à Salute*, quia sc. Salutem (i. e.) Securitatem præstat. Eximius *Menagius* ex *Nicodio* deflectit *à* Lat. *Sila*, cujus hæc verba sunt, Silus appellatur Naso sursum versus repando, unde Galeæ quoque à similitudine Silæ dicebantur, hinc Silata, Selata, **Salade**, v. in Et. Gen.

Salmon fewse, exp. Fœtura seu Soboles Salmonum seu Acipenserum. *Cowell* dictum putat quasi **Salmons Issue**, nescio an potiùs *à* Fr. G. *Saumonneaux*, olim fortasse *Saumonceaux*, idem signante.

Salus, exp. Aureus quidam Nummus, qui tempore *Henr.* 6. in ea Galliæ parte quæ ab Anglis possidebatur invaluit.

to **Sarkle**, *à* Fr. G. *Sarcler*, Lat. *Sarrire*, *Sarculare*.

Sarpler, Pondus quoddam Lanæ, *à* Fr. G. *Sarpillere*, *Sarpilliere*, Segestre. Nescio an sic dictum *à Sarciendo*, *Consarciendo* seu *Consuendo* pilos, q. d. Sartipilarium.

Sauer de default (i.e.) Fr. G. *Sauver la Defaute* (i. e.) Excusare seu Salvare, Defectum seu Delictum.

Sauf Conduct, *à* Fr. G. *Sauf Conduict*, It. *Salvo Condotto*, q. d. Lat. *Salvus Conductus*, Commeatus, Publica Fides.

Saulscot, *Spelmanno* exponitur Animæ Symbolum, Tributum seu Collatio, quod sic dicebatur, quoniam pro Sepultura pendebatur, AS. Sapl-sceat, *à* Sapl, Anima, & Sceat, Collatio, v. *Spelman*.

Saunkfin, apud *Britton* est ubi Recta Linea successionis in Gente aliqua deficit, q. d. Fr. G. *Sang Fini* (i. e.) Sanguis Finitus.

Scabine, olim Judex, nunc Senator, Judicis Assessor, idem quod apud nos *Aldermannus*, Fr. G. *Eschevin*, *à* Teut. **Schöppe**, Belg. **Schepen** idem signante, hæc *à* Teut. & Belg. **Schaffen**, Agere, Operari, Curare, Administrare, Negotiari, qui sc. negotia publica administrat, v. *Spelman* voce *Scabinus*. Datur & Belg. **Schaffer**, **Schaffenaer**, Oeconomus, Curator, Dispensator, ejusdem originis.

Scavage, alio nomine **Shewage**, est Vectigal ab urbium & oppidorum præpositis exactum ob merces publicè ostensas, & venditioni expositas, q. d. Tributum Ostensorium, v. **Shew** in Et. Gen.

Sceatta, *Somner* in Glos. citat ex Chron *Joh. Bromton* LL. *Æthelstani* R. pag. 846. varios, ut ibi adnotat, sensus olim habuit: modò enim magnam Argenti Summam, modò parvum Nummum, putà Obulum, signavit, *ab* AS. Sceat, Pecunia, Collatio.

Sceithman, vocem citat *Somner* in Glos. ex Chron. *Joh. Bromton* LL. *Æthelredi* R. pag. 900. *ab* AS. Sceiðman, aliàs Scæg-ðman, interdum & Scæðman, Pirata, *à* Scæða, Fur, Latro, verb. Scæðan, Lædere, Nocere.

Scheavtoyng, idem quod **Scavage**, q. d. **Shewing money**, v. **Scavage** & *Somner* in Glos.

Schildernes, videtur Avis quædam ex genere Anatum, seu saltem aquatilium, apud *Skene* lib de Crimin. pecun. C. & tit. 3. paragr. 9. F. 139. pag. 2. Nescio an *à* Belg. **Schilderen**, Pingere, & **Neus**, Nasus, q. d. avis Naso depicto.

Schirman, AS. Scipman, vocem citat *Somner* in Glos. ex Chron. *Joh. Bromton*, pag. 762. LL. *Inæ* Vilisaxonum R. & idem esse dicit cum Scip-zepep, quod AS. Vicecomitem seu Proviciæ Præfectum vel Satrapam notat, q. d. Vir Provinciæ seu Comitatûs, v. **Shire** & **Man** in Et. Gen.

Schultis seu **Shultis**, Teut. **Schultheiss**, Prætor apud Germanos, *à* Teut. **Schuld**, Debitum, Officium, & **Heissen**, Mandare, Præcipere. Idem contractè Belgis vocatur **Schoutet**, quod tamen *Kilianus* vult deflexum *à* **Schouwt**, Speculator, Explorator, in LL. *Longobard.* **Sculdahis** appellatur. Occurit & eodem sensu AS. Sculðeta, hoc credo *ab* AS. Sceolðan, Debere; credo etiam nom. Scold & Sculd, Debi-

tum, & ꝑæcan, Jubere, Præcipere, omninò eâdem Analogiâ quâ Teut. **Schultheisz**, *à* **Schuld** & **Heissen**.

Scot, *ab* AS. Scot, Sceat, Symbolum, collecta, Collatio, Pretium, Scot ꝑpeoh, Asymbolus, Belg. **Schot**, Fr. G. *Escot*, Hisp. *Escote*, It. *Scotto*, Symbolum, Teut. **Schot en Lot**, Census, Vectigal, Tributum. *Spelman* deflectit *à* verb. **Shoot**, quòd sc. à pluribus in unum conjicitur, v. **Shoot**.

Scotall, secundùm *Spelman* est Computatio emungendæ pecuniæ gratiâ, vicinis Advenisque à quolibet exhibita, vel, ut *Cowell* definit, est ubi Minister aliquis, vel Officialis Saltûs Tabernam Cerevisiariam officii prætextu intra Saltum tenet, quam Saltûs accolæ, ut favorem ipsius demereantur, frequentant, & pecunias expendunt, quod Lege Saltuariâ damnatur, *à* Scot, Symbolum, & **Ale**, Cerevisia.

Scutage, AS. Scylðpenig, Tributum, quod è singulis Scutis (i. e.) Feodis seu Beneficiis militaribus exigi solebat.

Scyldwyt, vox occurrit in LL. *Henr.* 1. R. Cap. 38. fortean *ab* AS. Scyld, Scutum, & Wite, Mulcta, fort. Mulcta detrectatæ seu derelictæ militiæ.

Seauptwerpe vel **Seatwerpe**, exp. Jactura Maris, Naufragium, *a* **Wrack**, *ab* AS. Sæ, Mare, & Uppeoppan, Ejicere, Rejicere, *to Throw or Cast up*, hoc *ab* Up, Sursùm, & Weoppan, Jacere, q. d. maris Ejectamenta.

Seem of glass, Pondus vitri 120 libris constans, *ab* AS. Seam, Onus, Sarcina, v. **Seam** in Et. Gen. & Libellum *the Clerk of the market* dictum.

Segtage, exp. Tributum à Nave exigi solitum pro Statione seu sede in Portu, à Fr. G. *Siege*, Sedes.

Seignorie, Fr. G. *Seigneurie*, Dominium, *Seigneur*, Dominus, v. **Seigntour** in Et. Gen.

Seignourage, in LL. *Henr.* 1. R. Cap. 33. videtur idem quod **Seignorie**, quod *vide* suprà.

Seisin, *à* Fr. G. *Saisine*, Invasio, Possessio, *Saisir*, Invadere, Possidere, in Foro Rom. manus injicere, in Foro Attico Ἐπιβάλλειν τῇ χειρί.

Selion, v. Et. Gen.

Seneschall, v. Et. Gen.

Sergeant, v. Et. Gen.

Sergeanty, Servitium, Fr. G. *Sergentie*, q. d. Servientia, *vide* **Sergeant** suprà.

per **Serment nomee**, in LL. *Gul.* 1. R. Tit. 16. ni fallor, puriori Linguâ Fr. G. *par Serment Nommé* (i. e.) per Juramentum nominatim, *Serment* autem satìs manifestè contr. & corr. est *à* Lat. *Sacramentum*.

Serplaithe, **thzie Serplaithe** *of woull*, apud *Skene* lib. de Crimin. pecun. tit. 3. C. 9. paragr. 1. F. 140. pag. 2. ferè crediderim esse idem cum **Sarpler**, quod *vide*.

Several tayl, dicitur ubi Fundi seu Prædia duobus separatim hæreditario jure conferuntur, v. **Several** & **Entail** in Et. Gen. & **Tail** suo loco.

Several tenancie, nostris Jurisconsultis Tenura Separalis, est Actio seu Exceptio contra Formulam vel Breve Forense, utpote directum contra duos conjunctim, qui Jus divisum & separatum habent, v. **Several** & **Tenant** in Et. Gen.

Severance, est Separatio duorum vel plurium qui conjuncti sunt in Formula vel Brevi Forensi, q. d. *Separantia*, v. **Sever** in Et. Gen.

Sewer, v. Et. Gen.

Sewantly *woven*, anno 35. *Eliz.* Cap. 10. videtur ex contextu Commodè, Convenienter, ità ut omnes partes sibi invicem respondeant, credo *à* Fr. G. *Suivant*, part. verbi *Suivre*, Sequi, q. d. Consequenter, **Suitably**.

a **Sheeve** *of corn*, ni fallor, Mensura quædam frumenti, fort. *ab* AS. Sceoꝑan, Teut. **Schuyven**, Trudere, q. d. Mensura Contrusa, Conferta & arctè stipata, v. **Thrave** infrà, & **Sheaf** & **Shove** in Et. Gen.

Shiremote, AS. Scipemot & Scipe-ȝemot (i. e.) Conventus seu Comitia Comitatûs seu Provinciæ, nobis hodie **Assises** dicta.

Shock *of Corn*, Mensura frumenti, credo *à* nostro **Shake**, sc. Mensura quæ probè agitata est, ut frumentum descendat & consìdat.

Shorling & **Morling**, sunt vocabula, inquit *Cowell*, Pelles ovium distinguentia; **Shorling** enim significat Pelles quibus vellera è tergis ovium vivarum detonsa sunt, & **Morling** Pelles ovibus Mortuis detractas; illud *à* verb. *to* **Shear**, quod *vide* in Et. Gen. hoc quasi **Mortling**, *à* Lat. *Mortuus*, v. anno 3. *Edw.* 4. C. 1. & anno 4 ejusdem, Cap. 3. & anno 12 ejusdem, Cap. 5. & anno 14 ejusdem, Cap. 3.

Shyreeve-weke *of Winchester and of Essex*, anno

anno 21. *Rich.* 2. Cap. 10 & 11. Videtur autem **Shyreeve-weke** Vicecomitatum signare; **weke** enim terminatio ditionem alicujus magistratûs notat, ut apparet in **Watlywich**, &c.

Sib & **Som**, in LL. *Canuti* R. Cap. 17. *ab* AS. Syb, Sybba, Pax, & Som, Concordia, Securitas.

Sideman, v. Et. Gen.

Sithcundman, vox pura puta AS. inquit *Spelman*, est cujus munus fuit se in Profectione militari præbere Paratissimum, *Lambardo* & *Somnero* exponitur Custos seu Præpositus Paganus, Expeditionis Curator seu Profectionis Bellicæ Dux, vel *ab* AS. Siþ, Iter, Via, & Cund quod in terminationibus Genus notat, vel *à* Gesith, quod Bedæ Comitem vel Nobilem majorum gentium signat. *Somner* censet fuisse Virum Nobilem cujus munus fuit Centuriam, seu Hundredum in bello ducere, v. *Spelman* & *Somner* in Gloss.

Skall dzake, videtur Avis quædam apud *Skene* lib. de Crimin. pecun. C. & tit. 3. paragr. 9. F. 139. pag. 2. v. **Sheldzak** in Et. Gen. quod, ni fallor, idem sonat & eosdem natales agnoscit.

Skyvinage, exp. Destrictus seu Dominium ad Caletum pertinens, anno 27. *Henr.* 6. Cap. 2. credo q. d. Fr. G. *l' Eschevinage de Calais* (i. e.) Scabinatus seu Jurisdictio Caletana, v. **Scabine** suprá.

Slockster, vox apud solum *Gouldmannum* occurrit, & exp. Plagiarius, Ἀνδραποδιστής, nescio an, aliquantùm deflexo sensu, à Belg. **Slocker**, Helluo, **Slocken**, Vorare, Glutire, qui sc. alienos servos quasi deglutit (i. e.) avidè rapit.

Sloth *or* **Slouthound**, apud *Skene* lib. 4. Maj. Reg. Cap. 32. ni fallor, idem cum **Sloth-hound** vel **Slow hound**, quales sunt aliqui Canes valdè sagaces, & cursu durabiles licèt tardiores quibus Comitati olim fures insectari solebant, *ab* AS. Slæþ, Tarditas, v. **Slow** & **Sloth** in Et. Gen.

Sluse, v. **Sluce** in Et. Gen.

Smolts *or* **Smoults** *of Salmon*, v. *Skene* lib. de Crimin. Pecun. C. 1. p. 2. it. in lib. Quon. Attach. C. 87. paragr. 2. it. LL. *Rob.* R. C. 11. Videtur ex collatione horum contexuum inter se & cum aliis Piscículos signare, fort. *à* nostro **Small** quod *vide*, q. d. pisces Parvi.

Soc Soca, AS. Jurisdictionem notat, v. **Sac** suprá.

Soccage, *Spelmanno* Fr. G. *Heritage en Roture*, in LL. Neapol. Burgensaticum, est vel Liberum, vel Villanum aut Servile Liberum, quod, Tenurâ, ut loquimur, in capite lege abrogatâ, jam ferè solum eo nomine supereſt, & omnibus nobilibus commune est, est Jus tenendi Feoda, Prædia, seu Beneficia sub conditione Tributum certum Domino pendendi, sine ullis servitiis aut aliis oneribus; Soccagium autem Servile est Jus tenendi Fundos, sine scripto instrumento, vel Syngrapha secundùm consuetudinem Manerii, Prædii seu Dominii & Curiæ Dominicæ Archivas, & est idem, ni fallor, cum **Copiehold**. Vox oritur *ab* AS. Soc, Jurisdictio, Ditio, quia sc. tales Tenentes seu Beneficiarii, sub Jurisdictione Domini sunt in curiis Paganis **Court Leet** dictis, v. **Copiehold** & *Cowell*.

Sockman, qui Jure Soccagii Fundos tenet, v. **Soccage** suprá.

Socome, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, exp. Consuetudo molendi frumentum in Domini mola, credo contr. *a* **Soke Custom** (i. e.) Consuetudo Socæ Dominii seu Manerii.

Soke, v. **Soc** suprá.

Sokereve, apud *Fletam* significat Exactorem Tributorum Domini in Soca, Dominio seu Jurisdictione sua, AS. Socgepeja, *à* Soc, Jurisdictio, & Gepeja, Exactor, hoc à verb. Reapian, Rapere, Spoliare.

Solace, anno 43. *Eliz.* Cap. 10. puta Mangonium aliquod ex colore aliquo adulterino pannis addito ut pluris veneant, q. d. Solatium.

Solar, **Sollar** vel **Sollier**, ni fallor, ὑπερῶον, Cœnaculum seu suprema domûs Contignatio, *à* Fr. G. ant. *Solyer* idem signante; quæ vox licèt eo sensu apud *Cotgrav.* non compareat, occurrit tamen in Versione ant. Bibl. Fr. G. mihi à Doct. *Th. H.* communicata, utr. *à* Lat. *Solarium*, quia sc. Solis radios liberrimè excipit.

Solary, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, & exp. Tributum annuum Principi solutum eâ conditione, ut quis à publicis negotiis immunis sit, item Merces domûs conductæ, Ἐνοίκιον, **Rent**, priore sensu deflectit *à* Lat. *Solus*, q. d. Pretium Solitudinis, posteriori *à* *Solum* pro Terra, q. d. Merces seu Tributum annuum Soli seu fundi conducti.

Solnis,

Spelnis in lib. Cens. *Spelman* deflectit *ab* AS. Sul vel Sulh, Aratrum.

Sontage, olim Vectigal seu Tributum, ubi ex singulis Prædiis seu Feodis Equestribus 40 Solidi exigebantur, nescio an q. d. Tributum Sonticum (i. e.) grave & terè intolerabile; vel à Sumtu, q. d. Sumtuosum; vel, quod longè magis arridet, licèt non satisfaciat, *ab* ant. Teut. **Stud**, nunc **Geſind**, Familia, q. d. Tributum ex singulis familiis Equestribus exactum.

Sozneris, apud *Skene* LL. *Rob.* 2. R. C. 12. in tit. v. etiam lib. de Crimin. Capital. Tit. 2. C. 14. paragr. 1. F. 135. p. 2.

Sothale, idem quod **Scotall** suprá.

Southvicont, corr. *à* **Sub-vicount** (i. e.) Sub-Vicecomes.

Sowne, vox Fisco Regio peculiaris. Exponitur autem quod exigi, vel, ut loquuntur, Levari potest. *Spelman* deflectit *à* Lat. Barb. *Sonare*, quod in LL. Longobard. Inquirere designat. Suspicor autem ortum *ab* AS. Somnian vel Samnian, vulgatiùs Geſomnian & Geſamnian, Colligere, *ab* Adv. Some vel Same, Simul.

to **Spetr** *for* **Spy**, quod *vide*; *vide* & *Skene* lib. de Jure Camerarii, C. 7. paragr. 3. F. 156. p. 1. Hoc autem **Spire** proculdubiò immediatè deflectitur *ab* AS. Spyrian, Explorare, Scrutari.

Spigurnells, olim appellabantur Ministri quidam quorum munus fuit Brevia Regis sigillare, v. *Camden* in Paralipomenis tract. de Cognominibus, pag. mihi 126. Nescio an sic dictum, quasi **Sigournell**, per Epenthesin sc. *ẽ* p (i. e.) qui Brevia seu Mandata Regia sigillo ornavit.

Spinſter, sic in Jure nostro appellatur femina mariti expers, q. d. **Spinner**, quia sc. tales nendo occupatæ præsumuntur.

Squalley, anno 43. *Eliz.* Cap. 10. videtur ex contextu Vitium Pannorum, nescio an *à Squallore* sic dictum.

Stable ſtand, vox Juris Saltuarii peculiaris (i. e.) verbatim Stabilis Statio, vel Stans in loco. *Spelmanno* exponitur qui in saltibus Latibulum sibi elegit, ex quo feras commodè petat vel occidat, consisténtsque ibidem & arcu vel Balistâ armatus deprehenditur, v. *Spelman* & *Cowell*.

Stalkers, Retis genus, anno 13. *Rich.* 2. Stat. 1. Cap. 20. & anno 17. ejusdem, Cap. 9. nescio an *à* nostro *to* **Stalk**, ab altitudine sc.

Stallege, Tributum seu Pecunia pro loco in quo merces exponendæ sunt exactæ, *ab* AS. Stal, Statio, hoc contr. *à* Lat. *Stabulum*, quod primariò locum quo quis stat notat; *ab* eodem Stal ortum est & verb. Fr. G. *Eſtaller*, merces exponere, v. **Stall** in Et. Gen.

Stallanger, exp. qui Stationem seu, ut loquuntur, Stallum in nundinis seu foris habet mercium vendendarum gratiâ, *ab* AS. Stal, Statio.

Stanks, apud *Skene* LL. *Rob.* R. C. 11.

Stannerie, *the* **Stannaries** *in Cornwall*, *ab* It. *Stagnaria*, *Stannaria*, Fr. G. *Eſtaingnerie*, *Eſtainierie*, q. d. *Stannaria* (i. e.) Stanni Scaptensula, omnia *à* Fr. G. *Eſtain*, It. *Stagno*, & hæc *à* Lat. *Stannum*.

Staple, v. Et. Gen.

Statute Staple, est Recognitio Debiti solennis coram Prætore Stapuli seu Emporii, præsente etiam uno ex Constabulariis ejusdem, facta, Syngraphâ etiam traditâ, eâ lege, ut si Debitor intra definitum tempus debitum non solvat, Creditor tum Corpus, tum fundos & bona personalia Debitoris comprehendere & detinere Jure possit, nititur Stat. anni 27. *Edw.* 3. Cap. 9. v. **Staple** in Et. Gen.

Stenrerie, v. **Stannerie** suprá.

Sterling, v. Et. Gen.

Stilliard, v. Et. Onomast.

Stingis dint, vox For. ant. Scotica, *Skeneo* exp. Fustigatio, idem deflectit *ab* ant. **Sting**, Baculus, vel potiùs Aculeus, & **Dint**, Verber, potiùs Vestigium, seu Impressio Verberis, v. *Spelman*.

Straiſe, v. **Stray** in Et. Gen.

Straits, anno 4. *Edw.* 4. Cap. 1. videtur Panni genus, nescio an ab Angustia, seu minore præ reliquis pannis latitudine, sic dictum.

Strebzech vel **Sterbzech**, exp. Viæ Fractio, Aversio, Obstructio, Diminutio. *Spelman* flectit *ab* AS. Stre, Via, & Bryce, Fractio; Stre autem hoc sensu nusquam occurrit. Mallem igitur substituere AS. Streo vel Strære, quod eò fidentiùs fecerim, quòd **Strebzeche** eodem, ut quidem videtur, sensu invenitur in LL. *Henr.* 1. R. Cap. 10.

Streme works, anno 27. *Henr.* 8. Cap. 23. videntur ex contextu Scaptensulæ quædam Stannariæ in agro Cornub. nescio an sic dictæ quia instar alveorum fluviorum in longos, sed sinuosos canales excavantur, v. **Stream** & **Work** in Et. Gen.

Stret-

Stretbzeche, v. **Strebzech** suprà.

Strip, *or* **Strop** *and* **Mast**, v. **Estreapment & Strip** in Et. Gen.

Stude, videtur Pulities equorum apud *Skene*, parùm deflexo sensu, *ab* AS. Stod-myra, Equa ad fœtum.

to **Sue** *in law*, in Foro Rom. Litem intendere, Lege postulare, Actionem instituere; in Foro Attico Διώκειν καὶ δίκην, λαγχάνειν δίκην, *à* Fr. G. *Suivre*, Sequi, *je Suis*, Sequor, hæc proculdubiò *à* Lat. Barb. *Sequere* pro *Sequi*.

Sumage, exp. Vectigal pro Vectura in Equo, *à* Belg. **Sommie**, It. *Soma*, *Salma*, omnia *à* Gr. Σάγμα, Sarcina.

Suit, v. Et. Gen.

Sur *cui in vita*, Formula Forensis, *à* Fr. G. *Sur*, Super, & alia Formula quæ dicitur *cui in vita*, v. *Cowell* & *Fitzherbert* in Nat. Brev. fol. 193.

Surcharger *of the* **forest**, dicitur qui plura animalia agro Compascuo immittit quàm lex præscribit, v. **Forest** & **Surcharge** in Et. Gen.

Sur tut jur, LL. *Gul.* 1. tit. 16. Si quid ex tanta barbarie expiscari liceat, credo signare idem quod nunc Fr. G. *Sur son propre ferment* (i. e.) verbatim Super proprio Juramento vel Sacramento.

Surplisage, idem quod **Surplus**, quod v. in Et. Gen.

Surrejoinder, v. **Surjoinder** in Et. Gen.

Surfise, **Supersise**, anno 32. *Henr.* 8. Cap. 48. Mulctæ genus in Castello Dubris iis infligi solitum, qui debita Tributa non solvebant, *à* Fr. G. *Surseoir*, Cessatio, hoc *à* verb. *Surseoir*, Supersedere, Intermittere, Cessare, q.d. Mulcta omissi Vectigalis.

Survelour, v. **Survey** in Et. Gen.

Survivour, v. **Survive** in Et. Gen.

Suspiral, exp. Fistula Subterranea ad Cisternam ducens, *à* Fr. G. *Soupiral*, *Soupirail*, Suspiraculum vel Spiramentum Cavernæ vel Aquæductûs.

Swainmot, verbatim Conventus seu Curia Rustica, nobis usitatiùs Curia Saltuaria, quæ ter singulis annis tenetur seu convocatur, ad cognoscendum de rebus & delictis in Saltu accidentibus, *à* **Swain**, Rusticus, & AS. Mot, Gemot, Conventus, v. **Swain** & **Foot-hall** in Et. Gen.

Swaling vel **Suling**, exp. tantum terræ, quantum ad unius aratri annuum pensum sufficit, vel, ut loquuntur, Hida seu Carrucata, *ab* AS. Sul, Sulh, Aratrum.

T.

Tail, **Fee in Tail**, Fr. G. *Fief Taillé*; *à* verb. *Tailler*, Scindere, Definitur *à Spelmanno* Feodum seu Beneficium, quod ità amputatur & rescinditur, ut ad nullos transeat hæredes, nisi à corpore certæ alicujus personæ emanantes; exclusis intereà non solùm aliis consanguineorum ramis, sed & fratribus ejusdem, ipsísque interdum filiis ab uxore altera procreatis, v. aliud Etymon voce **Entail** in Et. Gen.

Tailage *or* **Tallage**, *à* Fr. G. *Taille*, Census seu Tributum quod viritim exigitur, hoc *à* verb. *Tailler*, Scindere, sic dictum, inquit *Spelman*, quod è cujuslibet facultatibus abscinditur, notiori ideò vocabulo apud Belgas Excisa, apud Hibernos *a* **Cutting** appellatum; vel quòd olim cujusque Portio lignis Incidebatur. *Minsh.* deflectit *à* Gr. Τέλος, Tributum, quod tantùm pro Allusione admittendum est.

Taint of blood (i. e.) *when a mans* **blood** *is* **Tainted**, dicitur ubi Nobilis aliqua Gens propter admissum atrocius crimen Dehonestatur, & quasi gradu dejicitur; Nobiles enim propter hujusmodi crimina capite minuuntur, *à* verbo *to* **Taint**, q. d. cujus sanguis notâ infamiæ infectus est, v. **Taint** & **Attaint** in Et. Gen.

Tak their Teynds, *in* **Tak** *and* **Assedation**, apud *Skene* LL. *Davidis* 2. R. C. 42. paragr. 3. Nescio an sic exponi possit textus si quis Impediat eos, sc. Ecclesiasticos, decimas suas elocare, ubi fort. **Teynds** pro **Tenths**, Decimas, & **Tak** pro *Taxa à Taxando* usurpari videtur, licèt in tam obscuro textu nihil temere affirmaverim.

Tallymen, sunt qui absentibus quibusdam è 12 viris Juratis ad supplendum numerum substituuntur, tanquam Succedanæi (i. e.) Tales de Circumstantibus evocati quales absunt.

Talshide, v. **Talwood** infrà.

Talwood *or* **Talshide**, anno 34. & 35. *Henr.* 8. Cap. 3. & anno 7. *Edw.* 6. Cap. 7. & anno 43. *Eliz.* Cap. 14. Ex omnibus his Statutis simul collatis videntur Lignum Cæduum focis destinatum signare, illud *à* Fr. G. *Tailler*, Scindere, hoc *à* nostro **Shide**, Segmentum, Schidium

dium (i. e.) Lignum quod lege ad focorum usum cœdi potest, v. Hyde in Et. Gen.

Tanistry, Consuetudo quædam apud Barbaros Hibernos; Apud eos enim qui vel Clientelis vel Astutiâ plurimum pollebat Principatum, licèt non sanguine proximus, arripuit; nisi, quod suspicor, Hibernicæ sit originis, satis proclivis sum ut, cum Authore Dict. Angl. deflectam *à* nostro **Thane**, quod *vide*.

Tartaron, anno 4. *Henr.* 8. Cap. 6. videtur Serici confecti, seu Panni subtilioris & pretiosioris genus, nescio an *ab* urbe Ducatûs Mediolanensis Dertonâ, Straboni *Tortonâ*, unde primitùs advectum est, corruptum.

Taselis, anno 4. *Edw.* 4. Cap. 1. Dipsacus, Carduus Fullonum, nobis **Teasel**, v. *to* **Tease** in Et. Gen.

Tauich, Tauch, *or* **Tallon**, fort. pro **Tallow**, apud *Skene* lib. de Crimin. nec Cap. nec Pecun. C. 21. paragr. fol. 152. pag. 1. it. lib. de Jure Camerarii, C. 22. paragr. 4. fol. 153. p. 1. v. **Tallow** in Et. Gen.

Team, aliàs **Theam**, *Skenæo* **Thame**, exp. Privilegium habendi Mancipia seu Villanos. *Cowell* deflectit *ab* ant. **Thane**, AS. Þegn, Servus. Mallem cum *Somnero* deducere *ab* AS. Team, Soboles, Progenies, q. d. Mancipiorum Propago seu Soboles, v. *Cowell* & *Somner* tum in Dict. tum in Glos.

Teinland *or* **Theinland**, q. d. Terra Thani (i. e.) Terra Libera hæreditaria, Colonorum servituti non obnoxia, v. **Thane** & *Spelman*.

Templers, Equites Templarii, Fr. G. *Templiers*, It. *Tempieri*, *à* Fr. G. *Temple*, It. *Tempio*, Templo sc. Hierosolymitano, quod hi Equites contra Allophylos defenderunt, v. *Spelman*.

Tenant, v. Et. Gen.

Tendebeued, Tenth-heued, vel **Tenheued**, apud *Minsevum* q. d. AS. Tien Heopod (i. e.) Decuriæ Caput, Decurio, v. **Ten, Head**, & **Head Borough**.

Tending penny, vel rectiùs **Tithing penny**, exp. autem Pecunia quam Subsidii causâ Vicecomes ex singulis Centuriis comitatûs sui exigebat, v. **Tithe, Penny**, & *Spelman*.

Tenement, v. Et. Gen.

Tenmentale vel **Tenmantale**, AS. Tienmantale, Decuria, *à* **Tithing**, *ab* AS. Tien, Decem, Man vel Men, & Tale, vel Getal, Numerus.

Tenure, v. Et. Gen.

Terce, in Jure Scot. apud *Skene* passim pro Triente bonorum aut Fundorum uxori post mariti mortem debito, *à* Fr. G. *Tiers*, Triens, *la Tierce partie*, Tertia pars seu portio, omnia *à* Lat. *Tertius*.

Termond land, in Hibernia exp. **Glebeland**, item **Termoners**, Coloni Ecclesiastici. Etymon non reddit *Spelman*, flecti fort. posset *à Terra* & *Monachis*, q. d. Terra Monachis addicta; nisi, quod facilè suspicor, Hibernicæ sit originis.

Termor, est qui Fundos possidet in certum Terminum annorum, vel quamdiu vixerit.

Terretenent (i. e.) Terræ Tenens, qui Fundum actu occupat & possidet.

Thane, v. Et. Gen.

Theam, v. Team suprà.

Thefthote, Compensatio Furti, *à* nostro **Theft**, AS. Þeoꝼ ðe, Furtum, & Bote, Compensatio.

Thegn, v. **Thane**.

Then, apud *Fletam* Servum notat, & est vox pura puta AS. unde & verb. Denian, Ministrare, Servire, *vide* **Thane**.

Thingus, apud *Crompton* in Jurisdict. pro **Thane** vel **Thegn**, Miles, Servus, præsertim Regis, Regis liber Vassallus, seu Beneficiarius, v. **Thane** in Et. Gen.

Thitle, v. *Skene* lib. de Cur. Baron. C. 48. it. **Thirlage** C. sequenti; videtur ex contextu Præjudicium aliquod, quo sc. Jus quo quis fundos possidet in controversiam venit, non parùm detorto sensu, *ab* AS. Þiplian, Perforare.

Tholtes *or* **fish**, anno 22. *Edw.* 4. Cap. 2.

Tholl, Lat. Barb. *Tholonium*, exp. Libertas Emendi & Vendendi in terra sua. Credo potiùs idem quod Telonium, Lat. Barb. *Thelonium* (i. e.) Tributum seu Vectigal, idem quod **Toll**, quod *vide* in Et. Gen.

Thrave *of Corn*, anno 2. *Henr.* 6. Cap. 2. Mensura Frumenti, *ab* AS. Þpapian, Urgere, Cogere, Stipare, q. d. Mensura Stipata & Conferta.

Thrie with haw an man, in LL. *Sancti Edw. Conf.* & *Wilhelmi* 1. RR. exponitur Trium noctium Hospes; Lege enim priscâ AS. si quis per tres noctes Hospitem exciperet, quodcunque postea crimen Hospes perpetravit, id ædium domino imputabatur, quia pars familiæ censebatur. Nescio an *ab* AS. Þpiꝺ, Tertius, Wiꝺ, Cum, Þapan seu Þapian, Favere, & Man (i. e.)

Vir

Vir cui sc. jam per tres noctes pater familiâs favit, sc. eum hospitio excipiens.

Thrid Borough, vel **Third Borough**, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, & exp. Decurio, idem quod **Head Borough**. Sed credo Authorem, quod ipsi rarum non est, hallucinatum esse; **Thrid Borough** enim videtur Tertium ordine ex Decuria Fidejussorem signare, *ab* AS. Þriþ, Tertius, & Borh vel Borge, Vas vel Fidejussor, v. **Frank-pledge**, & **Fridorg** vel **Frodorg**.

Thrimsa, Nummus antiquus Anglo-Saxonicus tribus solidis constans, Germanico Guldeno prorsus æquivalens, *ab* AS. Þreo, Þri, Tres, q. d. Lat. *Ternio*, Gr. Τειὰς, v. *Cowell* & *Somner* in Glos.

Thungreve, *Spelman* deflectit *ab* AS. Þung vel Þing, Pars Provinciæ, item Curia minor, *ab* alt. Þing, Causa, sed vox hoc sensu non occurrit. Melius igitur, ut mihi quidem videtur, deducit *ab* AS. Tun, Oppidum, Urbs, & Gepera, Comes, Præfectus, q. d. Urbis Præfectus, ut Teut. **Burg-graff**.

Tilsen of satten, anno 1. *Henr.* 8. Cap. 14. idem quod **Tinsell**, quod Vestes argento intextas designat. Metathesis sanè satis facilis est, & hoc eo probabilius est, quòd *Cloth of Silver*, immediatè præcedit nostrum **Tilsen satten**, sc. Tramosericum argento fulgens.

Tine or amit (i. e.) *forfet her Dowry and Tynsell of Dowry*, videtur Dotem Amittere, Dotis Amissio, *ab* AS. Tynan, Claudere, Obsepire. Hinc & passim *Tinsell* pro *Forfeiture*.

Skene Reg. Maj. 2. C. 17.

Tithing, *ab* AS. Teoþing, Teoþunge, Decuria, Decemviratus, hoc à Teoþa, Decimus, Teoþian, Decimare, hinc & Teoþing-Ealdop, Decurio Decanus, v. **Frank-pledge** & **Fridorg**.

Tocher, exp. Dos à parentibus filiæ nuptum elocatæ data, *a* **Portion**, v. *Skene* Reg. Maj. lib. 2. Cap. 10. *ab* AS. Tæcan, Betæcan, Tradere, Assignare.

Toft, v. Et. Gen.

To longe *and* **to bred** (i. e.) **Too long** *and* **too broad**, v. *Cowell*.

Toll *or* **Tole**, anno 8. *Henr.* 6. Cap. 9. exponitur *Tollere*, à quo proculdubiò mediatè, *quibus* autem *a* Fr. G. *Tollir* ortum ducit.

Tolbaith, nobis **Tollbooth**, Teloneum (i. e.) locus ubi Telonæ seu Publicani sedent, *Skene* lib. de Crim. Capital. Cap. 1. paragr. 11. v. **Tollbooth** in Et. Gen.

Toll, est Formula Juris quâ Actio, Lis seu Causa in Curia minori, *Court Baron* dicta, provocatione factâ in curiam comitatûs transfertur, *Cowell* deflectit *à* verb. *Tollere*, quia sc. à Curia minori Tollitur seu aufertur.

Tonnage, est Vectigal ex singulis Tonnis seu Doliis mercium, vel *ab* aliis gentibus ad nos, vel à nobis ad alias transvectarum exactum, v. **Tun** in Et. Gen.

Torte, apud *Skene* LL. *Rob.* R. C. 16. paragr. 3. *à* Fr. G. *Tort*, Injuria, res Iniqua, hoc *à* Lat. *Tortus*; Tortus enim seu Distortus Recto opponitur, v. **Wrig** & **Wrong**.

Toschroderach, *Skenæo* exp. *an Officer or Mair of Fie*, Maj Reg. lib. 1. Cap. 6. Nisi vox Scoto-Hibernicæ originis sit, quod sanè ex immani Κακοφωνίᾳ suspicor, satis proclive est deflectere *ab* AS. To-Sceadan, Dirimere, Discernere, quod sanè Magistratûs seu Judicis munus est, hoc *à* præp. **To** & Sceadan, Distinguere, Dividere, unde Belg. **Scheyden**, quod idem signat, & inde **Scheyd man**, Arbiter, Disceptator, Sequester.

Totted, anno 42. *Edw.* 3. Cap. 9. Debitum dicitur **Totted**, quod Rationarius Fisci tanquam verum Debitum adnotat, subscribendo hoc vocabulum **Tot**, q. d. *Tot* pecuniæ Regi debentur.

Tournois, Nummus quidam Gallicus, vox pura puta Fr. G. q. d. Nummus Tornacensis, *à Tornaco*, Fr. G. *Tournay* urbe Flandriæ Gallicæ satis celebri.

Tout temps prist & Uncore est, in puriori lingua Fr. G. *Tout temps prest & Encore est* (i. e.) semper Promtus seu Paratus, & adhuc est, sc. Debitum solvere, ubi sc. Debitor se nunquam Debiti solutionem refugisse asserit.

Traile Baston, vel **Trial Baston**, *vide* **Baston**.

Trait, *Bread of* **Trayt**, fort. q. d. **Treat**, (i. e.) panis delicatior quo hospites accipimus, v. *Skene* lib. de Jure Camerarii, C. 9. paragr. 4. F. 150. p. 2.

Traverse, in Jure nostro videtur significare Delictum, de quo aliquis accusatur abnegare, & Actorem ad probandam suam accusationem provocare, *à* Fr. G. *Traverser*, Intercipere, Transcurrere, Transire.

Treasurer, v. **Treasure** in Et. Gen.

Treasure Trove, puriori linguâ Fr. G.

Treſor Trouvè (i. e.) Theſaurus Inventus; *Trouve* autem eſt Part. verb. *Trouver*, Invenire, quod, ni fallor, *à* Teut. **Treffen**, Tangere, Attingere, ortum ducit; quod eò veriſimilius fit, quòd antiqui ſemper *Treuver* ſcripſerunt.

Treat, *Cowell* exponit Exemtum ſeu Subductum, & deflectit à Fr. G. *Traire*, Emulgere, hoc *à* Lat. *Trahere*.

Trebuchet, vox quæ occurrit in ſolo libro *Clerk of the market* dicto, ni fallor, idem cum **Tumbzell** vel **Cucking-ſtool** (i. e.) Sella Urinatoria, ſeu Demerſoria, clamoſarum apud nos mulierum Supplicium, *à* Fr. G. *Trebuchet*, Decipula, Tendicula, Foſſa Excavata & Contecta in quam feras compellimus; *à* verb. *Trebucher*, It. *Trabocare*, Impingere, Ceſpitare, Delabi, Decidere, hoc, præſertim It. *Trabocare*, à præp. *Tra* pro Ultra, & *Bocca*, Os; Metaphorâ à Liquoribus ſumtâ, qui ſc. ubi ultra vaſis os intumuerint, ſtatim defluunt & decidunt; *Bocca* autem ſatis manifeſtè *à* Lat. *Bucca* per Synecdochen ortum ducit.

Treſpaſs, *Action of* **Treſpaſs**, Actio, ni fallor, Injuriarum, v. **Treſpaſs** in Et. Gen.

Treſwell, aliàs **Treſwell** *of double ſhoes*, anno 1. *Jacob.* Cap. 22. Neſcio an *à* Fr. G. *Entreſoles*, It. *Traſuole* (i. e.) quod inter Soleas inſutum eſt.

Trial, Cognitio ſeu Diſceptatio Litis, v. **Try** in Et. Gen.

Trigild, potiùs **Thzigild**, exp. Tripla Compoſitio vel Solutio, *ab* AS. Ðpy, Tres, & Gild, Solutio pecuniæ.

Tribing vel **Tritbing**, exp. Tertia pars Provinciæ, *ab* AS. Ðpi, Tres, q. d. Provinciæ Triens.

Trintumgeld, vel potiùs **Thrintumgild**, exp. grandis Delicti Compenſatio, quæ non abſolvitur, niſi ter novem gildis (i. e.) Solutionibus, *ab* AS. Ðpi-nizon-gild (i. e.) Ter-nona-ſolutio.

Trinks, Retis genus, anno 2. *Henr.* 6. Cap. 15. Neſcio an *ab* AS. Ðpingan. Teut. **Dzingen**, Premere, Urgere, Cogere, hæc enim Retia per maximam anni partem prohibentur, eò quòd nimiam piſcium copiam confertim in ea irruentium intercipiant; vel fort. ab aliqua ſimilitudine veli altiſſimi navis, quod Fr. G. *Trinquet*, It. *Trinchetto* dicitur.

Tritis vel **Triſtis**, vox Saltuaria; quæ in Chartis Regiis privilegium innuit, quo qui dònatur liber eſt ab obſequio præſtando Domino foreſtæ venationi incumbenti, utpote qui nec canes ducere, nec feras perſequi, nec diſtinatâ aliquâ ſtatione tranſeuntes tenetur expectare; hæc *Spelman*, quem miror, tantum virum, Etymon nec tentâſſe. Neſcio an deflecti poſſit *ab* AS. Ut-Ridan, Fr. Th. **Ritan**, foràs Equitare, hujuſmodi enim clienti permiſſum eſt, etiam cum Dominus ſaltum perluſtrat, foràs abire, & voluptatibus ſuis vacare.

Tronage, exp. Vectigal pro Ponderatione mercium pendi ſolitum, Fletæ *Trona* exponitur Statera, neſcio an *à* Belg. **Dzonen**, **Dzeunen**, Nutare, Vacillare, Vibrare; Statera enim dum merces penduntur huc illuc, præſertim initio, vacillat.

Trover, v. **Treaſure Trove** ſuprà.

Troy weight, v. Et. Gen.

Truzies, Struiks *or* **wounds**, *Skene* Maſ. lib. 1. C. 3. Neſcio an *à* Belg. **Tupl**, Labor, & ſecundariò fort. Dolor, ut Gr. πόνος, & term. Scotis valde frequenti ꝛc.

Tumbzell, idem quod **Cucking-ſtool** (i. e.) Sella Urinatoria ſeu Demerſoria, clamoſarum apud nos mulierum Supplicium, *à* Fr. G. *Tomber*, Cadere, Decidere, hujus Etymon v. in Et. Gen. voce **Tumble**.

Tungrave, v. **Thungrove** ſuprà.

Turbary, v. Et. Gen.

Turkins, Panni genus, credo ſic dicti, à colori cæruleo quo tingebantur; *Turchino* enim Italis Cæruleum notat, v. anno 1. *Rich.* 3. Cap. 8.

Turney, v. **Turnament** in Et. Gen.

Twain nithes geſt, exp. Hoſpes duarum noctium, qui ſc. crimen aliquod perpetrâſſet, illud non Patri familiâs, qui illum hoſpitio excepit, imputabatur, ſin manſiſſet per tres noctes, quicquid facinoris admiſit, id totum Pater familiâs luit, AS. Tpa vel Tpe-gen-nihter-gerc.

Twelfhynd, vocem citat *Somner* in Gloſs. ex Chron. *Joh. Bromton* LL. *Ælfredi* Viſiſaxonum R. p. 823. (i. e.) ſecundùm Cenſum Anglo-Saxonum, qui 1200 ſolidos in opibus habuit, à Tpelf, Duodecim, & Hund, Centum, v. *Somner* in Gloſs.

Twigild, Dupla Solutio vel Pecunia; *ab* AS. Tpy, Duo, & Gild, Solutio vel Pecunia.

Twyhind vel **Twyhindman**, exp. is qui in æſtimatione Capitis 200 ſolidis cenſetur, *ab* AS. Tpy, Duo, & Hund

vel

vel Þýnd, Centum, hinc apud Anglo-Saxones infimus ordo Capite Censorum fuit, v. **Twelf-hynd** suprà & *Spelman.*

Tyhthfig, vocem citat *Somner* in Gloss. ex Chron. *Joh. Bromton* pag. 926. & exponit Accusationibus implicatum, *ab* AS. Týht, Accusatio, & Byrig, Occupatus.

Tyniber *of Conie-skins and Grays*, 40 pellibus constat, *à* Fr. G. *Timbre* idem significante, sic enim *Timbre de Martres* usurpatur.

Tyne *his court*, apud *Skene* lib. Quon. Attach. Cap. 8. paragr. 6. *ab* AS. Týnan, Claudere, & secundariò Jure Dicasterii, seu ut loquimur tenendæ curiæ, Cadere, *to Forfet his right of Keeping Court*, v. alt. **Tine.**

V.

VAccarie, aliàs **Vacharie**, *à* Fr. G. *Vacherie*, It. *Vaccaria*, Bovile, Stabulum Vaccarum, vox occurrit apud *Fletam* & *Crompton.*

Valour of marriage, est Actio quâ Dominus matrimonii (i. e.) Dotis Valorem Jure petit à pupillo cui commodum, & non dispar conditioni suæ connubium obtulit, Fr. G. *Valeur de Mariage* (i. e.) Conjugii Valor, *vide Cowell.*

Vandy, v. **Wandy.** Sic enim scribitur in alio & meliori exemplari, nescio an *à* Fr. G. *Esvanoüi*, Evanidus.

Vanter, Lat. Barb. *Vantarius* & *Vatarius*; exponitur Regis Satelles quæ cæteros prægreditur, q. d. Fr. G. *Avantier*, *à* Præp. *Avant*, Ante, vel *à* verb. *Avancer*, Progredi.

Vassal, v. Et. Gen.

Vavasour, v. Et. Gen.

Veiours, Fr. G. *Voyeurs* (i. e.) Visores, Supravisores seu Inspectores, *à* verbo *Veoir*, Videre.

Venew, exp. Vicinitas, locus Vicinus, seu Regio Vicina, credo *à* Fr. G. *Venüe*, Adventus, Appropinquatio, vel potiùs *à Visne*, Fr. G. *Voisine*, Vicinia.

Vennells, apud *Skene* lib. de Jure Camerarii, Cap. 39. paragr. 7. F. 155. pag. 1. Nescio an (nam in difficilibus omnibus me destituit *Skeneus* voces pro instituto suo non exponens) *à* Lat. *Venula* vel *Venella*, sc. Vena aliqua aquæ seu Fons.

Verderour *or* **Verdour**, *Skeneo* LL. *Wilhelmi* R. Cap. 12 **Viriderer**, it. **Viriderer**, Cap. 13. Custos saltûs, *à* Fr. G. *Verd*, Viridis, q. d. Viridarius (i. e.) Graminis, & Arborum Virescentium Conservator, vel quod mihi magis arridet, quia longè simplicius *à* nostro **Warder**, quod Custodem notat, v. **Ward** in Et. Gen.

Verdict, v. Et. Gen.

Verdour, v. **Verderour** suprà.

Verge, v. Et. Gen.

Vergelt, apud *Skene* pro **Weregild**, quod v.

Verger, v. Et. Gen.

Vert, in LL. Saltuariis est quicquid in Saltu solium Viride quo fera contegi, seu abscondi potest gerit, *à* Fr. G. *Verd* seu *Vert*, It. *Verde*, omnia contr. *à* Lat. *Viridis.*

Vervise, genus Panni, anno 1. *Rich.* 3. Cap. 8. In hoc Statuto cum Pannis **Plonkets** dictis confunduntur, nescio an *à* Fr. G. *Vert*, Viridis, & *Vis*, Visus, & secundariò Externa Facies, seu Superficies, fort. à colore Viridi quo tingebantur.

Vesses, genus Panni, anno 1. *Rich.* 3. Cap. 8. & annis 14. & 15. *Henr.* 8. Cap. 11. Nescio an *à Vescia*, Campaniæ Italicæ oppido, quod fort. olim hujus panni opificio claruit; vel *ab* aliquo cui nomen *Vesey* fuit primo hujus panni Artifice.

Vesture *of an acre of land*, Proventum seu Fructum agri significat, anno 14. *Edw.* 1. Stat. 1. & anno 13. *Edw.* 1. C. 25. *à* Fr. G. *Vesture*, Vestis, Vestimentum, elegans sanè Metaphora; Ager enim Proventu suo, putà Gramine, Segete & Arboribus, convestitur.

Vicounties, dicitur quod ad Vicecomitem spectat, *à* voce **Vicount**, quod v. in Et. Gen. q. d. Res Vicecomitalis; **Vicount** autem statim à Normannorum ingressu, & aliquot inde sæculis non titulum honorarium inter Baronem & Comitem medium, sed Comitatûs Procuratorem, & Præfectum, quem nos **High Sheriff** appellamus, signavit.

Vierge, idem quod **Verge**, quod v. in Et. Gen. v. & libellum *Clerk of the market* dictum, pag. 117.

View of Frank-pledge, nostris Jurisconsultis Visus Franci Plegii (i. e.) Liberi Vadimonii; Vicecomes olim in singulis comitatûs Curiis seu Conventibus inquirere in omnes, qui jam ad legitimam ætatem pervenerunt, & ipsos

Sacramemto Pacis Regiæ conservandæ adactos Decuriæ alicui adscribere tenebatur; nomen adhuc manet, res ipsa obsolevit, v. Frank-pledge & Frithborg.

Villein fleeces, anno 31. *Edw.* 3. Cap. 8. exponitur Vellera à Scabiosa ove detonsa, *à* Fr. G. *Vilain*, *Vilein*, Vilis, Sordidus, q. d. Vellera Vilia & Sordida.

Villenage, Jus Mancipii Rustici seu Villici (i. e.) Jus tenendi fundos omnino ad arbitrium Domini, v. **Villain** in Et. Gen.

Visne, exp. Vicinetum (i. e.) Regio Vicina, *a* Fr. G. *Voisine* idem signante, *Voisin*, Vicinus.

Victeler, Victuum Caupo seu Institor, q. d. Lat. *Victualarius*, v. **Victuals** in Et. Gen.

Umple, anno 3. *Edw.* 4. Cap. 5. Author Dict. Angl. exponit **fine Lawn** (i. e.) Telam seu Byssum subtilissimum, nescio an *à* Fr. G. *Ombelle*, Umbella, seu parva Umbra; hæc enim Tela ratione tenuitatis minimam & exilissimam umbram jacit.

Uncuth gest, in Jure AS. contradistinguitur *cũ* **Agenhine**, qui enim in aliena domo, non ultra duas noctes commoratus est, AS. Uncuð (i. e.) Incognitus appellatur, & ipsius crimina, liqua patraverit, Patri familiâs non imputantur, sin tres noctes inibi manserit, Domesticus censetur, & omnia ejus commissa à Patre familiâs compensantur & expiantur, v. **Agenhine** & **Hogenhine**.

Ungeld, vocem citat *Som.* in Glos. ex Chron. *Joh. Bromton* LL. *Ethelredi* R. pag 900. AS. credo, Ungild. Exponitur Insolutus (i. e.) pro cujus nece Wera seu Compensatio Pecuniaria pro more illius sæculi non solvebatur, *ab* **Un** Neg. & Gilban, Solvere.

Ungilda agere, vocem citat *Somner* in Glos. ex Chron. *Joh. Bromton* p. 898. LL. *Æthelredi* R. dicitur de eo qui scelus aliquod tentando vitam amisit, ille enim insepultus erat in agros projiciendus, & nulla pro ejus nece Mulcta debebatur, *à* dicto **Ungeld** seu **Ungild**, & Acepe, Ager, *vide Somner.* in Glos.

Unlage, vocem citat *Somner* in Glos. ex Chron. *Joh. Bromton* LL. *Canuti* R. pag. 924. & Iniquam seu Injustam Legem exponit, *ab* **Un** Neg. & AS. Laga, Lex.

Unlarich, dicitur apud Scotos quod sine Lege, vel contra Legem factum est, Ἀνομία, *ab* AS. **Un** Neg. Lae contr. pro Lage vel Laga, Lex, & Ric, Dives, q. d. Injustitiâ plenum seu Dives, v. *Spelman.*

Unlaw, passim apud *Skenæum* pro Mulcta (i. e.) pecunia seu Bona pro delicto contra legem præstita & persoluta.

Unques vel **Uncore prist**, puriori Linguâ Fr. G. *Onques* vel *Encore prest* (i. e.) semper Promtus, v. **Tout temps prist** suprá.

Voidance, Vacatio Beneficii Ecclesiastici, *à* **Void**, Vacuus, quod *vide*; *vide* etiam *Cowell.*

Voucher, nostris Jurisconsultis Advocatio, ubi sc. aliquis vocatur in Curiam, ad instantiam unius Litigantium, ut aliquid contestetur, v. **Avouch** in Et. Gen.

Utas, exponitur Octavæ Festi alicujus, *ab* AS. Eahta, vel Fr. G. *Huit*, Octo.

Utfang thief, v. **Outfang thief.**

Utlaghe, v. **Outlaw** in Et. Gen.

Utlawrie, v. **Outlaw.**

Utlepe, dicitur ubi Latrones fugiunt, seu Carcerem perfringunt, q. d. **Outleap**, *ab* AS. Ut-hleapan, Aufugere, Evadere.

Utter Barristers, Licentiati in Jure nostro, q. d. **Outer Barristers**, sic dicti, quia à contemplatione Legum ad Praxim evocantur, v. **Barrester** in Et. Gen.

W.

WAD, videtur *a* **Pawn** *or* **Pledge**, *à* Lat. *Vas*, *Vadis*, v. *Skenæum* Maj. Reg. Scot. lib. 3. Cap. 2. item lib. de Jure Camerarii, F. 156. p. 2. lin. penult. Certè licèt mediatè & ultimo *à* dicto *Vas*, *Vadis*, descendat, tamen *suos* natales suos AS. Wed, Pignus, acceptos refert.

Wadset, apud *Skenæum* lib. de Jure Burgensi, C. 11. videtur Pignori positum, v. **Wad.**

Wafes (i. e.) Jumenta seu Pecora errabunda, quæ in aliena pascua vagantur, *ab* AS. Wapian, Fluctuare, Vacillare, Nutare, vel potiùs *à* Fr. G. *Choses Guaives* idem signante, hoc *à* Lat. *Vagus*, q. d. Jumenta Vaga vel Vagantia.

Wage *law*, v. **Wage** in Et. Gen. & *Cowell.*

Wainage, *Cowello* interprete significat Peculium Servorum. Idem deflectit *à* Teut. **Wohnen**, AS. Wunian, Habitare, Manere, Habitationem enim signat, v. **Gainage.**

Waivs, v. **Wafer.**

Wales, apud *Skene* lib. de Crimin. pecun. tit. 3. C. 47. Videtur ex contextu Loca Religionis opinione celebria, ad quæ vulgus confluere solebat, tum oraturi, tum reliquias invisuri, credo *à* Teut. **Wallen**, Peregrinari religionis ergò.

Walkned, apud *Skene* lib. Quon. Attach. C. 55. paragr. 6. Videtur ex contextu Cassatus, *the Pley fall be* **Walkned**, (i. e.) Actio Cassabitur, *à* Teut. **Welcken**, Marcescere, Emarcescere (i. e.) Actio Emarcebit seu Emorietur. Metaphorâ sanè eleganti ab agro in forum tradactâ.

under his **Wand** *or* **power**, apud *Skene* lib. Quon. Attach. Cap. 20. paragr. 2. (i.e.) sub Potestate, fort. *ab* AS. Wandian, Vereri, Revereri; Superioribus enim Reverentia debetur; vel facili literæ unius *l* in *n* transitu, *à* Wald, Potestas, Dominium, Imperium, Wealdan, Regere, Imperare.

Wapentak, v. Et. Gen.

Warantie, v. **Warrant** in Et. Gen.

Ward-Note, v. Et. Gen.

Ward penny, exp. Denarii Vicecomiti, vel aliis Castellanis persoluti ob Castrorum præsidium, vel excubias agendas, *à* **Ward** & **Penny**, quæ *vide* in Et. Gen.

Wards *and* **Liveries**, v. **Master of the Court of Wards and Liveries.**

Ward staff, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, & exponitur Jus tenendi Fundos, sub conditione ducendi Carrum stramine onustum sex equis vectum cum duobus Funibus, & duobus viris custodibus donec ad præstitutum locum perveniat, nescio an *à* **Ward**, Custos, & AS. Stæf, Baculus, quia sc. Custodes Baculo armati incesserunt.

Warscot, Tributum quod olim tempore Regum Anglo-Saxonum & Danorum, ad sumtus belli sustinendos exigebatur, q. d. Pensio Bellica, *vide* **War** & **Scot**, *vide* etiam *Minshew.*

Warset, apud *Skene* LL. Saltuariarum C. 1. paragr. 2. *ane hound quhilk is call'd* **Warset**, *ab* AS. Wape, observatio Cautio, & nostro verb. *to* **Set**, AS. Settan; Canis sc. qui à Fure Saltuario in insidiis ad observandas & inde intercipiendas feras collocatur.

Wartwit seu **Wardwit**, dicitur ubi quis Exemtus & Immunis est à solvendo Tributo in sumtus Vigiliarum, seu Excubiarum erogari solito. Ità *Spelman* & *Minshew*, sed utinam laudâssent Authorem, nam videtur potiùs Tributum in sumtus Vigiliarum, quàm ab eo Immunitatem denotare, Verisimillimum enim est derivari *ab* AS. Weapð, Vigilia, & Wite, Mulcta, q. d. Mulcta pendenda in Vigiliarum, seu Vigilum sumtus, v. **Witfree.** Sin Immunitatem signat, satis commodè deflecti potest *à* **Ward** & **Wit**, q. d. Liber à Vigiliis, & ejus sumtu, magna enim inter **W** & **Qu** est affinitas, & inde ante unum vel alterum sæculum Scoti, humilioris terræ incolæ, *Lowlanders* dicti, qui nostrâ linguâ utuntur, semper pro nostro **W**, **Qu**, sed additâ Aspiratione, scripserunt.

Wast, v. Et. Gen.

Wasters, anno 5. *Edw.* 3. Cap. 14. videntur ex contextu Latrones, seu Grassatores quidam, q. d. Lat. *Vastatores*, v. **Wast** in Et. Gen.

Wastoll bread, v. Et. Gen.

Waver, videtur *to go a stray*, apud *Skene* lib. Quon. Attach. C. 10. paragr. 2. & 6. v. **Wakes.**

Weifs, v. **Wakes** suprâ.

Wemminge, Vir Rev. cum *Spelmanno* **Wenunga** legit ubi **Wheler**, **Wemminge** ponit in LL. *Henr.* 1. R. Cap. 33. Doct. *Somnero* exponitur sententiæ Frustratio per appellationem, seu judicii curiæ inferioris per defectum aliquem, vel errorem in eo demonstratum coram Judice superiore. Cassatio, cui respondet nostrum *Breve de errore*, *ab* AS. Wem, Wemme, Labes, Macula, Defectus, Vitium, v. **Wenung** infrà

a **Wend**, exp. Procinctus terræ amplior plurima juga, credo voluisse Jugera, in se continens, Perambulatio, *ab* AS. Wendan, Vertere, q. d. Circuitus, *vide Spelman.*

Wenung, **Wenunga**, vocem citat *Spelman* ex LL. *Henr.* 1. R. Cap. 34. Videtur autem Sententiam signare, *ab* AS. Wenan, Sentire, Opinari, unde Wenunge, Opinio, v. **Wemminge.**

Wer, **Were**, seu **Wera**, Capitis Æstimatio, Pretium hominis occisi; olim enim tum apud nos, tum apud omnes alias gentes Germanicas, cædes non nece, sed certâ pecuniæ summâ pro occisi dignitate, plectebantur, contractum

est

est à **Weregild**, quod *vide* infrà. Si incredulus es, quoniam à nostrorum temporum severitate, adeò immensum distat Avara ista clementia, vide ad finem Legum *Æthelstani* R. ubi cædes omnium ordinum à Rege usque ad Rusticum certo pretio taxantur, v. **Weregild**.

Weratada, vox occurrit in LL. *Henr.* 1. R. Cap. 88. credo *ab* AS. Wepe pro Wepegild, Æstimatio capitis, & Labe, Purgatio, Excusatio, Labian, Excusare, Culpâ liberare.

Weregelt theft, apud *Fletam* significat Latronem qui redimi potest, *ab* AS. Wepe-gild-Deop, hoc *ab* AS. Wepe, Capitis Æstimatio, Gildan, Solvere, & Deop, Fur, v. *Cowell*.

Weregild & **Were**, Capitis Æstimatio, Compensatio pro Cæde hominis, hoc credo contr. ex illo, utr. à Wep, Vir, vel à verbo Wepan, Apepan, Defendere, Protegere, & Gild, Solutio, Gildan, Solvere, vel q. d. Pretium Viri occisi, vel q. d. Solutio quæ protegit, seu defendit homicidam ab ultione Regis & Propinquorum. *Martinius* minore longè cum verisimilitudine deflectit à Teut. ant. & AS. Widergild seu Widergild (i. e.) Compensatio, Recompensatio. Confer LL. Rip. tit. 66.

Werhades, *Somner* vocem citat ex Chron. *Joh. Bromton* LL. *Edmundi* R. Cap. 1. pag. 858. sive **Werhades**, sive **Wifhades** (i. e.) sive Virilis, sive Feminei sexûs, à Wep, Vir, & Pade, Sexus, Genus Conditio.

Weftfexfenelae, vox occurrit in LL. *Gul.* 1. tit. 4. antiquiori Linguâ AS. Weft-Seaxenalaga (i. e.) Lex Visisaxonum, v. **Weft** & **Law** in Et. Gen. & Saxon in Et. On.

Wifhades (i. e.) Feminei Sexus, *ab* AS. Wif, Mulier, & Pade, Genus, Sexus, v. **Werhades** suprà.

Wite, vox pura puta AS. quæ Mulctam aut Compensationem Pecuniariam notat.

Witenamot, aliàs **Witena Gemot**, vox ant. For. AS. quæ olim Conventum populi seu Comitia Regni, nobis Parliamentum signavit, verbatim Conventus Sapientum, *ab* AS. Witende seu Witen, Sciens, Sapiens, Witan, Intelligere, & Mot vel Gemot, Conventus, Metan, Gemetan, Convenire, v. **Folkmote**.

Witerden, *Ingulpho* **Winterden**, *Spelmanno* exponitur Taxationis Vectigalis, seu Tributi genus, publico Regni consilio apud Visisaxones constitutum. Idem deflectit *ab* AS. Witan, Sapientes, & Ræd, Consilium, Rædan, Consulere, ejusmodi Tributum hodie Subsidium vocamus. Vocem etiam **Witereden**, AS. AS. Wite-pædenne, idem citat ex LL. *Ine* Visisaxonum Regis, Cap. 71. & Mulctæ redditionem interpretatur, *ab* AS. Wite, Mulcta, & Ræd, Paratus, Promtus. *Somner* autem in Glos. AS. Witepedænne simpliciter Pœnam seu Mulctam exponit; à dicto Wite & Rædenne, quæ apud priscos Anglo-Saxones Terminatio, seu Productio vocis fuit, & idem quod nobis **ship** vel **dome** (i. e.) Qualitatem aliquam notavit, v. *Somner* in Glos. voce **Winterden**.

Wittetheow, exp. Libertate Mulctatus, *ab* AS. Wite, Mulcta, Pœna, & Deop, Servus, q. d. non Ortu sed Supplicio Servus, v. *Spelman* in Glos. & *Somner* in Dict.

Wittfree, Immunis à Mulctis, *ab* AS. Wite, Pœna, Mulcta, Supplicium, & **Free**, AS. Freoh, Frig, Liber, q. d. à Mulcta Liber, v. *Somner* in Dict. voce Wite.

Withernam, Represalia seu Pignoris Captio, nostris Jurisconsultis Vetitum Namium, *ab* AS. Wyder, Contra, & Nam, Captio, hoc *a* verb. Niman, Capere, q. d. Recipere, Recuperare. Est enim Breve Regium quod tantum Bonorum Capere & Comprehendere jubet, quantum alius à Querente rapuit, & in alium Comitatum abduxit, in Compensationem sc. Bonorum raptorum.

Witherfacan, vocem citat *Somner* in Glos. ex Chron. *Joh. Bromton* pag. 923. LL. *Canuti* R. ubi corruptè legitur **Witerfatan**, & exponit Transfugas seu Apostatas, *ab* AS. Wyder, Contra, Adversus, & Secgan, Dicere, Loqui.

Wolferhefod, seu potiùs Wulfer-heapod (i. e.) Caput Lupinum, quo nomine ant. Anglo-Saxones Exlegem, seu Proscriptum appellârunt, quem, præsertim si resisteret, non minùs quàm Lupum, & Publicum hostem interimere licebat, *ab* AS. Wulf, Lupus, & Heapod, Deopod, Caput.

Wones, **Wines** *or* **Wones**, videtur ex contextu *Forfaitures and Damages*, *ab* AS. Wonunge, Damnum, Detrimentum, hoc à Wana, Carens, Deficiens, Wantan, Gepanian, Decrescere, Minuere. *Skenæus* Maj. Reg. lib. 3. Cap. 17.

Wong,

Wong, *ab* AS. Wong, Campus, Arvum, Ager.

Woodgeld, exp. Tributum pro Lignatione, *à* noſtro **Wood**, & AS. Gild, Solutio, Tributum, Gildan, Solvere.

Woodmote court (i. e.) verbatim Curia Conventûs Saltûs, Tribunal Saltuarium, in quo cauſæ ad Saltus Regis pertinentes cognoſcuntur, *à* noſtro **Wood** & **Court**, & AS. Mot, Gemot, Conventus, Metan, Gemetan, Convenire.

Woodward, v. Et. Gen.

Woolbriber, annis 2 & 3 *Phil. & Mar.* Cap. 13. Sunt qui Lanam Rure coemunt, & equis vectam Pannificibus in foro revendunt, v. **Wooll** & **Dzive** in Et. Gen.

Wozild-thane, AS. Wopulb-Degn, ſic enim appellabantur *Thani* Laici ſeu Seculares, *ab* AS. Wopulb, Mundus, & Degn, Thanus, ſeu Vir Honoratus, v. **Peis-thane**.

Wranglands, Arbores malè creſcentes, quæ nunquam Materiam ædificiis idoneam dabunt, q. d. **Wrong-lands**, *that* **wrong** *the ground they grow in*, quæ tellurem gravant & inutiliter occupant.

Wrangouſly pro **Wrongfully**, apud *Skenæum* Maj. Reg. lib. 2. C. 74. v. **Wrong** in Et. Gen.

Wreck, Naufragium, idem quod **Wrack**, quod v. in Et. Gen.

Wreke de Per, anno 27. *Henr.* 8. Cap. 26. videtur etiam omnino idem quod **Sea Wrack**, quod v. in Et. Gen.

Writ, Breve, Formula Forenſis, Mandatum ſeu Præceptum, Regis Scriptum, q. d. Scriptum κατ' ἐξοχὴν, v. **Write** in Et. Gen.

Wudbeth, LL. *Henr.* 1. Cap. 37. videtur ex contextu Delictum aliquod in Saltu commiſſum, neſcio an *ab* AS. Wud, Sylva, Saltus, & noſtro verbo *to* **Hit**, Percutere, ſub finem enim capitis exponitur Nemoris Cæſio in Saltu Regio.

Y.

Yardland, Juriſconſultis noſtris Virgata terræ, eſt Menſura quædam qua terram metiuntur, v. **Yard** & **Land** in Et. Gen.

Your-pananſeca, apud *Skenæum* Maj. Reg. Scot. lib. 4. C. 16. exp. Furtum unius Vituli ſeu Ovis, vel cujuſvis rei Edulis quæ dorſo auferri poteſt, quale furtum Leges Scoticæ, non patibulo ſed flagro plectunt, vox ex barbara illa Κακοφωνία, videtur Scoto-Hib. originis.

Yeoman, v. Et. Gen.

Z.

Zemeſel, apud *Skene* lib. de Jure Burgenſi, C. 3. exp. *the* **Keeping**, neſcio an *à* part. AS. & Teut. otioſa initiali Ge, & Meſe, Menſa, qui ſc. in Caſtello Regis ſumtibus Regis alitur.

ETYMO-

ETYMOLOGICON

Vocum omnium antiquarum

ANGLICARUM;

QUÆ

Usque à *Wilhelmo Victore* invaluerunt, & jam ante parentum ætatem in usu esse desierunt, vitatis ubique quæ non obscurè *Romanam* redolent prosapiam.

A.

A B

Barstick, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, inter veteres Anglicas voces recensita, alioqui nunquam vel lecta vel audita; exponitur autem insatiabilis, nescio an ab **A** priv. & AS. Berstan, Beorstan, Belg. **Barsten**, Disrumpi, Crepare, q. d. Qui abdomine adeò amplo, extensili & ductili præditus est, ut quantumlibet se cibo impleat, disrumpi nequeat, φυσώδης, Ventriosus. Sed ita me Deus amet, vereor ne infanti nondum nato calceos parem, v. **Burst**.

A B

Abawed, exp. Perterritus, metu Consternatus, *à* Fr. G. *Esbahir*, *faire Esbahir*, Perterrefacere, Attonitum reddere, *Esbahi*, Attonitus, vel *à* Præp. *Ab* & nostro **Aw**, Timor, Reverentia, q. d. Timorem seu Reverentiam incutere, sed prius longè præfero, *vide* **Abash** in Et. Gen.

Abay *or* **Abey**, *ye shall sore* **Abay** *it*, Videtur ex contextu Graviter seu gravi pœnâ Luetis, sort. *ab* AS. Abidan, Expectare (*i. e.*) Gravem Expectabitis. Sed longè simplicius est eóque verius Etymon *à* verbo *to* **Buy**, additâ sc. particulâ otiosâ initiali **A**, q. d. magno Emetis. *Ch.* f. 59. p 1 Col. 1.

Abecbed, *yet ſhulde I ſomdele ben* **abecbed**, *and for the time well refreſhed*, Videtur ex contextu **Satisfied**, *à* Fr. G. *Abbecher*, Paſcere, ut aves ſolent pullos ſuos, indito roſtro, hoc *à* præp. *Ad*, & Bec, Roſtrum, q. d. Adroſtrare (i.e.) Roſtro immittere, v. **Beak** in Et. Gen. *Gower*, fol. 32. p. 1. Col. 2.

Abedge, Tolerare ſeu Manere, & corr. eſt *à* verb. *to* **Abide**, niſi malis *ab* AS. Abæc, Dorſo, & inde verbo, quod tamen in Dictionario non occurrit, Abæcan, Dorſo ferre, utr. *ab* Augmento initiali *A*, & Bæc, Bæce, Dorſum, v. *Chaucer in the* **Reves Tale** circa Principium.

Abent, Locus Acclivis, Arduus, Supercilium montis ſeu Mons Prominens, deducitur *à* verbo *to* **Bend**, quod v. q. d. Mons Flexus, ſeu Montis Flexura, ſeu Proclinatio.

Abeſſed, Authori Dict. Angl. apud quem ſolum occurrit, exp. Dejectus, Depreſſus, &, ut jam loquimur Humiliatus, proculdubiò *à* Fr. G. *Abaiſſé*, *Abbaiſſe*, part. verbi *Abbaiſſer*, Deprimere, Dejicere, ſolâ enim ſcripturâ nullo modo ſono differunt, v. **Abaſe**, & **Baſe** in Et. Gen.

Abime, Ab Infra, & proculdubiò corr. eſt *à* Lat. *Ab Imo*; alicubi autem Abyſſum ſignare videtur, & tum à Fr. G. *Abiſme* Idem notante ortum ducit.

Abone, vox antiqua abſoleta quæ mihi in ſolo Dict. Angl. occurrit. & exp. Maturum facere. Author vult eſſe Italicæ originis, mallem declinare immediatè *à* Fr. G. *Abonnir*, Bonum facere, mediatè *ab* It. *Abbonare*, *Abbonire* Bonum facere, vel Bonum fieri, q. d. Lat. *Adbonare*, vel *adboneſcere*.

Aboot, videtur ex contextu corr. & contr. *à* dicto **Abawed**: dicit enim, *ſhe was* **abalhed** *and* **aboot**. *Ch.* fol. 340. pag. 1. C. 1.

Aboven pro **Above**, in agro Ebor. contracte **Aboon** effertur, v. **Above** in Et. Gen.

Abyaid, Reſuſcitatus, Recuperatus, *à* Præp. *Ab*, & verbo **Rap** pro **Raiſe**, vel potiùs *ab* AS. Bpæban, Abpæban, Auferre, Exerere.

Abyaid, Abruptus, Effractus, ſeu Frangendo ſeparatus, *ab* AS. Abpæban, Auferre, v. **Upbyaid** in Et. Gen.

Abyede, exp. **Upbyaid**, *ab* AS. Abpæban, Bpæban, Propalare, Divulgare, hoc *ab* AS. Bpad, Bpade, Latus, q. d. Dilatare ſeu Expandere, v. **Abyede** in Teſtamento Chryſeidos.

Abying, Status, & derivatur *ab* AS. Byan, Poſſidere (i. e.) quantum quis Poſſidet, Opes, Subſtantia.

Abyt, Habitat, *ab* AS. Byan, & fort. Abÿan, Habitare.

Acale, Refrigeratus, *ab* AS. Celan, Algere, Frigeſcere.

Accelle, exp. Febricula, Querquerus, *an* **Ague**, potiùs Febris Paroxyſmus, *à* Fr. G. *Accez*, Paroxyſmus, ſeu morbi Acceſſio.

Accollave, Authori Dict. Angl. apud quem ſolum occurrit, exp. Ceremonia ſeu Mos in creatione Equitum olim uſurpari ſolitus, ſc. ubi Rex, vel Imperator, Candidati Equitis collum manibus circumductis complexus eſt, hoc *à* verb. Fr. G. *Accoller*, It. *Accollare*, Collum amplecti, q. d. Lat. *Adcollare*.

Accoyt, vox quæ mihi in ſolo Dict. Angl. occurrit, *à* Fr. G. *Accort*, Cautus, Catus, Prudens, Circumſpectus, hoc *ab* It. *Accorto* idem ſignante, & utr. *à* verb. It. *Accorgere*, Perſpicere, Perſentiſcere, Subolfacere, Deprehendere, omnia, aliquantùm deflexo ſenſu, *à* Lat. *Adcorrigere*, qui enim malum vel periculum deprehendit, eo facilius corrigit.

Accoy, exp. Sedare, Pacare, Lenire, *à* Fr. G. *Coy*, Quietus, q. d. Fr. G. *Accoyer* (i. e.) Adquietare. Ejuſdem familiæ eſt vox **Accoyed**, quæ exp. Satur, Saginatus, quia ſc. Saturi & Obeſi in Quietem ſeu ſomnum proni ſunt, ſaltem ipſorum appetitus ſedatur.

Acheked (i. e.) **Choked**, *ab* AS. Aceocod, Suffocatus, *vide* **Choke** in Et. Gen.

Ackele, Frigidus, Subfrigidus, *ab* AS. Celan, Frigeſcere.

Acomber, vel **Accombre** *in the mire* (i. e.) *Stick in the mire*, v. **Encomber** in Et. Gen. Ch. *in the Parſons Prologue*.

Aconped, *til Conſcience* **aconped** *him thereof in a curteis maner, why he had ne waſhed it or wiped it with a bruſhe*, videtur ex contextu Reprehendere, parùm deflexo ſenſu, vel *à* Fr. G. *Achoper*, Impingere, Offendere, *to* **Stumble on**, hoc *à* præp. *A*, pro *Ad*, & *Choper*, Ceſpitare, vel potiùs *à* vet. verbo *Acculper*, Accuſare, q. d. Lat. *Adculpare*. *Pierce Ploughman*, f. 77. p. 1.

Acquaintaunce pro **Acquaintance**, v. **Acquaint** in Et. Gen. *Ch.* fol. 246. pag. 2. C. 1.

Acroke, Diſtortus, Obliquus & oritur *à* nom. **Crook** & **Crooked**, quæ *vide* in Et. Gen.

Aaile,

Adlfs, vox quæ mihi nusquam nisi in Dict. Angl. occurrit, *à* Fr. G. *Adlifs*, pl. sic autem dicti sunt severa quædam natio Monachorum seu Ascetarum, qui solis radicibus & oleribus victitabant, fructibus tanquam nimis jucundis & quorumvis animalium carne, tanquam nimis Eutrophâ prorsus abstinebant, *à* nom. *Adlif*, Agilis, Promtus, Expeditus, q. d. *Agiles* ad omnia exercitia, asperæ pœnitentiæ ut, & loquuntur, mortificationis; vel, quod eodem ferè redit, q. d. præ continuis jejuniis & inde immani macie, leves & expediti facti ad iter in cœlestem patriam capessendum.

Adashed, Pudore suffusus, pro nostro **Dashed**, quod nobis etiamnum eodem sensu usurpatur.

Adawed, Expergefactus, fort. q. d. **Adawned**, *à* nom. *the* **Dawning** *or* **Dawn** *of the day*, quia non ante diluculum Evigilare solemus.

Addoulz, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, *à* Fr. G. *Addoucir*, olim *Addouleir*, Edulcare, Dulcificare, Dulcare, Edulcorare, γλυκαίνειν, Ἀπογλυκαίνειν, q. d. Lat. *Addulcare*.

Adele, *there lay none oth to this statute* **Adele**, videtur idem significare quod nobis *à* **Whit**, vel *à* **Jot**, *à* part. initiali otiosâ *A*, & AS. Dæl, Pars, Portio, v. **Deal** in & Gen. *Ch.* f. 329. pag. 1. Col. 2.

Adent, Authori, Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. Configere, Conjungere, *à* Fr. G. *Adenter*, Coarticulare (i. e.) quasi per dentes immissos Conjungere, q. d. Lat. *Addentare*, vel *à* Præp. *Ad*, & *Enter*, Inserere, sed prius præfero.

Adown *for* **Down**, *ab* AS. Adune, Adun, Deorsum.

Adradde, Territus, *ab* AS. Adpeadan, Timere.

Adrigh, *the Kings Doughter, which this sigh for pure abashe drew her* **adrigh**, Videtur ex contextu verbatim sic exponi posse, Regis filia quæ vel postquam hoc vidit præ mero metu se è conspectu subduxit, nescio an *ab* AS. Dpæpe, Expulsio, præmissâ particulâ initiali otiosâ *A*, hoc *à* verbo Dpýpan, Adpipan, Pellere, Expellere, v. **Drive** in & Gen. Vir Rev. putat scribi debere **Awry** (i. e.) **Aside**. *Gower*, lib. 70. p. 1. C. 2.

Adventaile, v. **Aventaile** infrà.

Advocacies, videtur Lites seu Causas significare, q. d. Belg. **Advocatie**, Lat. *Advocationes* (i. e.) ad Appellationes seu citationes in Tribunal, ubi sc. alicui dies dicitur, v. **Advowson** in Et. Gen. *Ch.* f. 155. p. 2. C. 2.

Advowtry, *à* Fr. G. vet. *Avoutrie*, utr. corr. *à* Lat. *Adulterium*. Datur & It. *Avolterare*, Adulterium committere, *Avolterio*, Adulterium, *Avoltero*, Adulter, ejusdem originis.

Afaiteth, *it* **afaiteth** *the flesshe* Videtur ortum *à* Fr. G. *Affaiter*, *Affaiter*, Ornare, Cohonestare, etiam Domare & Mansuefacere, hoc *à* Lat. *Affectare*, frequentativo verbi *Afficere*. *Pierce Ploughman*, f. 82. p. 2.

Afare, exp. Strepitus, credo non quivis, sed tantùm Ingens & Terrificus, q. d. **Afear**.

Affile, *for to* **File**, quod *vide* in Et. Gen.

Affinage, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, *à* Fr. G. *Affinage*, Purgatio accurata metalli, hoc *à* verb. *Affiner*, metallum Purgare, v. **Fine** & **Refine**, in Et. Gen.

Affine (i. e.) **Refine**, Fr. G. *Affinè*, v. **Affinage** suprà.

Affray, exp. Terror, Motus, Tumultus, *à* Fr. G. *Effrayer*, *Effroyer*, *donner une mauvaise Affrei*, Terrere, Perterrefacere, v. **Afraid**, in Et. Gen.

Affrontedness, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. summa Impudentia, *à* Fr. G. *Effronte*, Vir Profligati pudoris, Impudens, Effrons, q. d. Exfrontatus (i. e.) qui nullum Frontem habet, ut etiam tempore purioris Latinitatis dicere soliti sunt Impudenti, quâ Fronte audes hoc dicere vel facere?

Affy, Fidem habere, Fidere, *à* Fr. G. *Affier*, q. d. Lat. *Adfidere*.

Afgodness, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. Impietas, sed sanè dubito an rectè, Vox autem AS. Apgodneppe, non Impietatem in genere, sed Idololatriam seu Cultum falsorum Deorum denotat, *ab* AS. Apgod, Belg. **Afgodt**, Teut. **Abgott**, Idolum; Ab autem & Af hîc sunt particulæ depravativæ, v. **God** in Et. Gen.

Agadred, *for* **Gather'd**, v. **Gather**, in Et. Gen.

Aggrestepne, morbus Accipitrum apud *Jul. Barns* lib. de re Aucuparia, hîc

præ ignorantia, artis Aucupariæ planè in tenebris sum. Si quid tamen divinare liceat, quoniam pleræque omnes voces Aucupariæ Fr. G. originis sunt, deflecterem à Fr. G. *Agreſte*, Acidus, fort. ab humore Acido, quem hoc modo laborantes accipitres evomunt, hoc à Lat. *Agreſtis*, nisi malles idem esse cum **Agrum** quod v. infrà.

Aguler, exp. Explorator, Speculator, hominum Observator, nescio an à part. initiali otiosa A, & AS. Gilt, Delictum, Culpa, Peccatum, q. d. **Agilter**, elisò sc. propter Euphoniam r, sc. qui Delicta hominum magistratui defert, συκοφαντής.

to **Agilt**, (i. e.) *to* **Offend**, *ab* AS Gilt, Angl. Guilt, Peccatum, Reatus, (i. e.) culpâ seu injuriâ aliquâ Lacessere seu Provocare.

Aginateur, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. Institor seu Revenditor mercium viliorum, ἀπὸ ἰωνίας πωλητής, & deflectitur à Lat. *Agina* apud Festum, quod interpretantur id cui inseritur scapus trutinæ (i. e.) in quo foramine trutina se vertit.

Agipe, Tunica Plicatilis, fort. *ab* AS. Geap vel Gÿp, Curvus, Sinuosus.

Aglet, Cuspis Ligulæ, à Fr. G. *Eſguillette*, Ligula, hoc à Lat. *Aculeus*, q. d. *Aculeata*.

Agramed, Vexatus, Contristatus, *ab* AS. Gram, Furor item Molestus, unde Teut. Gram, Infensus, ortum ducit, & It. *Gramo*, Miser.

Agredge, Exaggerare, à Fr. G. *Aggreger*, Aggravare.

Agrise, exp. Attonitus, *ab* AS. Agrisan, Horrere, significat etiam Contristari, hujus Præteritum est *Agrose*, quod exp. Territus est seu Contristatus.

Agroted, Ingurgitatus, Satur, à nom. Groſs, Magnus, q. d. Tumefactus & Gravidus, quo sensu fœmina Gravida Fr. G. dicitur *Groſſe*. *Vir Rev.* sanè aliquantò propiùs deflectit *ab A* Epitat. credo potiùs *ab A* particula initiali otiosa, & Belg. Groot, Magnus.

Agrum, morbus Accipitrum, Tumor sc. genæ & oris Accipitris, à Fr. G. *Aigrun*, Tumor dolore comitatus, hoc *ab Aigre*, Exasperatus, Irritatus, q. d. Tumor supra modum dolore Irritatus, *Aigre* autem satis manifestè à Lat. *Acer* ortum ducit.

an **Ake**, Credo idem quod **Ep**, quod v. suo loco. *Ch.* f. 89. p. 2. Col. 2.

Aikward, vox Scot. apud *Dugl.* in *Lib.* 3. Æneid. *Virg.* f. 71. p. 2. *Virgilio* dirùs Angl. **Aukward** & **Froward**, Aversus, Morosus.

Ajust, exp. Submovere, Tollere, à Præp. *A*, & Verbo *to* **Just**, Trudere, q. d. Detrudere.

Alder, Primarius, ut **Alder leveſt**, Charissimus, **Alder beſt**, Optimus, *ab* **All**, q. d. omnino Charus, πάνυ, παντάπασι.

Aledgement, Alleviatio, à Fr. G. *Allegement*, utr. à verbo Fr. G. *Alleger*, Alleviare, Sublevare, à quo eodem fonte fluit vox Chauceriana **Aledgement**, Acceptilatio, & alt. **Aledged**, Diminutus utr. facili Metaphorâ.

Aleid, videtur *lato aſide*, *Ch.* Aulâ Amoris.

Alestake, exp. a **Maypole**, Arbor Festiva Choreis Baccho & Sileno sacra, manifestè, idque eleganter sic dicta, quia juxta ipsam multa cerevisia à rusticis diebus Festis Bacchantibus exhauritur. *Vir Rev.* monet non esse idem cum nostro **May-pole**, sed tantùm Contum in terram depactum signum cerevisiæ ibi venum expositæ, & vocem in Septentrionalibus provinciis obtinere.

a Pheasant or Partridge **Alet** (i. e.) **Dress'd**, vox occurrit apud *Jul. Barns*, nescio an à Fr. G. *Aile*, Ala, q. d. *Alis spoliata*, vel *ab* AS. Elan, Accendere, parùm deflexo sensu (i. e.) Avis ad ignem assa vel cocta.

Algates, Semper, Omnino, Nihilominus, *ab* **All** & **Gate**, Via, q. d. omnibus viis.

Algorithme, Arithmetica, ars Supputandi, vox Hybrida, *ab* Hisp. *Algo*, Aliquid, & Gr. Ἀριθμὸς, Numerus.

Algrim, contr. *ab* **Algorithme**, quod v. suprà.

Alien, *to* **Rely**, à part. initiali otiosa **A**, & **Ly**, quod v. in Et. Gen.

Alified, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. **Allowed**, *ab* AS. Aliped, Alÿped, Aliped, Aleped, Permissus, hoc à verb. Alÿpan, Permittere, v. **Leave**, in Et. Gen.

Alite, *a* **Little**, v. **Little**, in Et. Gen.

Alkamiſtre, *for* **Alkimiſt**, *in the Tale of the* **Chanons yeman**.

All a Bone, exp. Preces, Supplex Libellus, Supplicatio, vel ut jam loquimur Petitio viro Principi exhibita, ni fallor *ab* AS. Bene, unde nostrum **Boon**, additis particulis Fr. G. *A la*. *Ch.* Fab. Mercatoris fol. 30. p. 1. Col. 2.

Allanerly, videtur **Alone**, apud *Skene* Lib. 4. Maj. Reg. Cap. 27. in Titulo.

Allaunds,

Allaunds, exp. Canes Leporarii, *C. Scal. Alan* Scythis Canem significare testatur, quod si ita sit, proclive est hinc Etymon petere, mallem tamen sic dictos quasi Canes *Alanos*, *ab Alanis* Scythiæ gente, ut *Molossos* à *Molossis* Epiri populo.

All be though, exp. **Albeit.**

Alleged & **Allegeaunce**, *à* Fr. G. *Alleger*, Levare, Lenire, Mitigare, hoc *à* nom. *Leger*, olim credo *Lege*, Levis, præmissâ præp. *Ad*, q. d. Lat. *Allevare* vel *Alleviare*, *Ch.* vers. Boet. lib. 4.

Almandres, idem quod **Almonds**, quod v. in Et. Gen.

Almery, apud *Skene* Lib. Quon. Attach. c. 12. paragr. 7. & ult. videtur corruptum *ab* **Ambry**, quod v. in Et. Gen.

Almose, idem quod **Almes**, quod v. in Et. Gen.

Alose, *Praise*, *Commend*, *à* part. initiali otiosa A, & ant. **Lose**, Laus, manifestè Lat. originis.

Alpes, *a kind of Bird*, nescio an *à* Belg. **Elps**, **Elpsch**, Cygnus. *Ch.* f. 112. p. 1. C. 1.

Als, Alias, *at Other time*, v. **Els** in Et. Gen. Significat etiam **Also**. *Ch.* fol. 56. p. & Col. primis.

Als *for* **As**, apud *Duglass.* lib. 2. Æn. *Virg.*

Alther *for* **Alder**, quod v. suprà.

Alures, Ambulacra, *à* Fr. G. *Allentre*, *Allure*, Passus, Ambulatio, utr. *à* verb. Fr. G. *Aller*, & hoc contr. *à* Lat. *Ambulare.*

Ayl *of* **Alyn**, vox occurrit apud *Jul. Barns* lib. de re Aucuparia, nescio an dictum *à* Fr. G. *Huile d' Aluyne* (i. e.) Oleum Absinthij.

Amaistren, *à* Fr. G. olim *Amaistriser*, nunc *Maistriser*, Dominari, v. **Master**, in Et. Gen. *Ch.* test. Am. lib. secundo.

Amber, Vas seu Mensuræ genus apud Anglo-Saxones, *à* Lat. *Amphora*, v. *Spelman* & *Somner* in Gloss.

Ambry, v. Et. Gen.

Amenused, exp. Diminutus, *à* Fr. G. *Amenuiser*, Minuere, Diminuere, q. d. Lat. *Aminutiare.*

Amesse, Vestes quædam Sacerdotales, *Minsh.* corr. putat *à* Lat. *Amictus.*

Ametised, exp. Extinctus, credo *à* Fr. G. *Emmati*, part. verbi *Emmatir*, Comprimere, Cohibere, hoc *à* præp. Insep. *En*, ut Lat. *In*, quæ interdum, ut hîc, loci sensum auget, & Teut. **Matt**, Debilis, q. d. *Debilitare.*

Amonesting, *à* Fr. G. *Admonester*, olim credo etiam *Amonester*, utr. *à* Lat. *Admonere. Ch.* Vers. *Boetii*, lib. 5.

Amorettes (i. e.) parvi Amores, parvi Cupidines, Amorculi, Ἐρώτια.

Amortized, **Killed**, *à* Fr. G. *Amortir*, Occidere, hoc nimis manifestè *à* Lat. fonte.

A moy qui voy, voces puræ putæ Fr. G. (i. e.) ad Me qui Video.

Amyled, credo pro **Enamelled**. *Ch.* Fab. de Rosa, f. 125. p. & Col. primis.

Amytte, Pallium, Pelliceum, quo Sacrificus caput humerósque tegit, nimis manifeste *à* Lat. *Amictus*, v. *Somner* in Gloss. voce *Almucia.*

an **Anelace**, nescio an *à* Fr. G. ant. jam obs. *Anuelace*, It. *Annellaccio*, magnus Annulus. Dom. *Speight* Indicis *Chauc.* Author Ensem Falcatum, Sicam seu Pugionem exponit, nescio an sic dictum à Capulo *Annulis* instructo.

Anguelles, Vermes quos accipitres ægri egerunt, *à* Lat. *Anguilla*, fort. sic dicti quia *Anguillas* formâ & agilitate referunt. *Jul. Barns* lib. de re Falc.

Anhove, exp. *to* **Hover**, fort. *à* Præp. AS. insep. An, cui nostrum **On** respondet, & verb. Heapian, Attollere, Elevare, v. **Hover** in Et. Gen.

Anker, AS. etiam Ancep, pro Anchorite, quod v. in Et. Gen.

Annealed, Unctus, *à* præp. Teut. **An**, & **Ole**, Oleum.

Annueler, Secularis, *à* Lat. *Annus*, q. d. *Annualis*, *Annalarius.*

Anoy, exp. Præmeditari, *à* Fr. G. *Ennuyer*, Turbare, Vexare. Si Græcus essem deflecterem *à* Gr. Ἐννοῶ; Fr. G. autem *Ennuyer* ortum ducit *ab* It. *Annoiare*, utr. *à* præp. Fr. G. *En.* (i. e.) In, vel It. *A* (i. e.) Ad, & *Noia*, Molestia, hoc *à* Lat. *Noxia*, *Noxa.*

Antgate, exp. **Occasion**, *à* præp. AS. An, & **Gate**, Via, q. d. Introitus, seu Ingressus.

Anvelde, seu **Anvelt** pro **Anvill**, quod v. in Et. Gen.

Anweald, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, *ab* AS. Anpalde, Anpeald, Jus, Imperium, Ditio, Potestas, hoc *à* verb. Wealdan, Imperare, Regere, Gubernare, Dominari, hinc etiam oritur Teut. **Gewalt**, Potentia, Potestas, Authoritas, Vis.

Apair & **Apeir**, *à* Fr. G. *Empirer*, Pejus facere vel fieri, v. **Empair** in Et. Gen.

Apend, *to* **Belong**, *à* Fr. G. *Appendre* idem signante, *vide to* **Depend** *upon.*

Apert, *à* Fr. G. *Appert*, Dexter, Promtus, Agilis.

Apies,

Apics, exp. Medicamenta Opiata, cor. proculdubio *à* Lat. *Opium*.

Apolen, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. *to* **Demand**, v. **Appele** in Et. Gen.

Appall, Deficere, v. **Appal** in Et. Gen.

Apparell, **Apparail** vel **Apparell**, Apparatus, Adornatio, Præparatio, Παρασκευὴ, item summa Expensorum collegio alicui adscripta, *à* Fr. G. *Appareil*, Apparatus, *Appareiller*, Apparare, Præparare, Adornare, Instruere, hoc q. d. Lat. *Apparilare*.

Apperceive, *to* **Perceive**, *à* Fr. G. *Appercevoir*, v. **Perceive** in Et. Gen.

Appoast, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, *à* Fr. G. *Appoſter*, Subornare, Restituere, q. d. Lat. *Appositare*, frequentativo verbi Apponere.

Appoſtile, *vide* **Poſtill** in Et. Gen.

Apprentiſe, pro **Skill** (i. e.) Disciplina seu Doctrina, *à* Fr. G. *Apprendre*, Discere, vel q. d. Peritia Tyronis artem suam jam probè edocti, *vide* **Apprentice** in Et. Gen.

Appropred *for* **Appropriated**, v. **Impropiation** in Et. Voc. For.

Appuyed, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, *à* Fr. G. *Appuyer*, It. *Appoggiare*, Niti, Inniti, utr. *à* nom. Fr. G. *Appuy*, It. *Appoggio*, Fulcrum, hoc *ab Ad*, & *Poggio*, Collis, Tumulus, quævis vel terræ vel ædificii Protuberantia, omnia *à* Lat. *Podium*, q. d. *Adpodiare*.

Aprise, exp. **Adventure**, *à* Fr. G. *En.* & *Prendre* pro *Entreprendre*, nobis *to* **Enterprise**, quod v. in Et. Gen. ut & **Emprise** suo loco. Melius autem deflecti possit *à* Teut. **Auff**, Super, & **Reiſen**, Iter facere, Proficisci.

Aptes, credo contr. pro **Aptitudes**: *Ch.* Test. Am.

Ap-thanes, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit; Scotis olim signavit Nobiles majorum gentium, minorum enim gentium Nobiles **Under-thanes** dicti sunt, q. d. **Up** vel **Upper-thane**, *vide* **Thane** in Et. Gen.

Aquiler, *à* Fr. G. *Aiguilliere*, Βελοθήκη, Acuum Theca, *ab Aiguille*, Acus, & hoc *à* Lat. *Aculeus*.

Aquite, v. **Acquit** in Et. Gen.

Arace, Deformare, pro nostro **Raſe**, quod v. in Et. Gen.

Arace, *à* Fr. G. *Arracher*, Evellere, hoc, parùm deflexo sensu, *à* Teut. **Erhaſchen**, Arripere. *Ch.* f. 116. C. 4.

Arad, *this was the sweven which he had, that Daniell avone* **arad**, Verbatim hoc fuit somnium quod habuit vel vidit Rex; quódque *Daniel* Propheta statim interpretatus est, **Arad** autem est Aoristus ant. verbi *to* **Aread**, hoc ab AS. Apædan, Conjectari, Divinare, Solvere ænigma, Exponere, v. **Read** in Et. Gen. *Gower*, f. 4. p. 2. C. 1.

Arberer pro **Arbour**, q. d. *Arborarium*, v. **Arbour** in Et. Gen.

Arblaſters, & *Lidiate* in Theb. **Arbaleſtres**, corr. *à* Fr. G. *Arbaleſtier*, hoc *à* Lat. Barb. *Arcubaliſtarius*, *Baliſtarius*, qui Baliſtâ in bello utitur.

Arblates, *à* Fr. G. *Arbaleſte*, utr. *à* Lat. *Baliſta*, *Lidiæ* parte tertiâ Thebaidos.

I' **Arvant eſpoer** *en mon cœur point est mort d' Avoir, l' amour de celle que Je desire*, voces puræ putæ Fr. G. nisi quod **eſpoer**, corrigendum est *Espoir* (i. e.) *the* **Arvent hope** *of having the love of her that I do desire is not yet dead in my heart*, *Ch.* f. 314. C. 2.

Arearen *taxes* (i. e.) *to* **Raiſe**, v. *to* **Rear** in Et. Gen.

Areche, *for oft shall a woman have thyng which a man maie not* **areche**, *ab* AS. Apeccan, Assequi, Exponere, Narrare, v. **Reach**, & **Reckon** in Et. Gen. *Gower*, f. 25. p. 2. C. 2.

Arede, Divinare, v. **Read** in Et. Gen.

Arere, *I set* **Arere**, *à* Fr. G. *Arriere*, Retrò, hoc *ab Ad*, & *Retrò*, Test. *Chryseidos*.

Areſoneth pro **Reaſoneth** (i. e.) Ratiocinatur, Argumentatur.

Aretted, videtur **Reckon'd** *Judge*, apud *Ch.* fab. Militis, v. **Arrette**, infrà.

Argoil, exp. **Clay**, *à* Lat. *Argilla*.

Argoil, **Argall** (i. e.) *Alcali* seu *Sal Kali*.

Arift, idem quod **Aroſe**, Aoristus verbi *to* **Riſe**.

Arite, *à* Fr. G. *Arreſter*, Detinere, Morari, v. **Arreſt** in Et. Gen.

Ark, exp. Ambitus, *à* Lat. *Arcus*, figura enim Arcuata semisphærica est.

Armure (i. e.) **Armour**, quod v. in Et. Gen.

Arna'die, morbus cujus nomen in Chron. *Joh. Bromton*, & *Rog. Hoveden*, sed sine ulla explicatione, occurrit. Possem deflectere *à* Teut. **Harn**, Urina, & **Halten**, Tenere, Retinere, & tum est idem quod *Ischuria*. Suspicor tamen, quia tantùm in bello Sacro in Syria commisso ejus mentio est, vocem Arab. esse originis, utcunque sit, quantumlibet erravi, tutus sum; nam nemo me coarguere poterit. v. *Somn.* in Gloss. voce *Arnaldia*.

Arreth, vox Scot. apud *Duglaſſ.* lib. 3. Æneid. *Virg.* f. 69. p. 2. videtur **Reach** *to*, *ab* AS. Apeccan.

Arreſt,

Arrest, Arest, Areest, omnia cognatis sensibus, qui omnes Detentionem aut Moram implicant, *à* Fr. G. *Arrester*, Detinere, Morari, *vide* **Arrest** in Et. Gen.

Arret, Accusare, *à* Fr. G. *Arrester*, Detinere : quia qui Accusantur captivi detinentur.

Arrette, videtur Censere, Existimare, *à* Fr. G. *Arrester*, Judicare, Litem dirimere seu decidere, vox manifestè è Foro petita, *Arrester* autem *à* præp. *Ad*, & Teut. **Rüst**, nobis **Rest**, Quies, ortum ducit; cum enim lis dirimitur, Quies & Silentium de ea actione indicitur, v. **Arrest** & **Rest** in Et. Gen.

Arson *of a saddle*, *à* Fr. G. *Arçon*, It. *Arcione*, Curvatura sellæ, seu Ephippii, q. d. Sellæ *Arcuatio* seu Arcus.

Art, *in divers* **Art**, Teut. **in vielerley Art**, (i. e.) pluribus Modis. *Ch.* f. 37. C. 4.

Arted, Forced, fort. *ab Arctando*, quia qui alium vi compellit ipsum arctat (i. e.) Cogit.

Arteryk (i. e.) morbus Accipitrum, qui sic à *Jul. Barns* describitur, *when you see your hawk fat about the heart, then she hath the* **Arteryk**, fort. sic dict. *à* nostro **Heart**, & **Thick**, Teut. **Dick**, Densus, Crassus, q. d. **Thick about the Heart.**

Asbate, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. Emtio, credo mendum subesse, facili sc. errore scriptum esse **Asbate** pro **Achate**, *à* Fr. G. *Achept* seu *Achet*, Emtio, verb. *Achepter*, *Acheter*, Emere,

Ascaphilo, Ululæ speciem statuit *Chaucer*, fol. 176. p. 1. Col. 2. ni fallor eandem avem innuit quam *Aristot.* hist. An. lib. 2. Ἀσκάλαφον vocat.

Achate, *à* Fr. G. *Achapt*, *Achet*, Emtio, hoc à verb. *Acheter*, Emere, utr. non parùm deflexo sensu, *à* Lat. *Ad*, & *Captare*, q. d. *Accaptare*, *Accautare*, seu *Acceptare*.

Askaunce, exp. Tanquam, Perinde, Acsi, q. d. **As Chaunces**; **Askaunce** item à Latere designat, ab **A**, & **Skaunt**, hoc *à* Fr. G. *Canton*, Angulus.

Askes pro **Ashes**, quod *vide* in Et. Gen.

Aspre playnte, *à* Fr. G. *Aspre plainte* (i.e.) *Asper* Dolor seu Planctus. *Ch.* lib. 4. Fab. de *Troilo*.

Assege, Obsidio, v. **Siege** in Et. Gen.

Assemblaunce idem quod **Semblance**, quod v. in Et. Gen.

Assetb, exp. Assensus, credo *ab* AS. Aꝩ᷑ian, Affirmare, Approbare, quæ tamen vox in Dict. AS. non occurrit; Aꝩ᷑ian autem proclive est deflectere *à* part. initiali otiosa A, & Soð, verus.

Assise pro **Size**, Magnitudo, v. **Size** in Et. Gen.

Assise, Ordo, à Fr. G. *Assise* verbali verbi *Asseoir*, Constituere, Collocare, q. d. Collocatio, seu Ordo, quo quidvis collocatur.

Assised, exp. Firmus, *à* Fr. G. *Assis*, Sede collocatus, Fixus, part. verbi *Asseoir*, Sede collocare, Stabilire.

Assotte, *she maie not let the courage of him that wol on her* **assotte**, *à* Fr. G. *s'Assotter d'une femme* (i. e.) feminam stulto & insano amore prosequi, feminam Deperire, hoc *à* Præp. *Ad*, & **Sot**, Stultus, quod *vide* in Et. Gen. *Gower*, f. 12. pag. 1. Col. 2.

Assoyle, exp. Respondere, item **Assoylen**, Declarare, *à* Fr. G. *Absoudre*, Lat. *Absolvere*, quo etiam sensu frequentiùs usurpatur.

Asterlagour, corr. *à* Lat. & Gr. *Astrolabium*.

Astert seu **Astart**, exp. Elapsus, qui Præteriit, vel *ab* AS. Aꝩtiꝩian, Movere, Commovere, unde oritur part. Aꝩtepeð, vel Aꝩtipeð; vel ab Angl. **Start**, q. d. **Started away**, v. **Start** in Et. Gen. hinc *made this* **Astart** apud *Ch.* Remed. Am.

Asweved, exp. Amased, *ab* AS. Aꝩpefeð, Pacatus, Sedatus, Sopitus : hoc, parùm deflexo sensu, *à* Spefian, Geꝩpefan, Sopire, Spefen, Somnium.

Asuith, Statim, Celeriter, *ab* AS. Spiðe, Promtè, Spiðe ꝩuꝩ, Ocyús.

Atcheked, *vide* **Acheked**.

At Erst pro **At Earnest**, quod v. in Et. Gen.

Atheling, *ab* AS. æðeling, quo nomine Regis filius, Regni hæres, Princeps juventutis olim appellabatur, *ab* æðel, Nobilis, q. d. Nobilium Primarius, omnino ut in Græco-Romano Imperio Nobilissimus, v. *Meursium*, voce Νωβελίσιμος.

Athinken, *would sore* **athinken** *me* (i. e.) graves & tristes Cogitationes mihi incuteret, vocem attuli quia valdè elegans est, & digna quæ in usum revocetur. Etymon manifestum est *à* verb. *to* **Think**, quod v. in Et. Gen.

Attaint, exp. Inventus, & oritur *à* Fr. G. *Attaindre*, Assequi, Consequi, Obtinere; vel fortean, ut scribitur, pro **Attained** part. verbi *to* Attain, quod, ut & Fr. G. *Attaindre*, manifestè *à* Lat. *Attinere* descendit.

Attamed,

Attamed, exp. **Bzoached**, meliùs reddi posset **Tamed**, v. *to* **Tame** *a bottle* in Et. Gen. nisi cum Doct. *Th. H. à* Fr. G. *Entamer*, derivare malis.

Atteint, v. **Attaint** in Et. Gen. & *Lidgate* in Theb. fol. 362. pag. & Col. secundis, versus finem.

Attempze, *à* Fr. G. *Attemperé*, part. verbi ant. *Attemperer*, *à* Lat. *Attemperare*, passim apud *Chauc.* in Vers. *Boetii.*

Attenes pro **At Once**, quæ v. in Et. Gen.

Atterly pro **Utterly**, quod v. in Et. Gen. *an* **Atterly angre**, f. 109. p. 1. C. 2.

Attoure, Amictus, *à* Fr. G. *Attour*, mulierum Capitium seu Calantica, *Attourner*, Vestire, Ornare, v. **Attire** in Et. Gen.

Attoure, exp. Versus, credo potiùs Circumsignare, *à* Fr. G. *A Tour*, *Entour*, vulgatiùs *A l'Entour*, Circum, in Orbem.

Attraits, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. Gestus & Aspectus Blandi & Pellaces, Φιλοφρονήματα Ἐπαγωγὰ, *à* Fr. G. *Attraicts*, Attractus, Attractiones, hoc *à* verb. *Attraire*, Attrahere, q. d. Gestus *Attractivi.*

Attrap, *à* Fr. G. *Attrapper*, Assequi, Comprehendere. v. **Trap** in Et. Gen.

Attwyte, fort. idem quod recentioribus **Twit**. Exponitur autem, parùm deflexo sensu, Reum facere, Crimine innodare seu implicare; vel, si mavis, *à* nostro **At**, & AS. Wite, Pœna, Mulcta, Supplicium.

Atwin, Seorsim, q. d. **Atwain** (i. e.) in Duos divisus, v. **Twain** & **Two** in Et. Gen.

Availe, easier Avail (i. e.) **lesser value**, *à* Fr. G. *Valoir*, Valere, additâ part. initiali otiosâ *A*, & *i* per Epenthesin.

Availed, Assaulted, nescio an corr. *à* Fr. G. *Envahir*, Invadere, vel, q. d. Lat. *Adbellare*, *Abbellare* (i. e.) Bellare in seu contra aliquem.

Avale, exp. **Descend**, *à* Fr. G. *Avaller*, Demittere, q. d. *Avallez vous*, Demitte te.

Avaunce pro **Advance**, quod v. in Et. Gen.

Avaunceurs, vox Falconariorum propria, quæ occurrit apud solam *Jul. Burns*, à qua exp. Cornua Cervi secundo loco prodeuntia, sc. post primos tenellos ramulos, q. d. Fr. G. *les Avanceurs* (i. e.) Cornua quæ se promovent & longiùs protenduntur, quàm quæ prima excrescunt.

Avaunt, v. **Avant** in Et. Gen. Datur & **Avaunt** pro Celeriter, q. d. Fr. G. *Allez Avant*, *Avancez vous* (i. e.) Perge ocyus, item **Avaunt** pro Gloriari, v. **Vaunt** in Et. Gen.

Avaunt masterte, locus sanè valdè obscurus, nescio an *à* Fr. G. *Avant*, Ante, & ant. jam obs. *Maistrete*, pro *Maistrise*, Dominatio, Imperium, *vide* **Master**, in Et. Gen. *Vir Rev.* putat, hîc se post minas corrigere Troilum, amorem sc. in Virginem vindictam extinguere modò eâ potiatur, q. d. *this* **Avant mastreth**, (i. e.) hoc prius vincit. *Ch.* f. 148. p. 1. Col. 2.

Aubades, *à* Fr. G. *Aubades* (i. e.) Carmina seu Moduli qui ab Amatoribus summo mane accini seu pangi solent: *à* Fr. G. *Aube*, Diluculum, hoc *à* Lat. *Album*, q. d. *Album diei*, seu prima aeris malbescentia, *vide* **Serenade** in Et. Gen.

Aube, vetus ni fallor vox Fr. G. licèt apud *Cotgrave* hoc sensu non compareat, *à* Lat. *Alba*; fuit enim Tunica linea Talaris olim a Sacerdotibus usitata, v *Fuller* in Hist. Cœnob. *Waltham*, p. 17.

Avelace, exp. Vertinella, *the Rings or Gymews of a bag*, credo perperam scriptum pro ant. Fr. G. jam obs. *Annelace*, It. *Annellaccio*, Magnus & deformis Annulus.

Avenaunt, Gratus, Pulcher, Jucundus, Decorus, **Agreable**, *à* Fr. G. *Avenant*, *Advenant* idem signante, hoc *à* verb. *Advenir*, Decere, Quadrare.

Aventaile, credo *à* Fr. G. jam obs. *Avantail*, Præventura ferrea, προμετωπίδιον, *ab* Adv. *Avant*, Ante, q. d. Anterior Açmaturæ pars.

Aver, exp. Divitiæ, item Repetundæ seu Munera à corrupto Judice accepta, **Wilbety**, fort. *à* Fr. G. *Avoir*, Opes, Substantia, bona.

Augrim stones, exp. Calculi Rationarii, seu quibus Rationes supputantur, q. d. Calculi Algorithmici, v. **Algorithym** suprà.

Avise, exp. *to* **Look upon**, *à* Fr. G. *Aviser attentè*, Inspicere seu Contemplari, q. d. Lat. *Advisare.*

Avisee, Fr. G. *bien Avisé.*

Aumener, idem quod **Ambry**, quod v. in Et. Gen.

Aumer, idem quod **Amber**, quod v. in Et. Gen.

Aumere ex contextu videtur Fimbria vel Instita, nescio an *à* Teut. **Umbber**, Circum, Circa, q. d. Circuitus seu Ambitus. *Ch.* f. 119. p. 1. C. 1.

Auncetre, idem quod **Ancestry**, v. **Anncestours** in Et. Gen.

Auntreth pro **Adventureth**, item **Auntrous** pro **Adventurous.**

Avouter, Adulter, Fab. Apparr. *vide* **Advowtry.**

Axem,

Antem, exp. Carmen Canticum, *a* **Song**, credo mendosè scriptum pro **Antem** seu **Anthem**, quod v. in Et. Gen.

Auter pro **Altar**, Fr. G. *Autel*, omnia *à* Lat. *Altare*.

Autremite, exp. Vestimentum, fort. *à* Fr. G. *Autre Mitre* (i. e.) Lat. *Altera Mitra*.

Aypsions *for* **Ustions**, lib. 5 fab. de *Troilo*.

Awayte, Cautio, Circumspectio, Observatio, *à* verb. *to* **Wait**, quod v. in Et. Gen. Invenitur & **Awayte** pro Mora, Dilatione ejusdem etiam originis.

Awayte, Insidiæ, *à* Fr. G. *Aguets*, It. *Aguati* idem signantibus, v. **Wait** in Et. Gen.

Awhaped, exp. Attonitus, Perterrefactus, *ab* AS. Wapian, Stupere, Horrere, non absurdum esset, si hoc Wapian deflecterem *à* Lat. *Pavere*.

Awhere, exp. Desiderium, Cupido, Appetitus, *a* **Desire**, nescio an *à* part. initiali otiosâ A, & Lat. *Quærere*, magna enim est inter **wh** & **qu** cognatio: quamobrem Scoti qui linguâ Anglicâ utuntur, proximo sæculo pro nostro **wh** semper **quh** scripserunt, ut in **Quhilk**, **Quhat**, & innumeris aliis apparet.

Awreaked pro **Wreaked**, v. **Wreak** in Et. Gen.

Ayelle, exp. Febricula, Querquerus, credo potiùs Febris Paroxysmus, *à* Fr. G. *Accez*, Febris Accessio seu Exacerbatio.

Ay, Ovum, *à* Teut. **Ey** idem signante.

Ayal, **Ayle**, *à* Fr. G. *Ayeul*, Avus, hoc contr. & corr. *à* Lat. *Avulus*.

Aye, v. Et. Gen.

Ayen, Again.

Ayenst, Against.

Ayenward, exp. **Back again** (i. e.) **Againward**.

Ayl, Semper, v. **Ay** in Et. Gen.

B.

Babewries, potiùs **Babeuries**, exp. Antiques (i. e.) Formulæ seu Effigies rerum miræ & variæ, q. d. **Babyries** (i. e.) Pupulæ, ridiculæ rerum imagines.

Badelynge *of Dokys or Ducks*, vox occurrit apud solam *Jul. Barns*, cui videtur Anatum cœtum significare, fort. q. d. *a* **Paddling** *of ducks*, v. **Paddle** in Et. Gen.

Badinage, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, & est pura putâ Fr. G. *à* Fr. G. *Badin*, *Badault*, Stultus; *Badiner*, Nugari.

Bagatell, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, *à* Fr. G. *Bagatelles* It. *Bagatelle*, Nugæ Pueriles, q. d. *Baccatellæ*, *Baccatule* (i. e.) parvæ Baccatæ seu Baccæ Gemmulæ; Baeca enim etiam Virgilio in Culice Margaritam, & secundariò quamvis Gemmam denotat, & sanè uniones rotunditate Baccis persimiles sunt, hinc & Fr. G. *Bague*, Annulus, quam vocem *vide* apud *Menagium*.

Baggingly, Tumidè, sc. instar Sacci impleti & distenti, deflexo parùm sensu.

Baggeth autem pro Dedignatur, & **Bagginly** pro Contemtim usurpatur. **Baggeth** *foule and looketh fair*, v. apud *Chauc.* in Somnio fol. 230.

Bailly, *Government*, Regimen, Imperium, v. **Bail** & **Bailif** in Et. Gen.

Baisemaines, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. *Kissing of the hands*, *Complementing*, *à* Fr. G. *Baiser les mains* (i. e.) manus Deosculari seu Basiare.

Balade de bon Consail (i. e.) puriori linguâ Fr. G. *Ballade de bon Conseil*, Carmen de bono Consilio.

Balais of Entail, exp. Gemmæ seu Lapides Pretiosi inciśi vel insculpti, *à* Fr. G. *Balay d' Entail*, hoc *à* verb. *Entailler*, Incidere, Insculpere, *à Tailler*, Secare; *Balay* autem Fr. G. non quamvis Gemmam sed Rubini quandam speciem denotat.

Bale & **Balesull**, v. Et. Gen.

cark of **Bale wood**, vocem inveni in libro antiquo ἀλωτῳ, mihi *à* Doct. *Th. H.* communicato, & numeratur in merces, pro quibus vectigal Regi penditur: certè quod genus Ligni sit nescio, nisi fort. fuerit lignum aliquod *à Basilea* urbe advectum, Fr. G. *Bois de Basle*, sed sanè longè melius est ignorantiam fateri.

Bales bete, *but what and she my* **Bales bete**, *and be to me curteis and swete* (i. e.) ni fallor, quid si Dolores meos soletur & leniat, *à* **Bale**, Dolor, quod v. in Et. Gen. & AS. Betan, Emendare, Mederi. *Ch.* fol. 128. p. 2. Col. 1.

Bales Turkes, ni fallor, **Turkish Balais**, **Ruby**, v. **Balais of Entaile** suprà.

cark of **Baleyne**, occurrit in Authore ant. mihi *à* Doct. *Th. H.* communicato; **Cark** satis manifestum *à* Fr. G. *Cargue*, Onus, Sarcina, de voce **Baleyn** animi pendeo, quid si *à* Fr. G. *Baleines*, **Whalebones**, hoc *à* Lat. *Balana*.

Balladin, vox quæ mihi in solo Dict. Angl.

occurrit, & est vox pura puta Fr. G. *à* verb. *Baller*, Saltare, Tripudiare.

Banden, exp. Custodia, fortè *à* nom. **Banes**, Vincula, & verb. *to* **Bind**, Vincire, Ligare, quæ v. in Et. Gen.

Bandon, exp. Secta, Sodalitium, *à* Fr.G *Bande*, Turma militum.

Bandy (anno 43. *Eliz.* R. Cap. 10.) videtur vox Pannificum propria, nescio an *à* Fr.G. *Bander*, Tendere, putà arcum; innuitur fortean pessimum illud artificium distendendi pannos nimis nunc usitatum, v. melius fortasse Etymon voce **Bandy** in Et. Voc. For.

Bankers browded (i. e.) ni fallor Fr. G. *Banquiers Brodez* (i. e.) Stragula seu Tapetes, quibus sedilia insternuntur acupicta, v. **Bench** & **Embroider** in Et. Gen. *Ch.* f. 184. p. 1. Col. 1.

Barbe, exp. Persona seu Larva, *à* Fr.G. *Barbe*, Lat. *Barba*, ubi sc. Barba parùm deflexo sensu pro integro vultu usurpatur.

Barbican, *à* Fr. G. *Barbacane*, It. *Barbacane*, Hisp. *Barbacana*, Antemurale, Specula, Turris Speculatoria, Propugnaculi genus, vox Arabicæ originis; *Spelman* autem *ab* AS. Burgekenning (i. e.) Urbs seu Propugnaculi Specula deflectit.

Bargaret, exp. Canticum, Carmen, credo malè scriptum pro **Bargaret**, quod *vide* infrà.

Bargaret, exp. Tripudium, fort. à Fr. G. *Berger*, Pastor, q. d. Tripudium Pastoritium; Fr. G. autem *Berger*, Doct. *Menagius à* Teut. **Berg**, Mons, Collis deflectit, q. d. Monticola, quia sc. in calidioribus regionibus plerumque præsertim æstate in montibus seu collibus pecudes pascunt.

Barkfat, Coriarii Subactoris Alveus, *à* **Bark** & **Fat**, ideo quoniam tales artifices corticibus putà ulmi vel quercûs ad cogenda coria utuntur.

Barmcloth, exp. *an* **Apron**, Semicinctium, *ab* AS. Bapme, Sinus, Gremium, eodem sensu quo & Semicinctium Italis *Grembiale*, q. d. *Gremiale* appellatur.

Barme, Sinus, *ab* AS. Bapme idem significante, hoc fort. *à* verb. Bepan, Ferre, Gestare, quia sc. nutrices Sinu infantes gerunt.

...ton, vox quæ mihi in solo Dict. ...ngl. occurrit, Author deflectit *à* ...g. **Baeren**, Parere, & **Hoen**, Gal...a, potest & deduci *à* Belg. **Baere**, ...obis **Bar**, & AS. Tun, Belg. **Tuyn**, Sepes, Sepimentum, v. **Town**, *ab* AS. Bepe-tun, Area, Villa Frumentaria, certè ego credo idem quod **Barton**, quod v. infrà.

Baselard, v. Et. Voc. For.

Basinet, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. parvus Pelvis, & est vetus vox Fr. G. Dim. nom. *Bassin*, v. **Bason** in Et. Gen.

Basse, *for if the* **basse** *been full there is delite.* Per totum paragraphum Poeta labia pleniora exilioribus præfert, quippe, quæ oscula jucundiora exhibeant, credo igitur **Basse** hîc corruptum esse *à* Fr. G. *Baise*, Basium. *Vir Rev.* vult dictum de labio inferiori (i. e.) Fr. G. *la levre Basse*. Judicent docti. *Ch.* f. 331. p. 2. C. 1. Amoris Aula.

Basting, *with a thred* **basting** *my sleeve* (i. e.) *sleeves*, ni fallor, filo consuens manicas, nescio an *à* Fr. G. *Bastir*, primario sensu Ædificare, secundario Componere. Sed unde, inquies, *Bastir?* fort. *à* Gr. & Lat. *Basis*, q. d. *Basitare* (i. e.) Basi seu Fundamento Superstruere. *Ch.* fol. 119. p. 2. Col. 1.

Cope, exp. *a* **Cloak**, credo *ab* AS. Cop, Ependytes, Epomis & primariò Apex, Culmen, *à* Lat. *Caput*.

Coquettry, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. Garrulitas Muliebris, *à* Fr. G. *Coquette*, Garrula mulier, verbo *Coqueter*, Glocitare, v. **Cock** in Et. Gen.

Corare exp. **Overcome**, nescio an *à* Fr. G. *Courir dessus* (i. e.) Invadere, vel *à* Belg. **Keeren**, Teu. **kehren**, Vertere, omnino ut Gr. Τρέπειν in Fugam pellere significat.

Corbets, exp. *Stones wherein Images stand*. Invenitur autem Fr. G. *Courbette* pro Trabe obliqua & parva.

Cordewane, exp. Corium siccum, v. **Cordwainer** in Et. Gen.

Cordiacle, *à* Lat. *Cardiaca*.

Corigeo, exp. **Corrected**, *à Corrigendo*.

Cornell, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. Angulus domûs, v. **Corner** in Et. Gen.

Cornmuse, exp. **Muſick on Cornets**, proculdubio pessimè, Fr. G. enim *Cornemuse*, Tibiam Utricularem, seu Ἀσκαύλιον, nobis a **Bagpipe** designat.

Corny Ale, Prologo *Indulgentiarii* cervisia potens, Brasii plena.

Corounes twain, *and in the verine of* **Corounes twain**, nescio an *à* Fr. G. *Couronnes*, Coronæ. *Chauc.* 157. p. 1. C. 1. lib. 3. de *Troilo*.

Corridor, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. Prætentura bellica, *ab* It. *Corridore* idem signante, hoc *à* verb. *Correre*, (i. e.) Currere, sic dictum quia longè Currit (i. e.) Extendit.

Corseint, *Vir Rev.* putat dictum quasi Fr. G. *Cœur sain*, sanum Cor (i. e.) Contentum; Ἔοικε tamen & in tanta textûs obscuritate nihil melius occurrit, nisi liceret substituere *Cœur Saint*, Sanctum Cor (i. e.) Beatum. *Chauc.* f. 338. p. 2. C. 1. *Somnio Chauc.*

Corven, malè exp. **Taken** (i. e.) Captus, potiùs Abscctus, *ab* AS. Ceorfan, Secare, Dissecare, Abscindere.

Corviser, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, *à* Fr. G. *Cuir*, Corium, & fort. *Faiseur*, Factor, q. d. Corii Concinnator.

Cosh, Authori Dict. Angl. apud quem solum vox occurrit, dicit esse idem cum **Cotterell**, & utrumque Casam exponit, ridiculè ut solet omnia; **Cotterell** enim Casam sed Villicum notat. Si vox Anglica sit possim deducere *à* Lat. *Casa*, v. **Cote** & **Cottarell** in Et. Gen.

Cosser, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. Sartor Vestiarius, *à* Fr. G.

G. *Cauſeur*, verbali verbi *Coudre*, It. *Cucire*, Sarcire, Reſarcire, omnia *à* Lat. *Conſuere*.

Coſtage pro **Coſt**, quod v. in Et. Gen.

Coſtay, exp. Ambulare, *à* Fr. G. *Coſtoyer*, It. *Coſteggiare*, à Latere tranſire, hoc *à* Lat. *Coſta*, quod It. & Fr. G. *Latus* ſignificat. Vox autem primariò Nautica eſt, & dicitur ubi nautæ huc illuc littora legunt, v. **Coaſt** in Et. Gen.

Cote, Authori Dict. Angl. apud quem ſolum occurrit, exp. *a kind of Refuſe or Clotted wooll, it. a Cottage or Sheepfold*, v. utr. **Coat** in Et. Gen.

Coteſwold, Authori Dict. Angl. exponitur, *a Company of* **Sheep Cotes**, & *Sheep feeding on hils*, *ab* AS. Cote, Caſa Gurguſtium, Tugurium, & **Wold**, quod v. in Et. Gen.

Covenable, *à* Fr. G. *Convenable*, Conveniens, hoc *a* verb. *Convenir*, Convenire.

Coverchief pro **Kerchief**, quod v. in Et. Gen.

Covercle, *à* Fr. G. *Couvercle*, utr. *à* Lat. *Cooperculum*, v. **Cover** in Et. Gen.

Covine, *that he ne knew his ſleight and his* **Covine** (i. e.) Fraus, v. **Covin** in Et. Voc. For. *Chauc.* in Prol. *Oeconomi the Reve.*

Coulozay, vox quæ mihi in ſolo Dict. Angl. occurrit, *à* Fr. G. *Couldraye*, Coryletum, hoc *à Couldre*, Corylus.

Coule, Authori Dict. Angl. apud quem ſolum occurrit, exp. *a Veſſell to Carry water in, alſo a Robe that Friers wear*, neſcio an priori ſenſu *à* Lat. *Culeus*, poſteriori *à* Lat. *Cucullus*.

Coulpe, *à* Fr. G. *Coulpe*, Lat. *Culpa*.

Counterpleted, exp. Controll, q. d. **Counterpleaded**, v. **Plead** in Et. Gen.

Countertail, *followeth Ecco that holdeth no ſilence, but ever anſwereth at the* **Countertail**, *à* Fr. G. *Contretaille*, Taleæ ſeu Teſſeræ Rationariæ pars altera, item Vox Sonus ſeu Tonus vocis altior, & elatior ab altiſſimo proximus quem vulgò Contra Tenorem appellitamus, v. **Cotgrave**. *Chauc.* fol. 47. p. 2. C. 1. fabula *Liberti, the Franklein.*

Countour, *à* Fr. G. *Conteur*, Computator Rationarius, v. **Count** & **Accompt** in Et. Gen.

Coupant, vox pura puta Fr. G. eſt autem part. verbi *Couper*, Scindere.

Coupegorge, *à* Fr. G. *Coupegorge*, Jugulator, hoc *à* verb. *Couper*, Secare, & *Gorge*, Guttur.

Courſine, *à* Fr. G. *Cœur Fin* (i. e.) **Fine** *or* **Deceitfull**, **Cunning Heart**, Cor Vafrum, Aſtutum.

Courtbies, idem quod **Courtpy**, quod v. infra. *Pierce Plough.* f. 35. p. 2.

Courtpy, videtur Veſtis quædam, *à* Fr. G. *Court pié* vel *pied* (i. e.) **Short of the feet**, Tunica, ſc. brevior quæ non ad pedes deſcendit. *Chauc.* in Prol. Academ. Oxon.

Couth, exp. **Known**, **Know**, *ab* AS. Cuð, Notus, Cognitus; **Couth** etiam exp. **Perfitly** (i. e.) Dextrè, Scienter, Perité.

Cowde, exp. *a* **Gobbet**, v. *Minſh.* qui tamen tantùm vocem citat, Etymon ne quidam tentat eruere: neſcio an *à* Fr. G. *Coude*, *Coudee*, Cubitus, q. d. per Hyperbolen Offa cubitum longa.

Coy, *à* Fr. G. *Coy*, *Quoy*, Quietus.

Coy, **Coyen**, Adulari, credo *à* Fr. G. *Coy*, Quietus, quia ſc. Blandiendo infantes vagientes pacamus, & ad Quietem ducimus.

Coyſe, exp. **Jollineſs**, neſcio an corr. *à* **Joyes**, v. **Joy** in Et. Gen.

Crakell, *à* Fr. G. *Craquer*, Strepere, Strepitare, vox Ὀνοματοποιητικὴ. *Ch.* fab. de *Cuculo* & *Luſcinia.*

Crallit, exp. Sculptus, Inſculptus, neſcio an *à* Belg. **Krollen**, Criſpare, Vibrare, Intorquere, Sinuare, Flectere.

Crampeth, potiùs **Crampeth**, exp. Rodit, vox autem eſt à ſono Maſticantium, & ſibi invicem colliſorum dentium ficta.

Craſed pro **Cracked**, Fractus, *à* Fr. G. *Eſcraſer*, Elidere. *Ch. in the tale of the Chanons yeman.*

Crask, Authori Dict. Angl. apud quem ſolum occurrit, exp. Pinguis, Obeſus, q. d. *Craſſus*, *à* Lat. *Craſſus.*

Cratched, *and with* **taſels cratched**, dicit autem pannum non eſſe uſui aptum priuſquam calcetur, & carduo Fullonum carminetur ſeu depectatur (i. e.) recentiori noſtrâ linguâ, *till it be* **ſcratched** *with* **teaſell**, v. **Scratch** & **Teaſell** in Et. Gen. *Pierce Ploughman*, fol. 91. pag. 2.

Creamer, vox ant. Scot. & Angl. exp. qui Stationem ſeu Officinam in foris, ſeu nundinis habet, *à* Teut. **Kramer** ſeu **Krâmer**, Belg. **Craemer**, Inſtitor mercium, hoc *à* Teut. **Kram**, Belg. **Kraem**, Inſtitoris Taberna ſeu Officina, v. *Spelman* voce *Stallangiator.*

Creaunce, *à* Fr. G. *Creance*, Fides, q. d. Lat. *Credentia.*

Creſſet,

Creſſet, *Minſh.* deflectit *à* Belg. **Keerſe**, Candela; **Creſſet** autem olim Pharum ſignavit. Ego mallem deducere *à* Fr. G. obſ. *Croiſſet*, parva Crux, quia Pharis plerumque ſignum Crucis imponi ſolet.

Crick, *ab* AS. Cpocca, C. Bc. *Crochan*, Teut. **Krug**, Fr. G. *Cruche*, Vas, Fictile, Olla Fictilis, Belg. **Kruis**, Scyphus, v. **Cruſe** in Et. Gen.

Croce, v. **Crook** in Et. Gen.

Crock, exp. Vas Fictile, verum Etymon v. in voce **Cruſe** in Et. Gen.

Crockets, exp. **Locks of hair**, fort. *à* Fr. G. *Crochet*, Uncinulus.

Crois, Fr. G. *Croix*, **Croſſe**, omnia *à* Lat. *Crux*.

Crokes, ni fallor Unci, *à* Fr. G. *Croc*, Uncus, Uncinus, Harpago, v. fab. de *Cleop.* Reg. Æg.

Crompe, *and caſteth up the* **Crompe**, niſi idem ſit cum noſtro **Crop** ſanè nec ſenſum nec Etymon capio. *Vir. Rev.* dictum putat pro Belg. **Rompe**, Truncus, Cortex. *P. Pl.* fol. 94. pag. 2.

Crooke, *the matter is a* **Crooke** (i. e.) ni fallor, **it goes Wrong**, Obliquè, *vide* **Crooked** in Et. Gen.

Crool, exp. Murmurare, Obmurmurare, credo idem quod **Gzowl**, quod v. in Et. Gen.

Crop, exp. **Top**, *à* Fr. G. *Crope*, *Croupe*, roſtri Apex.

Croſſelet, *à* Fr. G. *Croiſet*, *Croiſelet*, Lat. Barb. *Crucibulum*, Vas Metallorum fuſorium, in quo ſc. metalla cruciantur.

Crotyth, *a hare* **Fymayeth** *and* **Croteth**, voces occurrunt apud *Jul. Barns* lib. de re Venatica, &, ni fallor, ſignificat alvum Exonerare, Egerere, *à* Fr. G. *Crottet*, Cœnum, Fimus, Stercus. Si Græcus eſſem deflecterem *à* Gr. Ἐκχυ-σις.

Crouch, *à* Fr. G. *Croiſer*, Cruce ſignare, hoc *à* nom. *Croix*, Crux, Exp. autem Benedicere, quia ſc. ſacerdotes cum ſigno Crucis benedicunt.

Croudeſt, *with thy diurnall ſwegh that* **croudeſt** *aye*, ſecundùm Platonica principia, quaſi orbes cœleſtes motu & colliſu ſuo muſicam harmoniam ederent, (i. e.) verbatim qui diurno ſono perpetuo Citharum pulſas, v. *à* **Crowd** *of muſick* in Et. Gen. *Ch.* f. 18. p. 1. C. 2. fabulâ *Cauſidici*.

Croupe, exp. Clunis, *à* Fr. G. *Croupe*, It. *Groppa*, Orropygium ſeu Uropygium.

Cruis, Preces, apud *Skene* lib. Quon. Attach. C. 14. lineâ & paragr. 1.

Crul, exp. Levis, **Smooth**, credo potiùs Criſpus, Capillis Criſpatus, ſeu Calamiſtratus. *Mer. Caſ.* deflectit *à* Gr. Κρόκυς, mallem *à* Belg. **Krul**, **Krol**, Criſpus, Intortus, *vide* **Curl** in Et. Gen.

Crul *or* **Croule**, pro **Curl'd**, v. **Curl** in Et. Gen.

Culleth, exp. **Pulleth**, **Inforceth**, fort. *à* Fr. G. *Cueillir*, Colligere.

Culpons, exp. tum Cumuli, Acervi, tum particulæ, *à* Fr. G. *Coupon*, Segmentum, pars, hoc *à* verb. *Couper*, Scindere, *vide* **Cut** & **Coupe** in Et. Gen.

Culvertage, exp. Puſillanimitas. *Spelman* deflectit *ab* Angl. ant. **Culver**, AS. Culyne, Columba, *à Columbyna* ſc. timiditate. Ego mallem declinare *à Culum* vertendo, ut fugientes ſolent.

Cure *bulli*, exp. **Tan'd Leather**, *à* Fr. G. *Cuir bouilli* (i.e.) Corium Elixum, Coctum.

Curfew, v. Et Gen.

Curreidew, exp. **Curry ſ**our, fort. *à* **Curry**, quod v. in Et. Gen. & Fr. G. *Doux*, Dulcis.

Curteis *for* **Courteous**, quod *vide* in Et. Gen.

Courtmantill, *à* Fr. G. *Courtmanteau*, olim *Mantel* (i.e.) Curto ſeu Brevi Pallio indutus. Quis autem ille *Henricus* Rex ſtirpis Normannicæ cognomento **Curtmantill**, qui adeò inops ante mortem fuit, ut non haberet quo verenda tegeret, prorſus neſcio. *Ch.* lib. 2. Teſt. *Amoris.* f. 286. p. 1. C. 2.

Cuſtance *for* **Conſtance**.

Cuth, AS. Cuð, Notus, Helleniſtæ deflectunt *à* Gr. Κοῦθ pro Νοῦθ. Mallem *à* verb. AS. Cýðan, Oſtendere, Notum facere.

Daff.

D.

Dak pro Dakard, quod v. in Et. Gen.

Dag, vox quæ hoc sensu in solo Dict. Angl. occurrit, ubi notare est miserrimam Authoris ignorantiam, qui Tormentum bellicum manuarium minus a Pistoll exponit, & dictum putat à *Dacis*, qui primi hoc armorum genere usi sunt, Imò ultimi omnium Europæ populorum, v. Dig in Et. Gen.

Dagged pro Digged, v. Dig in Et. Gen.

Daggen, exp. Slitted, Dagges, *Lashets cut out of Leather*, nescio an à Belg. Dagghe, Sica, q. d. Sicâ vel cultro excisum, vel incisum.

Dagges, *Knopped with* dagges, *Ch.* fab. de *Rosa*, v. Dagged.

Dagon, exp. Fractura, a Piece *or* Remnant, nescio an à Belg. Tacken, ramos amputare. *Ch.* f. 42. p. 2. C. 1. fab. *Apparitor*.

Dan, vox ant. Fr. G. quæ olim omnibus melioris notæ viris honoris ergô tribuebatur, ut nunc *Monsieur*, & ejus cognata vox Hisp. Don, utr. contr. & corr. à Lat *Dominus*, *Dominus*, *Donnus*, *Domna* autem pro *Domina* occurrit apud *Oppianum* principio ni fallor Κυνηγετικῶν.

Dantoned, videtur Tame apud *Skene* lib. Quon. Attach. C. 48. paragr. 11.

Dare pro Stare, nescio an *ab* alt. Dare, Audere, quia sc. hominum Audaciores contentis oculis alios aspiciunt. Alius me Ἑλληνίζειν deflecteret à Gr. Θεωρῶν.

Daren, Dazreigne, exp. Attempt, fort. à Fr. G. *Arranger*, in Ordine ponere, Disponere, ut qui pugnam aut oppugnationem initurus est.

Dates pro Accounts, q. d. Rationes *Data*, vel Exhibitæ.

Daungere, *caught in his* daungere (i. e.) ni fallor suis Laqueis, vel suâ Decipulâ, confer alt. Danger in Et. Gen. *Chauc.* fol. 115. p. 2. C. 1. fab. de *Rosa*.

Daungerous *for* Coy *or* Sparing, passim in fab. *mal. Bathon.*

Dawes pro Dayes, & Dawe pro Dawn, v. Day & Dawn in Et. Gen.

Debonair, v. Et. Gen.

Decoped, exp. Peaked, Acuminatus, à Fr. G. *Decouper*, Dissecare, Resecare, idque quia quicquid in Acumen tenuatur, oportet ut in Extremitate plus quàm in aliis partibus accidatur.

Deed & Dede, pro Dead & Death, v. Dead in Et. Gen.

Dees, *but all on hie above a* Dees, credo à Fr. G. *Dais*, Cœlum, ἐφηλικῶ, Tentorium, Prætentura, Περιπετάσμα, quod Principum capitibus obtendi solet, *a* Canopy. *Ch.* f. 268. p. 1. C. 1. lib. 3. de *Fama*.

Defaited, Decayd, vel q. d. Defaulted; v. Default in Et. Gen. vel à Fr. G. *Desfait*, hoc à verb. *Desfaire*, *to* Undoe, v. Defeat in Et. Gen.

Defend, exp. Forbid, à Fr. G. *Defendre*, Prohibere, Vetare.

Defouled, Pudore suffusus, Ignominiâ affectus, Shamed, à Fr. G. *Defouler*, Objurgare, Reprehendere, Exprobrare, sed primariò pedibus Conculcare, hoc à præp. *De*, & Fouler, Calcare, Opprimere, omnia à Lat. *Fullo*; *Fullo* enim pannos premit & calcat.

Degowidy feders, pro feathers, vox occurrit apud *Jul. Barns* lib. de re Aucuparia, à Fr. G. *Degoutter*, Stillare, Destillare, Defluere, fort. Πτερῶσις (i. e.) plumarum Defluvium in genere Accipitrino.

Deiden pro Dy'd, v. Dy in Et. Gen.

Deignous, exp. Disdainfull, contr. à Fr. G. *Desdaigneux*, Indignabundus, Dedignabundus, v. Daign in Et. Gen.

Deintie, exp. Desire, credo pro Dainty, illud enim quod appetimus seu concupiscimus nobis in deliciis est.

Deinties *for* Dainties.

Deirie *for* Dairy, quod v. in Et. Gen.

Deis, Sedes, nescio an *ab* AS. Disch, Teut. Tisch, Mensa, vel à Fr. G. *Dais*, Cœlum, ἐφηλικῶ, *a* Canopy, & tum de Sede Principis tantùm intelligitur. *Vir Rev.* putat corr. à Lat. *Sedes*, truncatâ primâ syllabâ, & interjecta per Epenthesin *i* vocali.

Deis, vox Scot apud *Duglas.* lib. 1. Æn. *Virg.* fol. 26. pag. 1.

Deliver, Agilis, quæ etiam vox nondum prorsus obsolevit, nescio an sic dictum quasi Deliver'o, ut dicimus *a* Deliver'o *strength* (i. e.) Robur Liberum, & præ exercitio ad quasvis actiones promtum & habile.

Deil, exp. Parvus, *ab* AS. Dæl, Parvus, v. Deal in Et. Gen. quia sc. omnis res parva est tanquam portiuncula rei grandis.

Demain, exp. Manage, à Fr. G. *Demene* idem signante, v. Demeanour in Et. Gen.

Deme, *ab* AS. Deman, Judicare, *vide* **Doom** in Et. Gen. Ejusdem originis est **Demin**, Judex.

Demean pro **Demone**, v. **Done** in Et. Gen. Exp. autem Conqueri, vel *à* Fr. G. *Demoner dueil*, Dolere.

Demein, **Demain**, *à* Lat. *Dominium*, Imperium, v. **Demeanes** in Et. Gen.

Demene, exp. **Dwell**, *à* Fr. G. *Demener*, Agitare.

Dent, v. **Dint** in Et. Gen.

Denwere, exp. **Doubt**, nescio an *à* Teut. **Dan**, Tum, & **Wehren**, Cavere, qui enim Cavet dubitat.

Departeux, *à* Fr. G. *De par dieu* (i. e.) per Deum.

Departed *even of white and blewe* (i. e.) albo & cœruleo colore æqualiter mixtis, Distinctus, *à* Fr. G. *Departir*, Dividere, Partiri, q. d. Lat. *Departiri*. *Gower* f. 70. p. 1. Col. 2.

Depelonpe, exp. Transparens, credo mendosè scriptum pro **Develonpe**, hoc *à* Fr. G. *Desveloppe*, part. verbi *Desvelopper*, Evolvere, Explicare, Extricare, q. d. Detectus (i. e.) Manifestus, v. **Invelop** in Et. Gen.

Dequase, exp. **Dash**, q. d. **Dequash**, v. **Quash** in Et. Gen.

to **Dere**, Contristare, melius fort. Lædere, *ab* AS. Derian, Belg. **Deeren**, **Deren**, Fr. Th. **Deran**, Nocere, unde & Lanc. **Deer**, adhuc eodem sensu usurpatur. Alludit Gr. Δηλέω, Noceo. Ejusdem originis est **Derne**, Dirus, Crudelis.

Deslavy, Lascivus, Veneri deditus, Fr. G. *Deslié*, nisi malles dictum quasi **Deslawy**, *ab* omni lege immunis & solutus.

Destrer, *à* Fr. G. *Destrier*, It. *Destriere*, *Destriero*, Lat. Barb. *Dextrarius*, Equus Militaris, *à* Lat. *Dexter* defletit cum multis aliis *Spelmannus*, q. d. Equus Promtus, Agilis, *Cheval bien a droit*. Ego tamen potius dictum puto quasi *Cheval à Estrier* (i. e.) Equus Stapede instructus.

Deviant, exp. **Far off**, **Wandering**, nimis manifestè *à* Fr. G. *Deviant*, *Desviant*, part. verbi *Devier*, *Desvier*, Deviare.

Devinals, exp. **Wisards**, credo vix benè, Fr. G. enim *Devinailles*, non Hariolos seu Divinos, sed eorum Prædictiones seu Divinationes designat, utr. nimis manifestè *à* Fr. G. *Deviner*, Lat. *Divinare*.

Devise, Narrare, *à* Fr. G. *Deviser*, Colloqui, Excogitare, Disponere.

Dere pro **Desk**, quod v. in Et. Gen.

Dey pro **Dairy-woman**, v. **Dairy** in Et. Gen.

Diapred, exp. Variatus, Distinctus, **Diversified**, quid si *à* Fr. G. *Divairre* (i. e.) Divariatus deflecterem, v. **Diapered** in Et. Gen.

Dias, *and drive away death with* **dias** *and* **dragges**, nescio an *ab* AS. Dyæg, Hebes, Stupidus. **Dragges** autem videtur dictum pro **Dregs**, q. d. abigere mortem cum sensuum Stupore perpetuo, ultimæ Senectæ Comite, & ipsam Senectam, vitæ sc. fœces, in pristinum ætatis vigorem restituere. *Pierce Plough*. f. 103. pag. 2.

Dight, v. Et. Gen.

Digne, exp. **Disdainfull**, Superbus, Dedignabundus, & **Gentle**, Mitis, Mansuetus, *à* Fr. G. *Daigner* pro *Dedaigner*, Dedignari.

Discever, exp. Consumere, Expendere, *to* **Spend**, *à* Fr. G. *Dissevrer*, Separare (i. e.) secundùm Etymon *Dissepare*.

Discever *for* **Discover**.

Discure, exp. **Show**, credo contr. *à* Fr. G. *Descouvrir*, Detegere, q. d. Lat. *Discooperire*, v. **Discover** in Et. Gen.

Diseseperance, **Dispair**, *à* Fr. G. *Desesperance*, Desperatio, q. d. *Disperantia*.

Disjoynt, exp. **Hard Case**, *à* **Dis** & **Joint**, q. d. in malo articulo constitutus, quo ferè eodem sensu pro Periculo usurpatur.

Dispitous, videtur ex contextu Iracundus, *à* Fr. G. *Despiteux* idem signante, *Despit*, Ira, v. **Despite** in Et. Gen. *Chauc*. Prol. *Sacerdotis*.

Dispoyt, *of great* **dispoyt**, idem quod **Spoyt**, quod v. in Et. Gen.

Dispurveyed, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit (i. e.) **Unprovided**, malè Paratus, malè Instructus, *à* Præp. **Dis**, & nostro **Purvey**, Fr. G. *Purveoir*, Providere, v. **Purvey** in Et. Gen.

Dissentoyl, exp. *a* **kind of Still**, nescio sanè an bene, fort. dictum quasi *Desanatorium* (i. e.) Vas ex quo medicamenta salubria distillantur, vel q. d. Vas *descensorium*, sc. quo mediante Destillatio per Descensum *à* Chymicis dicta peragitur.

Distaunce pro **Discord**, etiamnum in usu, quia Dissentio seu Discordia, est quædam animorum Distantia, & in longinquum separatio.

Distrain, **Grieve**, **Vex**, v. **Distrain** in Et. Gen.

Distrein

Distreineth, exp. Distreth; mirificè, ni fallor, detortum à Fr. G. Destraindre, Stringere, Premere; Distreine etiam pro Coustrain usurpatur.

Dissturn, à Fr. G. *Destourner*, Avertere, v. Turn in Et. Gen.

Dite pro Indite, quod v. in Et. Gen. Dite autem fortasse immediatè à Lat. *Dictare* deflexum est, exponitur enim *Tractatus*, à Treatie.

Divinati, exp. Ænigma, à Riddle, parùm aut nihil deflexo sensu; à Fr. G. *Divinaille*, Divinatio, nam de expositione ænigmatis divinamus, v. Devinals suprà.

Divinist e, exp. Theologus, à Divine (i. e.) qui res Divinas tractat.

Dobeler, v. Et. Gen.

Doced or Dooced, exp. Sambuca, Instrumentum Musicum, fort. à vet. jam obs. voce Fr. G. *Doucet*, quod olim idem signavit. *Doucet* autem est Diminutivum nom. *Doux*, Dulcis, sic autem dictum est à Dulcedine soni quem edit, & ob eandem rationem alio nomine Dulcimer appellatur, v. Dulcimer in Et. Gen.

Docked, exp Cut off, Abscissus, Resectus, credo à Belg. Tacken, ramos Amputare.

Docket, Authori Dict. Angl. & *Gouldmanno* exp. Breve Scriptum, nescio an à Foro Græco ad nos traductum, q. d. Gr. Δοκὸς, Δόγμα τῆς Συλῆς Δόγμιον ἢ ὅπερ ἔδοξε τῇ βουλῇ, Placitum Curiæ, Decretum.

Dodded, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. Decornutus, Amputatus, nescio an à Belg. Dodde, Caulis, Fustis, Paxillus, vel malè scriptum pro Docked, quod v. suprà.

Dole, *without halfen* Dole (i. e.) ut videtur ex contextu non Dimidium Cor sed integrum amori consecrans, q. d. linguâ recentiori *without halving of it*, verbatim sine Dimidia parte, v. Deal & Dole in Et. Gen.

Dolling, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. Calefaciens, vereor ne author ex proprio cerebro finxerit; certè quia aliud Etymon non suppetit, si Græcus essem deflecterem à Gr. Θάλπω.

Dolven, part. verbi to Delve, Fodere, quod v. in Et. Gen. Hic autem valdè cognato sensu Sepultus dicitur.

Dolv & Doolv, Test. Chryseidos Tristis, à Fr. G. *Dueil*, Luctus, hoc à Lat. *Dolor*.

Domesman, Judex, *ab* AS. Dom, Dome, Judicium, hoc à Deman, Judicare, v. Deme suprà, & Deem in Et. Gen.

Domino, Authori Dict. Angl. apud quem soluni occurrit, exp. Capitium quoddam seu Tegmen capitis Canonicis olim usitatum, item Velum quo in solenni luctu utuntur mulieres, Velum Lugubre mulierum, credo à Lat. *Dominus*, q. d. Vestis Sacra in qua Domino serviunt.

Done bones, exp. Doe service to God, satis malè, ni fallor, credo potiùs, q. d. Donee bones, Fr. G. *heures Donnees* (i. e.) horæ Deo Donatæ seu Consecratæ; vel, si malis ex nostro fonte petere, *ab* AS. Don, *to* Doe, Facere, & bones (i. e.) Facere, Celebrare seu Observare horas Canonicas.

Donet, exp. Liber quidam, q. d. Liber Donatus, vel fort. à *Donato* Authore sic dictus.

Dongeon, apud *Lidgate* in Thebaide, Fr. G. *Dongeon*, *Donjon*, media & munitissima Turris arcis alicujus, cujus verum Etymon v. in Et. Gen. voce Dungeon.

Dont vient la destenie, puriori lingua Fr. G. *Dont vient le destin* (i. e.) verbatim unde venit Fatum. *Chauc.* f. 314. p. 1. C. 1. in *Cant. Henr.* 4. R. scripto.

Dozmant, Unremoov'd, Immotus, non, quod quis primo aspectu crederet, à Fr. G. *Dormant*, Dormiens, quia sc. qui Dormiunt Immoti manent, sed à Fr. G. *Demenrant*, hoc à verb. *Demenrer*, Manere, Morari, & secundùm Etymon *Demorari*, idque per literarum Metathesin.

Dozp, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, & est vox pura puta Belg. quæ Pagum notat, v. Thozp in Et. Gen.

Doublet, Authori Dict. Angl. exp. *a Precious Stone consisting of two pieces joyned together* (i. e.) Gemma ex duabus Gemmulis simul junctis coagmentata, & est vox pura puta Fr. G. eodem prorsus sensu, q. d. Gemmula duplex, v. Double in Et. Gen.

Dovetail, Authori Dict. Angl. exp. Artificialis quædam Coarticulatio Fabris ædificatoribus vulgò Carpentariis, seu potiùs Junctoribus, Joyners dictis, usitatissima, sic dicta à figurâ *Cauda Columbina* æmula.

Doule *for* Dole, Pars. *Chauc.* f. 99. p. & C. 2. fab. *Agricola*.

Doutaunces, à Fr. G. *Doutances*, *Doubtances*, Suspiciones, Anxietates, q. d. Lat. *Dubitantiæ*, v. Doubt in Et. Gen. *Ch.* lib. 1. de *Troilo*.

Dꝛ

Dꝛ

Dꝛ

E.

EAlderman, AS. Ealdor-man, Senator, non quivis olim Urbis seu oppidi sc. sed Senator regni Regi à consiliis, purpuratus, nomen enim ætatis ad dignitatem exprimendam traductum est, ut in plerisque etiam aliis linguis, in Lat. *Senator*, Patricius, Gr. Πρέσβυς, Πρεσβυτὴς, Γερέσια, &c. apparet, v. **Alderman** & **Priest** in Et. Gen.

to Ear, *Arare*, à quo satis manifestè ortum ducit.

Easie of dispence, credo *a man of little Expence*, ut Fr. G. *Despense*, Sumtus, verbo *Despenser*, *Despendre*, *Dispendere*, Expendere, Insumere, v. **Easy** in Et. Gen. *Ch.* Prosopographia *Doctoris Medici*.

Eath, Eth, & Eeith, *ab* AS. Eaꝺ, Facilis.

Eath, Scot. pro **Oath**, apud *Skenæum* passim.

Ebrack, *à* Lat. *Hebraicus*.

Ecbe, Ecben, *ab* AS. Eacan, Iecan, Geican, Augere, Adjicere.

Ecbe, exp. **Draw out**, fort. *ab* AS. Elean, Elcian, Differre, vel *à* verb. *to* **Eak**, quod v. in Et. Gen.

Eclympasteire, *there these Gods lay asleepe Morpheus and* **Eclympasteire**, *that was the God of sleepes heire*, hoc autem nomine Poeta satis manifestè Filium seu Hæredem Morphei appellat, vox videtur ficta à Gr. Ἐκλιμπαστὴς, Desertor, hoc à verb. Ἐκλιμπάνω pro Ἐκλείπω, Desero, Destituo, quia sc. somnus levi ex occasione propter sc. sonum, vel levem corporis alicujus attactum discutitur, imò sæpè per se subitò hominem destituit. *Ch.* fol. 228. p. 1. Col. 1. in *Somnio*.

Edeling, v. **Athelting** suprà.

Effaced, exp. **Spotted, Defaced**. Si vox idem significet quod nostrum **Defaced**, fort. corruptè scripta est pro **Efaced**, Fr. G. *Effacé*, part. verbi *Effacer*, Delere, hoc vel à Lat. *Exfacere*, ut nos dicimus *to* **Do out**, pro Delere, vel potiùs q. d. *Exfaciare* (i. e.) pristinam faciem seu formam mutare; vel à Fr. G. *Fat*, *Stultus* aut *Fatuus*.

Eft, *ab* AS. Eft, Posteà, Porrò, Iterùm.

Efters (i. e.) **Quayes, Galleries, Entries, Walks, Walls, Verges**, fort. *ab* AS. Eftep, Æftep, Post, q. d. Posticum ædium. *Ch.* fab. de *Rosa*, f. 126. p. 2. & C. 2.

Egall, *à* Fr. G. *Egal*, utr. nimis manifestè à Lat. *Æqualis*.

Eggement, **Procurement**, vel *à* Fr. G. *Agir*, Onerare, Agitare, Influere, hoc à Lat. *Agere*, vel potiùs à verb. *to* **Egg**, quod v. in Et. Gen.

Egre, *wounded* **egre**, ni fallor, q. d. Fr. G. *Aigrement blessè* (i. e.) Acriter vel Vehementer Sauciatus. *Ch.* fol. 133. p. 1. C. 2. fab. de *Rosa*.

Egrets, avis *à* Fr. G. *Egrette*, *Aigrette*; Ardeæ genus, & fort. corr. *ab Ardea*, q. d. *Ardeette*, *Ardeola*, nisi malles dictam ab Acri, vehementi & Sævo avis rapacis ingenio, v. **Eager** in Et. Gen.

Eigh, *throughout* **Eigh** (i. e.) ni fallor per Oculos (i. e.) *throughout* **Eyes**, dicit enim Cupidinem ipsum per oculos vulnerâsse.

Eighteth mow, exp. **may Graunt**, nescio an *ab* AS. Eahtan, Belg. & Teut. **Achten**, Æstimare, AS. Eahte, Belg. & Teut. **Acht**, Pretium, Æstimatio, vel *ab* AS. Ehte, Bona, Res, Possessiones (i. e.) aliquid Possidendum concedere; **Mow** autem contractè pro **Mought** vel **Might** scribitur.

Eisel pro **Vineger**, quod mihi sanè mirari subit, cum nec *ab* ant. Anglo-Saxonico, nec Normanno-Gallico fluxerit, AS. enim Ꝼeceꝺ, Fr. G. *Vinaigre* dicitur; potest tamen ab Italico eóque Latina origine deduci, sc. à Veneto & Longobardico *Aceo*, seu ut efferunt *Azeo*, additâ term. dim. **el**, q. d. Acetulum. *Ch.* in *Threno D. Magi*.

Eke, videtur ex contextu idem signare quod Occidere, vel saltem Lædere Cruciare, fort. *ab* AS. Ece, Dolor, q. d. Dolorem inferre, v. **Ake** & **Ach** in Et. Gen.

Eld, *ab* AS. Elde, Ætas, Senectus, hinc & **Eldeth, maketh Old** legimus & verb. AS. Eldan, Cunctari, Morari, affini sanè sensu.

Ele, exp. Auxilium, nescio an *à* Fr. G. *Aisler*, Alis instruere, qui enim alii auxiliatur ipsi alas quadantenus suppeditat.

Elenge, Strange, Peregrinus, *ab* AS. Elende, Procul, vel *à* Fr. G. *Esloignè*, part. verbi *Esloigner*, procul Submovere, AS. autem Ellende, *à* Lat. *Alienus*. *Esloigner à* Lat. *Ex*, & Fr. G. *Loing*, Longè, ortum ducunt, q. d. *Exlongare*.

Elengelich, *Alexander that all wanne* **elengelich** *ended* (i. e.) ni fallor, Alexander Macedo totius terrarum orbis Victor; miserè vitam, utpotè veneno sublatus clausit. **Elengelich** autem nescio an *à*

Teut.

Teut. Elend, Miseria, Calamitas, ortum ducat. *Pierce Plough.* fol. 65. pag. 1.

Eles, *and Rampe as men done after* **Eles** (i.e.) ni fallor **Eeles**, v. Eel in Et. Gen. *Ch.* lib. 3. de *Fama.*

Elf, Elp, v. **Elf** suprà.

Elvish, Morosus, à nom. **Elf**, Dæmon, q. d. Dæmone obsessus, v. **Elf** in Et. Gen.

Embassade, vox pura puta Fr. G. quæ Legationem signat, v. **Embassadour** in Et. Gen. *Chauc.* in Somn. *posteriori.*

Embelse *cercle*, *Speight* exponit *the Oblique Circle*, credo vix benè; ni fallor potiùs corr. est à Gr. Ἐμβόλιμος, Intercalaris (i. e.) Circulus Intercalaris, ubi sc. singulo quarto anno dies intercalatur.

Embolsment, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit. Credo voluisset dicere **Embouchment** exponit enim Immissionem in os; **Embollement** enim rem longè diversam sc. Protuberationem notat. Fr. G. autem *Emboucher* oritur à præp. *En*, In, & *Bouche*, It. *Bocca*, Os, utr. à Lat. *Bucca.*

Embrouded, Embrolder'd, cujus Etymon v. in Et. Gen.

Eme, *mine* **Eme**, v. Et. Gen.

Emerlon, Avis quædam, ni fallor illud Accipitris genus quod Fr. G. *Esmerillon*, nobis *a* **Merlin** *or* **Marlin** dicitur, *vide* **Marlin** in Et. Gen. *Chauc.* f. 236. p. 1. Col. 2.

Emforth, exp. Secundùm, **According**, à præp. AS. Em, quæ in Compositione Æquum seu Par signat, & **Forth**, q. d. per omnia Pariter seu Similiter; vel quod eodem recidit, à nom. Emne, Æqualis.

Emmolsed, exp. **Comforted**, nescio an à verb. Fr. G. jam. obs. *Emmousser*, Obtundere, Hebetare, hoc à præp. *En*, In, & nom. *Mousse*, Hebes, Obtusus, q. d. dolorem Obtundere & Lenire; *Mousse* autem fort. à Lat. *Mucidus* ortum ducit; quia sc. Mucida omnia præ Spirituum inopia Obtusa vieta & sapore Evanida sunt.

Empaired, exp. **much Greeved**, v. **Empair** in Et. Gen.

Empryse *for* **Enterprise.**

Enblaunched, Ornatus, aliquantùm deflexo sensu, à Fr. G. ant. *Emblanchir*, pro hodierno *Blanchir*, Dealbare, q. d. *Dealbatus*, v. **Velperopis** suprà. *P. Pl.* f. 85. p. 2.

Enbolned, **Swelled**, Tumidus, Tumefactus, à Fr. G. *Bouillir*, It. *Bollire*, Lat. *Bullire*, *Ebullire.*

Enchace, à Fr. G. *Enchasser*, idem quod *Chasser*, Abigere, Venari, v. **Chase** in Et. Gen. *Ch.* f. 241. p. 1. C. 1. *la belle Dame sans Mercie.*

Enchafeth, Flagrat, Calfacit, à verb vet. Fr. G. *Enchauffer*, ut nunc *Eschauffer*, utr. à verb. *Chauffer*, Calefacere, *vide* **Chafe** in Et. Gen.

Enchaseth, *Ch.* in Vers. *Boetii* de Cons. *Ph.*

Encheson, Occasio, Causa, fort. à Fr. G. jam. obs. *Encheson*, hoc à verb. *Encheoir*, Incidere, Accidere, à præp. Fr. G. *En*, In, & *Cheoir*, Cadere.

Encombred, Weary, v. **Encomber** in Et. Gen.

Encontrewayl, exp. **Prevent**, Prævertere, Avertere, q. d. Fr. G. *Encontre-Valoir* (i.e.) In contra Valere.

Endeynous, credo à Fr. G. jam obs. *Endaigneux*, Indignabundus, *ab* obs. verb. *Endaigner*, Indignari, omnino ut hodiéque *Desdaigneux*, Dedignabundus, à *Desdaigner*, Dedignari. *Ch.* f. 274. p. 1. C. 2. *Test. Amori.*

En Dieu est, voces puræ putæ Fr. G. (i. e.) Penes Deum, in Dei potestate res est.

Endouted, *and if Ine had* **Endouted** *me to have been hated or assailed* (i. e.) nisi Timuissem, *ab* ant. Fr. G. *Endoubter*, Dubitare. *Ch.* f. 116. p. 1. C. 2. fab. de *Rosa.*

Endyp, exp. **Endure**, à quo proculdubiò corr. est, v. **Dyp** suo loco.

Endyd, *a lamb that was* **Endyd** *in untime* (i.e.) **Caned** *or* **Yeaned** *before its time*, agnus Præcox seu Præmaturè in lucem editus, vox occurrit apud *Jul. Barns*, v. **Yean** in Et. Gen.

Enerees, idem quod Fr. G. *Denrées*, Fr. G. autem *Denrée*, Mercem, vel quicquid Venum exponitur, item Mensuram, & *une Denrée d' herbes*, a **Pennyworth** *of herbs*, tantum sc. herbarum quantum Denario emi potest designat, q. d. Lat. *Denariatum.* *Vir* autem *Rev.* refert in Manuscripto suo scribi *Encrees* (i. e.) **Increase.**

Enewed, Renovatus, à nom. **New**, q.d. Enovatus, vel *ab* AS. Ednipeb, part. verbi Ednipan idem signante.

Enfamined, fab. *Phyllidis* pro **Famished**, à verbo Fr. G. *Enfaminer*, Fame necare.

Enfeeteth, *yet lasteth the venime of lo long ago that* **enfeeteth** *him*, videtur ex contextu malè scriptum pro **Enfeeteth** seu **Infecteth**, nisi olim, quod sanè suspicor, extiterit vox Fr. G. jam sanè absoleta

Enfaillir

fuiter eodem planè sensu à quo nostrum **Easeeteth** ortum duxit. *Ch.* fol. 191. p. 1. Col. 1. Carmine de *Philomena.*

Engine, exp. **Devise**, **Wit**, à Fr. G. *Engin*, It. *Ingegno*, Artificium, utr. à Lat. *Ingenium.*

Engined, exp. Equuleo tortus, **Racked**, q. d. machinis tortus, à nom. **Engin**, quod v. in Et. Gen.

Englapmyd, vox occurrit apud *Jul. Barns* lib. de re Venatica, item apud *Petrum Agricolam*, *the man that much hony eateth, his maw is* **englemed** (i. e.) ni fallor, ipsius ventriculus nauseat. *Pierce Plough.* f. 84. p. 2.

Engluting, exp. **Glued**, **Stopped**, à Fr. G. *Engluer*, Glutino obducere, q. d. *Inglutinare*, v. **Glue** in Et. Gen.

Enlangored, à vet. Fr. G. jam obs. *Elanguorir*, Languescere, Illanguescere, quasi Inlanguoratus vel Inlanguoritus.

Enla'ed, à Fr. G. *Enlasser*, *Enlacer*, Impedire, Implicare, hoc à præp. *En*, In, & *Lags*, Laqueus, q. d. Lat. *Illaqueare. Ch.* Vers. *Boetii* lib. 3.

Ennoy, vox. Scot. apud *Duglas.* lib. 1. Æn. *Virg.* fol. 24. pag. 1. Angl. **Annoy**, Fr. G. *Ennuy*, v. **Annoy** in Et. Gen.

Enpted, **Delighted**, credo *ab* ant. Fr. G. *Empaistre*, hoc à præp. *En*, In, & *Paistre*, Pascere, q. d. voluptate Pastus seu Saginatus.

Enprice, **Fashion**, fort. à Fr. G. *En Prix*, In Pretio, sc. ille Mos, vel illa res quæ in pretio est.

Enquitance, *me to certifie of myne* **enquitaunce**, videtur ex contextu Quæstio; credo à Fr. G. *Enqueſtance* verbali verbi *Enqueſter*, *s' Enqueſter*, Inquirere, Percunctari, Scisciteri, hoc à Lat. *Inquisitum*, q. d. Inquisitare. *Chauc.* f. 302. pag. 2. Col. 2. *Threno Sanctæ Mar. Magd.*

Ensile *hawks* (i. e.) recens captorum accipitrum Cilia filo trajicere, & eodem filo rostro alligare, à Lat. *Cilium*, q. d. *Inciliare.* Vox occurrit apud solam *Jul. Barns* lib. de re Falconaria.

Ensise, exp. **Quality**, **Stamp**, fort. pro nomine vulgari **Size**, quod v. in Et. Gen.

Entailed, exp. Insculptus, à Fr. G. *Entailler*, Insculpere, Incidere, hoc à verb. *Tailler*, Scindere.

Entalenteh, exp. **Stir up**, à Fr. G. *Entalenter*, Incitare, Appetitum imprimere, ad aliquid faciendum Urgere vel Suadere, à præp. Fr. G. *En*, & *Talent*, It. *Talento*, Appetitus, Cupido, animi Propensio.

Entendaunce, *thus Vertue bringeth a man to great degree, ech wight that lust to do him* **entendaunce**, proculdubiò à Fr. G. *Entendance*, verbali verbi *Entendre a quelque chose* (i. e.) Operam dare rei alicui, in eam diligenter Attendere, graviter & sedulò Incumbere, diligenter Accurare, à Lat. *Intendere*, sc. animum. *Chauc.* f. 319. pag. 1. Col. 1. Carm. *Scogan.*

Entendment, Fr. G. *Entendement*, Intellectus vel Intentio, à Fr. G. *Entendre*, Intelligere, *s' Entendre à* (i. e.) animum Intendere in rem aliquam.

Enterlased, cujus contrarium est **Unlased**, ib. à Fr. G. *Entrelasser* seu *Entrelacer*, Implicare, Intricare, Impedire, Irretire, à præp. *Entre*, Inter, & *Lags*, Laqueus, q. d. Lat. *Interlaqueare. Chauc.* in Vers. *Boetii* lib. 3.

Entermelled, Intermixtus, à Fr. G. *Entremester*, Intermiscere, hoc à præp. *Entre*, Inter, & *Mester*, Miscere, v. **Medle** in Et. Gen. *Chauc.* lib. 3. de *Fama*, pag. & Col. ult.

Entermined, *the Jews hath* **entermined** *my Lords Sepulture* (i. e.) Judæi expiláru nt, seu spoliárunt Domini sepulchrum, *ab* ant. Fr. G. jam. obs. *Entreminer*, It. *Intraminare*, Intus Fodere, *ab Intrà*, & *to* **Mine**, quod v. in Et. Gen.

Entetched & **Entecheh**, **Qualified**, credo à Fr. G. *Entache*, part. verbi *Entacher*, Maculare, Inficere, Metaphorâ à Tinctoribus sumtâ, q. d. Virtutibus seu Vitiis Tinctus.

Entierement *vostre*, voces puræ putæ Fr. G. (i. e.) prorsus Totus quantus quantus sum Tuus Tuissimus, verbatim integrè Tuus.

Entrecomune, *that men must* **Entrecomune** *lsere* (i. e.) Fr. G. *s' Entrecommuniquer*, olim sort. *Communer*, seu *Communier Ensemble* (i. e.) mutuò seu invicem Communicare, Conversari, v. **Isere** suo loco. *Chauc.* f. 173. p. 1. C. 1. lib. 4. de *Troilo.*

Entremees, exp. **Intermingled**, à Fr. G. *Entremeste*, Intermistus, part. verbi *Entremester*, Intermiscere, vel potiùs à Fr. G. *Entremis*, ut **Entremes** quod sequitur.

Entremes, exp. **Entermingled**, à Fr. G. *Entremis*, part. verbi *Entremetre*, Inter vel Intramittere, Interponere.

Entremelle, *God wote it was a pitous* **Entremelle**, à Fr. G. *Entremets*, Fercula quædam delicatiora inter alios missus allata, hoc à Fr. G. *Entremettre*, Interponere, q. d. Fercula Interposita. *Chauc.* f. 239. p. 2. C. 2. *la belle dame sans Mercie.*

Entremete, exp. **Deal, Meddle**, à Fr. G. *s' Entremettre de quelque affaire*, se negotio alicui Interponere in alienam messem falcem immittere, *vide* **Intremels.**

Entrelle, *and sloth none shall ye have in her* **entrelle**, nescio an à Fr. G. *Entrée*, Ingressus, Gressus, q. d. Fr. G. *En son Entrée. Chauc.* f. 325. pag. 2. Col. 1.

Entreteden, **Handle**, fort. corr. à Fr. G. *Entretenir*, Excipere, Suscipere, Sustinere.

Entriked, Deceptus, à Fr. G. *Intriquer*, It. & Lat. *Intricare*, v. **Trick** in Et. Gen.

Entunes pro **Tunes**, à Fr. G. *Entonner*, Modulari, vocem Flectere, Intendere seu Attemperare, v. **Tune** in Et. Gen. In *Somnio Chauc.* f. 228. pag. 2. Col. 1.

Envyron, à Fr. G. *Environ*, Circa, v. **Envíron** in Et. Gen. *Chauc.* fab. de *Rosa.*

Erber *for* **Arbour**, apud *Lidgate* in Theb. *the* **Erber** *of a boar lies under the brest bone* inquit *Jul. Barns* lib. de re Venatica apud quam solam vox occurrit. Videtur ex situ quem ei tribuit substerno Mediastinum, membrana scil. quæ viscera vitalia contegit Pleuræ soboles & duplicatura, nescio an sic dictum à Belg. **Herberghe**, Teut. **Herberg**. Hospitium, Domicilium, quia sc. est vitalium viscerum quasi Domicilium & Propugnaculum.

Erke, exp. **Weary, Loathing**, cujus soboles est **Irksom**, quod *vide* in Et. Gen.

Erne, exp. **Ernestly**, (i. e.) Valdè seu Vehementer, *ab* AS. Georn, Georne, Studiosus, Sedulus, & adverbialiter Sedulò, Seriò, Diligenter.

Ernes, exp. Promissum, nescio sanè an benè, fort. potiùs Promissum non quodvis sed juramento, vel magna aliqua asseveratione confirmatum designat, *ab* AS. Geornerꝺ, nostro **Earnest**, Serius, q. d. Promissum Serium.

Ernfull, Sorrowfull, Lamentable, *ab* AS. Earnian, Geearnian, Mœrere, Dolere, v. **Yern** in Et. Gen.

Erre, Way, à Fr. G. *Erre*, Via, sc. ab *Errando.*

Erst, contr. *ab* **Earnest**, quod v. in Et. Gen.

Erst my shert, *that shapen was my death* **erst my shert**. *Vir Rev.* dictum putat quasi **Ere my shert**. Erst enim est tantum Superlativus ex Ere, ità ut significet priusquam natus sum (i. e.) indusio meo involutus. *Chauc.* f. 4. p. ult. C. 2. fab. *Equitis.*

Ery, *and ery his lawes* (i. e.) *to* **Honour** *or* **Reverence** *his lawes*, leges ejus Colere seu Venerari, à Belg. **Eeren**, Teut. **Ehren**, Honorare, AS. Ape, Honor. Alludunt Gr. Ἀρὴ & Ἀράομαι. *P. Pl.* f. 38. p. 1.

Eschauketh, à Fr. G. *Eschauffer*, hoc à Lat. *Excalfacere. Ch.* Vers. *Boetii.*

Eschanage *for* **Exchange.**

Escrite, à Fr. G. *Escrit*, Scriptum, hoc à verb. *Escrire*, Scribere.

Especes, vox Fr. G. pro *Species.*

Espeters, vox occurrit apud *Jul. Barns*, lib. de re Ven. quæ hoc nomine appellat Cornua, quæ tertio loco cervo jam matureſcenti enascuntur, credo à Fr. G. *Espallier*, It. *Spalliera*, Series arborum quorum rami Topiariâ arte colligati sunt, & quasi intertexti, à similitudine sc. istiusmodi ramorum, hæc à Fr. G. *Espaule*, It. *Spalla*, Scapula; quia rami ità intertexti se invicem fulcire videntur, omnia à voce Lat. sequioris sæculi *Spathula*, & hoc à Gr. Σπάθη, v. **Espalters** in Et. Gen.

Esperance, vox pura puta Fr. G. quæ Spem significat, q. d. Lat. *Sperantia.*

Espire, credo pro **Expire.**

Esploit, exp. **Perfection**, credo pro **Exploit**, & hoc à Fr. G. *Exploit*, Facinus, res ad exitum perducta, à verb. *Exploiter*, Exequi, Expedire, Effectum dare, v. **Exploit** in Et. Gen.

Espringold, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, fuit autem olim Machina bellica, quâ in obsidionibus urbium magnos lapides jaculabantur, Machina Ἀπεκλάς, à Fr. G. *Espringalle* idem signante, hoc fort. à Teut. **Springen**, Saltare, Exilire.

Esser, *of your* **name**, *or of your* **esser**, hoc est Fr. G. *de vostre Estre* (i. e.) verbatim de tuo Esse, de Substantia vel Statu tuo. *Gower* f. 46. pag. 1. Col. 2.

Estreignes, *moy de cœur joyeus* (i. e.) Stringe seu Amplectere me corde hilari: sunt enim voces puræ putæ Fr. G. *Chauc.* f. 314. pag. 1. Col. 2. *hymne ad Divam Virginem.*

Et *Je say bien que ceſt ne pas mon tort*; voces puræ putæ Fr. G. verbatim probe ſcio me non errare vel injuriam intuliſſe.

Etching, Authori Dict. Angl. exp. ars Sculpendi mediante aquâ Forti, vel aliâ corroſivâ, q. d. **Eating** *into a thing.*

Ethe, *ab* AS. Eaꝺ, Facilis, Lenis, Comis. *Chauc.* lib. 5. fab. de *Troilo.*

Eveck, Authori Dict. Angl. apud quem ſolum occurrit, exp. genus quoddam Capræ ſylveſtris, credo corr. *à* Lat. *Ibex.*

Everych *for* **Every.**

Eum, Equall, *ab* AS. Emne, Æquus, Par, Æqualis, hoc ni fallor contr. *ab* Epen, Epene idem ſignante.

Evyn *for* **Even.**

Explecten, exp. **make Show**, q. d. Lat. *Explicitare*, *Explicare.*

Ey, *à* Teut. **Ey**, Ovum.

Eyes ſwell *and* **Empeyr**, vox Falconaria quæ apud ſolam *Jul. Barns* occurrit. Dicitur autem de Accipitre ubi Ophthalmiâ laborat, ubi ſc. Oculi, ut Fr. G. exprimam *ſ' Enflent* & *Empirent* (i. e.) Tumeſcunt, & in pejus Vergunt, q. d. Lat. *Empejorantur*, v. **Empair** in Et. Gen.

what **Eileth** *thee*; *for* **Aileth**, v. **Ail** in Et. Gen.

F.

Facade, vox quæ mihi in ſolo Dict. Angl. occurrit, *à* Fr. G. *Façade*, It. *Facciata*, Frontiſpicium domûs, q. d. Lat. *Faciata* ſeu *Facies.*

Facrere, videtur ex contextu Diſſimulandi artem deſignare, neſcio an nomen fictum à Famam quærendo. *Vir Rev.* deducit *ab* It *Chi Fà*, Credere, eliſo *à*, quod eo confirmat, quòd paulò poſt ſequitur, *and thus* **Facrere maketh beleeve.** *Gower* f. 39. p. 1.

Fader pro **Father**, quod v. in Et. Gen.

Fage, Fabula ſeu Narratio præſertim hilaris, neſcio an *ab* AS. Fægen, Lætus, Hilaris, Fægnian, Gaudere, Lætari.

Fain pro **Glad**, apud *Chaucer* paſſim, *ab* AS. Fægen, Lætus, Hilaris, Fægnian, Gaudere.

Fairie, exp. *a* **Goodly Sight**, Pulchrum Spectaculum, *à* nom. **Fair**, quod v. in Et. Gen.

Falang, Falangus, vocem citat *Somnerus* in Gloſs. ex chron. *Joh. Bromton* & *Giraldo Cambrs.*, pag. 1075. & exponit *a* **Jacket**, Tunicam Strictiorem, niſi vox Hibernicæ ſit originis, quod ſuſpicor, cùm Author de Hibernis loquatur, qui hoc genere veſtis uſi ſunt, proclive eſt deflectere *ab* AS. Fealdan, Plicare, à Plicis ſc. v. **Fold** in Et. Gen. *Vir Rev.* deducit *à* Belg. **Vallen**, Cadere, & **Eng**, Anguſtus.

Falding, *a kind if Cours cloth*, ſort. *ab* AS. Fealꝺe, Plica, Fealꝺan, Plicare, v. **Fold** in Et. Gen.

Fallern, vox occurrit apud *Jul. Barns* lib. de re Falconaria, quæ ſic ſcribit, *when ye ſee your hawkys eines wexe whyte, thenne ſhe hath the* **Fallern**, neſcio an *ab* AS. Falepe, Teut. **Fal**, Helvus, Gilvus. Si Græcus eſſem fidenter deflecterem *à* Gr. Φαλὸς, Albus.

Falſed pro **Falſified**, Lat. *Falſatus* (i. e.) Adulteratus.

Famulers, exp. **Helpers**, q. d. *Famulatores* vel *Famuli.*

Fannell, vox quæ mihi in ſolo Dict. Angl. occurrit, Author interpretatur Veſtem quandam Faſciæ ſimilem, ſacerdotibus ſeu ſacrificis olim uſitatam, *à* Fr. G. *Fanon*, olim ſort. *Faneau* & *Fanel* idem ſignante, hoc *ab* AS. Fana, Vexillum, quia ſc. brachio Sacerdotis inſtar Vexilli circumtendebatur.

Fantome, *à* Fr. G. *Fantoſme*, Spectrum, Phantaſma, exponitur autem **vain Viſion.**

Farce, Fucus, *à* Fr. G. *Farder*, Fucare, Fuco illinere, hoc unius literulæ mutatione *à* Teut. **Farb**, Color, **Farben**, Colorare.

Farden, Fared, v. **Fare** in Et. Gen.

Fare, *ab* AS. Fapan, Ire, Proficiſci, *vide* **Fare**, Naulum, in Et. Gen.

Fare, *a red* **Fare** (i. e.) *a red* **Face.**

Farly *things*, Authori Dict. Angl. apud quem ſolum occurrit, exp. **Yearly** *things.*

Farſed, exp. **Stuffed**, ídque pro **Farced**, *à* Lat. *Farcire.*

Faſt, exp. **Wedded**, & eſt ſanè elegans Metaphora, Conjuges enim matrimonii fœdere adeò arctè conjunguntur, & quaſi configuntur, ut à ſe invicem ſeparari ſaltem verò divortio nequeant, *vide* **Faſt**, Firmus, in Et. Gen.

Faſt-freits, exp. **full Fraughted**, *ab* Adverb. AS. Faſt, Fæſt, Fortiter, Valdè, Firmiter, & **Freits** corr. *à* **Fraighted** (i. e.)

(i. e.) Valdè Impletus seu Oneratus.

Fatome, v. **Fantome** suprà.

Faukon Heronere (i. e.) Falco Ardearum Captor, v. **Faulcon** & **Heron** in Et. Gen.

Fauntekyns, *and confyrmen* **Fauntekyns**, videtur ortum *à* voce Fr. G. jam obs. *Fantequin*, quæ Infantem seu Infantulum notavit, unde Etymon patet. *Pierce Plough.* f. 37. p. 1.

Faw, exp. **Fain**, *ab* AS. Gefean, Fægnian, Gaudere, Fægen, Lætus, Hilaris.

Fay, *à* Fr. G. *Foy*, Fides.

Faytors, exp. **Deceivers**, *à* Fr. G. *Faiseur*, primariò Factor, secundariò etiam Fictor, Impostor, hoc *à* verb. *Faire*, Facere.

Federalle pro **Confederacy**, Lat. *Fœderatio. Ch.* f. 323. p. & Col. 1.

Fee of Greece (i. e.) Fretum Græciæ, *the* **Archipelago**, Mare Ægæum, sic dictum, quia ibi mare inter multas insulas coarctatur. Credo autem primò **Free** vel **Fre** dictum esse, postea elisâ propter Euphoniam asperrimâ literâ Caninâ *r*, **Fee**.

Feers, Somnio *Ch. for* **Chefsmen** (i. e.) **Fellowes**, v. **Fere** infrà.

Feest, exp. **Comfort**, **Joy**, *à* nom. **Feast**, hoc *à* Fr. G. *Feste*, Lat. *Festus*, supple dies vel tempus *Festum* seu *Festivum*.

Feete, exp. **Fine**, Pulcher, *à* nom. **Feat**, quod v. in Et. Gen.

Feffe, exp. **Indue**, vox à Foro transumta, q. d. *Infeodare* (i. e.) Feodo vel Feudo seu Beneficio donare, dotare.

Fehthe, Factio, vox occurrit apud *Somnerum* in Gloss. *ab* AS. Fæhð, Factio, Inimicitia, Simultas, v. **Fewd** in Et. Gen.

Feid, **Fied** & **Faid** pro **Feud**, apud *Duglass.* lib. 1. Æn. *Virg.* fol. 9. pag. 1.

Feige, *to* **Feige** *and* **blame** *that I write*, videtur Carpere, Obtrectare, aliquantùm deflexo sensu, fort. *à* Teut. **Fegen**, Verrere, Everrere. *Vir Rev.* deflectit *à* Belg. **Fucken**, Ferire. *Gower* in Prologo ad Lectorem.

Feintise, vox pura puta Fr. G. Dissimulatio *à* verb. *Feindre*, Fingere, Dissimulare. *Ch.* f. 117. p. 2. C. 2. fab. de *Rosa*.

Feire, *ἀμόνως à* Fr. G. *Foire*, utr. *à* Lat. *Feria*, v. **Fair**.

Felaw *for* **Fellow**, quod *vide* in Et. Gen.

Fele, *ab* AS. Fela, Teut. **Viele**, Belg. **Veele**, **Viele**, Multi, Multum, Plures, *Abr. Mylius* satis Criticè (i. e.) frigidè & violenter deflectit *à* Gr. Πολλοί, Πολύς.

Fele, exp. **Knowledge**, Scientia, crediderim potiùs Sensus, *à* verbo AS. Felan, Gefelan, Tangere, Sentire.

Fele, **homages**, exp. **Faithfull Subjection**, q. d. **Faithly homages**, *à* **Fay**, Fides, quod v. suprà, & **Homage** in Et. Gen.

Fellon vel **Fellown**, Crudelis, Lethalis, Perniciosus, *vide* **Fellon** in Et. Gen.

Fell pro **Feild**, *ab* AS. Feld, Campus, Ager, v. **Frith** *or* **Fell**.

Feltred, exp. **Tangled**, Intricatus, *à* Fr. G. *Feultrer*, *Feutrer*, It. *Feltrare* (i. e.) Filtro vel Lanâ Coactili obducere, vel *ab* It. *Infilzare*, *Infilciare* (i. e.) Filo illigare, Innectere, *vide* **Felt** in Et. Gen.

Feltron, *therefore mesure we us well, and make faith our* **feltron**, nescio an *à* Teut. **Felsz**, Rupes, & **Streng**, Validus, Fortis, sit sc. fides nobis Rupes valida. *Pierce Plough.* fol. 78. pag. 2.

Feminie, passim tum apud *Chauc.* tum *Lidiat.* ni fallor Amazonum regio (i. e.) Terra Regio seu Respublica *Feminea*.

Fendly, **Ugly**, Deformis, q. d. **Fiendly**, *à* nom. **Fiend**, Diabolus, ut nos dicimus **Ugly as the Devill**.

Cape de **Fenestere**, *fro Scotland to the Cape de* **Fenestere**, Promontorium in Gallicia, q. d. *Finis Terræ. Chauc.* Prosopographiâ *Navarchi*.

Fenne, est vox Arabica, quæ *Avicenna* & aliis Medicis Arabicis Sectionem, Tomum seu Partitionem libri denotat.

Fer, **Ferdest**, pro **Far**, **Fardest**.

Ferd, **Went**, v. **Fare** suprà.

Ferde, videtur idem quod **Fear**, *ab* AS. Fephtz, Timor, v. **Fear** in Et. Gen. *Ch.* fol. 145. p. & C. 2. lib. 1. de *Troilo*.

Fere, *ab* AS. Gefepa, Teut. **Gefehrde**, **Gefehrt**, Comes, Socius, hæc fort. *ab* AS. Faran, Ire, Proficisci, q. d. itineris particeps.

Ferly, **Strange**, *ab* AS. Feplic, Repentinus, Horrendus.

Fermaces, *à* Lat. & Gr. *Pharmaca*, Medicamenta.

Fermary, *à* Lat. *Infirmarium* (i. e.) Hospitium Infirmorum, Nosocomium; nisi malis cum *Spelmanno* deflectere *ab* AS. Feopme, Victus, Alimentum (i. e.) Prochotrophium, *Friers of the* **Fermary** (i. e.) Fratres qui Nosocomia curabant, vel Egenis victum distribuebant.

Ferme,

Ferme pro **Farm**.

Fermetere, exp. *Overſeer of Cattell and husbandry*, ferè ut nobis **Farmer**, à nom. **Farm**, quod v. in Et Gen. Credo potiùs *Infirmarii*, ſeu Noſocomii Curator ſeu Præfectus. *Chauc.* fab. *Apparitoris.*

Ferne yeat, exp. **Febuary**, neſcio an ſic dictus, *à Feriis*, anni Carniſprivio vulgò dicto, quæ ſumma cum lætitia ferè uſque ad inſaniam in pleriſque Chriſtiani orbis partibus celebrantur, q. d. Menſis *Feriarum*. *Chauc*, lib. 5. de *Troilo*.

Fers, **Feers**, **Feerſes**, *men at Cheſs*, Latrunculi (i. e.) Comites, v. **Fere** ſuprà.

Feerth pro **Fourth**, ſv. **Four** in Et. Gen.

Ferthing, exp. *a thin Scale*, neſcio an, q. d. **Byrſing**, Limatura, Scobs, *ab* AS. Byrr, Lima, Scalprum.

Feſaunce *for* **Pheſant**, Somnio *Chauceri*.

Fetiſe, exp. **Handſome**, Pulcher, Decorus, v. **Feat** in Et. Gen.

Fetouſly (i. e.) **Featly**, in Proſopographia Prioriſſæ.

was **Fette** pro **Fetched**.

Feveriere & **Feveretre**, *à* Fr. G. *Fevrier*, Februarius.

Fey *for* **Fooliſh**, vox Scot. apud *Dugl.* in Æn. *Virg.* lib. 2. fol. 35. p. 1.

Fiant, vox quæ mihi Dict. Angl. & *Gouldmanno* occurrit, & eſt Venatica, *à* Fr. G. *Fiente*, Fimus, Stercus, Lætamen; Author autem Dict. Angl. tantùm minorum animalium Stercus interpretatur.

Fill, *in all thing as fayre as reaſon* **fill**, credo *à* Teut. Gefiel, Placuit; Aoriſto verbi Gefallen, Placere, quoad &c. rectæ rationi placuit vel convenit. *Chauc.* f. 25. pag. 1. Col. 1. fab. *Armigeri.*

Fill *for* **Fell**.

Fimathing, Authori Dict. Angl. exp. Stercus omnium ferarum, credo *ab* ant. Fr. G. jam. obſ. *Fimaiſon*, hoc *à* Lat. *Fimatio*, *Fimus*.

Finance, *à* vet. jam in obſ. in illo ſenſu vocabulo Fr. G. *Finance*, Finis, q. d. Lat. *Finantia*.

Find, *and though it fall it* **find ſkiles** (i. e.) *it* **Finds** *or* **Feigns ſkills**, artificia Fingit ſeu Excogitat, v. **Feign**, **Find** & **Skill** in Et. Gen. *Pierce Plough.* f. 104. pag. 2.

Firedrake, Authori Dict. Angl. exp. Draco Volans, Meteorum ſic dictum. Significat etiam genus Ignis miſſilis. Metaphora manifeſta eſt.

Firth pro **Frith**, paſſim apud *Dugl.* in Æn. *Virg.*

Heasling, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, exp. Captivus. Author. AS. esse vocem asserit; sed apud *Somn.* non occurrit **Heasling**; cognata tamen vox Hæftling eodem sensu invenitur, hoc *ab* Hæft, Vinculum. Ejusdem tribûs est & Teut. **Hefft**, Fascia, Ligamen, **Heften**, Annectere, Connectere, Ligare, & Belg. **Hechten**, Figere.

Healed, exp. **Heard**, credo mendosè scriptum pro **Heared**.

Heckled, exp. **Wrapped**, *à* Teut. **Wickelen**, **Wiggelen**, Volvere, Involvere.

Heep pro **Help**, quod *v.* in Et. Gen.

Heere *and* **Hare**, pro **Hoars** *and* **Harth**, quorum utr. *v.* in Et. Gen.

Heere *and* **Houne**, pro **Hare** *and* **Hound**, quorum utr *v.* in Et. Gen.

Heete *for* **Hight**, lib. 3. de Fama.

Heine, *v* **Hind** in Et. Gen.

Heir pro **Their**, *ab* AS. Hiora, Illorum.

Heire, credo Cilicium, **Hairecloth**, *had next her flesh yclad her in an* **heire**; Franco-Galli enim Cilicium *Haire* appellant, credo à nostro fonte, sc. *à* nostro **Hair**, Pilus, Crinis, q. d. Pannus Crinitus, seu Pilosus. *Ch.* f. 52. p. 1. C. 2. fab. secundæ *Monialis.*

Heisugge, Curruca, credo *à Sugendo* ova, Ey enim olim ut etiamnum Teutonibus Ovum, & Sug Sugere signavit. Mallem tamen deflectere *ab* AS. Hege, Sepes, & verb. Secan, Belg. **Soecken**, Teut. **Suchen**, Quærere, quia sc. in Sepibus nidulatur.

Held, exp. **Accounk**, credo potiùs Summa totalis, totum sc. Contentum, omnino ut Teut. **Inhalt**, Argumentum, Contenta, *Ch.* Prologo *Mulieris Bathonienſis.*

Helded pro **Held**, *or* **Holden down**, *v.* **Hold** in Et. Gen.

Hele, Scot. apud *Skyn.* **Heil**, exp. **Cover**; *ab* AS. Helan, Tegere, hoc *à* Lat. *Celare.*

Hele pro **Hold**, quod *v.* in Et. Gen.

Hele vel **Hayle**, potiùs **Heal**, **Health**, *ab* AS. Hæl, Hælo, Salus.

Heling, *well* **Helinge** (i.e.) credo *well* **Healing**, *v.* **Heal** & **Health** in Et. Gen.

Helmed, exp. **Defended**, hoc est tanquam Casside protextus, *v.* **Helm** in Et. Gen.

Hem Pro **Them**, *ab* AS. Heom, Illos.

a **Hemule**, vox apud solam *Jul. Barns* occurrit, lib. de re *Venatica*: hoc autem nomine Capreolum Trimum appellat; credo *à* Lat. *Hinnulus.*

Hend, **Hende**, exp. **Feat**, **Fine**, **Gentle**; fort. q. d. **Handy**, vel **Handsom**, quæ *v.* in Et. Gen.

Hent, **Henten**, exp. **Catch**, q. d. *to* **Hand** (i. e.) manu Prehendere, vel *ab* AS. Hentan, Perquirere, Prosequi, Assequi, Legitur & **Henters** pro **Snatchers** ejusdem originis. Mirificè alludit *Homericum* ἵκτο pro Ἔλαβεν.

Heraude, exp. **Proclaim**, **Set forth**, Prædicare, *à* Fr. G. *Herauder*, Promulgare, Denunciare, Indicere, *à* nom. *Herault*, Præco, Fœcialis, *v.* **Herauld** in Et. Gen.

Herawdes, exp. **Feats of Activity**, *or Furious parts of play*, vel *à* nom. **Heros**, vel **Herauld**, quod *v.* in Et. Gen.

Herbegeours, Lidiaro, **Herbergours**, Hospites, *Ch.* fab. de *Rosa.*

Herber, videtur idem quod **Arbour**, quod *v.* ut & **Harbour** in Et. Gen.

Herbigage, exp. **Lodging**, & **Herbrowe**; **Harbour**, quod *v.* in Et. Gen.

Herbred, *were never seene* **herbred** *begging*, fort. pro **Here bread** *begging.* Dicit enim Christum & Apostolos dum in terra vixerunt, nunquam panem Dominorum (i. e.) Divitum mendicâsse, vel quasi **Harbour'd** *begging* (i. e.) nunquam domos intrârunt stipem corrogaturi, *v.* **Harbour** in Et. Gen, *Vir Rev.* dictum putat quasi Belg. **Hier brood** (i. e.) **their bread.** *Ch.* f. 138. p. 1. C. 1. fab. de *Rosa.*

common **Herburgers** (i. e.) **Innkeepers**, *à* Belg. **Herbergen**, Teut. **Herbergen**, Hospitio excipere, nomine **Herberghe**, **Herberg**, Hospitium, Diversorium, Caupona, *v.* **Harbour** in Et. Gen.

Here, vocem citat *Somner* in Gloss. ex Chron. *Joh. Brompton* LL. *Ælfredi R.* pag. 827. & ut ipse observavit, plerumque Cœtum Latronum, aut Rebellium, armatum

armatum impulsu Regis congregatum sequiori sc. sensu designat, *ab* AS. Þepe, Exercitus, q. d. Exercitus Rebellium, *v. Somner* in Glos.

Hereid, & **Heryed**, exp. **Prais'd**, **Honour'd**, & **Hering**, **Praise**, *ab* AS. Þepian, Þepizean, Laudare, vel *à* Belg. **Eere**, Teut. **Ehr**, Honor, **Ehren**, **Eeren**, Honorare, Venerari.

Hereos, Dominus *Speight* invenit sic scriptum, imò pejus, sed corrigit **Eros**, Ἔρως, (i. e.) Cupido.

Heretog, seu **Hertogh**, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, *ab* AS. Þeþeτoga, Belg. **Hertogh**, Teut. **Hertzog**, Dux, hæc *ab* AS. Þeþe, Belg. & Teut. **Heer**, **Herr**, Exercitus, & verb. AS. Teon, Belg. ant. **Toghen**, Teut. **Zeigen**, Ducere; vel simpliciùs **Heretog** deflecti potest *à* dicto Þeþe, & AS. Toga, Dux; hoc tamen *à* dicto verbo Teon descendit, eodem igitur res redit.

Hern, *ab* AS. Þýnn, Dan. **Horn**, Angulus, hoc *à* Lat. *Cornu*: Angulus enim instar Cornu protuberat, *v.* **Corner** in Et. Gen.

Hernsues, Ardea avis, vox adhuc in agro Linc. obtinet, *ab* **Heron**, & **Sue** pro **Pursue**, Prosequi, Fr. G. *Suivre*, quia sc. hæc rapax avis tum alias aves, tum pisces insectatur.

Heroner, exp. *a certain kind of Hawk*, vel usurpatur pro **Heron**, quod *v.* in Et. Gen. vel, quod magis crediderim, pro illo Accipitris genere quod Ardeas insectatur.

Herry, seu **Hery**, *to* **Praise**, *ab* AS. Þepian, Þeþizean, Laudare, *v.* **Hereid**, suprà. *Ch.* 136. p. 2. c. 1. Fab. de *Rosa*.

Hestes, exp. **Willes**, *v.* **Hest** in Et. Gen.

Het, idem quod **Hat**, quod *v.* suprà.

Hete, & **Hight**, exp. **Promised**, & **Hote**, **Promise**, *ab* AS. Þatan, Teut. **Verheissen**, Promittere, Polliceri, AS. Þate, Promissum.

Hethy, Dominus *Speight* exponit **Wrabes**, *or such like*, quod sanè mihi aliâ expositione opus habet, nescio quid sibi velit, nisi Brevia seu Brabia Gr. Βραχέα designat, nescio an *ab* AS. Þat, Behat, Promissum, Þatan, Behatan, Promittere.

Hethen, exp. **Pockery**.

Hethenesse, Orbis Ethnicus, quod opponitur τῷ **Christendome** (i. e.) orbi Christiano, *v.* **Heathen** in Et. Gen. Prolog. *Chauc.*

Hette, *therefore mine hert for ever I to her hette*, credo *ab* AS. Þatan, Juberé; Præcipere (i. e.) cor meum ipsius obsequio addixi; vel, quod eodem ferè redit, *à* verb. Þatan, Polliceri, Promittere. *Ch.* fol. 309. pag. 2. col. 1. *Querelà Martis.*

Heven, **Hake**, exp. **Rise up**, *v.* **Heave** in Et. Gen.

Hew, exp. **Welfare**, Si Græcus essem deducerem *à* Gr. εὖ, interim ut Anglus mallem deflectere *ab* AS. Þæl, Salus, liquefactâ sc. semivocali *l.* & in vocalem *u* transeunte, ut in **Calm**, **Shalm**, Fr. G. *Fol*, *Col*, & innumeris aliis usu venit.

Hew, exp. *to* **Hover**, *ab* AS. Þeapian, Elevare, Attollere, hoc *à* nom. Þeah, Altus, Sublimis, Excelsus.

Hew *of Lincoln*, Sanctus *Hugo* Episcopus *Lincolniensis* regnante *Henr. 2do.* & alter Sanctus *Hugo* puer à Judæis Lincolniæ crucifixus, eóque Martyr & Sanctus habitus.

Hewed, exp. **Colour'd**, *v.* **Hew**, in Et. Gen.

Hewmond, exp. **new Made**, **Shining**, *à* nom. **Hew**, Color, quod *v.* in Et. Gen. & Teut. **Mond**, Os, Vultus.

Hext, *for the first Apple and the* **hext**, nescio an *ab* AS. Þeahre, Altissimus, Superlat. ꝺ Þeah, Altus; sed sanè planè in tenebris sum, viderint doctiores. *Ch.* fol. 335. pag. 2. col. 2. in *Somnio Chauc.*

Hidous, pro **Hideous**, quod *v.* in Et. Gen.

Hierd, **Hyerd**, vel **Herde**, *ab* AS. Þiepd, Þýrd, Pastor.

Hilded, exp. **Gilded**, *ab* AS. Gildan, Solvere, Præstare, Exhibere, Præbere, vel *ab* AS. Þilde, Favor, Þold, Amicus, q. d. Amicè vel Benignè Largiri, χαρίζεσθαι, sed prius utpote simplicius longè præfero.

Himple, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, Author exponit Claudicare, & AS. esse vocem asserit, interim tamen nec hæc nec ulla cognata vox in *Somn.* Dictionario occurrit, nisi dicere voluit Þamelan, Poplites succidere, *v.* **Hameled** suprà.

Hoblers, **Hobelers**, vel **Hobilers**, Equites Ferentarii seu leviter Armati, mediocri equo, sed ad omnem motum agili, utentes, qui sub *Edwardo tertio* Rege in Gallia merebant, vel *ab* **Hobby**, Asturco, vel potiùs *à* Fr. G. *Hobille*, Tunica ex lineo complicato & intexto quâ pro loricis utebantur, *Spelman.*

Hoker, exp. **Perverseness**, & **Hokerly**, **Frowardly**.

Hardly (i. e.) ni fallor **Crookedly**, *ab* AS. *Hoce*, Uncus; **Hooked** enim & **Crooked** ferè idem sonant.

Holdeth your pris, exp. **Keep your promise**; pro **Hold your bets**, *vide* **Bete** suprà.

Holly *for* **Whole**, quod *v.* in Et. Gen.

Holoure, exp. **Whoremonger**, q. d. **Hold-Whore**, qui sc. Meretricem alit.

Holstaines, *under his girdle a flask of felone staines feddred with ise and headed with* **hol-staines**, nescio an vox dividi deberet, ita ut scribatur **Hole staines** (i. e.) Integri lapides; credo tamen **Holstaines** potius unam vocem esse pro **Hail-stones**, & Grandinem signare; dicit enim Saturni sagittas nivem pro pennis, Grandines pro capitibus habuisse (i. e.) *Feather'd with ice and headed with* **Hail-stones**; *vide* **Hail**, & **Stone** in Et. Gen. *Ch.* fol. 182. pag. & Col. *2dæ*, Teft. *Chryseidos*.

Holt pro **Holdeth**, *v.* **Hold** in Et. Gen.

Hondith, **Dogfish**, *ab* AS. Hunde, Belg. Hond, Canis, *v.* **Hound** & **Fish** in Et Gen. *Ch.* fol. 28. p. 2. C. 2. fab. *Mercur.*

Hoqueton, *v.* **Haketon** suprà.

Horo, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, nimis manifestè à Lat. *Horda*, seu *Forda*: Vacca prægnans seu gravida *cogit.*

Horrow, Squalidus, **Beastly**, **Base**, **Slimberous**, ni fallor *ab* AS. Horepen, Sordes, Limus, Horig, Horh, Limus, Cœnum, Phlegma, Horig, Sordidus, Mucidus, Squalidus.

Hostler pro **Oster**.

Hostell, exp. *a* **Town house**, à Fr. G. *Hostel*, Hospitium, Domus, Diversorium, *vide* **Hostery**, **Host** & **Hostels** in Et. Gen.

free **Hostlers**, vox Forensis ant. hic sanè extra locum, quæ in libro Anonymo ant. mihi à Doct. *Th. H.* communicato occurrit; ni fallor *free* **Hostlers** significat Hospites, qui advenas gratis hospitio excipiunt, ne contra distinguantur cauponibus, **Inn keepers**, vel eos qui cubicula per septimanam, mensem vel annum advenis locant, *v.* **Host** in Et. Gen.

Hostrey, exp. *to lay Siege*, credo à Fr. G. jam. obs. *Hostoyer*, Oppugnare, hoc à nom. **Host**, Exercitus, utr. à Lat. *Hostis.*

Hostrements, exp. **Necessaries**, à Fr. G. obs. *Hostellements*, hoc à verb. *Hostteller*, Hospitio excipere, sc. ea quæ hospitibus commodè excipiendis necessaria sunt.

Hote, idem quod **Hat**, quod *v.* suprà.

Hote, exp. **I Bid**, *ab* AS. Hatan, Teut. Heissen, Belg. Heeten, Hieten, Jubere, Præcipere.

Hote *the knot*, exp. **made Fast**, fort. q. d. **Hold the knot.**

Hoten, Called, *Ch. the Reves tale* in principio.

Hoten pro **Hont** vel **Hoot**, vel *ab* AS. Hatan, Vocare, vel à sono fictum; exponitur autem *to make* **unpleasant noise**, *v.* **Hoot** in Et. Gen.

Hove & **Honver**, pro **Hover** & **Hoverer**, *v.* **Hover** in Et. Gen.

Hoven, part. verbi *to* **Heave**, quod *v.* in Et. Gen.

Houseled, **received the Sacrament**, *ab* AS. Husel, Eucharistia, Huslian, Eucharistiæ Sacramentum Administrare, *Somner* ingeniosè, ut solet, deflectit à Lat. *Hostia*, mallem tamen *Hostiola.*

Howgates, Quomodo, q. d. Quâ Viâ; Gate enim pro Via etiamnum in agro Linc, usurpatur.

Howne, credo pro **Gown**, *P. Pl.* fol. 16. pag. 1.

Hulfere, *betwixt an* **Holfeere** *and a Woodbende*, ni fallor Aquifolium arbor, **Holly**, quæ etiamnum quibusdam in locis **Hulver** appellatur, *v.* Hulver in Et. Bot. *Ch.* f. 238. p. 2. C. 1. *Querelâ Equitis nigri.*

Hulsted, exp. **Hidden**, *ab* AS. Heolstra, Speluncæ, Antra, Latibula, Recessus, hoc à verb. Helan, Tegere.

Humbles pro **Humbleness**, Fr. G. *Humblesse*, Humilitas, Modestia, Ταπεινοφροσύνη, *v.* **Humble** in Et. Gen.

Hunting, **Sounding**, Clamans, q. d. instar apis Bombilans, Βομβῶν, utr. à sono, *v.* **Humble Bee** in Et. Gen.

Hurelys, vox Venatica, *a hare is said to sit and not to ly, because she always* **hurelys** inquit *Jul. Barns.* lib. de re *Venatica.*

Hurleth, exp. Obstrepit, **maketh a Noise**, à Fr. G. *Hurler*, *Heurler*, It. *Urlare*, *Ululare*, Ejulare, *v.* **Howl** in Et. Gen.

Hurtell, exp. **Skirmish**, & **Hurtlen**, vel **Hurtlen**, **Thrust** & **Provoke**, à Fr. G. *Heurter*, It. *Urtare*, Impingere, Allidere, Trudere, *vide* **Hurt** in Et. Gen.

Hurtleth, corruptè scribitur **Hurtlist**, & exp. **Carrieth**, **Throweth**, credo à nostro **Hurl**, quod *v.* in Et. Gen. nili malles deflectere à Fr. G. *Heurteler* pro *Heurter*, Pellere, Impellere, *v.* etiam **Hurt** in Et. Gen.

Hyerds, vel q. d. **Hireds** (i. e.) Duces, Conductitii seu Mercenarii, vel q. d. **Gyerds**, vel **Gyers**, (i. e.) **Guiders**, *ab* ant. **Gy** pro **Guide**, quod *vide* suprà.

Hylled, exp. **Hid**, *ab* AS. Helan, Tegere, hoc credo *à* Lat. *Celare*.

I.

Jambeux, exp. **Armour** *for the legs*, credo *à* Fr. G. jam obs. *Jambeaux*, Tibialia ferrea, κνημιδικὴ σιδηρᾶ, hoc *à* nom. *Jambe*, Tibia, q. d. Tibialia simpliciter, *vide* **Jambes**, & **Gammon** in Et. Gen.

Jane, exp. *Halfpence of* **Janua**, potiùs **Genoua**, q. d. nummus *Genuensis*, vel *Januensis*.

Jangerlesses, exp. **Pratlers**, *v.* **Jangle** in Et. Gen.

Jape, **Jest**, **Play**, fab. *Molitoris*.

Japed, exp. **Cheated**, *à* Fr. G. *Gaber*, Imponere, Decipere, Illudere, It. *Gabbare*, Fallere, fort. utr. *à* Lat. *Captare*.

Jay tout pardu mon temps & labour, voces puræ putæ Fr. G. nisi quod **pardu** *perdu*, & **labour** *labeur*, corrigendum est (i. e.) operam, & oleum perdidi.

J'ay en vous toute ma fiance, voces puræ putæ Fr. G. verbatim in te omnem meam fiduciam habeo.

Jbete, exp. **Set forth**, vel corr. *à* Lat. *Ibat*, seu *Ivit*, vel *ab* AS. Eode, Ivit, Iter fecit, *v.* **Yede** suo loco.

Jche *for* **I**, AS. Ic, Belg. **Ick**, Teut. **Ich**, omnia *à* Lat. & Gr. *Ego*.

Jconid, exp. **Learned**, *ab* AS. Cennan, Scire.

Jdo *for* **Undone**, *v.* **Do** in Et. Gen.

Idolaster, exp. **Idolater**, Gr. Εἰδωλολάτρης, (i. e.) *Idolorum* Servus, seu Cultor.

Jet, exp. **Wedise**, nescio an *à* verb. *to* **Get**, quod quis sc. suâ industriâ seu solertiâ acquisivit seu excogitavit, πόρισμα, Εὕρημα.

Je voudray, vox pura puta Fr. G. (i. e.) Ego Vellem.

Je vous die, sans doute, voces puræ putæ Fr. G. (i. e.) Dico tibi pro certo, verbatim sine dubitatione.

Jewise, exp. **Gibbet**, item **Reward by Revenge**, fort. *ab* AS. Gepite, Wite, Pœna, Mulcta, Supplicium.

Jfare, exp. **Gone**, *vide* **Fare** suprà.

Jfere, **Together**, *ab* AS. Gefepa, Fepa, Teut. **Gefehrde**, **Gefehrt**, Comes, Socius.

Jfete, *à* Fr. G. *Effes* seu *Effest*, Lat. *Effectus*.

Jfette, **Fetched**.

Jficched, *à* Fr. G. *Fiché*, part. verbi *Ficher*, Figere, præmissâ initiali part. **J**, quæ modo participium signat, modò otiosa est, & AS. & Teut. **Ge**, Belg. **Ghe**, à qua eliquata est, respondet.

Jfounded, **Sunk**, *à* Fr. G. *Affonder*, Demergere, Submergere, q. d. Lat. *Affundare* (i. e.) in Fundum Deprimere.

Jfretten, exp. **Devoured**, *ab* AS. Fpetan, Teut. **Fressen**, Vorare, Lucrare.

Jgzaden, ut **Gzaden** pro Sepultus, quod *v.* suo loco.

Jgurds, in Indice Domini *Speight* **Jgourd**, ex contextu videtur in orbem, q. d. in Cingulo, *v.* **Girdle**, & **Gird** in Et. Gen. Dominus tamen *Speight* suum **Jgourd** Volare exponit, fort. Circuire Volando, & tum eodem res redit.

Jhight pro **Hight**, quod *vide* in Et. Gen.

Jhired, meliùs **Jhered**, **Praised**, *vide* **Hered** & **Herry** suprà.

Jholpe, Helped.

Jkend, exp. **Known**, *ab* AS. Cennan, Cognoscere, Scire, *vide* **Ken** in Et. Gen.

Jlike *for* **Like**.

Jlimed, exp. **Taken**, fort. corr. *ab* **Jnimmed**, vel *à* **Lime**, vel **Birdlime**, q. d. Visco captus, *vide* **Nimm** in Et. Gen.

Jlk. *the* **Same**, *ab* AS. ylc, Se ylca, Þ ylce, Idem. Scoticè autem parùm deflexo sensu significat idem quod **Each**, (i. e.) Quilibet, Unusquisque, quo sensu passim apud *Skenæum* occurrit, hoc manifestè *ab* AS. ylc idem signante.

Jllognes, vox Venatica quæ apud solam *Jul. Barns* occurrit, credo fuisse olim Fr. G. licèt jam obsolevit idem quod Illuc signat, & *ab* eodem ortum ducit, est enim terminus quo canes in alium distantem locum dirigere soliti sunt.

Jmasked pro **Masked**, *vide* **Mask** in Et. Gen. exponitur autem **Wrapped**.

Jmeint, vel **Jmenit** pro **Immeneged**, *ab* AS. Mengan, Gemengan, Miscere, *vide* **Mingle** in Et. Gen.

Jmete,

Imete pro **I Might**, *vide* **Might** in Et. Gen.

Imped, exp. **Grafted**, *vide* **Imps** in Et. Gen.

Impetren, exp. **Entreat**, manifestè *à* Lat. *Impetrare*.

Inecbed, exp. **Put in**, *vide* **Eke** in Et. Gen.

In gree, *à* Fr. G. *En grè*, *En bon grè*, in Bonam partem, Boni sc. consulere, q. d. In Gratum (i. e.) pro re Grata accipere.

In hie, exp. **in Haſt**, *vide* **Hy** in Et. Gen.

In hild, exp. **Infuſe**, fort. saltem Theologico sensu, *à* Præp. **In**, & Belg. **Helden**, Inclinare, q. d. animum Inclinare, *v.* **Heel**, *the* **Heeling** *of a Ship* in Et. Gen.

Innereſt pro **Innermoſt**, *vide* **Inner** in Et. Gen.

Inome, exp. **Taken**, & **Inomen**, **Obtain'd**, part. verbi AS. Niman, Capere, *v.* **Nimm** in Et. Gen.

In riſe, exp. *in his* **Beauty**. q. d. in Ortu suo: Sol enim Oriens pulcherrimus apparet.

Intenuate, *O* **Intenuate** *Jenipre and daiſie delicious*, mirum sanè Epitheton, credo voluisse ô odorata *Junipere* (i. e.) ô *Junipere* in suaves halitus intenuata, seu attenuata. *Chauc.* f. 322. p. 1. C. 1. in *Artificio Amatorum*.

Intermette, vel **Intermete**, exp. **Medleth**, *à* Fr. G. *Entre Mettre*, vel *Entremeſler*, Intermittere, Interponere seu Intermiscere.

Intreſs, exp. **Lining**, crediderem per errorem pro **Living**, q. d. Interest, *à* Lat. *Intereſſe*.

Jobling, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, *à* Fr. G. *Gobelin*, Stultus, Fatuus, Ineptus, hoc fort. *à Gobelin*, quod virum guttâ rosaceâ affectum, eóque *Baccho*, ut vulgò creditur, addictum designat; vel à verb. *Gaber*, Decipere (i. e.) cui facilè imponitur seu illuditur.

Joilie (i. e.) ni fallor **Jollity**, Fr. G. *Joilleté* seu *Jolivete* (i. e.) Gaudium, *vide* **Jolly** in Et. Gen. *Ch.* f. 5. p. 1. C. 2. fab. *Equitis*.

Jombze, exp. **Join**, fort. pro **Jumble**, quod *v.* in Et. Gen.

Joncade, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, & est vox pura puta Fr. G. Gallis autem Edulium liquidum ex Cremore lactis, aquâ Rosaceâ & Saccharo confectum, Italis ejus soror *Giomata*, idem quod nobis **Fresh Cheese** *and* **Cream** designat; ideo credo quod in junceis seu vimineis, corbibus à rusticis circumfertur, *v.* **Junkets** in Et. Gen.

Jongleric, exp. **Jugling**, *à* Fr. G. *Jongleries*, Præstigiæ, *Jongleur*, Præstigiator, *Jongler*, Circulatorem seu Præstigiatorem agere, quorum verum Etymon *vide* voce **Juggle** in Et. Gen.

Jordanes, exp. **double Urinalls**, *v.* **Jurden** in Et. Gen.

Journe, Fr. G. *Journée is a* **Dayes work**, *v.* **Journey** in Et Gen.

Jowe *for* **Jaw**, nescio an aliquantùm deflexo sensu; Fr. G. autem *Joüe*, ut & It *Gota*, quæ Genam notant, hoc *à* Lat. *Gutta*; nescio an sic dicta, quia per genas lachrymæ distillant.

Joyeur, **Pleaſant**, **Joyfull**, *à* Fr. G. *Joyeux*, Lætus, Hilaris, *vide* **Joy** in Et. Gen.

Joyſeyning, exp. **Joyfull**, *vide* **Jolly** in Et. Gen.

Jpent, ni fallor **Pin'd**, vel **Pen't**, *vide* *à* **Pin**, **Pinfold**, & **Pound** in Et. Gen.

Jpried, exp. **Searched**, sc. in cujus partes maximè privatas scrutandi, & explorandi gratiâ penetratur, *v.* **Pry** in Et. Gen.

Jpoiled, exp. **Smooth'd**, pro **Jpolid**, **Jpolished**, *à* Fr. G. *Polir*, Lat. *Polire*, *v.* **Polish** in Et. Gen.

Jradde, alicubi **Rad** pro **Read** Legi, *Ch.* in *Conventu Avium*.

Jrayed, **Arrayed**, *vide* **Array** in Et. Gen.

Jrayled, exp. **Covered**, **Spread**, q. d. AS. Gepægled, Vestitus, *à* nom. Rægle, Vestimentum, *v.* *à* *mutatis* **Rail** in Et. Gen.

Jrchin, *v.* **Urchin** in Et. Gen.

Jſhad, exp. **Scatter'd** pro **Jſhed**, *v.* **Shed** in Et. Gen.

Jſhet *for* **Shut**, Clausus, *v.* **Shut** in Et. Gen.

Jſhorn pro **Shorn**, **Docked**, *v.* **Shear** in Et. Gen.

Jſhove, exp. **Set forth**, pro **Jſhewn**, part. verbi *to* **Show**, quod *vide* in Et. Gen.

Jſped, exp. Expeditus, **Diſpatch'd**, part. verbi **Speed**, quod *v.* in Et. Gen.

Jſpended, exp. **Conſidered** (i. e.) Expensus, *à* verb. *Expendere* pro *Propendere* (i. e.) animo Pensare.

Jſpert, exp. **Veſſon**, credo pro **Veſperæ** (i. e.) Preces Hesperiæ seu *Vespertinæ*.

Istalled, Placed, Set, *à* nostro **Stall**, AS. Steal, vet. Belg. Stelle, Locus, Statio, Belg. & Teut. Stellen, Ponere, omnia contr. *à* Lat. *Stabulum*, ut & It. *Stalla*, *v.* Stall in Et. Gen.

Istrained (i.e.) **Strained**, Fr. G. *Estreint*, part. verbi *Estreindre*, Stringere, de caligis enim Strictis loquitur, *v.* **Strain** in Et. Gen. *Ch.* in Prosopographia *Mul. Bath.*

Iswent, exp. **Swinged**, fort. vel *ab* AS. Spengan, Vibrare, Quassare, Concutere, Commovere, Jactare, vel *à* Spingan, Cædere, Verberare, Flagellare.

Ithee, Thrive, opibus Proficere, Ditescere, non ut primâ fronte videri possit *ab* AS. ÿðian, Fluere, Undare, Redundare, nom. ÿða, Fluctus, Unda, Æstus, Mare; sed *ab* AS. Geðeon, Geðean, Teut. **Gedeyen**, Belg. **Ghedijden, Ghedijen**, Proficere, Vigere, Crescere, Succedere.

Itwight, exp. **Drawn**, *ab* AS. Tpiccan, Tpiecian, Vellere, Vellicare, Carpere, Arripere, *v.* **Twitcht** in Et. Gen.

Jubbe pro **Jug**, exp. enim *a* **Bottle**, vel potiùs *à* Fr. G. *Gober*, Haurire, Deglutire, vel *Couppe*, Poculum, *v.* **Jug, Gobbet**, & **Cup** in Et. Gen. *Ch.* fab. *Molitoris.*

Jupart, idem quod **Jeopardy**, quod *v.* in Et. Gen.

Iwimpled, exp. **Muffled**, *v.* **Wimple** in Et. Gen.

Iwis, Certè, *à* Teut. **Gewisz**, hoc *à* verb. **Wissen**, Scire, Scientia, quod sc. aliquis ex propria Scientia asserit.

Iwroke, Wreaked, *v.* **Wreak** in Et. Gen.

Iwry, & **Iwryen**, exp. **Hidden**, *ab* AS. Wrigan, Wreon, Tegere, Operire.

Iyen, Eyes, quod *v.* in Et. Gen.

K.

KAlends, exp. **Beginning**, quia sc. Calendæ sunt cujusque mensis Principium, hinc ortum est **Kalender** apud eundem, quod exp. Primus & Præcipuus.

Karyns, idem quod **Lents**, Fr. G. *Careseme*, utr. contr. & corr. *à* Lat. *Quadragesima.*

Keiked, exp. **Stared**, ut monet *Vir Rev.* à Belg. **Kiecken**, Spectare.

Keinard, exp. **Wicher, Verge creeper**, fort. parùm deflexo sensu, *à* Fr. G. *Caignard*, Sordidus, Erro, Vagabundus, Trifurcifer, hoc *à* Lat. *Canis*, & term. **Ard**, Belg. **Aert**, quod Indolem seu Naturam signat, q. d. Caninæ indolis, Cane sordidior, *Vir Rev.* deflectit *à* Teut. **Kein**, , Nihil, & **Art**, Natura, q. d. vir Nihili.

Kele, *ab* AS. Cælan, Celan, Algere, Frigescere, Refrigerare, *v.* **Cold** in Et. Gen.

Kemb, *v.* Et. Gen.

Kemeling, exp. *a* **Brewing Vessel**, in agro Linc. etiamnum *a* **Kimling**; nescio an *à* Belg. **Kime, Kimme, Kieme**, Ora, Margo seu Extremitas vasis, dolii seu Cupæ, hoc *à* Fr. G. *Cime*, It. *Cima*, Summitas, terminatio autem finalis **ling** diminutionem notat.

Kempt, exp. **Trimmed**, pro **Kembed** vel **Combed**, *v.* **Comb** in Et. Gen. hinc & apud eundem **Kempe**, quod exp. *to* **Deck**, Ornare, q. d. *to* **Kemb** *or* **Comb**.

Ken, exp. **Teach**, parùm deflexo sensu, *ab* AS. Cennan, Scire. Ejusdem originis est **Kend**, quod exp. **made me know**.

Kene, Acutus, pro **Keen** quod *v.* in Et. Gen.

Kepen, exp. **Care**, *ab* AS. Cepan, Curare, Accurare, Advertere.

a **Kerf of Panters**, occurrit apud solam *Jul. Barns.* Sic autem appellatur Cœtus animalium quorundam, ex sono nemo non suspicaretur *Pantheras* seu *Pardales* intelligi; sed quis unquam Pardalem in Anglia vidit? Sed unde inquies **Kerf**? nescio an *à* Teut. **Kraft**, Vis, & secundariò Multitudo, ut Lat. magna Canum vis, Fr. G. *Force Escus*, &c.

Kerfte, exp. **Carv'd**, *ab* AS. Ceorpan, Belg. **Kerven**, Secare.

Kernels exp. **Corners** *or* **Holes** *in Battlements*, ni fallor *à* Fr. G. *Corne, Cornelle*, Cornu, Corniculum, *v. a* **Corner** in Et. Gen.

Kerse pro **Cress**, Nasturtium, *v.* **Cress** in Et. Bot.

Kerveth, exp. **Cleaveth**, vel inde corruptum per Metathesin, vel *ab* AS. Ceorpan, Belg. **Kerven**, Secare, q. d. me Scindit, vel Cor mihi Scindit.

Kest pro **Cast**, quod *v.* in Et. Gen.

Kever, exp. **Recover**, à quo proculdubiò contr. & corr. est.

Kichell, exp. *a* **Cake**, *à* Teut. **Kuch**, Belg. **Koeck**, Libum, Placenta, Collyra, additâ term. dim. **ell**, omnia *à Coquendo*, *v.* **Cake** in Et. Gen.

Kid,

Kid, seu potiùs **Kith**, exp. Notus, **Knewn**, *ab* AS. Cÿðan, Narrare, Significare, Ostendere, Notum facere, hoc *à* nom. Cuð, Cuða, Notus, Cognitus; inde & vox quæ etiamnum in usu est, sed minùs frequenti **Kith**, ut ubi dicimus, *I have neither* **Kith** *nor* **Kin** (i. e.) ibi nec Amicos vel Notos habeo, nec Cognatos.

Kime, *the silly* **Kime**, nescio an *ab* AS. Cuma, Hospes, Advena, q. d. *the silly* **Guest**, hoc *à* verb. Cuman, Coman, Venire, *v.* **Come** in Et. Gen. *Vir Rev.* deflectit *à* Teut. **Gebeim**, Domesticus, Familiaris. Sed verisimillimum omnium videtur vocem ortam esse *ab* AS. Guma, Otfrido Gomman, Homo, *v.* **Groom**, & **Bridegroom** in Et. Gen. *Ch.* f. 89. p. 1. C. 1. fab. *Agricolæ.*

Kinds & **Kindels**, exp. **Young ones**, *ab* AS. Cind, Cynne, Genus, hoc *à* verb. Cennan, Parere, Parturire, *v.* **Kind** in Et. Gen.

Kinrest, exp. **Quiet Rest**, (i. e.) **Kindly Rest**, *ab* AS. Cyn, Congruus, Conveniens.

Kirked, exp. **Turning upwards**, *ab* AS. Ceppan, Aceppan, Belg. **Keeren**, Teut. **Kehren**, Vertere.

Kirtle, *to gone a begging in my* **Kirtle** *bare*, *ab* AS. Cyrtel, Tunica, *v.* **Kertle** in Et. Gen. *Ch.* f. 51. p. 1. C. 2. fab. *Liberti.*

Knarri, exp. **Stubby**, *à* Teut. **Knor**, Nodus seu Tuber in ligno, *v.* **Knur** in Et. Gen.

Knave, *were he master or* **Knave**, *ab* AS. Cnapa, Puer, & secundariò servus, *v.* **Knave** in Et. Gen. *Ch.* f. 19. p. 1. C. 2. fab. *Causidici.*

Knedde pro **Knit**, quod *v.* in Et. Gen.

Knet, *for all my joyfull look and* **Knet**. *Vir Rev.* dictum putat pro Belg. **Ghe-nett** (i. e.) Mundum, seu Mundities. *Ch.* f. 118. p. 1. C. 2. fab. de *Rosa.*

Knittest, exp. **Settlest**, *à* verb. **Knit**, quod *v.* in Et. Gen.

Knopped, exp. **Tied**, **Laced**, *ab* AS. Cnæp, Fibula, Belg. **Knoop**, Teut. **Knopff**, Nodus, *v.* **Knob** in Et. Gen.

Kodde, vox quæ apud solam *Jul. Barns* occurrit lib. de re *Venatica*; hoc autem nomine appellat Capreolum primi anni, q. d. *Hœdus*, *v.* **Kid** in Et Gen.

Kyndyll *of Cats*, vox occurrit apud solam *Jul. Barns.* Videtur felium Familiam, seu Pullitiem, tot sc. quot uno partu excluduntur, & simul aluntur significare, *ab* AS. Cind, Cynne, Genus, Progenies, hoc *à* verb. Cennan, Acennan, Parere, Gignere.

Kytte *for* **Cut**, quod *v.* in Et. Gen.

Kyth, videtur **Shew**, *Ch.* in Prologo.

L.

Laas, **Latch**, vel **Lace**, *à* Fr. G. *Lacs*, utr. *à* Lat. *Laqueus.*

Lache, exp. **Lazy**, *à* Fr. G. *Lasche*, Ignavus, Piger, Iners, utr. *à* Lat. *Laxus*, hinc **Lachesse**, Ignavia, *à* vet. jam obs. Fr. G. *Laschesse*, nunc *Laschete* idem significante, *v.* **Laugh** in Et. Gen.

Lacke, exp. *to* **Contemn**, fort. *à* Teut. & Belg. **Lachen**, Ridere. Alludit Gr. γελάω.

Lacke, Vituperare, *à* Belg. **Laecken**, **Lachteren**, Detrahere, alicui Vituperare, hoc *à* nom. **Laecke**, Probrum, Ignominia: Ejusdem originis est **Lacking**, **Discommenting.**

Lacken, exp. **Extenuate**, *à* verb. **Lack**; quod *v.* in Et. Gen.

Lade, exp. **Offence**, nescio an *à* Belg. **Laecke**, **Lacke**, Defectus, Vitium, vel *à* **Neglect**, truncato sc. capite, & *e* in *a* mutato.

Led, *she was like thing for hunger dead*, *that had her onely by bread* (i. e.) ni fallor quæ solo pane se aluit, loquitur enim de Avaritia, à verbo *to* **Lead**, quod secundario sensu Alere seu Nutrire designat, omnino ut Gr. Ἄγω, Lat. *Educo. Ch.* fol. 110. pag. 1. Col. 1. fab. de *Rosa.*

Ledde pro **Lead**, Ductus, *Ch.* fab. *Militis.*

Laft, exp. **Enclosed**, nescio an sic dictum quasi **Left**, AS. Læfed, Relictus; quæ enim claudimus tanquam, satis per se tuta securi relinquimus, *v.* **Leave** in Et. Gen.

Laft, exp. **Left off**, credo pro **Left**, *v.* **Leave** in Et. Gen.

Laid Sterne, vox Scot. apud *Douglass.* in Præf. Æn. *Virg.* fol. 7. p. 2. Cynosura, q. d. Ang. **Lead-Star**, Scot. enim **Laid**, **Lead** & **Sterne Starre** sonat, (i. e.) Stella ductrix.

Laines, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. ordines Laterum in ædificiis, q. d. **Layings** vel **Layers**, *à* verb. *to* **Lay**, quod *vide* in Et. Gen.

Lait,

Lait, *to bring to the lure whom she doth* **lait**, parùm deflexo sensu *à* Fr. G. *Laiſſer*, Lactare, vel potiùs *à* Lat. *Allectare*, frequentativo verbi *Allicere*, vel *à* Teut. **Laden**, Belg. **Laeden**, Invitare, sed prius præfero. *Ch.* f. 307. p. 2. C. 1. in *Remedio Amoris.*

Lake, exp. **Fine Cloth & Lawn**, *à* Belg. **Laecken**, Pannus, Pannus Lineus.

Lamaunt, *à* Fr. G. *L'aimant*, Amans, Amator. *Ch.* fab. de *Roſa.*

Lamers, exp. Corrigiæ, **Thongs**, neſcio an *à* Lat. *Lamina*, quia ſc. Corrigiæ latitudine ſuâ Laminas quadantenus referunt.

Landloper, vox quæ mihi in ſolo Dict. Angl. occurrit, *à* Belg. **Land-looper**, Erro, Circulator, Vagabundus, *a* **Land**, Terra, & **Loopen**, Currere.

Languerth, contr. **Langoreth**, utr. *à* Fr. G. *Languourir*, Languere, *Languer*, Languor.

Lappe, *and Troilus he brought in by the* **lappe**, *ab* AS. Læppe, Ora, Fimbria veſtis, *v.* **Lap** in Et. Gen. *Chauc.* f. 160. p. 2. C. 2. lib. 3. de *Troilo.*

Lare, Scot. pro **Learning**, apud *Dugl.* in Præfatione Æn. *Virg.* fol. 2. p. 1.

Lareow, vox quæ mihi in ſolo Dict. Angl. occurrit, & eſt vox pura puta AS. quæ Doctorem, vel Magiſtrum notat, *ab* AS. Læpan, Docere, *v.* **Learn**, in Et. Gen.

Larſon, *à* Fr. G. *Larrecin*, utr. *à* Lat. *Latrocinium.*

Lafted, *it is now* **lafted** *in wers plight then it was tho* (i. e.) **Left**, à Fr. G. *Laiſſer*, It. *Laſciare*, Laſſare, Relinquere, utr. *à* Lat. *Laxare. Vir Rev.* exponit **Lapſed**, *Gower*, f. 1. p. 1. C. 2.

Latch, *when that he Galathe beſought of love, which he may not* **Latch** (i. e.) amoris quem dimittere non poteſt, amoris ſc. inextinguibilis, *à* Fr. G. *Laſcher*, Laxare, Remittere. *Vir Rev.* dictum putat pro **Catch**. Verum, quoniam iſte Metaplaſmus nuſquam quod ſciam in Germ. & recentioribus dialectis occurrit, mallem ſecundum Etymon petere *à* Fr. G. *Laiſſer*, *Relinquere* (i. e.) amor qui relinqui ſeu dimitti nequit; vel *à* Teut. & Belg. **Leſchen**, Extinguere, Delere (i. e.) amor, ut dictum eſt ſuprà, Inextinguibilis & Indelebilis. *Gower*, f. 27. p. 2. C. 2.

Laton pro **Latten**, quod *vide* in Et. Gen.

Latoun, credo idem, *Chauc.* fab. *Militeris.*

Latred pro **Loytred**, *vide* **Loyter** in Et. Gen.

Latte, *thus is the poore unrightly* **latte** (i. e.) ni fallor pro **Lead** (i. e.) Ducti, Educti, Educati ſeu Inſtituti, *v.* **Lead** in Et. Gen. *Ch.* f. 87. p. 2. C. 2. fab. *Agricolæ.*

Laven, exp. *to* **Dzaw Empty**, neſcio an *à* verb. *to* **Lave out** (i. e.) aquam Effundere ſeu Expromere, hoc nimis manifeſtè *à* Lat. *Lavare.*

Lavender, à Fr. G. *Lavandiere*, Lotrix, *à Lavando.*

Laverock, *a kind of bird*, neſcio an ſic dicta quia crebro ſe in aqua *Lavat.* Apollini litavit *Vir Rev.* dum deflectit *à* Belg. **Leeuwerck**, Alauda; mallem tamen ſubſtituere AS. Lapepc, quod idem notat, *Ch.* fol. 112. pag. 1. Col. 1. fab. de *Roſa.*

Laurer, Fr. G. *Laurier*, Laurus, q. d. arbor *Lauraria.*

Lawn & Lanno, *v.* Et. Gen.

Lay, exp. **Law**, *ab* AS. Laga, Lex, *v.* **Law** in Et. Gen.

Lazer, Mendicus, q. d. *Lazarus.*

Leaſe, exp. **Dzaiſe**, fort. corr. *à* Lat. *Laus.*

Leaſing, *v.* Et. Gen.

Leauty, *à* Fr. G. *Leauté*, *Loyauté*, vel *Loyaultè*, Fidelitas, *Leal*, *Loyal*, Fidelis, utr. *à* Lat. *Legalis*, *Legalitas*, *v.* **Loyall** in Et. Gen. *P. Pl.* fol. 16. pag. 1.

Lech pro **Leech**, quod *vide* in Et. Gen.

Lech pro **Like**, Similis, *v.* **Like** in Et. Gen.

Lechern, vel **Lechzn**, *v.* Et. Gen.

Leden, exp. **Languiſh**, fort. *à* Germ. **Leiden**, Pati.

Leden, *Hawks* **Leden** (i. e.) *Hawks* **Latin**, ſecundariò *Hawks* **Language**, *ab* AS. Læden, Leden, Latinum, *Chauc.* fab. *Armig.*

Ledge, Linc. **Leg**, exp. **Lay**, *ab* AS. Lecgan, Ponere, *vide* **Lay** in Et. Gen.

Ledozs, vox quæ mihi in ſolo Dict. Angl. occurrit, Author exponit **Reproaches, Reviling terms**, *à* Fr. G. *Ledaires* idem ſignante; hoc ni fallor *à Laid*, Turpis, Deformis, q. d. voces Turpes, & Inhoneſtæ; *Laid* autem eoſdem cum noſtro **Lewd** natales agnoſcit, *v.* **Lewd** in Et. Gen.

Leechyd, *a brawn* **Leechyd** (i. e.) **Dzeſ'd**, Aper Medicatus, ſc. Aromatis conditus, vox occurrit apud *Jul. Barns*, *vide* **Leech** in Et. Gen.

Lead *or* **Leid**, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, AS. Lid-Monaƀ seu Hlyd-monaƀ, Mensis Martius, q. d. *the* **Loud** *Moneth*: ut scitissime divinat Doct. *Somner*, *ab* AS. Hlyd, Tumultus, Strepitus, Hlud, Sonorus, quia sc. hoc mense venti maximè sæviunt.

Lees pro **Leesing**, Mendacium, *v.* **Leesing** in Et. Gen.

Lees exp. **Releas**, *à* Fr. G. *Laisser*, It. *Lasciare*, Relinquere, utr. *à* Lat. *Laxare*.

Lefe exp. **Loath**, *ab* AS. Laƀ, Odiosus, Invisus, Ingratus, *vide* **Loath** in Et. Gen.

Lefe, Leve & **Liefe**, exp. **Dear**, *ab* AS. Leof, Leofa, Leofe, Belg. **Lief**, Teut. **Lieb**, Charus, Amicus, Gratus, Acceptus, *vide* **Love** in Et. Gen. Ejusdem originis est **Leke**, quod exp. **Willing**.

Lefe exp. **Wont**, credo q. d. *is* **Loveth**, omnino ut in Lat. Lingua *Amat*, & in Gr. Φιλεῖ pro Solet, & Ἔωθε eleganter usurpantur.

Leged, exp. **Resident**, q. d. **Layed** vel **Legged**, *vide* **Lay** in Et. Gen.

to **Leggen**, credo pro **Aleggen**, *to* **leggen** *her of her dolour*, *ab* AS. Alecgan, Ponere, Deponere, Sternere, Deprimere, Diminuere, Sublevare, vel *à* Fr. G. *Alleger*, Alleviare, *vide* **Lay** & **Allay** in Et. Gen. *Ch.* f. 131. p. 1. C. 2. fab de *Rosa*.

Legging pro **Lodging**, *v.* **Lay** & **Lodge** in Et. Gen.

Legiaunce pro **Allegiance**, quod *v.* in Et. Gen.

Legisters, q. d. *Legista* (i. e.) Juris periti.

Leid, vox Scot. apud *Dugl.* in Præf. Æn. *Virg.* fol. 6. pag 2. videtur ex contextu Linguæ, *a* **Language**.

Leit pro **Light**, quod *v.* in Et. Gen.

Lele, exp. **Right**, **Lawfull**, q. d. **Lawly** (i. e.) Legalis seu Legitimus, *v.* **Law** in Et. Gen.

Lemes, exp. **Light**, **Flames**, **Shining Streams**, *ab* AS. Leoma, Lux, Jubar. Leoman, Lucere: Si Græcus essem deflecterem *à* Gr. Λάμω, interim mallem *à* Lat. *Lumen*.

Lemman, Amasius & Amasia, *v.* **Leman** in Et. Gen.

Lends, *ab* AS. Lendene, Lendena, Lendenu, Belg. & Teut. **Lenden**, Lumbi.

Lene, exp. **Lend**, *ab* AS. Lænan, Hlænan, Commodare, Mutuum dare, *vide* **Lend** in Et. Gen.

Lenvoye, sic appellatur Epilogus carminis, *à* Fr. G. *l'Envoy*, *Envoy*, idem signante; sed primarius Nuncium, *à* verb. *Envoyer*, Mittere, hoc *à* Præp. *En*, In, & *Voye*, Via, q. d. Lat. *Inviare*.

Leoh, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, exp. **Light**, *ab* AS. Leoht, Lux, Lumen.

Lepande, ni fallor **Leaping**, *vide* **Leap**, in Et. Gen.

Lere, exp. **Complexion**, **Colour**, credo perperam; significat enim potius Symmetriam Lineamentorum vultûs. Fr. G. *l'Air du visage*, *the* **Air of ones face**, quod *vide* in Et. Gen. ut & vocem **Airy**.

Lere, Pellis, fort. contr. *a* **Leather**, quod *v.* in Et. Gen.

Les, *without* **Les**, Fr. G. *sans Laisser*, Incessanter.

Lesingeour, exp. Mendax, *vide* **Leasing** in Et. Gen.

Lessel, Umbraculum, *a* **Bush** *or* **Hovell**, *à* Fr. G. *Lais*, Vepres, Virgulta, additâ term. dim. **ell**, *vide Ch. the Reves Tale.*

Lest pro **Lust**, quod *v.* in Et. Gen.

Lete, exp. **Cease**, **Leave**, *vide* **Let** in Et. Gen.

Leteth fare, exp. **Make a Show**, hoc est **Letteth go** (i. e.) finis Emanare in Publicum, *v.* **Fare**, *to* **Go**, suo loco.

Lethy pro **Lithy**, vel **Lither**, quod postremum *v.* in Et. Gen.

Lettouwe, Teut. **Littaw**, *Lituania*, Sarmatiæ Europæ regio, olim ut creditur Alanorum sedes.

Lettrure, **Book Learning**, contr. *à* Lat. *Literatura*; credo autem vocem hanc **Lettrure** olim apud Franco-Gallos obtinuisse, licèt jam obsolevit.

Leud, Scot. apud *Dugl.* in Præf. Æn. *Virg.* **Leiwit**, Ignarus, Idiota, Literarum Expers, **Ignorant**, *ab* AS. Læpede, Læped man, item Lepede, Leped man, & contr. Leud man, Laicus. Priscis enim illis temporibus Laici omnes revera Idiotæ & Illiterati fuerunt, *vide* **Lewd** in Et. Gen.

Leve (i. e.) **Let** *or* **Suffer**, pro **Leave**, quod *v.* in Et. Gen. exp. etiam **Beleeve** & **Relieve** per contr.

Lever, exp. **Better**, *vide* **Leber** in Et. Gen.

Levesell, idem quod **Lessell**, quod *vide* suprà.

Leveth, exp. **Pareth**, *à* Fr. G. *Lever*, Tollere, q. d. *Levare*, Elevare.

Leyes, Dom. *Speighe* putat esse Leviſſam *Rhodi* insulæ urbem, sed ego hoc nomine Urbem nusquam gentium invenio. Certè *Libyſſa* urbs Bithyniæ occurrit: si hanc intellexit benè habet, res in vado est: sin minùs jactura non magna est.

Liard, Nimble, *à* Fr. G. *Leger*, It. *Leggiere*, Levis, hoc *à* Lat. *Levis* & *Levare*, q. d. Leviarius.

Liart, exp. Gentle, **Lith**, q. d. **Pliart** (i. e.) **Pliant**, quod *vide* in Et. Gen.

Licand, exp. **well Liking**, *v.* **Like** in Et. Gen.

Liche pro **Like**, quod *vide* in Et. Gen.

Liche *fowles*, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. Aves Infaustæ seu mali ominis, *ab* AS. Lice, Belg. **Lichaem**, Teut. **Leichnam**, Cadaver, Corpus, Teut. **Leich**, **Leych**, Funus, Exequiæ, q. d. aves quæ funera præsagiunt.

Liefhebber, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, *ab* AS. Leof, Charus, Dilectus, & habbep, qui Habet, *à* verbo habban, Habere, cujus Germana sunt Belg. **Lief-hebber**, Teut. **Liebhabet**, Amator, verb. **Lieb hebben**, **Lieb haben**, Amare (i. e.) Charum seu in Deliciis habere, *v.* **Love** in Et. Gen.

Liege, Lege, exp. **Lawfull, True**, *vide* **Liege** in Et. Gen.

Litt hauſe, exp. *on her* **Left hand**, q. d. *on her* **Left halſe**.

Lignes, exp. **Liketh**, **Pleaseth**, credo potius Voluptas, *v.* **Like** pro Approbare, vel Placere in Et. Gen.

Limail, *à* Fr. G. *Limaille* (i. e.) Scobs, quæ inter Limandum dissilit, Limatura.

Limed *glaſs*, *for it was lyked* **Limed** *glaſs*, credo q. d. Vitrum Limâ complanatum seu expolitum, Fr. G. *Verre Limé*, *Ch.* fol. 267. p. 1. C. 1. lib. 2. de *Fama*.

Limer, *a* **Lime hound**, vox Venatica quæ apud solam *Jul. Berns* occurrit; nescio an *à* Fr. G. *Limer*, Lingere, & Limis etiam oculis inspicere.

Limitour, ni fallor Indulgentiarium seu Indulgentiarum Mercatorem seu Institorem signat, qui sc. Limitat, definit seu præscribit, quid pro singulis peccatis solvendum sit; vel quod *Viro Rev.* magis arridet, quod intra certos *Limites* seu regiones munus exercet. *Ch.* f. 35. p. 1. C. 1. fab. *Mulieris Bathon.*

Linde, lefe *on* **Linde**, (i. e.) Folia Tiliæ, *Ælfrico* arbor hæc ut & Germ. **Lind** vocatur, fort. *à* Belg. & Teut. **Lind**, Mitis, Lenis, à mollitie sc. Lævitate foliorum.

Lingell, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. *Lingula*, seu *Linguella*.

Lirtpoop, *Somner* in Gloss. citat vocem *Liripium*, ex *Hevr. de Knyghton* de eventibus Angliæ, pag. 2597. corrigit *Liripipium*, Belg. **Lire-pipe**, & exponit Epomidem, utr. corr. *à* Lat. *Clero-peplus*.

Liſs pro **Releas**, & **Leſs**, *vide* **Releas**, **Let**, & **Leſs** in Et. Gen. exponitur etiam **Eaſe**.

Liſs, *à* Fr. G. *Lice*, *Liſſe*, Fimbria, *vide* **Liſt** in Et. Gen.

Lissed, exp. **Bounded**, parùm deflexo sensu, *à* Fr. G. *Lice*, *Liſſe*, vel *à* nostro AS. & Dan. **Liſt**, Fimbria, Ora, q. d. Fimbriâ circumductus.

Lith, exp. Membrum, *ab* AS. Liþ, Artus, Articulus, Nervus, exponitur etiam *to make* **Leſs**, *à* vet. AS. Lire, unde Lizel, & nostrum **Little** ortum ducunt.

Lith, exp. **Plain**, *ab* AS. Liþ, Lenis; Plana enim omnia cum asperitatibus & protuberantiis careant lenia & levia sunt.

Litherly, Slothfully, *v.* **Lither** in Et. Gen.

Lithy, exp. **Humble**, *ab* AS. Liþ, Lenis, Mollis, Quietus, Mansuetus.

Liven, exp. **Believe**, *à* quo etiam contr. est, *v.* **Believe** in Et. Gen.

Loch, Scoticè pro **Lough**, apud *Dunlaſs.* in Æneid. *Virg.* lib. 3. fol. 70. p. 2. *vide* **Lough** in Et. Gen.

Lodesman, Palinurus, navis Dux, *a* **Pilot**, credo *à* verb. *to* **Lead**, ut Dux, à Duco. Author Dict. Angl. deflectit *à* Belg. **Lood**, Plumbum, item Bolis, seu Perpendiculum Nauticum; quia sc. Bolidem ad explorandum aquæ profunditatem sæpe demittit.

Lollards, Londles, exp. **Weakers** *of Fasting dayes*, *and* **Runnagates**, prius autem ignominiosum nomen fuit eorum qui hic in Angliâ *Wicklevi* sectam amplexi sunt sic autem dicti sunt à turre quadam **Lollard** dicta, quâ tanquam

Carcere

carcere inclusi sunt; **Londles** autem, q. d. **Landleſs**, Extorrem designat.

Lombes, *they set a fell conclusion of* **Lombes**, *Vir Rev.* totam periodum sic legit & interpungit, *of* **Lombes** (i. e.) **Lambs** *as in* **soothfastneſs**, *though clerks make mention their kind is fret with* **doubleneſs** (i. e) licèt scriptores simplicitatem & innocentiam mulierum deprædicent, sunt tamen fraudulentæ & fallaces, mille dolis instructæ (i. e.) **fraught** *with* **doubleneſs**, cujus sententiæ prorsus accedo. *Chauc.* f. 322. p. 1. C. 1. *Cantico* de *Mul.*

Lond pro **Land**, quod *v.* in Et. Gen.

Londenoys, *Londinensis*, additâ sc. term. patronymicâ, Fr. G. *ois*, *Chauc.* Test. *Amoris.*

Longen pro **Belong**, quod *vide* in Et. Gen.

Loode, exp. **Led**, & proculdubiò fuit istius verbi ant. participium.

Loos *or* **Loſe**, *à* Fr. G. *Los*, Laus; apud *Chauc. in the tale of the Chanons yeman.*

Looſe, *v.* **Leaſe** suprà.

Loppe, exp. Araneus, credo hîc, ut non raro solet, interpretem hallucinari: **Loppe** enim tum antiquis Anglo-Saxonibus, tum nobis etiamnum in agro Linc. Pulicem non Araneum denotat, *vide* tamen *Chauc.* tr. de *Troilo.*

Loſe, *v.* Et. Gen.

Loſne, exp. Perditus, *à* vet. Teut. **Lieren**, jam **Verlieren**, Perdere, cujus part. est **Lozen**, rec. **Verlozen**, Perditus, vel contr. *à* **Forlozn**, quod *vide* in Et. Gen.

Lozrell, exp. Lurco, Helluo, *a* **Devourer**, nescio an q. d. **Lurcell**, diminutivum nom. Lurco. *Vir Rev.* deflectit *à* Belg. **Lozen** pro **Verlozen**, Perditus, part. verb. **Verliesen.**

Loſenger, *à* Fr. G. *Loſengier*, Adulator, ant. *Loſenge*, Adulatio, *ab* It. *Luſingare*, Blandiri, hoc *à* Lat. *Luſus* & *Ludo*; hinc & apud eundem *Chaucerum* invenitur **Loſengery** pro Adulatione.

Loſſell, exp. *a* **Crafty fellow**, fort. *ab* AS. Leaſ, Falsus, Mendax, Simulatus, *vide* **Leaſing** in Et. Gen.

Loteby, exp. **Companion** *or* **Love**, *ab* ant. **Lote**, Dux, Ductor, verbali verbi *to* **Lead** & **By**.

Loth, *be nat to the* **Loth** (i. e.) ne sit Ingratum, Invisum, *ab* AS. Laþ, Ingratus, odiosus, Invisus, *vide* **Loath** in Et. Gen. *Chauc.* fol. 160. p. 2. C. 2. lib. 3. de *Troilo.*

Lovedaies, exp. **Arbitrements**, q. d. dies in quibus Amicorum dissidentium lites componuntur, ut inde in pristinam gratiam & amicitiam redeant.

Loverd *or* **Laverd**, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit, *ab* AS. Hlaford, postea Hlouerd, Dominus, *vide* **Lord** in Et. Gen.

Lovingis, vox Scot. apud *Dugl.* in Præf. Æn. *Virg.* f. 2. p. 1. *à* Fr. G. *Louenges*, Laudes.

Louke, exp. *a* **fellow Receiver**, credo potius rationum Inspector, *the* **Overſeer** *or* **Examiner** *of accounts*, *à* verb. *to* **Look**, quod *v.* in Et. Gen.

Lout, exp. *to* **Bow** *to*, & **Louting**, **Honouring**, vel q. d. Laudans, *à* Lat. *Laudare*, vel potius *à Salutando.*

the **Loubers**, credo **Giants at Guild-hall**, vox occurrit apud Authorem Anonymum mihi *à* Doct. *Th. H.* communicatum, fort. q. d. *the great* **Lubbers** *at Guild-hall*, *vide* **Lubber** & **Looby** in Et. Gen.

Low, exp. **Fire**, **Heat**, *ab* AS. Leg, Run. Dan. **Loge**, Flamma, hoc ni fallor *à Luce.*

to **Low**, fort. *à* Fr. G. *Loüer*, Laudare, *v. Ch.* fab. de *Rosa.*

St. **Loye**, ni fallor Fr. G. *Saint Louis*, Sanctus Ludovicus seu Ludovicus nonus Galliæ Rex. *Ch.* in Prosopographia *Prioriſſæ.*

Luce, Livonia, nunc Teut. **Lieff-land**, nobis **Leef-land**, Livonia, Provincia, Sarmatiæ Europææ, ad sinum Venedicum.

Lucker, *how that lewd men highe* **lucker** *then lettred were saved* (i. e.) ni fallor, quod Laici plerumque sæpiùs quam Clerici in altero mundo servantur; **Light**, est **Lightly** vel **Likely**; Verisimiliùs **Lucker** est **Luckilyer**, Feliciùs. *P. Pl.* f. 67. p. 1.

Luſe, vox Scot. pro **Love**, apud *Dugl.* in Præf. Æn. *Virg.*

Lushbrogh, *vide* **Lushborow** in Et. Voc. For.

Lusty, exp. **Merry**, *à* Teut. **Luſtig**, Hilaris, *v.* **Luſty** in Et. Gen.

Lykam, *her* **Lykam** *to pleaſe*, *ab* AS. Lice, Lichama, Belg. **Lichaem**, Teut. **Leichnam**, Corpus. Doct. *Somner* sagaciter ut solet AS. Lichama deflectit Lic, Corpus, & Hama, Tegmen (i. e.) Corpus animi Tegmen; vel fort.

deduci potest à Lig, Flamma, & eodem Þama, notum autem est veteres præsertim Stoicos, animam igneam quandam substantiam statuisse. *P. Pl.* f. 1. p. 1.

Lykerous eye, videtur **Letcherous**, f. 12 p. 2. C. 1. fab. *Molitoris.*

M.

MAbound, **Mahomet**, credo autem Gallos ipsos olim Mahometem **Mahon** appellâsse, licèt vox jam in desuitudinem abiit.

Maikate, Makey, Fr. G. *Ma foy* (i. e.) per meam Fidem.

Maignage, exp. Officina Fabri ærarii, à Fr. G. *Maignier*, *Magnier*, Faber Ærarius, hoc à Lat. *Machina*, q. d. *Machinarius* (i. e.) Machinarum ferrearum Faber.

Mail, à Fr. G. *Maille*, Obulus, hoc contr. à *Medaille*, utr. à Lat. & Gr. *Metallum.*

Mainperner, *v.* **Mainprise** in Et. Vocum For. *P. Pl.* f. 19. p. 2.

Maint & Meint, exp. **Mingled**, part. verb. *to* **Meng, Ming** *or* **Maing**, *ab* AS. Mengan, Gemengan, Miscere.

Maintenance, exp. **Threatning**, q. d. **Menasance** (i. e.) **Menacing**, *v.* **Menace** in Et. Gen.

Maischlech, videtur idem quod **Maslin** (i. e.) Farina Miscelanea, *v. Skene* lib. Stat. Gildæ seu Societatis, c. 19. f. 143. p. 2.

Maisondeu, à Fr. G. *Maisondieu*, Nosocomium, Ptochotrophium, q. d. Fr. G. *Maison de Dieu* (i. e.) Domus Dei, quo etiam sensu It. *Casa di Dio*, appellatur.

Make, Consors, vox quæ adhuc in agro Linc. obtinet, *ab* AS. Maca, Par, Socius, Consors, Conjux.

Make his bread, exp. *to* **Deceive him**, ut Fr. G. *Faire barbe de Fourre*, à Fallere, Imponere.

Make it, exp. **Hinder it**, nescio an *ab* AS. Mægen, vis, Potentia, q. d. vi Impedire.

Makeles, *vide* **Make** suprà, & **Match** in Et. Gen.

Male bouche, exp. **Wicked mouth**, à Fr. G. *Male Bouche* (i. e.) Malum Os.

Maletalent, *her malice and her* **maletalent**, à Fr. G. *Mal talent*, Malignitas, Malevolentia, q. d. *Malum Talentum. Ch.* f. 110. pag. 1. C. 2. fab. de *Rosa.*

Malison, exp. *a* **Curs**, credo contr. à vet. Fr. G. jam. obs. *Maledisson*, nunc contr. *Mandisson*, Maledictio, verbali verbi ant. *Maledir*, nunc *Maudire*, Maledicere.

Malkin *or* **Maukin**, à nom. **Mall**, Maria, & term. dim. **kin**, q. d. *Mariola*, quia sc. officium Ancillæ præstat, dum furnum everrit, *vide* **Jack** in Et. Gen.

Malt, Part. verbi *to* **Melt**, quod *v.* in Et. Gen.

Malture, exp. **Mischance**, à Fr. G. *Malheur*, It. *Mal hora*, Infortunium, q. d. *Male heure* (i. e.) Mala hora.

Manch present, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. **old Writs**, credo olim voces fuisse Fr. G. licèt jam hoc saltem sensu in usu esse desierunt; *Present* etiam Xenium seu Munus notat, & *Mancia* Italis, valde cognato significatu, Donum præsertim Auspicatum sonat, q. d. *Donum Manicum* (i. e.) Manu propriâ datoris collatum.

Mangon vel **Mangonell**, exp. Tormentum, Catapulta bellica, *ab* It. *Mangano*, Machina, & hoc vel à Lat. *Machina*, vel à Gr. Μάγγανος, Vectis.

Manniſh, Sceleratus, *ab* AS. Man, Scelus.

Manqueller, Authori Dict. Angl. apud quem solum occurrit, exp. Homicida, *ab* AS. & nostro Man, Homo, & AS. Cpellan, Cuellan, Occidere, *vide* **Man, Quell** & **Kill** in Et. Gen.

Manzed *and* **mede a Manzed** *sireme*, nescio an *ab* AS. Man, Scelus (i. e.) mulier Jurgiosa, & Sceleſta Meretrix, talis enim hîc describitur; **Mede** hîc & passim alibi in hoc Authore Meritum notat, & est vox etiam hoc sensu pura puta Anglo-Saxonica. *P. Pl.* fol. 20. pag. 1.

Margarets, *with* **Margarets** *growing in ordinance*, à Fr. G. *Marguerites*, Flores Bellidis, quos passim usque ad nauseam prædicat

prædicat, poeta sic dictos à Prænomine feminino, ut multæ aliæ plantæ, & flores ab hominibus nomina sumserunt. *Chauc.* f. 245. p. 2. C. 1. in Conventu *Mulierum* seu *Dominarum*.

Margelaine, Marterom, à Fr. G. *Marjolaine*, Amaracus, Sampsucus herba; Lat. Barb. *Majorana* dicta, *v.* **Marjerom** in Et. Gen.

Mark of Adam, exp. **Mankind**; credo potiùs, ut verba sonant Nota sexûs virilis (i. e.) Virilia.

Marris, Fr. G. *Marais*, fab. *Mul. Bathon.*

Marrow, vox quæ mihi in solo Dict. Angl. occurrit. Author malè, ut solet omnia exponit Socium, item Mendicum vilem *a* **Beggarly Rascal**. Priori enim sensu nusquam gentium occurrit, posteriore vox apud Gallos obtinet, apud nos non item; *Marand* enim Fr. G. Mendicum seu Erronem notat, sed unde inquies istud *Marand*, credo à Teut. eóque Fr. Th. **Märre**, Equa, & **Ald** servus, aliquantùm sanè deflexo sensu, q. d. Servus vilis qui Equos curat, Equiso, ἱππικός.

Martes mark (i. e.) **Mars his mark**, *vide Speight* in Indice *Chauc.*

Marvedy, *v.* Et. Gen.

Alderſgate, Porta Civitatis *Londini*, ſecundùm *Camdenum* ab *Aldrico* Saxone qui ipſam extruxit: vel fort. q. d. Porta Seniorum vel Senatorum quorum ſc. ſumtibus vel olim ædificata eſt, vel poſtea ſaltem inſtaurata.

Aldgate, Porta Civitatis *Londini*, à Vetuſtate, vel quaſi **Elbegate** *Camden.* ſed quid ſibi velit hoc **Elbegate**, nec à *Camdeno*, nec aliunde diſcere poſſum, nec multum refert.

Aldingham, Pagus agri Lanc. *ab* AS. Ældinz, Dilatio, Ældian, Differre, fort. ſic dictus à Viis Aſperis & Salebroſis, quæ Viatores impediunt & morantur.

Aldred, Prænomen, contr. *ab* **Alured**, & hoc corr. *ab* **Alfred** & Ælfred, quod v. vel ſimplicius *ab* **All** & **Dred**, Timor.

Aldulph, Archiepiſcopus *Lichfield.* ſolus anno 790. *ab* AS. Ealb, Antiquus, Vetus, & Ulph, Auxilium.

Aldworth, in Com. *Berks*, *ab* AS. Ald, Vetus, & Worð, Atrium, Porticus, Area, *Camden.*

Alegund pro **Adelgund**, Prænomen Mul. hoc *ab* AS. Æðel, Teut. Edel, Nobilis, **Adel**, Nobilitas, & Gunnen, Favere, q. d. Nobilitatis Fautrix.

Alesbury, in Com. *Bucks*, AS. Æxleſbuph (i. e.) Ἀετόπολις, ut hodie *Aquila* Samnitum Provinciæ, nunc *Abruzzo* dictæ, caput.

Alfreton, in Com. *Derb.* quidam *ab Alfredo* Rege extructum putant, q. d. AS. Ælfredtun, nobis **Alfreds town**, *Alfredi* Oppidum.

Alfric, *Verſtegan.* corr. putat *ab* Ælfred, **Alfred** & **Alfric**, credo potiùs deflecti à noſtro & AS. Halp, & Ric, pro **Rich**, q. d. Semi-Dives.

Alice, Prænomen Mul. contr. à Lat. Barb. *Adeliza*, & hoc à Teut. **Adel**, Nobilitas, Edel, AS. Æðel, Nobilis, & verbo Teut. **Heiſſen**, Vocari; reſp. Gr. *Eugenia.*

Allen, *Verſtegan* putat corr. eſſe *ab* **Alwin**, quod *vide.* Poſſet & declinari *ab Alanus. Alani* autem ſunt Scythiæ populus inferioribus Imperii ſæculis nimis notus, v. **Alan.**

Allingham & **Allington**, in Com. *Hants*, fort. *ab* AS. Allinga, Omnino, Ham, Pagus ſeu Habitatio, vel Ton pro **Town**, q. d. Pulcher & omnibus abſolutus Pagus.

Alman, à Fr. G. *Aleman*, *Alleman*, q. d. **All man** (i. e.) prorſus ſeu revera Vir Ἀνδρεῖος, v. **German**: vel ſecundùm *Cluverium* & *Agathiam*, quia *Alemanni* olim fuerunt omnium hominum (i. e.) omnium gentium Colluvies. Si autem ſtrictè loqui volumus, *Alemanni* non iidem cum Germanis, ſed tantùm tribus vel portio Germanici nominis fuerunt, Suevorum antiquorum progenies, qui labente Imperio eo primùm nomine claruerunt, & Provinciam jam Sueviam dictam cum tota Helvetia inſederunt: quod vel ex eo apparet, quod *Antoninus Caracalla* Imperator *Severi* filius, inter alios titulos *Germanici* & *Alemanici* tanquam diverſos aſſumſit, v. *Æl. Spart.* in Vita *Ant. Car.* & Schol. *Salmaſ.*

Almondbury, in Com. *Ebor.* Oppidulum, olim *Cambodunum*, *Beda Campodunum*, *Ptolemæo*, mendoſè, *Camulodonum*, ubi *Paulinus* Septentrionis Apoſtolus Eccleſiam Cathedralem extruxit, tunc enim Urbs Regia erat: Baſilicam autem Divo *Albano* Angliæ Protomartyri dicavit, & hinc

hinc urbs **Albonbury** vocari cœpta (i.e.) Urbs seu Fanum *Albani*.

Alncester, synodo antiquâ Anglo-saxonum nobilis, nescio an *ab* **Aln**, fluvio alluente, sic dictus.

Alne, in Com. *Cumb.* ant. Romanis *Alone* fluvius.

Alne, in Com. *Northumb. Ptolomæo Alaunus* fluvius.

Alpheg, Prænomen, fort. *ab* AS. Alle, Æl, Omnis, & Fegan, Gefegian, Componere, Accommodare, Teut. **Fügen**, Conjungere, Quadrare (i. e.) qui per omnia Quadrat, Habilis & cuilibet operi Idoneus.

Alphons, Hisp. *Alfonso*, Prænomen Hispanis familiare, & Gothicæ originis, *à* Germ. **Helfuns** (i. e.) Auxilium nostrum, v. **Help** & **Us** in Et. Gen. resp. Gr. *Boethius*, *Epicurus*; *Covarruvias* ridiculè deflectit *à* Lat. *Alpha*, pro Principe, ut Alpha Penulatorum.

Alresford, in Com. *Hants*, prælio in nupero bello nobile (i.e.) *Vadum Alre* fluvii.

Alric, *Cantii* Rex, idem cum **Alaric**, quod *vide*.

Alswald, *Nordanhumbrorum* Rex, fort. *ab* AS. Alle, Omnis, & Wealdan, Imperare, Dominari, Regere, & tum resp. Gr. *Pancratius*, vel *ab* eodem Alle & Weald, Sylva, Saltus, & tum resp. Lat. *Sylvester*, Gr. *Eunapius*.

Alvaro vel **Alvares**, Prænomen apud Hispanos frequens; *Covarruvias* idem putat cum **Albert**, quod *vide*. Posset & deflecti *à* Germ. **All**, & AS. & Goth. Wer, Vir, q. d. Totus Vir, prorsus Vir, Virilis (i. e.) Fortis & tum resp. Gr. *Andreas*. Ex hoc Wer satis manifestè oritur etiam Hisp. *Varone* quod idem signat.

Alway, in Scot. *Ptolomæo Alauna*, ab *Alon* fluvio.

Alwerton, Nomen Gent. fort. q. d. **All-Wear & Town** (i. e.) Oppidum multis aggeribus ad arcendas aquas instructum, v. **Wear** in Et. Gen.

Alwin, nobilis ille Anglo-saxo *Caroli magni*, Præceptor, Lat. *Alcuinus* & *Albinus* dictus, à nostro **All**, AS. Alle, Eal, Omnis, & Win, Victor, Winnan, Vincere, resp. Lat. *Victor*, *Vicentius*, Gr. *Nicon*, *Niciar*, *Nicetas*, *Nicephorus*, *Pancratius*.

Amalaberga, *Turingorum* Regina. *Junio* exp. Cœlestis Mons, *ab* ant. Teut. **Hamal**, nunc **Himmel**, Cœlum, & Belg. Mons. Affine est Græcum *Uranía*, Lat. *Cælia*.

Amalasrida, Prænomen Mul. *à* vet. Teut. **Hamal**, nunc **Himmel**, Cœlum, & **Fried**, Pax, q. d. Pax Cœlestis. Cognatum est Gr. *Irene*.

Amalaricus, *Visi-Gothorum Hispanorum* Rex, *à* Teut. **Hammel**, Vervex, & **Ric**, Dives, q. d. Pecorum seu Ovium Dives.

Amalasunta, *Ostro-Gothorum Italorum* Regina Doctissima, *Kilianus* deflectit *à* vet. Teut. **Amel** vel **Amal**, pro **Himmel**, Cœlum, & **Suenth**, unde nostrum **Wench**, Puella, q. d. Puella Cœlestis, seu Cœlo Demissa, respondent Gr. *Theophano*, *Theophania*, *Urania*, *Astræa*, Lat. *Cælia*.

Amali, priscorum *Gothorum* Gens, seu familia illustrissima, secundùm *Jun. à* vet. Teut. seu Goth. **Hamal**, nunc **Himmel**, Cœlum, ut Lat. *Cœlestius*, *Cœlestinus*, Gr. *Uranius*.

Ambleside, in Com. *Westm.* Rudera urbis antiquæ Romanis *Amboglana* dictæ.

Ambresbury, in Com. *Wilts*, sic dicta, quia Rex *Britonum Ambrosius* ibi occisus est, q. d. *Ambrosiopolis*, *vide* **Bury** in Et. Gen.

Amerford, *Batavia* Urbs, q. d. *Amisi* seu *Amisiæ* fluvii Vadum seu Trajectus, hic autem fluvius Teut. **Ems**, Belg. **Eems** dicitur, v. **Ford** in Et. Gen.

Amersham, in Com. *Bucks*, AS. Agmundesham, hoc fort. *ab* AS. Aac, Ac, Quercus, Mund, Tutela, Protectio, & Ham, Pagus, q. d. Pagus Quercuum circumcirca consitarum ordine à ventorum & frigoris injuriis protectus, vel *ab Agmundo* quodam Conditore.

Amery, Prænomen, Lat. Barb. *Almaricus*, q. d. AS. Eme Rice (i. e.) Semper Dives, *Camden*.

Amie vel **Amade**, Prænomen, *à* Fr. G. *Aimè*, Amatus: est autem multorum *Sabaudiæ* Principum Prænomen.

Amisius, Teut. **Ems** vel **Eems**, *Germaniæ* fluvius, Straboni *Amisias*, nescio an *à* Germ. **Am**, Nutritius, vel quod *Nutrit* (i. e.) fœcundat agros, vel quod *alit* accolas, q. d. fluvius Almus.

Amsterdam, nobilissimum *Batavia* Emporium, q. d. *Amstela* fluvii *Agger* seu *Cataracta*, v. **Dam** in Et. Gen. *Junius* etiam *à Giselberto Amstelio* viro Nobili Conditore dictum putat.

Amandale, in Scot. Vallis ad fluvium **Annan**, v. **Dale** in Et. Gen.

Anaraud, Prænomen Cambro-Britannicum, secundùm *Camdenum* corr. *à* Lat. *Honoratus*.

Ancaster,

Antaster, in Com. *Linc. Antonino Crocolana*; *Cruc* autem C.Br.Collem notat, Vestigia autem antiqui nominis in prima syllaba **An** supersunt,cui more AS. Ceaster, Urbe,additur.

Anderneſſe, in Com. *Lanc.* Regio,AS. Acmunderneſſe, hoc fort. *ab* AS. Ac vel Aac, Quercus, Mund, Tutela, & Næſe, Promontorium, q. d. Promontorium magnâ Quercuum copiâ contra Aeris injurias defensum.

Andover, in Com. *Hant.* AS. Andeapapan (i. e.) Trajectus *Antoni* fluvii.

Andredſwald, olim Saltus *Camio* & *Eſſexia* communis, *à* vet. **Andred**, Timor, q. d. Sylva Terribilis, ideò dictus *Ethelwerdo* Sylva Immunis.

Saint **Andrews** in Scot.olim *Regimund* (i.e.) *Sancti Reguli* Mons, *ab Ungo* Rege Pictorum, in Archiepiscopalem sedem multis fundis etiam additis erectum.

Angelbert, idem cum **Engelbert**, quod *vide* suo loco.

Angevin, nomen Gent. q.d. Fr. G. *l'Angevin* seu *Anjovin* (i.e.) provinciâ *Andium* in Gallia oriundus.

Angleſey, Lat. *Mona*, C.Br. *Mon & Tir Mon* (i. e.) Terra Mon, & *Ynis Dowil* (i.e.) Umbrosa Insula,Anglo-Saxonibus primo Money, & postea cum Angli eam occupâssent, **Engles Ea** & **Angleſey** (i. e.) Anglorum Insula.

Angrivarii,vetus Germaniæ populus,nunc *Westphaliæ* pars, *Adr. Junius* deflectit à Teut. **Angreiffen**, Impetum facere, Arripere, à militari sc. gentis audacia.

Ankerwike, in littore *Thamesis* pagus, Cœnobiolo virginibus velatis sacro olim celebris, q.d. *Anachoretarum* Sinus, *ab Anachoretis*, & AS. Wic, Sinus, hoc *Lelandus*. Mallem tamen simplicius *ab Anchoris* originem petere, quia sc. ibi littus Anchoris jaciendis opportunum est.

Ansbrand, Prænomen, teste *Junio* à vet. Goth. **Anſe**, Heros, & **Brenne**, Galea, q.d. Heros Galeatus.

Anſegiſus, Prænomen Teut.à Teut. **Hanſz**, Socius & Societas, & **Gis**, recentioribus **Geiſel**, Obses, q. d. Societatis Obses, vel *ab* eodem **Hanſz** & **Geitz**, Aviditas, q. d. Societatis Avidus, *a good fellow*.

Anſelm, Prænomen, fort. q. d. Germ. **Uns-helm**, vel **Unſer-helm** (i.e.) Nostra Galea, vel Noster Protector, vel, secundùm *Camdenum*, *à* Goth. ant. **Anſes**, Heros, & **Helm**, q. d. Heroum Galea seu Protector, vel q. d. Teut. **Hanſz-helm** (i. e.) Sociorum Protector, **Hanſz** enim Socium notat.

Anſuarii, olim *Belgii* populus, *Adr. Jun.* deflectit *à* Goth. vet. **Ans**, Heros, q.d. qui cæteros fortuna & opibus antecellit.

Anton haven, in Com. *Hant.* (i. e.) Portus *Antoni* fluvii.

Antrim, in *Hib.* Com.nisi, quod suspicor, Hibern. sit originis, possem deflectere *ab* AS. An pro **Un**, part. privativâ, Teut. **Ohne**, Sine, & verbo AS. Timman, Ædificare, q.d. Regio ædificiis vacua (i. e.) Deserta.

Anwick, in Com. *Northumb.* vel **Alnick**, AS. Ealnpic,*ab Alaune* fluvio,& AS.Wic, Sinus, *Gulielmi* captivitate & *Milcolumbi* 3. Scotorum Regum nece nobilis.

Appleby, in Com *Westm.* ant. Rom. *Aballaba*, olim Statio militum.

Aragiſus, Longobardus Beneventi Dux; *ab* AS. Ape, Honor, & Teut. **Geitz**, Aviditas, q. d. Honoris Avidus,& fuit vir revera Ambitiosus.

Arbogaſtes, Francus, Comes Occidentis; *Valentiniani* 2. Aug. percussor & tyrannus, nescio an *à* Teut. **Erb**, Hæreditas, & **Gaſt**, Hospes (i. e.) Hospes in hæreditatem adoptatus.

Archebold, Prænomen Scotis familiare,olim **Erchenbald**,*Camdeno* q.d. Audax Observator, v. **Erchenbald**.

Arckiow seu **Wickiow**, in *Hibern.* Provincia olim Caucorum sedes; nisi, quod suspicor, *Hibern.* sit originis, possem deflectere *ab* AS. Eap, Spica Arista, & Clope, Globus, vel quævis res rotunda, q. d. Regio rotunda segetum ferax.

Arbaburius, Consul anno Dom. 447. sub *Valentiniano* 3. & Theodos.min.Aug. origine, ni fallor, Gothus, *à* Teut. **Erd**,Terra,& **Bawer**,Colonus,**Bauen**, agrum Colere, resp. Lat. *Agricola*, Gr. *Georgius*.

Arbaricus, *Ostro-Gothorum Italorum* Rex, *ab* AS. Eapd, Belg. **Erde**, Aerde, Teut. **Erd**, Terra, & Ric, Dives,q.d.terris seu Latifundiis Dives.

Arfaſt, Prænomen, *ab* AS. Ape, Teut. **Ehr**,Honor, & AS.Angl. & Teut.Faſt, Belg. **Veſt**, Firmus, q. d. Honoris Tenax,resp. Lat. *Honorius*. *Kilian* hoc nomen & Belg. **Erefeſt**, idem cum *Ariovisto Cæsaris* esse divinat.

Argile, *Scotiæ* provincia, C.Br. *Ar-Gwithil* (i. e.) juxta Hibernos, Britanni enim Hibernos **Gwithil** & **Gaothel** appellant.

Artaxerxes,

Ariamirus, Suevorum Hiſpanorum Rex, *ab* AS. Ape, Honor, & Mæpe, Magnus, Celebris, q. d. Valdè Honoratus, & tum reſp. Lat. *Honorius*, Gr. *Timæus*; vel *ab* eodem Ape, & Mehzen, Augere, qui ſc. magnis facinoribus famam ſibi indies auget.

Aribertus, vel **Aripertus**, Longobardorum Italorum Rex, *ab* AS. Ape, Honor, & Beophz, Clarus, Lucidus; vel *ab* eodem Ape, Teut. Ehz, & Werth, Dignus, q. d. Honore Clarus, vel Honore Dignus.

Ariealdus, Longobardorum Italorum Rex, *ab* AS. Ape, Belg. Eere, Teut. Ehz, Honor, & ant. Teut. Walden, AS. Wealdan, Regere, Wald, Poteſtas, q. d. qui magno cum Honore & Gloria regnat, reſp. Gr. *Clearchus*, *Archidoxus*, *Cleocrates*.

Ariovistus, Suevorum Rex, *Cæſaris* Dictatoris hoſtis, Princeps bellicoſiſſimus, multi cum Arfaſt idem cenſent, v. Arfaſt ſuprà.

Arlech, in Com. *Merion.* Arx, quæ ſuper rupem Saxeam CBr. ſonat.

Armenius, inclytus ille Germanorum, Cheruſcorum Dux, & libertatis Germanicæ contra Romanos acerrimus Propugnator. Sunt qui cum Herman confundunt. Mallem *ab* AS. Ape, Honor, & Teut. Meynen, Sentire, deflectere; q. d. qui Magnificos, & Genoroſos Spiritus alit, qui nihil præter Honorem ſpirat.

Arnold, Prænomen, olim Germ. Ernold, *ab* AS. Ape, Teut. Ehz, Honor, & verb. to Hold, vel *à* nom. AS. Þold, Fidelis, v. Arfaſt.

Arnulph, Prænomen, *ab* AS. Ape, Teut. Ehz, Belg. Eere, Honor, & Ulph, Auxilium q. d. Honoris Auxiliator.

Arondell, Nomen Gent. in agro *Cornub.* *à* Fr. G. *Arondelle*, Hirundo, quia ſc. Hirundines in Scuto Gentilitio gerunt.

Arran, in *Scot.* olim Cluyd, & *Ptolemæo Glota* Inſula, niſi Scoto-Hibernicæ ſit originis, poſſim deflectere *à* CBr. Ar, Arvum & Rhann, Pars, Portio, q. d. Agri Portio; vel fort. meliùs *ab* alt. Ar, præp. inſep. quæ in comp. ſignificationem auget, & eodem Rann, q. d. Agri Portio eximia.

Arrew, in Com. *Warw.* fluvius, ut *Tigris*, quod etiam Sagittam Perſicè ſignat, ob celeritatem ſic dictus.

Arundell, in Com. *Suſſ.* q. d. Arundale, *ab Arunno* fluvio (i. e.) Vallis Aruntina.

Arus, in Com. *Ebor.* fluvius, *à* CBr. Ara, rectiùs Araf, Lenis, Tardus, & Lentus, unde & Gallicus *Araris* nomen ſumſit.

Arwenath, Nomen Gent. neſcio an *à* CBr. Ar, Arvum, & Gwinn, Albus, item Jucundus, q. d. de *Campo Alba* (i. e.) Cretaceo; vel de *Campo Amæno*, vel *ab Archenad*, Calceus.

St. **Aſaph**, in Com. *Flints*, Urbs Epiſcopalis, CBr. Llan Elwy (i. e.) Templum Elwy, qui eſt fluviolus, ſic dictus *à Sancto Aſapho* Britanno olim hic Abbate.

Aſcough, vel **Aſcogh**, nomen Gent. ſecundùm *Camdenum* *à* vet. Prænomine Aſcutth, quod idem eſt cum Haſculph, Haſkulph, & Aſkolphus, quod. v.

Aſhdown, in Com. *Eſſex*, olim *Aſſandun* (i. e.) *Mariano* Collis Aſinorum, magna clade *Edmundi ferrei* à Canuto Dano illata inſignis.

Aſpar, *Ardaburii* filius Arianus; ſed magnus Dux, & ſub *Leone* magno Aug. Cæſar, ni fallor, ortu Gothus; neſcio an *ab* AS. Þat, Calidus, Fervidus, & Speape, Haſta, q d. Haſtâ Vibrandâ Præfervidus, vehemens & animoſus.

Aſpzandus, Longobardorum Italorum Rex, fort. *à* Teut. Hanſz, Domus, & AS. Bpanb, Torris, Titio, Belg. Brander, Urere, Teut. Brandt, Uſtio, Brant, Torris Ignitus, Brennen, Urere, q. d. Ædium Incenſor, Incendiarius.

Aſſenshire, *Scotiæ* Regio veterum Ceronum ſedes, fort. *à Fraxinis*, quibus abundat.

Aſtolphus, Longobardorum Italorum Rex penultimus, *à* Belg. Haeſten, Feſtinare, & Ulph, Auxilium, q. d. Citum Auxilium, vel Velox Auxiliator.

Ateritb, in *Hibern.* vulgò **Athenry**, *ab Auteris* populo antiquo.

Athalaricus, Oſtro-Gothorum Italorum Rex, *à* Teut. Adel, Nobilitas, & Reich, AS. Ric, Dives, q. d. Nobilitate Dives (i. e.) valde Nobilis.

Athanagildus, Viſi-Gothorum Hiſpanorum Rex, *ab* AS. Aþ, pl. Aþan, Juramentum, & Gilban, Agilban, Solvere, Præſtare, Exhibere, ſc. qui Juramentum ſervat, Fidelis.

Athanaricus, Oſtro-Gothorum Italorum Rex, fort. *ab* AS. Aþ, Juramentum, & Ric, Dives (i. e) qui frequenter Jurat, vel qui multa Fœdera percuſſit.

Athaulphus, Oſtro-Gothorum Rex, idem quod Adolph, quod v.

Athelin, Archiepiscopus Cantuar. filii, quod suspicor, idem sit cum **Adelm** suprà, possem deflectere *ab* AS. Aδ, Sacramentum, Juramentum, & Þelm secundario sensu Defensor, q. d. Juramenti Servator.

Athle-stanford, in *Scot.* (i. e.) Vadum, *Athelstani* Anglo-Saxonum Regis, qui hìc contra Scotos exercitum traduxit.

Atkins, contr. *ab* **Arthurkins** (i. e.) parvus *Arthurus*, seu *Arcturus*, terminatio enim **kin**, *Ælfrico* teste, diminuit.

Attila, magnus ille Hunnorum Rex, Dei Flagellum meritò dictus: *Kilian.* deflectit *à* vet. Teut. **Atte**, Pater.

Attrebatii, Britanni Comitatûs nunc *Berks* dicti, olim incolæ *Attrebatum*, Galliæ Belgicæ populi proculdiò Colonia sunt, qui *Camdeno* teste, *à* CBr. **Attrech**, quod Terram panis exponunt, deducunt; sed vox nusquam gentium comparet; mallem igitur *à* CBr. **A** part. initiali, quæ in comp. significationem auget, & **Tref**, Urbs, Oppidum; fort. enim prisci *Attrebates*, saltem Galli à magna aliqua urbe, ut apud Græcos *Megalopoli*, Germ. **Mecklenburg**, dicto nomen sumserunt.

Aubry, olim Prænomen, nunc Cognomen, contr. *ab* **Alberic**, quod v.

Audley, Nom. Gent. olim *de* **Aldeleigh**, *ab* AS. Ald, Vetus, & Leaȝ, Campus, Pascuum, *Lincoln.* autem *à Lea* (i. e.) Veteri pascuo.

Audleyend, in Com. *Essex.* Palatium magnificum Comitis *Suffolciensis*, *à Thoma Audleo* Angliæ Cancellario, qui monasterium in suam domum commutavit, extructum.

Audre, in Com. *Cantabr.* olim **Athelred** *à Sancta Etheldreda*, in cujus memoriam fortean hìc fanum olim conditum est.

Audrey, contr. pro *Etheldreda*, quæ fuit Abbatissa Regii Anglo-saxonum sanguinis, Tomberti Girviorum Principis, & postea *Egfridi* Nordanhumbrorum Regis Uxor, inter Divos relata, *ab* AS. Æðel, Nobilis, & Dread, Timor, auspicatò sanè; Timor enim Dei nobilis, & generosus Principibúsque dignus est.

Aventon, in Com. *Glocestr. Antonino* **Avone** seu **Abona**, *ab* **Avon** fluvio, ut **Malerton**, **Riverton**, **Bourne**, Aquinum, Fluentium, &c.

Avery, olim Prænomen, nunc Cognomen, credo contr. *à* vet. Goth. olim Regis nomine *Avarius*, hoc q. d. **Haverie**, Ric autem AS. ut & Teut. **Reich**, Regnum significat; nisi malis *ab* alt. Ric, Dives, vel Divitiæ deflectere, priori sensu resp. Lat. *Regilianus*, *Regulus*, Gr. *Basilius* posteriori, Gr. *Plutarchus*.

Avice, Prænomen Mul. olim **Hawis**, secundùm aliquos corr. *ab* **Helwis**, & hoc *ab* **Hildenvig**, quod exp. feminarum Tutela, nescio an rectè. Ego autem, si **Helwis** olim scriptum sit, mallem deflectere *à* Teut. **Heil**, Clarus, & **Weis**, Sapiens, sin **Heldenwig** olim fuit, *à* Teut. **Helde**, Heros, & AS. Wic, Propugnaculum.

Aulcester, in Com. *Warw. ab Alno* fluvio, *Matth.* igitur *Paris* scribit **Allencester**, fort. q. d. AS. Allinȝaceaſtep (i. e.) Omnino Civitas, v. **Allingham**.

Avon, multorum per totam Britanniam fluminum nomen, *à* CBr. **Afon**, Fluvius simpliciter.

Austria, Teut. **Oesterreich** (i. e.) Regnum Orientale, à situ, ut Asia minor dicitur *Natolia*.

Autharis, Longobardorum Italorum Rex, fort. *ab* AS. All, & Deappan, Audere (i. e.) qui quòvis vel periculosissimum facinus aggredi audet, Vir projectæ Audaciæ, & resp. Gr, *Entolmus*, *Pantolmus*; vel *ab* eodem All, & Dop, Jupiter, q. d. totus Jovi addictus, & tum resp. Lat. *Jovius*, *Jovinus*, *Jovinianus*.

Axholm, in Com. *Linc.* Insula Amnica, AS. Eaxanholm, à præcipuo oppido **Axey**, olim **Axel**, & holm, Insula Amnica.

Ax-minster, in Com. *Dev. ab* Aȝ fluvio, & *Monasterio* quod olim ibi claruit.

B.

Badbury, in Com. *Dorset. ab* AS. Baδban-byriȝ, q. d. Pignorum oppidum, olim Visi-saxonum Regum sedes; sic dicta, *ab* AS. Baδ, Pignus, & Byriȝ, Urbs: fort. quia Visi-saxonum Reges hìc victarum gentium obsides in Custodia habebant.

Bain, fluvius, v. Et. Gen.

Bainards castle, juxta *Londinum*, *à Gul. Bainard* Barone de *Dunmow* Conditore, nunc Comitis *Pembroch.* palatium.

Baldjead,

Baldred, Cantii Rex ultimus. *Verſtegan.* deflectit *ab* AS. Bald, Audax, & Rede, Conſilium (i. e.) Conſilio Audax, ut Gr. *Thraſybulus*, vel *ab* eodem Bald, & Teut. **Reden**, Loqui. Poſſet & declinari *à* Teut. **Bald**, Citò, & eodem **Reden**, vel *à* **Bald**, Citò, & **Rede**, Conſilium.

Baldwin, Prænomen, ſecundùm *Lutherum* q. d. qui celeriter vincit, *à* Germ. **Bald**, Citò, & **Winnen**, Gewinnen, Vincere; ſecundùm *Rhenanum*, & *Lipſium* Victrix Poteſtas, *à* **Gewalt**, Poteſtas, & eodem **Winnen**. Meliùs & ſimpliciùs, ſecundùm *Camdenum*, *ab* AS. Bald, Audax, & Win, Victor.

Baltht, priſcorum Gothorum, præſertim Viſi-Gothorum, Gens nobiliſſima. *Junius* ab *Audacia* nomen petit, ſc. *ab* AS. Bald, Audax, v. **Bold** in Et. Gen.

Bamba, Viſi-Gothorum Hiſpanorum Rex, neſcio an *à* Teut. **Pamp**, Guloſus.

Bamborough, in Com. *Northumb. ab* AS. Bebbanburg: teſte *Bedâ* à *Bebba* Regina Conditrice, olim ni fallor Nordanhumbrorum Regis ſedes.

Bambury, in Com. *Oxon. ab* AS. Banerbirig, ſeu Bananbirig, prius fort. *ab* AS. Byrig, Urbs, & Bana, Homicida, fort. à magna ſtragè ibi edita, poſterius affini ſenſu *ab* AS. Been, Feretrum; vel *à* Ban, Bane, Aper, quia fortean magnis Apris, vel Aprorum Venatione olim nobilis fuit. Invenitur, & apud *Somner.* Banbeorgar, *Kiliano* **Beenberghe**, Ocreæ, Cothurni, à tegendo oſſa ſc. *ab* AS. Ban, Belg. **Been**, Os, & AS. Beorgan, Belg. **Berghen**, Bergen, Munire, Tegere, Condere, & hoc Municipium vel *à* figura *Ocreæ* æmula, vel quod olim multæ ibi Ocreæ factæ ſint, hoc nominis accepiſſe potuit.

Bangor, in Com. *Ceſtr.* ſeu potiùs **Banchor**, vel **Bonchor** (i. e.) Chorus, **Ban** ſeu **Bon**, *Antonino Bonium* ſeu *Bovium*, AS. Bancornabyrig, urbs olim celeberrimo Britonum cœnobio nobilis.

Bangor, in Com. *Caern.* olim **Banchor**, quaſi **Penchor** (i. e.) Chorus Capitalis ſeu Præcipuus, ſedes enim Epiſcopalis eſt.

Banna, in *Hib.* Urbs Promontorii, quod Sacrum *Hib.* ſignificat, & totum Promontorium *Ptolemæo* Ἱερὸν dicitur.

Banocksbourn, in Scot. (i. e.) Rivus *Banoci*, clade *Edwardi* 2di Regis Angliæ nobilis.

Barbacan, vox Arabica, exp. Specula, ſeu Militaris Prætentura, v. **Barbican** in Et. Gen.

Bardney, in Com. *Linc.* Oppidum ubi & olim Monaſterium, *Bedæ Beardenea*, vel *Pertanea*, Sancti *Oſwaldi* Regis ſepulchro nobile, fort. *à* Belg. **Peert**, Equus, & AS. Ea, Aqua (i. e.) Paſcuum ad Aquam, quia hic locus Equorum paſcuis nobilis fuit.

Bardulph, **Bartulph**, **Bertulph** *Verſtegan.* dicit olim ſcriptum fuiſſe **Berht-Ulph** (i. e.) Auxilium verſùs conſilium; ſed ſanè nimis ſibi placet ille Author illâ terminatione **Berht**; mallem deflectere *ab* AS. Beorht, Clarus, & Ulph, Auxilium, Auxiliator.

Bargeney, in Scot. *Ptolemæo* Rerigonium, & Berigonium.

Barkley, in Com. *Glouc.* AS. Beorcenlau, Oppidum, fort. *ab* AS. Beorce, Betula, & Lau pro Leah, Campus, à copioſo ſc. Betulæ proventu, v. **Birch** in Et. Gen.

Barkſhire, AS. Berrocrcipe, Provincia, vel ſecundùm *Aſſerium à* Berroc, Sylva, ſic dicta ubi Buxus plurima crevit, vel à nudata quercu (i. e.) **Bare Oke**, in quam difficilioribus reipublicæ temporibus incolæ, olim rebus de ſuis conſulturi, convenerunt, v. **Bare**, & **Oke** in Et. Gen.

Barlings, in agro *Linc.* olim Cœnobio nobile.

Barrow, *Hib.* fluvius *Ptolemæo*, *Brigus.*

Barry Island, in Com. *Glam. à Baruch*, Viro Sancto qui ibi ſepultus eſt.

Bartlet, Diminutivum ex **Bartholomew.**

Barton, in Com. *Linc. Spelman* autem **Berton**, AS. ait ſignare Aream, in averſâ parte ædium ruralium in qua horrea, ſtabula, & alia vilioris uſûs ædificia ſunt; quod hoc ſenſu fort. commodè deflecti poſſit *ab* AS. Bere, Hordeum, & Tun, Sepes, Sepimentum, in quo hordeum & frumentum aſſervatur; ſimpliciùs deduci poſſit, *ab* eodem Bere, & Tun, quò Oppidum ſignat.

Basing, Urbs, & Arx in Com. *Hant. ab* AS. Basing, Chlamys, cujus figuram aliquo modò olim retulit.

Basingshall, ſeu **Bassishaw** *ſtreet* in *London*, olim **Basingis Hawe**, fort. *ab* AS. Basing, Chlamys, & Haue, Hape, Poſſeſſio, ſecundariò Ager, ſeu Locus quivis, & adhuc ſanè hîc magnum Pannorum Emporium eſt.

Baſſet, Nomen Gent. *à* Fr. G. *Baſſet*, Humilis, Nanus, Pumilio.

the **Baſtile**, Arx Regia in urbe Regia *Luteſia Pariſiorum* Franciæ, *à* Fr. G. *Baſtille*, *Baſtilde*, Munimentum, Propugnaculum, Arx, q. d. Ædificium per Eccellentiam; hoc *à* Fr. G. *Baſtir*, Ædificare.

Batavia nunc **Holland**, celeberrima Belgii provincia, *Adr. Jun.* dictum putat quasi **Batons Have** (i. e.) Batonis Peculium, *à Batone*, sc. Cattorum, nunc Hassorum, Duce, qui primus in hanc Rheni insulam coloniam deduxit, eóque gentem condidit.

Baterſey, in Com. *Suthr.* olim **Patrycsea** (i. e.) Patricii insula.

Bath, in Com. *Somerſ. Ptolemæo* Ὑδατα Θερμὰ, *Antonino* Aquæ Solis, aliis C. Br. **Caer Badon**, AS. Baðancaſtep, & Bat-Baðan, & à concursu ægrorum Acmanceaſtep (i. e.) Ægrorum Urbs, v. Ake, & **Cheſter** in Et. Gen. Eodem sensu Urbs Siciliæ Thermæ, & altera Galliæ, nunc linguâ Vernaculâ *Chaudes aigues*, olim Thermæ, & Helvetiæ, & Germaniæ, Urbes duæ **Baden** appellantur.

Battle *Abby*, in Com. *Suſſ. à Gul. Victore* extructum in monumentum magni illius prælii quo *Haraldum*, Regni æmulum occidit, & ad Angliam subjugandam viam sibi ferro aperuit.

Battle *Bridge*, in Com. *Ebor.* ubi *Haraldus*, ultimus Anglo-Saxonum Rex *Haraldum Hardredum* Norvegiæ Regem magno prælio vicit, & occidit.

Bartet (i e.) **Baker**, Pistor.

Beauchamp, Nom. Gent. à Fr. G. *Beau Champ*, Lat. *de Bello Campo.*

Beauchief, in Com. *Derb.* Abbatia (i. e.) de Bello Capite, Fr. G. *de Beau Chef.*

Beaudeſert, in Com. *Stafford.* (i. e.) Fr. G. Pulchra, Solitudo, Bellum, Desertum, Bella seu Pulchra Eremus.

Beaufoe, nomen Gent. quod exp. de Bella Fago, *à* Fr. G. *Beau*, Pulcher, Bellus, & *Fau*, Fagus.

Beaufort, Nom. Gent. q. d. Fr. G. *de Beau Fort* (i. e.) de Bello, vel Pulchro, Fortalitio seu Propugnaculo.

Beavis, Prænomen, *Camden* contr. putat *à* Gall. vet. Regis nomine *Bellovesus*, ut Fr. G. *Beavois*, *à* vet. urbis nomine *Bellovacum.*

Beauly, Tractus in Com. *Hant.* q. d. Fr. G. *Beau lieu* (i. e.) Bellus, Pulcher, & Amænus Locus.

Beaumarith, Fr. G. *Beau marais*, in insulâ *Angles.* olim **Bonover**, q. d. Pulchra Palus.

Beaumont, Nom. Gent. exp. de Bello Monte, *à* Fr. G. *Beau*, Pulcher, Bellus, & *Mont*, Mons, Collis.

Beaupre, Nom. Gent. exp. de Bello Prato, à Fr. G. *Beau*, Bellus, Pulcher, & *Pre*, Pratum.

Beawdley, in Com. *Wigorn. à* Bello situ (i. e.) Fr. G. *Beau lieu*, Bellus, seu Amænus Locus.

Bede, Prænomen, illo reverâ venerabili, sui sæculi proculdubiò doctissimo, Viro nobilitatum, *ab* AS. Bead, Oratio, qui sc. Orationibus seu precibus assiduus est, ut Gr. *Eucherius* & *Eusebius.*

Bedford, AS. Bedanpopð, CBr. **Liſwidour**, *or* **Lettidur**, *à* **Lettup**, Diversoria publica, & **Dur**, Aqua, seu Fluvius, ut AS. & Angl. q. d. Lecti ad Vadum, seu Diversoria ad Vadum, v. **Bed**, & **Ford** in Et. Gen.

St. **Bees**, in Com. *Cumb.* à Sancta *Bega* virgine Hiberna, quæ hic vitam egit solitariam.

Belfaſt, in provincia *Hib.* Ultonia Municipium, vox Hybrida, sc. à Fr. G. *Bel*, Pulcher, & vet. Angl. **Faſt**, AS. Fæſten, Fæſtenne, Propugnaculum, q. d. Pulchrum Propugnaculum, ferè ut Gr. *Callipolis.*

Belgæ, Populus olim fortitudine, præsertim in pugna equestri, nunc rei Nauticæ peritia, & maritimis victoriis Commerciisque nobilissimus, *Adr. Jun.* deflectit, *à* Belg. **Balgben**, Pugnare, q. d. Gens Pugnax, bellicosa.

Belinſgate, Cothon recipiendis navibus *Londini*, non *à Belino* Rege fabuloso; sed fort. *ab* AS. Bælge, Bulga, Pera, Mantica quia viatores hîc appellentes peras secum afferre soliti sunt; vel *à* verb. Bellan, **Beare**, sc. à strepitu fluctum littori allisorum.

Bellaſiſe, Nomen Gent *à* Fr. G. *Belle Aſſiſe* (i. e.) Bellus Situs, q. d. de Bello, seu Amæno Situ.

Bellew, in agro *Linc. à* Fr. G. *Bel-Eau* (i. e.) Pulchra Amæna, seu Bella Aqua.

Benion, Nom. Gent. Cambro-Britannis frequens, q. d. Enionis, seu *Æneæ filius*, **Ap Enion**, *vide* **Enion**.

Bennet, Prænomen, à Fr. G. *Benoiſt*, *Benoit*, Lat. *Benedictus.*

St. **Bennets** *in the holm*, in Com. *Norfolc.* (i. e.) Fanum, Sancti *Benedicti*, in insula Amnica, v. **Holm** in Et. Gen.

Benſbury, in Com. *Surr.* Vallum Militare, sic dictum *à Cnebeno* Duce *Æthelredi* Cantii Regis, ibi prælio contra *Ceaulinum* Visisaxonum Regem commisso occiso, q. d. **Cnebensburg.**

Benſon, Nom. Gent. non, ut vult *Camdenus*, q. d. **Bennetſon**, *Benedicti* filius, sed *Benjamini* filius, **Ben** enim etiamnum est Σανναιγενὴς τῆ **Benjamin.**

Bent, Nom. Gent. *Camdeno*, exp. Juncetum,

tum, *vide* Wents in Et. Gen.

Berald seu **Bezoald**, Saxo, primus Sabaudiæ Princeps, fort. *ab* AS. Bepa, Teut. **Bar**, Belg. **Beer**, Ursus, & Teut. vet. **Walten**, seu **Walden**, AS. Wealdan, Regere. Respondet Gr. *Archophylax*, & **Bernard**, quod v.

Bergamsted, Synodo Regni Cantiani, *Anno* 696. olim nobilis, *ab* AS. Beopg, Collis, seu Munimentum, Ham, Habitatio, & Steda, Locus.

Beringer seu **Beringard**. Lat. *Beringarius*, Italiæ Rex. *Johanni Aventino*, exp. Apro congredi Audens, sed mallem voces ipsas protulisset, possem deflectere *à* Teut. **Baren**, Ursi, & **Gard**, q. d. ursorum Custos, v. **Bernard**.

Berkley vel **Barkley**, tum in Com. *Somers.* tum in Com. *Glocest.* v. **Barkley** suprà.

Bermundsey, *Lelando*, AS. Bepmundeyge, vel Ea (i. e.) *Bermundi* Insula olim Cœnobio nobilis *à Bermundo*, nescio quo loci, vel Domino, vel Abbate: **Bermund** autem, vel *ab* AS. Bepa, Teut. **Bär**, Ursus, & Teut. **Mund**, Os, tum respondet Lat. *Ursinus*, vel *ab* AS. Bepan, Ferre, & Mund, Pax, & resp. Gr. *Irenæus*.

Bernard, Prænomen Sanctissimi Abbatis *Cluniacensis*; vel, secundùm *Camden.* *ab* Angl. **Barn**, Puer, & Belg. **Aard**, Natura; vel, secundùm *Verstegannum*, q. d. **Beorn-hart** (i. e.) Corde feroce Ursino præditus. Non minus probabiliter deflecti possit *à* **Bear**, Ursus, & **Ward**, Custos. Respondet Gr. *Archophylax*.

Bernicia, AS. Beopnica-Mæg'be, & Beopnica-Rice (i. e.) Provincia, seu Regnum *Bernicia*; nescio an *ab* AS. Beopn, Mas, Vir, & translatè Vir verè Masculus (i. e.) Fortis, & Robustus, sc. à bellico & militari incolarum ingenio; hoc autem nomine olim appellata fuit Regni Nordanhumbrorum, pars Septentrionalis inter Tesam fluvium, & fretum Scoticum sita, v. **Deira**.

Bernulph, Merciorum Rex, *ab* AS. Beapn, Filius, Proles, & Ulph, Auxilium (i. e.) qui liberis suis auxiliatur.

Berry, nomen Gent. idem quod **Bozough**, quod v. in Et. Gen.

Bertha, Prænomen Mul. *ab* AS. Beopht, Clarus, Splendidus; resp. Lat. *Clara*, *Lucia*, *Lucilia*.

Berthold, Prænomen, *à* Teut. **Bericht**, Scientia, Doctrina, & **Hold**, Tenere, quod v. in Et. Gen. vel, secundùm *Kilianum à* vet. Teut. **Beriht**, & **Berit**, Fœdus, & **Hold**, q. d. Fœderis & fidei datæ Servator; vel, quod mihi non minus verisimile fit, *ab* AS. Beopht, Clarus, Illustris, & Hold, Heros, Exercitus, Imperator, & tum ferè respondet Gr. *Strateclet*, *Archestratus*.

Berthulph, Episcopus *Winton.* *Anno* 900. *ab* AS. Beopht, Clarus, Illustris, & Ulph, Auxilium seu Auxiliator.

Berton, v. **Barton**.

Bertran, Prænomen *Camdeno*, exp. Pulcher, & Purus, *ab* AS. Beopht, Splendidus, & Rand, Purus, quod tamen hoc sensu neque in AS. neque in Teut. neque in Belg. Dictionario occurrit, nisi intelligat non Rand, sed Teut. **Rein**, q. d. Beopht, **Rein**. Posset etiam deflecti *à* Beopht, & Teut. **Rande**, Margo, Ora, vel *ab* AS. Ran, Pan, Cetus, Balæna.

Bertrud, *Clotharii* Francorum Regis uxor, nescio an *ab* AS. Beopht, Clarus, & Belg. **Druit**, **Druit**, Fidelis, q. d. Pulchra, & Fida. *Anno* 628.

Bertwald, Archiepiscopus *Cantuar.* *ab* AS. Beopht, Clarus, Illustris, & Wealdan, Dominari, Imperare. Respondet Gr. *Clearchus*, *Archidoxus*.

Berwent-Fels, in Com. *Cumb.* Montes, *à Derventione* fluvio, & Teut. **Felsz**, Scopulus, Petra, Mons Petrosus, Montes enim illi *Derventione* fluvio alluuntur.

Berwick, in Com. *Northumb.* olim *Tuesis* Urbs, & Præsidium celebre, quod *Ingulphus*, Villam seu Prædium, *a* **Pannos** exponit, non ut *Lelandus* vult, q. d. **Aberwic** (i. e.) Urbs ad Ostium fluminis. *Somner* in Dict. AS. Bepepic, idem quod Beperun, Villam Frumentariam interpretatur.

Bets, olim Prænomen, nunc cognomen secundùm *Camdenum*, *à* Lat. *Beatus*.

Bevans, Nomen Gent. Cambro-Britannis frequens, q. d. **Ap Evans** (i. e.) *ab Evano*, seu *Johanne* ortus, Johannis filius, v. **Evan**.

Bever, in Com. *Linc.* olim **Belvoir**, vox Fr. G. q. d. Castellum, seu Arx visu pulchra, ab amœnitate situs sic dicta, ut Romanum *Belvedere*, & Gr. *Callipolis*.

Beverley, in Com. *Ebor.* oppidum AS. Beverleya, *Bedæ* Cœnobium in **Deirwaud** (i. e.) Sylva Deirorum, fort. ant. *Petuaria Parisiorum* Sancto *Joanne* Archiepiscopo *Ebor.* qui abdicato præsulatu, hîc cœnobium condidit nobile.

Beverwick, *Batavia* oppidum, *Hadr. Junius* exponit *Bavarorum*, seu *Bajoariorum* oppidum,

oppidum, fort. quia hèic Præsidium seu Colonia *Bajoariorum* à Francis Regibus positum est, à Teut. **Beyer**, Bavarus, & **Wiick**, AS. Wic, Sinus, item Propugnaculum; vel fort. à nom. **Bever**, q. d. Castorum, seu Fibrorum Urbs, à copiosa olim Fibrorum venatione; sed, quoniam Castores nunc ibi non inveniuntur, prius Etymon longè præfero.

Biggin, Nomen Gent. *Camdeno* exp. Ædificium, *ab* AS. Byan, Habitare, Possidere, vel potiùs Bycgan, Ædificare.

Bigod, Nomen Gent. à Fr. G. *Bigot*, Hypocrita, Superstitiosus, v. *Menagium*.

Biland (i. e.) *de Belle-lande*, Nomen Gent. v. **Land** in Et. Gen.

Binchester, in Ep. *Dunelm. Antonino Vinovium*, *Ptolemæo Binovium*, additâ term. AS. Ceaster, quæ Urbem signat.

Birtye, **Birthye**, & **Bithie** *Verstegan.* deflectit à nostro **Birth**, & AS. Ric, Dives, q. d. Natus ad Divitias, Divitiarum Hæres; fort. deduci posset *ab* AS. Beophc, Clarus, & Ric, Dives, q. d. Nobilis seu Illustris, & Dives.

Bisset, Nom. Gent. à Fr. G. *Bizet*, genus Palumbis, nescio an à Fr. G. *Bis*, Colore Cinereo, à colore sc. animalis.

Blackney, in Com. *Norfolc.* Balæo Nigeria, q. d. Nigra Insula, *ab* AS. Ea, Aqua, Terra ad Aquam, & **Black**, quod v. in Et. Gen.

Blackwater, in Com. *Ess. Ptolemæo Idumanum*; **Pou** autem CBr. Nigrum notat.

Blackwater, *Hib. Aven More* (i. e.) Magna Aqua.

Blanch, Prænomen Muliebre, à Fr. G. *Blanche*, It. *Bianca*, Alba.

Bletso, in Com. *Bedf.* olim **Bletnesho**, nescio an *ab* AS. Bleczian, Benedicere, Laudare, & Seo, Visus, ab amæno, sc. loci situ.

Blundell, Nomen Gent. à Fr. G. *Blond*, Rufus, & dim. **el**: respondet Lat. *Rufinus*, Gr. *Pyrrhus*.

Blunt, Nomen Gent. *Norm.* stirpis, à Fr. G. *Blond*, Rufus, ut Lat. *Rufus*, *Rufinus*, Gr. *Pyrrhus*.

Bodmin, in Com. *Cornub.* fluvius, nescio an à CBr. **Bod**, Milvus, & **Min**, Ripa fluminis, fort. à multitudine Milvorum qui eum fluvium frequentant.

Bodvari, in Com. *Flints* (i. e.) Mansio Vari, *Antonino Varis*: *Varia* autem & *Varis* Transitum seu Trajectum signat, ut in *Durnovaria*, & *Isannæ Varia*, v. **Ferry** in Et. Gen.

Boemund, Apuliæ, & Antiochiæ Princeps. *Istebis* exp. quasi scriberetur **Wagemont** (i. e.) Audax, qui rem fortiter audet aggredi, à vet. Teut. **Wagen**, Periclitari; sed quid sibi velit illa cauda mont nondum intelligo. Mallem igitur, sed hoc timidè, deflectere *ab* AS. Bode, Teut. **Bott**, Nuncius, Legatus, & **Mund**, Os, q. d. Os Legati seu Oratoris (i. e.) Facundo ore præditus, vel *ab* eodem Bode, & AS. Mund, Pax, q. d. Pacis Nuncius. Ab hoc tamen illustri olim Prænomine, ut ingeniosè pro solito divinat Doct. *Th. H.* ortum est levi sanè flexu **Bowman**, nomen jam Canibus Venaticis appropriatum.

Bois, Nomen Gent, à Fr. G. *Bois*, Sylva, Lignum, q. d. *de Sylva*.

Bold, Nomen Gent. *Camdenus* deflectit, à Teut. **Bol**, Palus, quam tamen vocem eo sensu nusquam reperio. Mallem igitur, vel *ab* AS, Bolde, Villa, deducere, q. d. de Villa: vel adhuc simplicius à nostro **Bold**, Audax, & hoc posteriori sensu resp. Gr. *Thrasens*, *Thraso*, *Eutolmus*.

Bonaventure, Prænomen, à Fr. G. *Bonne Aventure*, Felix Casus, v. **Adventure** in Et. Gen. Respondent Gr. *Eutyches*, *Eutychius*, Lat. *Faustus*, *Felix*, *Fortunatus*.

Bond, Nom. Gent. quod teste *Camdeno*, in Gloss. quodam veteri, exp. Pater familiâs, q. d. Familiæ Vinculum, v. **Band**, & **Bind** in Et. Gen. vel, ut scitè pro solito divinat Doct. *Th. H.* q. d. ex Mancipio natus, & tum respondet Lat. *Servilius*.

Bonevill, Nomen Gent, Fr. G. *de Bonne Ville* (i. e.) de Bona Villa, seu Bono oppido.

Borwick, in Com. *Northumbr.* libro Notitiæ *Borcovicus*, seu *Borrovicus*.

Boscastle, in Com. *Cornub.* corr. pro **Boterenux castle**, à gente nobili Normanica, *Botereux*, quod Fr. G. Fasciculum designat, fort. sic dicta quia Fasciculum in Scuto Gentilitio gerebant.

Bosebam, in Com. *Suss.* olim **Bosenham**, à Teut. **Bus**, **Bos**, Malus, & AS. Ham, Habitatio, vel *ab* AS. Bosh, Præsepe. *Somner.* dicit olim appellatum esse **Bosanham**, & à Sylva deflexum putat, quod si esset, scribi debuisset **Bosham**, à Fr. G. *Bois*, Sylva, & Ham, Pagus, Habitatio.

Bostock, olim **Bokestock**, in Com. *Cestr. ab* AS. Boce, Compensatio, & Stocce, Truncus.

Boston, in Com. *Linc.* Urbs, & Emporium mediocre (i. e.) Fanum *Botolphi*, qui

apud

apud *Ichanhoe*, veſte *Bedâ*, Monaſterium habuit, & hîc olim magno in honore habitus eſt.

Boſworth, in Com. *Linc.* nece *Richardi* 3tii R. nobilis, vel à Teut. **Boſt**, Malus, & AS. Wop'ð, Atrium, vel Weop'ð, Dignus.

St. **Botolph**, *Camden.* dictum putat à nom. **Boat**, Navicula, Cymba, & AS. Ulph, Auxilium; quia fortaſſe olim Nautarum Tutelaris Divus fuit, & hinc fort. in urbe & portu **Boſton** tanta veneratione cultus eſt, v. **Boſton**.

Botontines, in Com. *Hunt.* q. d. **Buttings**, Tumuli, v. **But** in Et. Gen.

Bottle, Nomen Gent. *ab* AS. Botl, Botle, Villa.

Bottle bzioge, in Com. *Hunt.* (i. e.) Pons *Botolphi*, vel *ab* AS. Botle, Villa, & **Bzioge**, quod v. in Et. Gen.

Boverton, in Com. *Glam. Antonino Bovium.*

Bovil, Nomen Gent. exp. de Bovis Villa, à Fr. G. *Bœuf*, Bos, & *Ville*, Oppidum ſeu Urbs.

Bourchier, Nomen Gent. exp. de Burgo Charo, & tum deflectitur à Fr. G. *Bourg*, & *Cher*, Charus; credo potiùs à Fr. G. *Bourcier* pro *Bourſal* voce Forenſi, quæ exponitur ad juniorem fratrem pertinens.

Bourn, in Com. *Linc.* q. d. Urbs ad Rivum, ubi *Edmundus* Rex Diademate redimitus eſt, v. **Bourn** in Et. Gen.

Bowen, Nomen Gent. Cambro-Britannis frequens, q. d. **Ap Owen** (i. e.) Audoeni, ſeu Eugenii filius, v. **Owen** ſuo loco.

Boyl, Gens in *Hib.* illuſtris, ſupra omnes titulos *Roberto Boylio* noſtri ſæculi Phœnice nobilitata, à fluvio **Boyl**, ſeu **Bullito**, in Com *Roſcoman.* provinciæ *Conatiæ.*

Boyn, in *Hib. Ptolemæo Buvinda*, *Giraldo Boandus* fluvius.

Bzabant, nobilis *Belgii* provincia, *Adr. Jun.* à Belg. ant. **Bzab**, nunc **Bzeed**, Latus, & **Band**, Faſcia, declinat; ita ut inde ditionis latitudo ſignetur, nec tamen abſurdum cenſet alterum Etymon à *Bratuſbantio* Bellovacorum oppido, ita ut **Bzatusbant** in **Bzabant** contractum ſit.

Bzacon, credo primariò oppidi nomen, unde cognomen traxit *Henricus de Bracton* utriuſque Juris tum Romani, tum noſtri Municipalis peritiſſimus, ſub *Henrico* 3tio Rege ſummus Angliæ Juſtitiarius, à **Bzake**, & **Town**, quæ v. in Et. Gen.

Bzadſozd, in Com. *Wilts*, olim **Bzadanfozd** (i. e.) Vadum Latum, v. **Bzoad**, & **Fozd** in Et. Gen.

Bzakip, in Com. *Northampt.* oppidum, *from* **Bzake** (i. e.) **Fern**, à Filicibus ſc. quibus olim abundavit, v. **Bzake** in Et. Gen.

Bzampton, in Com. *Cumb.* ant. Romanis *Bremeturacum.*

Bzancaſter, in Com. *Norfolc.* olim *Brannodunum*, additâ term. AS. Ceaſtep, quæ Urbem ſeu Caſtra ſignificat.

Bzandon, illuſtris olim Gens, *Leland* deflectit, à CBr. **Bzane**, ſeu potiùs **Bzan**, Corvus, & AS. Dune, Collis, q. d. Collis ſeu Mons Corvinus, vel *ab* eodem Dune, & CBr. **Bzen**, Rex, q. d. Collis Regius. Mallem tamen ſimplicius à **Bzant**, Uſtus, & AS. Tun, nobis **Town**, q. d. Oppidum Uſtum.

Bzandsfozd *or* **Bzensfozd** *bridge*, in Com. *Linc.* fort. q. d. Vadum Incendiorum, ab Incendio aliquo celebri quod olim paſſum eſt, v. **Burn** in Et. Gen.

Bzay, in Com. *Barks* Pagus, à *Bibrocis*, popello qui hanc regionem olim habitavit, ut **Bzay** Celtarum urbs ab antiquo *Bibracte* contractum eſt.

the **Bzeach**, in Com. *Kent*, ubi Thamiſis perruptis aggeribus multa agri jugera oppreſſit, v. **Bzeak** in Et. Gen. reſpondet Gr. *Rhegium.*

Bzecknockmere, in Com. *Brecn.* CBr. **Linſavethan**, & **Linſavethen** (i. e.) Stagnans Lacus, *Giraldo Clamoſus*, ſic dictus, quia horrendo ſtrepitu tonitrua refert, quoties in eo glacies reſolvitur.

Bzecknockſhire, CBr. **Bzechiniau**, à *Brechanio* Principe qui 24 filias, omnes Sanctas, ſuſcepit.

Bzeda, inclyta & munitiſſima *Brabantiæ* Urbs, Principum Arauſionenſium Patrimonium, credo à Belg. **Bzeed**, Latus, & ant. Teut. Aa, AS. Ea, Aqua, à Latiori ſc. fluvio **Perck**, ad quem ſita eſt.

Bzedezode, illuſtris inter *Batavos* Gentis Cognomen, à Belg. ant. **Bzede**, **Bzeed**, Latus, & **Rode**, Virga, q. d. de Virga Rubra.

Bzemicham, vel **Birmingham**, in Com. *Warw.* urbs artificiis fabrilibus nobilis, fort. *ab* AS. Bpyme, Bneman, Clarus, Notabilis, & Ham, Habitatio, Pagus.

Bzentknoll, in Com. *Somerſ.* olim Lat. Collis Ranarum, *ab* AS. Cnol, Vertex, ſeu Cacumen Collis, & **Bzent**, Uſtus.

Bzentmarſh, in Com. *Somerſ.* ut exponunt Monachi *Glaſtonienſes*, Palus Ranarum, ut

ut & Collis **Brentknoll**, Ranarum Collis exponitur, quasi **Brent** olim Ranam signâsset; quam tamen vocem in Dict. AS. non invenio, vel q. d. Palus Usta, v. **Burn**, & **Marsh** in Et. Gen. v. etiam **Brentknoll** suprà.

Brent-street, in Com. *Middl.* à *Brenta* fluvio, & **Street**, quod v. in Et. Gen.

Brentwood, vel **Burntwood**, in Com. *Ess.* Norm. *Bois Arse* (i. e.) Sylva Usta, v. **Burn**, & **Wood** in Et. Gen.

Bretenham, in Com. *Suff.* olim *Combretonium Antonini* (i. e.) utrobique Vicus, ad *Breton* fluviolum.

Bretton, Nomen Gent. q. d. *Brito*, vel *Britannus*.

Brian, Prænomen, in ant. codicibus **Briant**, & **Brient** scribitur, à Fr. G. *Bruiant*, part. verbi *Bruire*, Sonare, Strepere.

Bridburch, in Com. *Cumb.* (i. e.) Fanum *Brigittæ* Sanctæ Hibernæ.

Bridewell, Vicus & Ergasterium, seu Sophronisterium, olim Palatium in urbe *Londini*, q. d. **Brides well** (i.e.) *Brigittæ* Puteus, vel Fons.

Bridgewater, in Com. *Somerf.* Portus nobilis, q. d. **Walters-burgh**, *or* **Burghwalter** (i. e.) oppidum *Gualteri*, sc. *Gualteri* de Duaco Flandri, qui sub *Wilhelmo* Victore meruit, & hoc oppidum à Rege in præmium militiæ accepit.

***de* Brewer**, Nomen Gent. à Fr. G. *Brugere*, *Briere*, Erica, Ericetum, quia primus istius gentis ab *Henrico 2do* Rege in eodem, in quo natus est Ericeto; venanti fortè inventus & educatus est, postea filio *Richardo 3tio* in deliciis fuit.

Brig, in Com. *Linc.* olim **Glanford**, q. d. Oppidum ad Pentem, v. **Bridge** in Et. Gen. *Briga*, secundùm *Martinium*, antiquâ Linguâ Hispanica Oppidum signavit.

Brightelmsted, in Com. *Suss.* AS. Brihthealmestun, à Sancto *Brithelmo* sic dictum, v. **Bright**, & **Helm** in Et. Gen.

Brigid, Prænomen Sanctæ cujusdam Monialis *Hibernæ*, & Reginæ cujusdam *Suecia* non minùs Sanctitate nobilis, à nom. **Bright**, ut apud Latinos *Clara*, *Lucia*, Gr. *Photia*, *Photina*.

Brill, vel ut Belgæ (saltem *Adr. Jun.*) scribunt **Briel**, Portus, & Munimentum nobile Batavorum. *Adr. Jun.* dictum putat quasi **Bre Hiela** (i. e.) Latus Helius; sed rationem non exprimit nec ego capio. Mallem igitur deflectere à Belg. **Bril**, Conspicilia, Perspicillum, Speculum.

Brill, in Com. *Bucks.* contr. à **Burr-hill** sc. à Lappis, quæ ibi frequentes crescunt, v. **Burr** in Et. Gen.

Bristow, Emporium nobile & opulentum, AS. Brihtstop, vel Beorhtstop (i. e.) Locus seu Urbs Pulchra, Clara & Illustris, ab amæno sc. situ & magnificis ædificiis merito sic dicta, resp. Gr. *Callipolis*. Hæc Urbs *Lelando* existimatur Venta Belgarum reclamante *Camdeno*.

Britain, non à *Bruto* fabuloso illo Rege, nec à **Brid-Cain** (i.e.) colore soli Candido, nec à *Bretta* voce Hisp. pro Terra, nec à *Prutenia* Germaniæ, nec à *Brutiis* Italiæ populis, nec à Βρίτον, Cerevisia, quæ omnia meritò damnat *Camdenus*. *Abr. Mylius* non minùs absurdè quàm reliqui dictam putat quasi *Fri-Daniam* (i. e.) Liberam Daniam, & alibi quasi *Fri-Daen* (i. e.) terram Liberorum Daharum; nam & *Britannia* ante Danorum nomen multis sæculis obtinuit, & *Dahæ* ultimæ Perlidis populus nullam unquam Europæ partem nedum Insulam nostram insederunt. Verùm nec Græco-Britannicum *Camdeni* Etymon à CBr. **Brith**, Picta, & Τερία, Natio, arridet; nam præterquam quod verisimile non est Græcos, nobis tam longè dissitis nomen dedisse; nec bilinguia ista Etyma proba censentur, vox illa Τερία mihi nusquam occurrit. Si quid igitur post tot magnorum virorum infelices conatus mihi misello tentare liceat, mallem deflectere à CBr. **Bri**, Honor, Dignitas, & **Main**, Flumen, Fluvius, q. d. Insula fluviis nobilis; nec enim in tota Europa alia Insula est, quæ tot magnis & per totum orbem celebribus fluviis irrigua est, inter quos *Thamisis* noster primas tenet, Britanniæ Tagus & Pactolus.

Brithelm, Episcopus *Fontanensis*, AS. Brihtr, vel Beorhthelm (i. e.) Galea Coruscans, Galeâ Nitidâ & illustri insignis. *Anno circiter 955.*

Brithwold, Episcopus *Winton. ab* AS. Brith, vel Beorhtr, Clarus, Illustris, & Wealden, Dominari, Imperare, resp. Græc. *Clearchus*. *Anno 996.*

Brittenbury, in *Batavia*, ubi, si *Adr. Junio* fides sit, olim Armamentarium Romanorum maritimum fuit, in quo præsertim frumentum ad alenda Romanorum præsidia, ex Britannia proxima advectum asservabatur, q. d. Burgus Britannorum, Britannopolis; vel fort. quia cohors

cohors Britannorum ibi ſtativa habuit; v. Borough in Et. Gen.

Brokenbridge, (i. e.) Pons Fractus, in Com. *Wilts*, olim **Caerdurburge**, Regia Saxonum Regulorum, fort. *à Caerduro* quodam Regulo qui ibi primus ſedem fixit, & **Burg** pro **Borough**, quod v. in Et. Gen. vel *à* C.Br. *Caer*, Urbs, & *Dwr*, *Ewe*, Aqua, q. d. Urbs ad Aquam, ut apud Lat. Aquæ Sectiæ, &c.

Bromfield, Nomen Gent. q. d. **Broomfield**, (i.e.) de Geniſteto, v. **Broom** & **Field** in Et. Gen.

Brongham, in Com. *Weſtm. Antonino Bravoniacum*, & *Bracovum*, libro Notitiæ *Broconiacum*, additâ terminatione AS. ham.

Bructeri, olim Germaniæ populus, ubi nunc *Weſtphalia* ſita eſt; *Adr. Jun.* dictos putat quaſi **Brouckters** (i. e.) Paludum incolas, *à* nom. **Brouck**, Paludes.

Bruton, in Com. *Somerſ. à Brio* fluvio, & **Ton** pro **Town**.

Brunehault, ſcriptoribus illius ſæculi *Brunechildis*, ſceleratiſſima illa Francorum Regina, fort. *à* Belg. **Bruyn**, Fuſcus, & **Helde**, Heroina, Domina.

Brunſwick, Civitas Germaniæ Imperialis, *à Brunone*, Conditore, & AS. Wic, Munimentum, Propugnaculum.

Buckingham, Urbs Provincialis, ſic dicta *à Fagis*, v. **Beech**, & **Ham** in Et. Gen.

Buelth, in Com. *Brecks.* neſcio an *à* C.Br. *Bulch*, Fractus, Inciſus, à Præruptis ſc. rupibus.

Bugden, ni fallor in agro *Huntingd.* villâ Epiſcopi *Lincolnienſis* nobile, vel *à* noſtro **Bog**, Palus, Lacuna, Vorago, & AS. Den. Vallis, Saltus, q. d. Vallis ſeu Saltus Paluſtris, vel *ab* eodem Den, & AS. Boȝ, Ramus, q. d. Vallis Ramoſa (i. e.) Umbroſa.

Bullinghbrook, in Com. *Linc.* natalibus *Henrici 4ti* inſignis, fort. q. d. Rivus Boum, v. **Bull**, & **Brook** in Et Gen.

Bullinger, Nomen Gent. *à* Fr. G. *Boulenger*, Piſtor, hoc *Menagius à Polenta*, quaſi Polentarius dictum putat.

Bulnelle, in Com. *Cumb. Antonino Blatum Bulgium*, *à* C.Br. *Bulch*, quod Divortium, Interſtitium ſeu Separationem ſonat; quia ibi Anglia à Scotia diſterminatur, additâ term. AS. næſe, quæ Promontorium notat.

Burcester, in Com. *Oxon.* AS. Bupenceaſtep, & Bennaceaſtep, fort. *ab* AS. Benn, Horreum, & Ceaſtep, Urbs.

Burchard, nomen olim officii, & Dignitatis, *Verſtegan* dicit olim ſcriptum fuiſſe **Burg-gard** (i.e.) Cuſtos urbis, omnino ut apud Teutones **Burg-graff**, reſp. Gr. *Polliarchus*, v. **Borough**, & **Gard** in Et. Gen.

Burhred, Merciorum Rex, fort. *ab* AS. Buph, Oppidum, Urbs, & Dpæd, Terror, q. d. Oppidorum Terror, idem ferè cum Gr. *Poliorcetes*.

Burford, in Com. *Oxon.* AS. Beopponð, fort. *ab* AS. Beop, Mulſum, Hydromel, Cereviſia, v. **Beer**, & **Ford** in Et. Gen. fort. quia olim Hydromelite, vel Cereviſiâ optimæ notæ inſignis fuit.

Burg, in Com. *Weſtm.* unde vulgò **Stanmore Burg** (i.e.) Burgus ſub Saxeto dicitur, Rom. Verteræ, v. **Stone**, & **Moor** in Et. Gen.

the **Burg**, Belg. **de Burgh**, Arx antiquiſſima *Lugduni Batavorum*, *ab Hengiſto* Anglo-Saxone Britanniæ debellatore extructa, *ab* AS. Burȝ, Burȝe, Arx, Gr. πύργος.

Burgh *Caſtle*, in Com. *Suff.* AS. & *Bede* Cnobheȝburȝ, Cnobheȝ-burȝ (i. e.) Urbs *Cnobheri* Reguli cujuſdam qui ipſam extruxit.

Burgoin, Nomen Gent. q.d. Fr. G. *de Burgoigne* (i. e.) Burgundus, ſeu Burgundio.

Burgundy ſeu **Burgundions**, olim Germaniæ nunc Galliæ populus, ſub *Druſo* & *Tiberio* Cæſ. ſparſim inſtar Arabum Scenitarum tentoria habitabant, quos illi juxta caſtra & arces diſpoſuerunt, *à* vet. Germ. **Burg**, AS. Beorȝ. Burȝ, munimentum Arx, Beorȝan, Munire, v. *Adr. J.*

St. **Burtens**, in Com. *Cornub. à* Sancta *Buriena* Hiberna, cui ibi Templum conſecratum eſt.

Burnell, Nomen Gent. *à* Fr. G. *Bournal*, Favus, vel per Metatheſin, q. d. linguâ antiquâ **Brunel** (i. e.) Subfuſcus, Subaquilus, v. **Brown** in Et. Gen.

Burrow, in Com. *Lanc.* olim **Burgh** (i. e.) Munimentum, Propugnaculum, v. **Borough** in Et. Gen.

Burrow Bank, in Com. *Eſſex*, olim **Burgh**, prope Icaldum Saxonum, v. **Borough**, & **Bank** in Et. Gen.

Burſted (i. e.) **Burghſted**, in Com. *Eſſ. à* **Borough**, quod v. in Et. Gen. & AS. Steda Locus, hoc *à* Lat. *Statu*, ſeu *Statio*.

Burton *Lazers*, in Com. *Linc.* (i.e.) Burton Lazarorum, ubi olim Noſocomium Lazarorum (i. e.) Leproſorum fuit: **Burton** autem dicitur quaſi Lapparum Oppidum, à Lappis quibus olim abundavit, v. **Bur**, & **Town** in Et. Gen.

Burton, in Com. *Derb.* AS. Baddecan (i.e.) Fontes Calidi, v. **Bath** in Et. Gen. Verùm recentius iſtud nomen **Burton** ortum vi-

detur, *ab* AS. Beocce, Bocce, Fagus, & Tun, sc. à copia Fagorum prope consitorum.

Byron, Nom. Gent. *Norm.* olim **Buron**, à Fr. G. *Buron*, Casa, Gurgustium, Mapale. Sed unde inquies Fr. G. istud *Buron*, credo à Belg. **Buer**, Casa, Tugurium, & hoc *ab* AS. Bup, Bupe, Dan. **Buur**, Conclave, utr. *à* verb. AS. Byan, Habitare.

Bythell, Nomen Gent. Cambro-Britannis frequens, q. d. *Ap Ythell* (i. e.) ab *Ythello*, seu *Ethulio* ortus, Euthalii filius, v. **Ythell.**

C.

CAburn, Nomen Gent. v. **Caburn** in Et. Gen.

Cadbury, in Com. *Somers.* olim C.Br. *Cathbregion*, clade Saxonum *ab Arthuro* Rege ibi illatâ insignis.

Cadwan, Britonum Rex, *à* C.Br. *Cadwen*, Prælium, Pugna, q. d. Bellicosus, vel contra à *Câd*, Prælium, Pugna, & Gewahanu, Separare, q. d. Pugnæ Diremtor, Pacator, Reconciliator.

Cadwallader, Prænomen ultimi Regis Britonum, secundùm *Llhuydum* & *Davisium*, *à* C.BR. *Câd*, Prælium, Pugna, & **Gwaladr**, Dominus, q. d. Dux Belli, vel potiùs qui Dominatur in bello, inquit *Davisius*, ut Lat. *Victor*, *Vincentius*, Gr. *Nicetas*.

Cadwallon, seu **Cadwalla**, Britonum Rex penultimus, *à* C.Br. *Câd*, Prælium, Pugna, & **Gwallaw**, Effundere, & fuit sanè Princeps pugnacissimus.

Cæling, in Com. *Cornub.* Fluvius, fort. *ab* AS. Cele, Frigidus, Celan, Algere, Celing, Refrigeratio, ab aquæ sc. frigiditate sic dictus.

Caer Custennin, in Com. *Caern.* (i. e.) Urbs *Constantii*, seu Constantini Cæsaris.

Caerderburge, v. **Byrkenbrigge.**

Caerdiff, in Com. *Glam.* C.Br. **Caerdid**, fort. q. d. Urbs *Didii*.

Caer Gai, in Com. *Mer.* (i. e.) Castellum *Gaii* Romani.

Caer-Guby, in Insula *Anglesi.* à Sancto *Kibio* Sancti *Hilarii* Pictonum Episcopi discipulo qui hic vitam Monasticam egit, q. d. Fanum *Kibii* vel *Kibiopolis*.

Caer Laverock, in Scot. *Ptolemæo Carbantorigum*, fort. q. d. Urbs *Lavaroci*.

Caer Leon upon Usk, in Com. *Monm.* C. Br. *Caer Leon*, & *Caer Leon ar Uske*, *Antonino Isca*, & Legio secunda; quia Legio secunda Augusta, alio nomine Cambro-Britannica secunda dicta, hîc sedem habuit, olim sedes Archiepiscopalis, nunc obscurus pagus.

Caermarden, C.Br. *Caer Firdhin*, *Ptolemæo Maridunum*, *Anton. Muridunum*: *Merlini*, ut fabulantur, vatis natalibus insigne: fort. q. d. Urbs *Marii*, non, ut vulgò creditur, *Merlini*: quia longè ante *Merlini* tempora Rom. *Maridunum*, C.Br. **Caermarden**, appellatum est.

Caernarvon, sic dicitur quòd è regione Monæ Insulæ objicitur, *à* C.Br. *Caer*, Urbs, **Ar**, Apud, & **Non** seu **Mon**, Insula Mona, C.Br. *en Caernarvon* dicitur Urbs natalibus *Edwardi* 2. Regis nobilis.

Caishew, in Com. *Bucks.* Regio quædam seu Tractatus, *à Cassiis* antiquo Britanniæ populo, qui hîc olim habitârunt, sic dicta.

Caishewbury, in Com. *Hart.* *à Cassiis* populo, & term. **Bury** quæ Urbem notat.

Camalet, in Com. *Somers.* Collis arduus ruinis Castelli antiqui Romani operis insignis, fort. *Ninio* **Caer Calemton** seu **Camelton**, q. d. Urbs Chamæleontis.

Camb Alan, in Com. *Cornub.* & **Camel** fluv. *à* CBr. **Cam**, Obliquus, Tortuosus, Sinuosus, *à* quo Fr. G. rec. *Camus*, Simus, ortum ducit, utr. *à* Lat. *Camurus* apud *Virgil.* Gr. Καμπύλος, Incurvus.

Cambray, Fr. G. etiam *Cambray*, Belg. **Kammerick**, Urbs Archiepiscopalis illustris, nescio an *à Camera* quadam seu Tribunali Juridico olim ibi constituto, vel corr. *à* vet. nom. *Samarobrina*, vel potiùs *Samarobriva* Nerviorum (i. e.) Pons seu Trajectus *Samaræ* fluvii.

Cambridge, Urbs & Academia celeberrima; AS. Grantceaster, & Grontceaster, & Grant-brycge, Grante-bricge, Granson-brycge (i. e.) pons *Grantæ* fluvii: *Granta* autem fort. *ab* AS. Gron, Palus, ortum ducit: recens autem hoc nomen **Cambridge** majorem affinitatem habere videtur, cum prisco Britannico nomine hujus fluvii **Cam**, unde Urbs *Antonino* in Itin. Camboritum dicitur: **Cam** autem *à* C.Br. *Camm*, Incurvus, Tortuosus, sc. à Mæandricis fluvii flexibus derivatur, hoc autem *Camm Davisius*, *à* Gr. Καμπύλος, Lat. *Camurus*, deflectit.

Cammon, Nomen Gent. fort. *ab* AS. Cammec, Cammoc, Cammuc, Ononis, vel *à* Fr. G. *Camus*, Simus.

Campden, vel **Camden**, in Com. *Glec.* q. d. Vallis Militaris, *ab* AS. Camp, Pugna, Cempa, Miles, & Den, Vallis, ab hoc oppido tum illustris Gens supracitata, tum

tum eximius noſter Antiquarius nomen traxerunt.

Camulodunum, v. **Maldon**.

Cantinefates, populus antiquus *Rheni* Inſulæ incolæ, *Adr. Jun.* dictos putat quaſi *Canine fratres* (i. e.) idiomate Friſico Cuniculorum Captores ſeu Venatores, & certè regio iſta Cuniculis abundat, idem hujus gentis ſedem ſtatuit ubi nunc Rinheimariæ Hollandiæ tractus eſt, & vocabula ſatis conſonant.

Cannington, in Com. *Som.* **Cannings**, & **Wincanton**, quod & **Cangton**, & **Cangiham**, dicitur, *à Cangis*, tribu ſeu minori inter Belgas Britannos popello qui heic ſedes habuerunt.

Canotwood, in Com. *Suff.* vulgò **Cankwood**, fort. q. d. *Canuti* Regis Sylva.

Canterbury, in Com. *Kent.* Urbs nobilis, Metropolitana olim Regum Cantianorum Regia, AS. Cantpapa Bipig, olim Lat. *Durovernum*, *Darvernum*, & *Dorobernia*; hoc *à* C.Br. **Dwr Gwhern** (i.e.) Aqua, ſeu Fluvius rapidus. Nennio hæc Urbs **Caer Cent**, q. d. Civitas Cantii appellatur.

Canttre, in Scot. ſeu **Can Tire** (i. e.) Terræ Angulus ſeu Caput, *Ptolomæo* Promontorium, Epidiorum.

Cantlow, Nomen Gent. (i.e.) de *Cantelupo*, Fr. G. *Chante-loup*.

Cantred, in Com. *Caern.* Tractus in quo Centum pagi ſunt, *à* C.Br. **Cant**, Centum.

Canvey, in Com. *Eſſ.* **Convennon**, & **Counos** *Ptolomæi*.

Capell, Nomen Gent. illuſtre, ſecundùm *Camdenum* idem cum **Chappell**; mallem deflectere *à* Fr. G. *Chapeau*, It. *Capello*, Pileus, Galerus, Petaſus.

Cardigan, C.Br. *Aber Tivi* (i. e.) Oſtium fluvii *Tivi*, fort. q. d. **Caer-decan** (i.e.) Urbs Decani.

Careg, in Com. *Cornub.* *à* nom. **Crag**, quod v. in Et. Gen.

Caresbrook, in Inſula *Vecti* Caſtellum, *Caroli primi* Regis Captivitate famoſum, contr. pro **Whitgaresburg**, quoniam *à Whitgaro* Saxone extructum eſt.

Carew, Nom. Gent. in Com. *Dev.* fort. *à* vet. Angl. **Car**, Palus, Alnetum, v. *Camdeni* Paralipomena, pag. 116. Verùm, quoniam iſta vox **Car** nuſquam gentium comparet, mallem deflectere *à* Fr. G. *Charrüe*, q. d. *de la Charrüe*, (i. e.) de Carrucata, v. **Carve of land** in Et. Vocum For.

Carlile, in Com. *Cumb.* Urbs Epiſcopalis, Rom. & Brit. ant. *Luguvallum*, *Luguballium*, & *Lugu-Balia*, AS. Luell teſte *Beda*: *Ptolemæo*, ut nonnullis viſum, *Leucopibia*: *Nennio* **Caer Kuallo**, *à* C.Br. *Lugu*, Turris, & **Gwall**, ſeu **Gwawl**, Vallum, q. d. Turris, ſeu Munimentum ad Vallum: Vallum autem Militare Romanorum adhuc ſub urbe cernitur, ut Gall. *Lugudunum*, *Lugdunum* (i.e.) Turris ſuper Collem, *Lutetia*, ſeu *Lugo Tecia* (i. e.) Pulchra Turris, AS. autem Luell, contr. eſt *à* **Luguball**. *Ab* hoc Luell addita voce C.Br. *Caer*, quæ Urbem notat, noſtrum **Carlile** ſatis manifeſtè oritur.

Carmouth, in Com. *Dorſ.* *à Caro* fluvio, q. d. Oſtium *Cari*.

Caroloman, Italiæ Rex, ſtirpis Franciæ Carolinæ, *ab* AS. Ceopl, Ruſticus, item Maſculus, & **Man**, reſp. Lat. *Agricola*, *Ruſticus*, Gr. *Georgius*.

Caſtellum Denis, in Com. *Cornub.* dialecto Cornubiana Caſtellum Danorum, ſic dictum quoniam ibi prædatores Dani caſtra metati ſunt.

Caſter, in Com. *Norf.* olim Venta Icenorum, Brit. **Caer Guentum**, fort. AS. Wentaceaſtep, tum poſtea contractim Ceaſtep, ex cujus ruinis orta eſt **Norwich** civitas.

Caſter, in Com. *Hunt.* olim **Kinneburg-ceaſter**, *à Kinneburga* Pendæ Merciorum Regis Ethnici filia, *Alfredi* Nordanhumbrorum Regis conjuge, quæ hîc Monaſticam vitam ſuſcepit, & mulierum cœnobium condidit.

Caſtle Dinas Bren, ſeu **Bran**, in Com. *Denb.* (i. e.) C.Br. Caſtellum Brenni, ſeu Regium Palatium; **Bren** enim Rex eſt, hinc Gallus ille Brennus dictus eſt; **Dinas** autem C.Br. Urbem notat.

Caſtlefoyd, in Com. *Eber.* Mariano **Caſterfoyd**, q. d. Caſtellum ad Vadum, *Antonino Legeolium*, & *Lagetium*, ex cujus ruinis ortum eſt.

Catalonia, Hiſp. *Catalunna*, It. *Catelogna*, Fr. G. *Cataloigne*, Hiſpaniæ Taraconenſis pars, vel *à Caſtellanis* populo olim incolis, vel *à Catalaunis* priſcis Occitaniæ & hujus regionis habitatoribus; vel, quod aliis placet, *à Gothis* & *Alanis*, qui mixti eam antiquitus inſederunt.

Catarrick, & **Catarrick bridge**, in Com. *Ebor. Ptol.* & *Anton. Catarractonium*, & *Catarracton*, *Bedæ Catarracton*, & alibi Vicus circa *Catarractam*, *à* Gr. Καταῤῥάκτης, vel potiùs Καταγάκτης, Cataracta, παρὰ τὸ Καταγίγνω, non παρὰ τὸ Καταῤῥήγνυμι, licèt nec hoc abſurdum ſit, v. *Voſſ.* in Et. LL. voce *Cataracta*.

Cathneſſe, Scotiæ Provincia, quam olim inſederunt *Catini*, quibuſdam *Ptolemæi* exemplaribus mendoſè *Carini* populus.

Catti, nunc *Haſſi*, Germaniæ populus, *Adr. Jun.* à Belg. **Catten**, quod Proceres & viros inſignes exponit, deflectit; ſed quoniam hæc vox nuſquam alibi occurrit: maſſem declinare à Teut. **Katz**, Felis, ab acri ſc. & aſtuto ingenio, quo Feli animali ſimiles erant, v. *Tacitum* de mor. Germ.

Catumerus, apud *Tacitum* Princeps Cattorum, à *Cattis*, populo, & **Heyer**, Præfectus.

Catwick, in *Batavia* Pagus ad oſtium *Rheni* fluvii, à gente *Cattorum*, qui huc coloniam deduxerunt, & AS. Wic, Pagus, item Sinus, & Propugnaculum.

Catzenellebogen, Cattorum, nunc Haſſorum, Urbs, Teut. **Catzen-elboge** (i. e.) Cubitus Cattorum, à gente *Cattorum*; & aliqua *Cubiti* ſimilitudine, ut *Ancona* Italiæ portus dicitur à Gr. Ἀγκὼν, Cubitus, Ulna.

Caut, vel **Cauchi**, priſcus Germaniæ populus inter *Amiſiam*, *Viſurgim*, & *Albim* fluvios, fort. à Belg. **Kauwken**, Pyrrhocorax, quod animal fortaſſe hic populus pro Signo Gentilitio tulit.

Caud, in Com. *Cumb.* ant. Rom. *Gavata* fluvius.

Ceaulin, ſeu potiùs **Ceolin**, Weſt-Saxonum Rex, *ab* AS. Ceola, Gurguſtium, Caſa, & Inne, Cubiculum, Diverſorium, Domus, & verb. Innan, Diverſari, Habitare, qui ſc. in Caſa habitat; vel à Ceol, Navis, & Win, Victor, Winnan, Vincere, q. d. Mari, vel Navibus Victor.

Ceiric, Weſt-ſaxonum Rex, *ab* AS. Ceol, Navis, & Ric, Dives, q. d. Navibus, vel Mari Dives, vel Potens.

Ceolulph, Nordanhumbrorum Rex, *Bedæ Mecenas*, *ab* AS. Ceol. Navis, Navicula, Celox, & Ulph, Auxilium, qui ſc. Auxiliatur navibus.

Cerdic, Viſi-Saxonum Rex primus, *ab* AS. Ceppe, Flexus, & Dic, Dice, Vallum, Foſſa, q. d. Vallum, ſeu Foſſa Flexuoſa.

St. **Chad**, *Sanctus Ceadda* Epiſcopus *Litchfeldenſis*, *Sancti Aidani* diſcipulis; neſcio an *ab* AS. Ceod, Pera, Marſupium.

Chamavi, ſeu, ut alii ſcribunt, **Chamani**, Belgii Germanici populus, nunc Friſii *Sevenwondi*: vel, ut alii volunt, *Campani*, fort. à Belg. **Kampen**, Pugnare, & ant. *Au*, teſte *Adr. Junio*, Terra, q. d. qui pro Terra (i. e.) Patria dimicant.

Champegneun, Nomen Gent. in Com. *Dev.* q. d. de Campo *Arnulphi*, Fr. G. *de Champ Arnou*.

Champfleur, Nom. Gent. exp. de Campo Florido, à Fr. G. *Champ*, Campus, & *Fleur*, Flos.

Champion, Nom. Gent. olim teſte *Camdeno de Champaigne* (i. e.) de Campania Galliæ provincia.

Champnets, Nomen Gent. à Fr. G. *Champanois* (i. e.) Campanus, ſeu de Campania Galliæ oriundus.

Chardford, in Com. *Hant.* olim **Cerdeford**, AS. Cepdicfopd (i. e.) Vadum Cerdici Regis ſuper Avonam fluvium, quo loco *Cerdicus* Britones prælio magno devicit.

Charing, olim **Cerring** *croſs*. *Sonnerus* in Gl. Lipſ. ingenioſè deflectit *ab* AS. Cyppan, Acyppan, Belg. **Keeren**, Teut. **Kehren**, Vertere, q. d. Diverticulum ad Crucem.

Charoloman, Caroli magni frater. Peſſimè deflectit *Junius à Charitate*; mallem petere à Germanico fonte, ſc. *ab* AS. Capl, Robuſtus, vel Ceopl, Ruſticus, & Man, priori ſenſu reſpondent Lat. *Valens*, *Valentinus*, *Valentinianus*, Gr. *Craterus*, poſteriori Lat. *Agricola*, *Ruſticus*, Gr. *Georgius*.

Chaucer, noſtræ linguæ *Homerus* Poeſeos Anglicanæ vel Parens, vel Inſtaurator, credo à Fr. G. *Chauſſeur*, olim *Chaucur*, part. verbi *Chauſſer*, olim *Chaucer*, Calceare, Calceum induere, q. d. Calceator.

Chaumound, Nomen Gent. in Com. *Cornub.* Fr. G. *Chauvemont* (i. e.) de Calvo Monte, ſc. Arboribus nudo, ἄδενδρος, à Fr. G. *Chauve*, Calvus, & *Mont*, Mons, Collis.

Chawoith, Nomen Gent. in Com. *Nott.* olim de *Cahors* (i. e.) de Cadurcis in Gallia.

Cheardeſly, in Com. *Bucks*, AS. Cepdicleȝa, à prælio *Cerdici* Saxonis ibi cum Britannis commiſſo; Sleȝe enim AS. Cædem notat.

Cheauſey, olim Cœnobio à Danis diruto nobile; neſcio an *ab* AS. Ceorl, Glarea, Sabulum, & Iȝe, Inſula Amnica, q. d. Inſula Sabuloſa.

Chegford, in Com. *Dev.* Pagus, *ab* AS. Cæȝ, Cæȝe, Clavis, & **Ford**, quod v. in Et. Gen.

Chelred, Merciorum Rex, *ab* AS. Ceol, Navis, & Rede, Conſilium, Redan, Conſulere (i. e.) qui Conſulit navibus, vel rei Nauticæ peritus eſt.

Chelſey.

Chelſey, in Com. *Middl.* q. d. **Shelfoey**, *from* **Shelves** *of ſand*, in Archivis tamen dicitur **Chelche-Hyth**; fort. *ab* AS. Cealc, Calx, ſeu potiùs Creta, & hyð, Portus, terminatio enim ey, AS. Ea, Aquam, item Terram juxta Aquam ſitam notat.

Cheney, Nomen Gent. olim *de Cheſnoye* (i. e.) de Querceto, *à* Fr. G. *Cheſnoye*, Quercetum, *Cheſne*, Quercus; hoc *à Quernus* deflectit *Menag.* mallem *à Quercinus.*

Chenſford, in Com. *Eſſ.* quaſi **Chelmerford**, *à* **Chelmer** fluvio, olim Canonium, ab eodem fluvio olim *Cano* dicto.

Cheorl, vel potiùs **Ceorl**, Merciorum Rex, idem quod **Charles.**

Chepſtow, in Com. *Monm.* (i e.) Mercatus, ſeu Emporium, v. **Cheap, Chapman,** & **Stow**, hoc Brit. **Caſtlewent** dicitur, utpote ex ruinis veteris Ventæ Silurum, Brit. **Caerwent**, orta; **Went** autem ortum eſt vel *à* C.Br. **Gwenith**, Triticum, Far, Ador, à læto ſc. Tritici proventu, vel *à* **Gwynn**, Albus, à Colore ſoli Candido.

Cherebert, Francorum Rex (i.e.) **Cyning**, ſeu **King Herebert**, v. **Herbert.**

Cherſey, in Com. *Surr. Bede* Inſula, Cerotus (i. e.) *Certs Ea Ceroti* Inſula, Pagus olim Monaſterio nobilis.

Cheruſci, Saltûs Hercynii populus, ſecundùm *Adr. Jun.* ubi nunc Epiſcopatus Monaſterienſis & Paderbornenſis ſiti ſunt, fort. *à* Germ. **Kehren**, Verrere, Purgare, & Belg. **Oeſt**, Teut. **Oſt**, Oriens, q. d. populus qui Orientem Purgat (i. e.) deprædatur, & Latrociniis exhaurit, vel *ab* eodem **Oeſt**, & Belg. **Keeren**, Teut. **Kehren**, Vertere, q. d. populus qui gentes Orientales in fugam vertit. *Adr. Jun.* deflectit *à* Belg. **Keerniſz** (i. e.) Eliminare, & Propulſare quia Romanos, Arminio duce, finibus ſuis ejecerunt; ſed utinam priùs probâſſet hanc gentem ante *Arminii* tempus & Vari cladem hoc idem nomen non habuiſſe.

Cheſtil, in Com. *Dorſ.* Agger Arenoſus, *ab* AS. Ceorl, Glarea, Sabulum, *Somner.*

Cheſter, *Ptolemæo Deſtnana*, *Anton. Deva*, *Divana*, Colonia in nummis Brit. **Caer Legion, Caer-Leon-Vaur, Caer-Leonar-Dyffyr-Dwy**, & per Excellentiam **Caer** (i. e.) Urbs, ut & AS. Legeaceaſtep, & à ſitu Weſt-ceaſtep, & ſimpl. Ceaſtep; hîc autem Caſtra habuit Legio vigeſima Victrix.

Cheſter *upon the ſtreet*, in Ep. *Dunelm.* q. d. Caſtrum vel Urbecula ad viam publicam *Sax. Conceaſter*, Notitiæ Imperii Condercum.

Cheſthunt, in agro *Hartf.* olim *Caſtanetum*, *à Caſtaneis* ſic dictum, v. *Fuller* in hiſtoria Cœnobio *Walthamenſis.*

Chevercourt, Nomen Gent. exp. de Capite Curiæ; ſed malè, tunc enim ſcriberetur **Chevecourt**, vel potiùs **Chefcourt**: mallem deflectere *à* Fr. G. *Chevre*, Capra, & *Cour*, olim *Court*, Atrium.

Chichefter, in Com. *Suſſ.* Urbs Epiſcopalis, Sax. Cipranceaſtep, Brit. **Caercei**, *à Ciſſa* Rege qui eam condidit.

Chidley, Nomen Gent. in Com. *Dev.* fort. *ab* AS. Cid, Contentio, Lis, & Ley, Navale, vel Leaz, Lege, Campus, Paſcuum, q. d. Fundus de quo litigatur, vel contenditur, dubii juris, controverſus.

Childebert, Francorum Rex (i. e.) **Cyning** vel **King Hildebert**, *à* Teut. **Held**, Heros, & AS. Beophr, Clarus, Illuſtris.

Childeric, Francorum Rex (i. e.) **Cyning**, vel **King Hilderic**, vel **Huiderick**, *à* Belg. **Huide**, Favor, Suffragium, & Ric, Dives, q. d. Favore, vel Suffragiis Dives, à multis dilectus.

Chilham, in Com. *Kent*, olim **Julham**, *à Julio Cæſare*, qui in ſecunda expeditione heic Caſtra metatus eſt, v. **Ham** in Et. Gen.

Chilperic, Fran. Rex (i. e.) **Cyning**, vel **King Hilperic**, quod v. ſuo loco.

Chiltern, in Com. *Bucks*, pars hujus Colliña, Sax. Cylcepn, ſic dicta à Frigiditate, quia reſpectu Vallium eſt Frigidior, vel ab Argilloſa ſoli natura; Cylc enim Argilla dicitur inquit *Camden.* Cylc autem hoc ultimo ſenſu in Lexico non occurrit.

Chintilla, Viſi-Gothorum Hiſpanorum Rex; neſcio an *à* Teut. **Kanne**, **Kante**, Poculum, Cantharus, & **Theilen**, Partiri, Diſtribuere, qui ſc. Diſtribuit, & circumfert Poculum, Pocillator. *Anno 638.*

Chippenham, in Com. *Wilts*, AS. Cyppanham; *ab* AS. Cyppan, Mercari, & Cypman, Mercator, q. d. Forum, ſeu Emporium, v. **Chapman**, & **Cheapen.**

Chonodomarius, apud *Amm. Marcell.* Alemannorum Rex, *Kiliano*, & *Jun.* exp. Ferus Præfectus, vel Audax, Equorum Seſſor, vel Eques in neceſſitate, ſed mallem ipſas voces protuliſſent; fort. *à* Teut. **Kuhn**, Audax, Belg. **Ademen**, Teut. **Athemen**, Spirare, qui ſc. inſtar impigri, & Generoſi Militis ſpirat; *Junius* deflectere videtur *à* Teut. **Noth, Nothen**, Belg. **Noode**, Neceſſitas, & **Heyer**, Prætor.

Chono,

Chuno, seu **Huno**, Oldenburgi Frisiæ Comes, *à* Teut. **Kuhn**, Fortis, Audax.

Cicester, in Com. *Gloc.* adhuc in scriptis **Cirencester**. Sax. Cyrenceaster, *Ptolemæo Corinium*, *Antonino Duro-Cornovium*, (i. e.) Aqua Cornovium, Brit. **Caer**, **Cori**, vel **Ceri**, *à* fluviolo *Cerino*, nobis **Churn**.

Cimbri, *Chersonesi* ab ipsis *Cimbrica* dictæ incolæ, Romanorum olim terror; fort. *à* Belg. **Kommer**, **Kommer**, Teut. **Kummer**, Molestia, Damnum, *à* Damnis sc. quibus Martius hic populus vicinos omnes affecit; nolo autem cum plerisque *à Gomero Noe* nepote declinare, talia enim pleraque fabulosa sunt. Nescio an Britanni ipsi veteres *à* priscis *Cimbris* ortum duxerint, certè *Walliam* suam *Cumro*, & seipsos *Cumraeos*, seu *Cumragos* etiamnum appellitant; sed in tam alta & involuta antiquitate nihil audacter vel affirmaverim, vel negaverim.

Cimenshore, in Com. *Suss.* sic dicta *à Cimeno* Saxone, qui cum fratre Ella primo South-Saxonum Rege huc primùm appulit: *Cimenus* autem dictus est, fort. *ab* AS. Cuma, vel Cyma, Hospes, Advena, *à* verb. Cuman, Cyman, Venire, Advenire.

Cindeswindus, Visi-Gothorum Hispanorum Rex, *à* Teut. **Kind des wind**, (i. e.) Filius Venti, à celeritate seu vehementi & acri ingenio sic dictus, elegans satis nomen.

Cisbury, in Com. *Suss.* prope vallum militare antiquum *à Cissa* Rege extructum, v. **Bozough** in Et. Gen. q. d. *Cissopolis*.

Cissa, South-Saxonum Rex, *ab* AS. Cysan, Osculari, resp. Gr. *Philemon*.

Clan Ricard, Nom. Gent. in *Hibernia* (i. e.) tribus Ricardi.

Clare, in Com. *Suff.* aliàs **Clarence**, Pagus, titulus Ducum, etiam Stemmatis Regii, *à* Lat. *Clarus*, *Clarere*, *Clarescere*, & inde *Clarentia*.

Clepho, seu **Cliapho**, Longobardorum Italorum Rex secundus, fort. *ab* AS. Cleofan, Belg. **Kliven**, Findere, sic dictus fort. quia hostem gladio diffidit.

Cleveland, in Com. *Ebor.* Tractus, q. d. **Cliffland**, Rupibus enim valdè aspera est, v. **Clift** in Et. Gen.

Clevbrook, in Com. *Liec.* reliquiæ urbis ant. **Clevecester**, v. **Clay** & **Brook** in Et. Gen.

Cliff, in Com. *Suss. Cliues*, v. **Clift** in Et. Gen.

Clocobert (i. e.) **Cyning**, seu **King Lodobert**, *à* Teut. **Leute**, AS. Leode, Populus, & AS. Beorht, Clarus, item Lux, q. d. Lux Populi.

Clodomir (i. e.) **Cyning**, vel **King Lodomir**, *ab* AS. Leode, Teut. **Leute**, Populus, & **Mehren**, Augere, à proferendo sc. imperii fines.

Clotair, vel **Clothair**, Franc. Rex. q. d. **Cyning**, vel **King Lothair**, quod v.

Clothilde, Prænomen Mul. *Kiliano* scribitur **Luithilde**, & exp. Excellens in Populo, Heroina Populi, *à* vet. Teut. **Luit**, nunc **Leute**, AS. Leode, Populus, & **Helde**, Heroina, addito C pro AS. Cyningin, jam Teut. **Königinne**, Regina, v. **Lothilo**.

Cloves-ho, nunc **Cliff**, AS. Cleofeho, locus olim aliquot Anglo-Saxonum synodis nobilis; nescio an *ab* AS. Cleofa, Clif, Clif, Cautes, Rupes, & ho, Calx, Calcaneus, fort. sic dicta à situ ad Calcem, seu pedem rupis.

Clun, in Com. *Sallop.* Fluvius, Brit. **Colun**, & **Colunwy**, temerarium esset deflectere *à* Lat. *Colonus* quia sc. ut de *Nilo*, & *Indo* fluviis dicitur, agros vicinos inundando videtur arare & serere (i. e.) agros fœcundat.

Cluy, in Scot. Brit. & AS. **Clud**, Rupes, unde **Alcluid**, Urbs.

Cob, Nom. Gent. *Camdeno*, exp. Portus Factitius, posset & deflecti *ab* AS. Coppa, Apex, Teut. **Kopff**, Caput; vel ut rectè monet Doct. *Th. H.* Τωωσεωκλε prænominis **Jacob**.

Cockington, in Com. *Dev.* pagus fort. *à* celebri Gallorum pugnantium ludo, qui olim ibi celebratus est, v. **Cock** & **Town** in Et. Gen.

Cockly chappell, in Com. *Lanc. Anton. Coccium*, cui adjicitur AS. Ley, Navale, v. **Lay** in Et. Gen.

Codenor, olim **Coutenoure** *castle*, in Com. *Derb.* fort. *à* Fr. G. *Contenir*, Continere, Cohibere, q. d. Propugnaculum (i. e.) Frænum populi.

Coker, Nom. Gent. *ab* AS. Cocer, Pharetra, Theca, *a* **Quiver**.

Colchester, in Com. *Ess.* Urbs primaria, Sax. Colecearter, Brit. **Caer-Colin**, *Anton. Colonia*, *à* **Coln** fluvio, aliis *à Coilo* Rege Helenæ Augustæ patre.

Coldingham, in Scot. *Bedæ* urbs *Coldana*, & *Coludum*, fort. *Colania*, *Ptolemæi*.

Cole, in Com. *Middl.* fluvius, olim **Col**, quod C. Br. Rubrum signat, v. **Herrford**.

Cole, olim Prænomen, nunc Cognomen, contr. *à* **Nicol**, & hoc *à* Gr. *Nicolaus*.

Colebrook,

Colebrook, in Com. *Bucks*, *Anton. Pontes*, ut *Gephyra Bœotiæ*, Fr. G. *Ponthien*, quia *Cola* fluvius hèic in 4 Canales fissus 4 pontibus jungitur.

Colebam, in Com. *Middl.* à *Cola* fluvio, & **Ham** quod v. in Et. Gen.

Collet, à **Cole**, dim. Prænom. **Nicol** pro *Nicolaus*.

Collins, secundùm *Camdenum* contr. à **Nicolin**, dim. Prænominis *Nicolaus*, licèt jam in cognomen degeneraverit.

St. **Colman**, Scotus Episcopus *Lindisfarnensis*, Lat. *Columbanus*, unde Etymon petas. *Anno* 653.

Colson, q. d. **Nicolson**, *Nicolaides* seu *Nicolai* filius.

St. **Columbs**, in Com. *Cornub.*(i. e.) Fanum *Sancti Columbæ* Scoti.

Comb, in Com. *Dev.* in terminationibus frequens, *ab* AS. Comb, Comp, Vallis montibus utrinque obsita. Datur & C.Br. *Kum*, Fr. G. *Combe*, ejusdem originis, primativa enim Gallica & Britannica vox videtur.

Compton *in the hole*, in Com. *Warw.* *ab* humili situ; **Compton** enim seu **Combtown** est pagus in valle situs, v. **Comb** suprà in Et. Gen.

Congell, *Hibernus* Vir Sanctus (i e.) Pulchrum Pignus, *vide* **Congersbury** infrà.

Congersbury, in Com. *Som.* à *Congaro* Viro Sancto qui ibi Erimiticam vitam egit.

Congleton, in Com. *Cestr.* *Antonino Condate*, additâ terminatione AS. ton, v. **Town** in Et. Gen.

Connaght, *Hibernia* Provincia, Lat. *Connacia*, & Hibernis **Connaghty**, veterum *Gangavorum* seu *Concanorum*, *Auterorum* & *Nagnatarum* sedes, & sanè Provinciæ nomen ex *Concanis* & *Nagnatis* compositum videtur.

Connisborough, *or* **Coninesborough**, in Com. *Ebor.* Brit. **Caer Conan** (i.e.) Conani Urbs, Conanopolis, à *Conano* Rege Conditore.

Connisby seu **Consby**, in agro *Linc.* credo à *Gunicelis* sic dictum, additâ AS. term. by, quæ primariò Habitationem, secundariò Pagum signat; hoc à verbo AS. Byan, Habitare.

Conrad, Prænomen, *ab* AS. Con, Coon, Teut. **Kuhn**, Belg. **Koen**, Fortis, & AS. Ræd, Rad, Rede, Teut. **Radt**, Belg. **Raed**, Consilium, resp. Gr. *Thrasybulus*.

Conway, in Com. *Caern.* ant. *Conovius* fluvius, unde *Conovium* oppidum, ex cujus ruinis orta est Urbecula **Aber-Conwey** (i. e.) Ostium *Conwey*, seu *Conovii*.

Cope, Nomen Gent. *ab* AS. Coppe, Apex, Culmen putà montis.

Copenhagen, vel **Copenhaven**, Lat. Barb. *Hassnia*, Dan. ni fallor **Koppenhaffn**, Urbs Daniæ Regia & princeps, à Dan. **Koppen**, Mercatores, & **Haffn**, Portus, q. d. Mercatorum Portus, omnino ut *Emporium* & *Emporia* Hispaniæ Tarraconensis, & *Emporium*, nunc *Empoli* dictum, in Hetruria Italiæ.

Copland, in Com. *Cumb.* Regio seu Tractus, à C.Br. **Kopa**, Acuminati Montes quibus conspicua est; vel *ab* AS. Cop, Teut. **Copff**, Caput, & **Land**, quod v. in Et. Gen.

Corbet, Nomen Gent. olim, si *Camdeno* fides sit, Prænomen, dim. Fr. G. *Corbeau*, Corvus, q. d. Corvulus. Alludit Lat. *Corbulo*.

Corlton, in Com. *Dev.* Pagus, nescio an à *Coriandri* proventu quod, AS. ut & Gr. Coprion dicitur, & **Town**, quod v. in Et. Gen. vel à *Corio* quodam Conditore.

Cornwall, Provincia Sax. Cornpealh, à Lat. *Cornu*, quia hìc Anglia in longum Angulum protenditur instar Cornu, & Wealh, quo nomine Saxones omnes peregrinos, præcipuè Britannos, appellârunt, v. **Wales**.

Cornwallis, Nomen Gent. (i. e.) *Cornubianus*, seu *Cornubiâ* oriundus, v. **Cornwall**.

Corporbridge, in Com. *Northumb.* Rom. Curia *Ottadinorum*; *Hovedeno* **Corporbrige**; *Henr. Hunt.* **Cure**; *Antonino Corstopitum*, à vet. origine, additâ tantùm terminatione **bridge**.

Cotswold, in Com. *Glor.* à *Collibus*, & *Ovilibus* dicta, Cote enim AS. Casam seu Tugurium, item Speluncam, & Wold locum Ἄυλον, Arboribus nudum, designat.

Cove, Nomen Gent. *Camdeno* exp. parvus Sinus; sed vox hoc sensu nusquam occurrit, mallem igitur deflectere *ab* AS. Cope, Copa, Antrum, Spelunca, item Pistrinum, hoc à Lat. *Cavea*.

Coventry, in Com. *Warw.* Urbs egregia Episcopalis, à *Conventu* seu Monasterio: vel à *Coven* fluviolo, nam in Diplomate Prioratûs dicitur **Cuentford**.

Covert, Nomen Gent. à Fr. G. *Converte*, locus Tectus, seu Umbrosus, v. *to* **Cover** in Et. Gen.

Coway stakes, in Com. *Surr.* locus sic dictus à *Palis*, quos in adverso littore Britanni contra *Cæsarem* fixerunt, ubi

Cæsar,

Cæsar Tamisin vado transivit : **Cowap** autem nimis manifestè ortum dutit à **Cow** & **Way**, q. d. Iter Vaccarum seu Via, per quam vaccæ transire solent.

Cowbridge, in Com. *Glam.* q. d. Vaccarum Pons, à crebro Vaccarum transitu, Brit. *Pont vaa*, à Lapideo Ponte.

Cranburn, in Com. *Dors.* (i. e.) Fons, seu Amnis Gruum, v. **Crane**, & **Bourn** in Et. Gen.

Craven, in Com. *Ebor.* Regio, à C.Br. *Craye*, Lapis, Petra & *Pen*, Caput, est enim valdè Petrosa.

Cray, fluvius, nescio an à Fr. G. *Craye*, Creta, à solo sc. Cretaceo quod perluit, v. *Leland* voce *Derentus*.

Creccelade, in Com. *Wilts*, Oppidulum, *Mariano* **Creccanford**, aliis **Grekelade**, à Gymnasio quod ibi Græci Philosophi instituerunt, quod postea *Oxonium* translatum est. *Somner.* autem in Gloss. hæc nugas & fabulas esse censet, & ut mihi quidem videtur meritó. Oppidum autem putat olim dictum **Crecca-gelade**, *ab* AS. Cpecca, Torrens, Amnis, Crepido, & Lædan, Purgare, Exonerare, Vacuare; quia sc. eo loci Amnes quidam se in *Tamisin* exonerant.

Crediton seu **Kirton**, in Com. *Cornub.* vel q. d. AS. Cpæt-tun (i. e.) Terra Carrorum, vel *ab* AS. Cpeðe (i. e.) Symbolum seu credo Apostolorum, quia olim in hac urbe primitiva inter Saxones sedes Episcopalis fundata est, & inde tanquam ex fonte Christiana, & Apostolica fides in regnum Meriodionalium Saxonum dimanavit; vel, quod probabilius est, quoniam sic in Archivis ant. legitur, quasi **Cridian-tun**, à fluvio **Creden** quo alluitur, oppidum suprà Episcopatûs honorem Sancti *Bonifacii* seu *Winifredi* Apostoli Germaniæ natalibus nobile.

Crebequer, Nomen Gent. in Com. *Kent*, q. d. Fr. G. *Crevecœur*, It. *Crepa cuore*, à Lat. *Cor*, & verb. *Crepare*, sc. Tristitia ingens, quâ *cor crepare* seu dissilire possit, sc. à nimio mœrore alicujus ex hac gente quo etiam interiit, vel *ab* eodem **Crever** activo sensu, ab aliquo qui Cor hostis in prælio Lancea, vel Gladio fortiter trajecit & perrupit.

Crayford, in Com. *Kent*, AS. Cpeccanpopð, à **Cray**, olim *Creca*, fluvio, qui & viculis *St.* **Mary Cray**, **Pauls Cray**, **Totes Cray**, **Norh Cray**, nomen dedit : hoc autem **Crayford** magnâ Britannis ab *Hengisto* Saxone illatâ clade nobilitatum est.

Cripplegate, Porta urbis *Londini*, à Nosocomio *Claudorum*, quod olim ibi fundatum est.

Crockhern, in Com. *Som.* Sax. Cpuccepne, fort. *ab* AS. Cpuce, Crux, vel Hydria, & Pepne, Casa, v. **Cruse** in Et. Gen.

Crodagh, in *Hib.* fluvius, *Ptolemæo Vidua*.

Croft, Nomen Gent. *ab* AS. Cpopt, Prædiolum.

Croon, Nomen Gent. à C.Br. *Croen*, Cutis, Pellis, Corium; hoc *Fr. Junius*, & *Davisius* deflectunt à Gr. χρῶς, Cutis.

Crowland, in Com. *Linc.* olim **Croyland**, Cœnobio olim magnifico & Aucupiis celebris, nescio an à multitudine Corvorum sic dicta, v. **Crow** in Et. Gen. *Fuller* dictam putat quasi terram Crudam.

Crutch, vel potiùs **Croych-back**, sic appellatus est *Edmundus* frater *Edwardi* primi Regis, non à Gibboso dorso quod primâ fronte videri possit; sed à Fr. G. *Croise*, Cruce signatus, quia cum expeditionem in terram Sanctam suscepisset, crucem in Dorso Tesseram Sacræ militiæ gestavit.

Crutchet *Fryers*, Fr. G. *Freres Croisez* (i. e.) Fratres Cruce signati, quorum Cœnobium nobile *Londini* fuit, à quo vicus nomen sumsit & adhuc retinet.

Cumberland, Provincia (i. e.) *Cumbrorum* Britannorum regio, qui hîc diu reliquâ Angliâ expugnatâ insederunt.

Cunebert, Longobardorum Italorum Rex, vel à Teut. **Kuhn**, Audax, & AS. Beorht, Clarus, q. d. Audaciâ, seu Fortitudine Clarus; vel secundùm *Kilian.* quasi **Kunitwerd**, à Belg. **Koen**, Audax, & **Werd**, Charus.

Cunegild, vel **Conegild**, Prænomen Mul. à Teut. **König**, Rex, & **Hild** ant. pro **Hold**, Amicus.

Cunigund, Prænomen Mul. *ab* AS. Cyning, Teut. **Kóning**, Belg. **Koningh**, Rex, & Teut. **Gunnen**, Favere, q. d. Regis Favor, vel qui à Rege Favetur.

Cuntmund, Gepidarum Rex, à Teut. **Kuhn**, Fortis, & **Mund**, Os, q. d. Vir ore Ferox, seu Fortis, vel potiùs *ab* eodem **Kuhn**, & AS. Munban, Protegere, Pacare, q. d. Fortis Protector, seu Pacificator.

Curcy, Nomen Gent. à Normannica origine, q. d. Lat. *Cursius*.

Sanctus **Cuthbert**, Archiepiscopus *Cantuar.* non, ut aliqui volunt, q. d. **Cut-beard**; sed vel *ab* AS. Cuð, Notus, & Beorht, Clarus, vel secundùm *Verstegan.* *ab* eodem Cuð, & vet. Angli **Bright**, Dispositus,

positus, Compositus; prius autem magis placet.

Cuthred, Prænomen, *ab* AS. Cuð, Notus, & Rade, Rede, Teut. Rath, Belg, Raed, Consilium, Responsum Gr. *Eubulus*, *Cleobulus*, *Aristobulus*.

Cuthwin, Prænomen *ab* AS. Cuð, Notus, & Win, Victor, Winnan, Acquirere, qui sc. moribus adeò amabilis est, ut omnes sibi conciliet, vel eodem sensu *ab* AS. Wine, Dilectus, Charus, *v.* Win in Et. Gen.

Cuts, Nomen Gent. dim. Prænominis **Cuthbert**, quod *v.* suprà.

Cynehelm, *Verstegan* contractum putat *ab* AS. Cyning, Rex, & Helm, Galea. Posset & deduci à Cene, Fortis, & Helm, translato sensu Protector.

D.

Dabcot, Nomen Gent. secundùm *Camdenum* primò **D' Ampzecourt**, & inde **Dabzogecourt**, (i. e.) de oppido Galliæ *Ampzecour* dicto.

Dacres, Nomen Gent. *Fuller lib.* 3. *Hist. Eccl. pag.* 42. dictos putat *ab Acra*, olim Ptolemaide, Syriæ urbe, in cujus obsidione & oppugnatione quidam ex hac gente fortiter dimicavit, q. d. Fr. G. *d' Acres*, vel *à Dacor* agri *Cumbr.* fluviolo, qui Castello seu Arci hujus gentis sedi nomen dedit.

Dagalaiphus, sub *Valentiniano* primo Aug. cum *Gratiano* ejus filio Cæsare Consul anno U.C. 1118. à Teut. **Dagen**, Gladii, & **Lieben**, AS. Lupian, Amare, q. d. Gladio Gaudens (i. e.) Bellicosus.

Dagobert, Franco-Gallorum Rex, vel à Teut. **Dagen**, Gladius, & AS. Beorht, Clarus, q. d. re militari nobilis, Militiæ Clarus, vel *ab* eodem **Dagen**, & **Berichten**, Docere, Edocere, erudire, q. d. Gladii seu rei Militaris Peritus, multa alia Etyma longè minùs verisimilia affert *Kilianus* quæ consultò prætereo. *Junius* à Mucronata Barba deflectit, sc. à Teut. **Dagen**, Gladius, & **Bart**, Barba; mallem *ab* eodem **Dagen**, & dicto Beorht, Fulgens, q. d. Gladio Coruscans.

Dairell, Nomen Gent. in Com. *Corn.* & *Bucks*, q. d. **de Hairell**, *Hairel* autem Fr. G. Cilicium notat, & fort. à nostro **Hair**, derivatur; vel, quod verisimilius est, à Fr. G. *Airelles*, Vaccinia.

Dallison, Nomen Gent. q. d. **d' Alençon** (i. e.) de urbe Gallicâ *Alençon*.

Dampert, in Com. *Cestr.* aliàs **Davenport**, à Dan, seu Daven fluvio, & Lat. *Porta*, seu *Portus*.

Dan, in Com. *Cestr.* aliàs **Daven** fluvius.

Dantzick, Lat. Barb. *Gedanum*, seu *Dantiscum*, nobilissimum Borussiæ Emporium, quod teste *Adr. Jun.* Heneto idiomate præsidium Danis objectum signat. Posses & satis speciosè deflectere à Teut. **Danne**, Abies, Pl. Dannen, & Wic, Propugnaculum, q. d. **Danneswic**, vel **Dannenwic** (i. e.) Urbs seu Arx inter Abietes, notum autem est Borussiam & Vicinas regiones copioso Abietum proventu non minùs celebrem esse, quàm Angliam nostram ejusdem arboris defectu & inopia.

Danubius, Teut. Der Donau, vel **Donaw**, nobilissimus totius Europæ fluvius, vel à nom. Teut. **Donner**, Tonitru, per **Donnern**, Tonare, quia rapido cursu devexissimum alveum, instar Turbinis devolutus, sabulo & lapidibus allisus, strepitum Tonitrui similem edit: vel à **Dannen**, Abietes, quibus per totam ripam consitus est; vel, quod satis verisimile est originis *Pannonicæ*, vel *Sarmaticæ*, quod si ita sit, Etymon eruere prorsus despero.

Darby, Urbs nobilis Provincialis Saxon. Deorby, olim Nordpordig, à *Derwenta* fluvio, q. d. **Derwentby**, AS. autem appellatum est Nordpordig à nom. Weordig, Prædium, Villa, & Nord, Septentrionalis.

Darcy (i. e.) *de Adrecy* in Normannia.

Dartford, in Com. *Kent* à Darta, olim **Darenta**, fluvio, q. d. Darentæ Vadum.

Darwent, Lat. *Derventio* fluvius, *Leland* deflectit à C. Br, *Dwr* Aqua, & *Gwen*, vel *Gwin*, Clarus, Lucidus, sed neque *Gwen*, neque *Gwin*, hoc sensu occurrit, *Gwynn* autem cognato sensu pro Albo invenitur.

D'aubeny, Nom. Gent. fort. à Fr. G. *Aubain*, Alienigena: vel potiùs *ab* oppido Fr. G. *Aubigny* dicto.

St. **Davids**, in Com. *Pembr.* olim **Menew**, sic dicta à *St. Davide* qui sedem Archiepiscopalem *ab* Isca huc transtulit, C. Br, **Tyr Dewi** (i. e.) Domus *Davidis*, AS. Davib Mynster.

St. **Davids land**, in Com. *Pembr. Ptol. Promontorium Octopitarum*, C. Br. *Pebideauc & Cantred Dewi* (i. e.) centuria Davidis.

Dawkins, quasi **Dawkins** (i. e.) parvus David

Dauncy, Nom. Gent. exp. de Alneto, Fr. G. *Daunaye*, *ab Aune*, Alnus.

Dawson, pro **Davison** (i. e.) *Davidis* filius.

Dentry, Nomen Gent. q.d. de Alta Ripa. Fr. G. *d' Haute Rive.*

Deal, in Com. *Kent*, olim **Dole**, *Cæsaris* appulsu & primo prælio nobilis, *à* C. Br. *Dole*, Planities ad mare aut fluvium sita.

Debenham, in Com. *Suff. à* fluvio **Deben**, & **Ham**, quod *v.* in Et Gen.

Dee, in Com. *Cestr.* Lat. *Deva*, C.Br. *Dyffyr Dwy* (i. e.) Aqua *Dwy*, quia ex duobus fontibus oritur, *Dwy* enim Duo significat. Alii nigram Aquam, alii Divinam exponunt, ut *Ausonius Divonum* Galliæ fontem Diis sacrum vocat, & Britanni veteres divinos honores fluviis detulerunt.

Dee, in *Scot. Ptolemæo Dea* fluvius, *à* C. Br. *Dee*, Niger, fort. ab aquæ Nigredine

Dee, Scot, fluvius, *Ptolemæo Diva* in provincia *Mœria.*

Deemouth, in Com. *Cestr. Ptolemæo Setelia* pro *Delia.*

Deira, AS. Deopa-Mæġðe, vel Deopa-Rice (i.e.) Provincia seu Regnum *Deiræ*; sic olim dicta fuit pars Regni Nordan-Humbrorum australior inter Humbrum & Tesam fluvios sita, quæ per unam vel alteram ætatem Regnum habita est, tandem cum Bernicia, altero ejusdem Regni membro, in unum imperium rursus coaluit, *Lelandus*, ingeniosè ut solet, deflectit *ab* AS. Deop, Fera, sc. à saltibus & vivariis Ferarum, quibus hæc regio etiamnum nobilis est.

Delft, nobilis *Batavia* Urbs *Adr. Junius* deflectit *à* Belg. **Delven**, Fodere, ab ingenti fossa jam **Delfhaven** (i. e.) portus *Delfi* appellata.

Dell, Nom. Gent. *Camdeno* exp. Fossa, *à* verb. *to* **Delve**, quod *v.* in Et. Gen.

Denbigh, Urbs in *Cambria* Provincialis, Antiqua urbs appellata est C.Br. *Clod Fryn yn Ros* (i.e.) Asper Collis in *Ros*, recentior *Diffryn Clwyd* (i. e.) Vallis *Clwyd*, *à* fluvio *Clwyd*, AS. autem sic appellatum est à situ humili in Valle; Den enim AS. Vallem signat, & Byan, Habitare, vel Bigan, Colere.

Dengy, in Com. *Ess. à Danis* qui hoc oppidum insederunt.

Denis, Nomen Gent. in Com. *Dev.* q. d. Danus seu Danicus, vel ut scitè monet Doct. *Th. H. à* Fr. G. *Denis*, Gr. *Dionysius.*

Denis, Prænomen *à* Gr. & Lat. *Dionysius*, nom. *Bacchi*, sc. à patre *Jove*, & urbe Indiæ *Nysa*, in qua triumphum egit, & vini usum docuit.

Denmark, olim *Cimbrica Chersonesus* cum adjacentibus insulis maris *Balthici*, *Adr. Jun.* deflectit *à* Teut. **Dannen**, Abietes, sc. à copioso Abietum proventu, additâ term. **mark**, quæ Limitem signat.

Depeford, in Com. *Kent.* (i. e.) Vadum Profundum, *v.* **Deep** & **Ford** in Et. Gen.

Deping, in Com. *Linc.* secundum *Ingulphum* q.d. Pratum Profundum, *v.* **Deep** & **Ing**, in Et. Gen.

Derham, in Com. *Gloc.* A S. **Deopham** (i.e.) Ferarum Oppidum, fort. sic dictum à Saltibus seu Septis Ferarum vicinis, *v.* **Deer** & **Ham**, in Et. Gen.

Dertmore, in Com. *Dev.* locus Sterilis, *à Derta* fluvio alluente, *v.* **Moor**, in Et. Gen.

Dertmouth, in Com. *Dev.* Portus nobilis (i. e.) *Derta* fluvii ostium.

Desiderius, Longobardorum Italorum Rex ultimus, qui à Scriptoribus Franco-Gallicis appellatur *Didier*, nescio an hoc more Franco-Gallorum emollitum sit ab asperiori nomine Teut. **Theodehr**, quod Honorem seu Gloriam populi signat, sc. *ab* AS. & vet. Teut. Deod. Populus, & Teut. **Ehr**, Honor, resp. Gr. *Cleodamus* & *Damocles.*

Deventer, seu **Daventer**, *Belgii* Urbs, *Adr. Jun. ab* articulo **De**, & *Attuariis* antiquo populo deflectit satis violenter,

Dever Kill, in Com. *Wilts.* Rivulus, qui instar *Anæ* fluvii Hispaniæ, & *Molæ* fluvii Surreiæ intra terram submergitur, & uno inde milliari iterum emergit, & in aperto fluit; nescio an **Dever** dictus sit *à* Belg. **Deur**, AS. Duph, Per, quia sc. terram pertransit.

Devreux, Nomen Gent. exp. de Ebroicis, sc. de urbe *Evereux* in Gallia.

Dewsborough, in Com. *Ebor. à* C.Br. *Diw*, Deus, q. d. Theopolis, quo nomine sexto à Christo sæculo *Antiochia* Syriæ appellata est.

Diego, Prænomen Hispanis usitatissimum, quod plerique Lat. *Didacum* scribunt, *Covarruvias* longè probabiliùs corruptum putat *ab* Hisp. *San-Jago*, vel *San-Diago* (i. e.) Sanctus *Jacobus* Hispanorum Divus Tutelaris.

Digarwy, in Com. *Caern.* antiquum oppidum *Antonino* dictum, ubi præpositus numeri Nerviorum Dictensium excubias egit, & hinc nomen Gentile **Gannock**, nescio an *ab* AS. Digel, Occultus, & Wic, Wice, Sinus, Ripa, quia lenis & lentus inter ripas fertur; vel *à* C.Br. *Digoni*, Saturare, & *Gwig*, Nemus, Sylva, quia sc. olim loca sylvosa alluit.

Dilston seu **Dwilston**, in Com. *Northumb. Beda* **Devilesburn**, clade *Cedualla* Britanni

Unable to display this page

Douglass, vel **Douglass**, in *Scot.* Fluvius, sic dictus C.Br. *à* Subnigro, seu Subviridi aquæ colore, *Camden.* v. **Douglas.**

Douglesse, in Com. *Lanc.* Fluviolus, v. **Douglass** suprà.

Duisburg, *Batavia* Urbs, *Adr. Jun.* olim dictum putat **Drusburg**; *à Druso Cæsare*, & ant. Teut. & AS. Burg, Arx, Urbs, q. d. *Drusopolis*, Castra Drusi, v. **Borough** in Et. Gen.

Dunbarton, in *Scot.* pro **Dun-britton** (i.e.) Collis Britannorum, ideo fictitio, sed satis appositio nomine *à Buchanano Britannodunum*, appellatur.

Dundee, in *Scot.* olim *Alectum*, quibusdam *Taodunum*, fort. *à Tao* fluvio, & AS. & C.Br. Dun, Tumulus, Collis, q.d. Collis ad *Taum*, seu *Dee* fluvium.

Dunkirk, Urbs, & Portus *Flandriæ* satis nobilis, *à* Belg. **Duyne**, Tumulus, Arenarius, & **Kerk**, Ecclesia, à situ sc. inter maris arenas.

Dunmow, in Com. *Ess.* olim *Dunmawg*, libro Censuali *Dunmaw*, *ab* AS. Dun, Collis, & Mapan, Metere, q. d. Collis Fœcundus, qui multam segetem messoribus exhibet.

Duns, John Duns *Scotus*, Doctor subtilis, secundùm eos qui illum Anglum statuunt, sic dictus à quadam villula Paroeciæ de *Emildon Dunston* vocata in agro Northumbr. quod confirmatur ex Epilogo operum ejus Manuscriptorum in Bibliotheca Collegii *Merton. Oxon.* hodiéque asservatorum, qui verò Hibernum statuunt, dictum volunt *à* **Doune**, urbe Hib. Episcopali, quid si *à* **Duns**, contr. pro **Dunstan.**

Duns, contr. pro **Dunstan.**

Dunsby, seu **Duncansby**, ant. *Virvedrum* Promontorium, q. d. Habitatio ad Collem, v. **Down**, & **By** in Et. Gen. vel, si mavis, Domus *Duncani* Regis.

Dunstable, in Com. *Bedf. Anton. Magiovinium*, *Magiovinium*, & *Magintum*, *à Duno* Latrone, qui tempore *Henr.* 1mi Regis, hunc tractum latrociniis infestum reddidit: Magint autem nominis reliquiæ hæ adhuc supersunt, quòd vulgus novem jugera agri vicini **Madingbour**,, & **Madingbour** appellant, & Romanos nummos, qui ibi etiamnum crebri inveniuntur, **Madinge money.**

Dunstafag, in *Scot.* (i. e.) Hib. AS. & C.Br. Collis *Stephani.*

St. **Dunstan**, Archiepiscopus *Cantuar. ab* AS. Dun, Tumulus, Collis, & Stan, Lapis, q. d. Collis Petrosus, resp. ferè Petrus. *Anno* 937.

Dunwich, in Com. *Suff. ab* AS. Dun, Collis, & Wic, Propugnaculum (i. e.) Arx in Colle, olim Sax. Dunmoc, fort. *ab* AS. Dun, Tumulus, Collis, & Mucg, Acervus.

Dunwolph, *ab* AS. Dun, Collis, Tumulus, & Ulph, Auxilium, q. d. Tumulus, seu Collis Auxilii (i. e.) Propugnaculum, Munimentum, vel q. d. Propugnaculum in Colle.

Durham, Urbs Episcopalis, secundùm *Camden.* AS. Dunholm, *à* Dune, Collis Tumulus, & Holm, Insula Amnica; quia fluvius Vedra, tanquam Insulam molitura, hanc urbem colli impositam undique ferè circumluit. *Somnero* autem AS. Deop-ham dicitur, q. d. Ferarum oppidum; vel, adhuc scriptioni nostræ propiùs, deflectit *à* C.Br. *Dwr*, Aqua, & **Ham**, q. d. Habitaculum Fluviale. Normannis *Duresme*, Lat. Barb. priori Etymo propiùs *Dunelmum* dicitur.

Durstede, antiquissimum *Batavia* oppidum, antiquis Romanis *Batavodurum* dictum, cujus etiamnum vestigia in syllaba **dur** supersunt, addito **stede**, quod Locum & Oppidum signat, v. **Stead** in Et. Gen. *Batavodurum* autem fort. dictum est à gente *Batavorum*, & Belg. **Deure**, **Doze**, Janua, Ostium, q.d. Batavix Porta, seu Introitus, v. **Dooz** in Et. Gen.

Dutch, *à* Belg. **Duytse**, Teut. **Teutsch**, Germanus, Teuto, vel *à Tuiscone*, Deo & gentis authore, vel *ab* AS. Deod, Deode, Populus, unde Linguâ *Theotiscâ*, seu *Theodoscâ*, q.d. Popularis; fortean eodem sensu quo Itali communem & politiorem dialectum sc. Hetruscam vel Romanam, linguam vulgarem appellitant. *Kilianus*, nescio quibus authoribus, declinat **Dutch**, *à* vet. **Deutsch**, & hoc *ab* ant. **Deut**, seu **Dud**, Deus, ut & *Gothos*, *à* **Got**, Deus, dictos putat.

E.

the **Ea**, Fluviolus in agro *Linc. ab* AS. Ea, Aqua, unde & Fr. G. *Eau*, hinc & Fr. Th. **Aba**, Dan. **Aa**, Aqua, Amnis, & **Oe**, Insula, omnia *à* Lat. *Aqua.* Occurrit etiam apud *Hesych.* Gr. Ἄα, quod exp. ὕσημα ὕδατος, hoc quia apud Authores antiquos vigente puriori Hellenismo nusquam occurrit suspicor, ut & multa alia illius Authoris Germ. esse originis.

Eadbert,

Eadbert, Northumbrorum Rex, *ab* A S. Ead, Felicitas & Beorht, Clarus q. d. Felix & Illustris, resp. ferè Lat. *Felix Fanstinus*, & Gr. *Eudæmon*, & *Macarius*.

Eadgar, inclytus ille, præpotens & pacificus Anglo-Saxonum Rex, *ab* AS. Eadig, Felix, & Ap, Ape, Honor, *Verstegan* autem deflectit *ab* AS. Ead, vel Aað, Juramentum & Gard, Servare, Observare (i. e.) Juramenti Observator, Fidelis, & idem cum Prænomine Edward esse divinat.

Eadulph, Prænomen *ab* AS. Ead, Felicitas, & Ulph Auxilium, q d. Felix Auxilium, vel *ab* Eaðe, Facilis, & Ulph, q. d. Facile, Promtum Auxilium.

Eadwin, Prænomen *ab* AS. Ead, Felicitas, & Win, Victor, Winnan, Acquirere, Vincere, q. d. Felix Victor, vel Felicitatis Acquisitor, resp. ferè Gr. *Eutyches*, *Eutychius*, & Lat. *Fortunatus*, *Felix*, *Faustus*.

Ealdred, Prænomen, v. Eldred, & Aldred.

Ealphegus, v. Sanctus Ælphegus suprá.

Ealred, Prænomen *ab* AS. Eal. Omnis, & Rede, Rade, Consilium, respondet Gr. *Eubulus*.

Eanswyd, *Verstegan* deflectit *ab* ant. Eans, nunc Dece, Semel, & Wyd, Sacratus, part. verbi Teut. Weihen Belg. Wijden, Sacrare, Consecrare.

Earmenheld, *ab* AS. Earme, Teut. Arm, Pauper, & Held, Heros, Athleta, *a* Champion, q. d. Inopum ὑπερασπιστὴς, seu Protector.

Easterlings, sic vocati sunt Borussi, Pomerani & alii vicini maris *Balthici* accolæ, sc. *ab* orientali respectu nostræ Angliæ situ.

Eaton, *ab* AS. Ea, Aqua, & Tun, nobis Town, q. d. Gr. Τ' δ ύ μ α ι ς, est enim in littore *Thamesis* sita.

Eay, in Com. *Suff.* q. d. Insula; est enim Insula Amnica, *ab* AS. Ea, & Terra juxta Aquam.

Sancta Ebba, *Edilfridi* Northumbrorum Regis filia, quæ oppido Saint Tabbs corrupte dicto, q.d. Saint Ebbs (i. e.) Fanum Ebbæ, in agro *Hunt.* nomen dedit, fort. *ab* AS. & Angl. Ebbe, maris Refluxus.

Ebchester, in Ep, *Dunelm.* à Sancta *Ebba* Virgine regio Nordanhumbrorum sanguine orta.

Eborius, Suevorum Hispanorum Rex, q. d. Eber Ric, vel Rich (i. e.) Semper Dives.

Ebroin, Præfectus Prætorio *Theodorici* Francorum Regis, à Belg. Eber, Aper, & Winnen, Vincere. *Anno* 680.

Edam, *Batavie* oppidum, rectius Pedam, *Adr. Jun.* exponit Pæ, fluvij Aggerem seu Cataractam. Pa, autem corr. videtur *ab* Ea, Aqua, *v.* Dam, in Et. Gen.

Edbald, *Cantij* Rex, vel *à* præp. AS. Ed, Rursus, & Bald, Audax, q. d. Animatus à timore, iterum in Audaciam restitutus, vel à Belg. Eed, Juramentum & Teut. Bald, Statim (i. e.) qui crebrò & levi de causa Jurat, vel *ab* AS. Ead, Felicitas, & Wealdan, Imperare, q. d. qui feliciter Regnat, vel qui Felicitate suâ non impotenter sed modestè utitur.

Edelburg, *Edwini* Northumbrorum Regis uxor, *Ethelberti* Cantij Regis filia, *ab* AS. Eðel, Nobilis, Illustris, & Borg, Pignus.

Eden, in Com. *Westm. Ptolemæo Itunna* Fluvius.

Edenborough, Urbs *Scotorum Regia*, Scoto-Hibernis Dun Eaden (i. e.) Collis Eden, *Ptolemæo* Στρατόπεδον Πτερωτὸν, à C. Br. *Adain*, Ala (i. e.) Castrum Alatum, vel *ab Alis* Equitum, vel *ab Alis* seu Pteromatis Architectorum; qui sunt muri gemini ita in altitudinem surgentes ut Alarum speciem præ se ferant.

Edenburg Frith, *Ptolemæo Boderia*, *Tacito Bodotria*, à Profunditate inquit *Camden*, ac si deflexum esset à Teut. Boden, Fundum; sed nomen quod *Ptolomæi* sæculo invaluit non potuit esse Germ. originis, cum Saxonum tempora longo intervallo præcesserit, nisi Boden, vel similis aliqua vox etiam in C. Br. lingua inveniatur, quod nondum mihi constat, ideóque Ἐπίχω.

Edenburg Castle, C. Br. *Castel Myned Agned* (i. e.) Castrum puellarum seu Virginum.

Edgington, in Com. *Suss.* olim Portus *Adurni*, q. d. Adurn Town, fort. *ab Adurno* quodam Conditore.

Edgecomb, Nomen Gent. *ab* Edge, Acies, & AS. Comb, Comp, Vallis Collibus obsita, q. d. Vallis in Acumen protensa, *v.* Edge & Comb, in Et. Gen.

Edinton, & Edindon, in Com. *Wilts.* AS. Eaðandune, prælio & victoriâ *Alfredi* Regis contra Danos insignis, fort. *ab* AS. Eaðe, Facilis, & Dun, Collis, q. d. colles ascensu faciles (i. e.) leniter assurgentes.

Edith, *Edwardi* Confessoris Uxor, *ab* AS. Ead,

Ead, Felicitas & ỳðian, Redundare, q. d. Felicitate affluens, respondent ferè Gr. *Eutychia* & *Macaria*.

Edmonton, in Com. *Middl.* AS. Aeðelinton (i. e.) Urbs seu Oppidum gentis nobilis, *ab* AS. Æðel, Teut. **Edel**, Nobilis, AS. Æðeling, Princeps, regni hæres, Princeps juventutis, Lat. Barb. *Clito*, nisi simpliciùs & fortasse veriùs deflecti posset ab *Edmundo* East-Anglorum Rege & Martyre, q. d. *Edmundopolis*

Edmund, Prænomen Sancti illius East-Anglorum Regis & Martyris à Danis Ethnicis crudeliter occisi. *Cambden* deflectit *ab* AS. Ead, Felicitas, & Mund, Pax, q. d. Pax Beata, Pace Felix, resp. Gr. *Irenæus*.

Edmundsbury, in Com. *Suff.* Urbs amæna, contractim **Bury**, Fanum *Edmundi*, olim, secundùm *Camdenum*, AS. Bedericzueorð, mallem Bedericzworð (i. e.) Villa *Bederici*, Gueorð enim seu Worð Villam signat, à Sancto *Edmundo* East-Anglorum Rege, qui hîc à Danis Martyrium passus est.

Edric, *Canij* Rex *ab* AS. Ead, Felicitas, & Ric, Dives, q. d. Felix & Dives, vel Felicitatis Dives (i. e.) omnino Felix. Alludit Gr. *Eudæmon*, *Macarius*, Lat. *Fortunatus*, *Felix*.

Edward, Prænomen, *ab* AS. Ead, Felicitas, & Weard, Custos, q. d. Felicitatis Custos, vel Felix Custos, *Verstegan* cum nomine Edgar confundit.

Edwy, Anglo-Saxonum Rex, *ab* AS. Ead, Felicitas, & Wỳ, Sacer, hoc à Teut. **Weihen**, Consecrare.

Egbert, primus Anglorum Monarcha; vel, secundùm *Camdenum*, rectiùs **Ecbert**, *ab* AS. Ece, Æternus, & Beorht, Splendidus, q. d. Semper Fulgens. *Verstegan* dicit olim scriptum fuisse **Eahberyht**, *ab* AS. Ehtt, Æquitas, & Behtt, Persuasus, Præparatus, Propensus, Inclinatus, q. d. Æquitati addictus, priori sensu resp. Lat. *Fulgentius*, Gr. *Photius*, *Photinus*, posteriori Lat. *Candidus*, Gr. *Cosmius*.

Egerton, Nomen Pagi, & inde Gentilitium, fort. *ab* AS. Egor, Acer, Ferox, Crudelis, & **Town**, quod *v.* in Et Gen.

Egicha, Visi-Gothorum Hispanorum Rex, nescio an *ab* AS. Egesa, Horror, Terror (i. e.) Hostium Terror. *Anno* 687.

Egric, East-Anglorum Rex, *ab* AS. Ece, Semper, & Ric, Regnum (i. e.) cujus Regnum est Perpetuum, vel *ab* eodem Ece, & Ric, Dives, q. d. Semper Dives.

Egthrid, Nordanhumbrorum Rex, *ab* AS. Ece, Semper, & Frið, Fridhe, Pax, (i. e.) qui perpetuâ Pace fruitur, perpetuam Pacem tuetur.

Egwin, *ab* AS. Ece, Dolor, vel Ege, Timor, & Winnan, Vincere, qui sc. Dolorem vel Timorem forti animo vincit, vel *ab* Ece, Æternus, Semper, vel *ab* Ecge, Mucro, Acies, qui sc. Semper vel Acie vincit.

Einsham, in Com. *Oxon.* AS. Eigeham, fort. *ab* AS. Eig, vel Ig, Insula, quia paludibus instar Insulæ cincta est.

Eldred, idem quod **Aldred**, quod *v.*

Eleneg, Prænomen Mul. *Camden* corr. putat *à* Lat. & Gr. *Helena*. Potest & non incommodè deflecti, *ab* AS. Æl Eahep (i. e.) tota Fæcunda, sc. *ab* Æl, Omnis, & Omnino, & verbo Eanian, Eniti, *a* **Teeming Woman**.

Elenborough, in Com. *Cumb.* Veterum *Olenacum*, olim statio Militum, *ab* **Elen**, fluvio, & **Borough**, quod *v.* in Et. Gen.

Elfled, Prænomen nobilis Heroinæ è Regio Anglo-Saxonum sanguine ortæ, *ab* AS. Eal, Omnis, & Fleðe, Tumidus, q. d. prorsus Tumida.

Elgiva, nomen filiæ *Richardi* primi Normanniæ Ducis, quod cum **Emma** confundit *Rogerus Hoveden*, *ab* AS. Helpe, Auxilium, & Giban, Dare.

Ella, South-Saxonum Rex primus, *ab* AS. Ellen, Vis, Vigor, Robur, Virtus, resp. Gr, *Bias*, *Bion*.

Ellis, olim Prænomen, nunc Cognomen, secundùm *Camdenum* corruptum *ab* Hebr. *Elias*,

Elm, in Com. *Cornub.* nobis **Elbow**, Ulna, fort. *à* figura sic dicta, ut *Ancona* Italiæ, *ab* Ἀγκὼν, Ulna.

Elmelin, in Com. *Caern.* *ab* Ulmis, *Ptolemæo Loventium*: Dimetarum Ulmi enim C. Br. *Lwiffen* dicuntur.

Elmer, olim Prænomen nunc Cognomen, contr. *ab* AS. Æðelmære, vel Teut. **Adelmer**, si AS. sit originis, *ab* Æðel, Nobilis, & Mære, Clarus, Celebris, sin autem Teut. stirpis sit, *ab* **Adel**, Nobilitas, & **Mehren**, Augmentare, resp. Lat. *Honorius*, Gr. *Eugenius*, *Lampridius*.

Elmham, in Com. *Norf.* olim sedes Episcopalis, *ab* *Ulmis* sic dicta, *v.* **Ham** in Et. Gen.

Ely, in Com. *Cantabr. Lelando Anguillaria*, Insula Amnica, AS. Elig, Ea, Eligæ, fort. *ab* Eales, Anguillis, ut *Beda* autumat, vel ut alii volunt *ab* Ἦλος, Palus,

lus, vel *à* C Br. *Helig*, Salix : Salicibus enim, ut omnino ferè loca paluſtria, abundat.

Emboen, Eaſt-Friſiæ Metropolis, ab *Amiſia* fluvio, ad quem ſita eſt Germ. Ems, & AS. Den, Vallis, Cubile, priſcorum Caucorum minorum, ſi *Adr. Junio* fides ſit, ſedes.

Emeric, Prænomen, q. d. **Immeric** (i. e.) Semper Dives, *à* Teut. **Immer**, Semper, & Ric, Dives.

Emme, Prænomen Matris *Sancti Edwardi* Confeſſoris, ſecundum nonnullos corruptum *à* Fr. G. *Amie*, Amica, ſeu Amata : ſecundum alios, & hoc veriſimiliùs, *à* Teut. **Amme**, **Säug-Amme**, Nutrix, reſp. Gr. *Entrophime*.

Emſon, Nomen Gent. (i. e.) *Emme* filius.

Enchuyſen, *Batavia* Urbs, & Portus nobilis. *Adr. Jun.* dictum putat q. **Enckelhuyſen**, quod exponit Domus principio raras, deinde frequentiores ; ſed vox **Enckel** eo ſenſu nuſquam occurrit : mallem igitur formare *à* Belg. **Enckel**, Simplex, q. d. Domus Simplices (i. e.) Rudes, vel *ab* **Enckel**, Malleolus, ab aliqua fort. Malleoli ſimilitudine.

Engelbert, Prænomen, vel *ab* AS. Engel, Angelus, & Beohꝛ, Clarus, Lucidus, Splendidus ; vel ſecundùm *Verſteg.* *ab* Engel, & Beꝛhꝛ, Teut. **Bericht**, q. d. ab Angelo Edoctus, vel Monitus, ſeu Conſilio inſtructus.

England, Anglia, Fr. G. *Angleterre*, It. *Inghilterra*, Hiſp. *Inglatierra*, non *ab* AS. Enge, Belg. **Enghe**, Anguſtia, Anguſtus : nec *à* Belg. & AS. Angel, Hangel, Hengel, Hamus, Arundo, quòd ſc. piſcando ſe olim aluerunt : nedum a fictitio illo Angulo filio *Humbli* ; ſed à populo etiam *Tacito Anglis* dicto, primitivâ enim noſtrâ linguâ Angli **Engle** appellati ſunt.

Enion, Prænomen C. Br. ſunt qui corr. putant *à* Lat. & Gr. *Æneas* ; mallem deflectere *à* C. Br. *Union*, *Uniawn*, Juſtus, Rectus.

Ent, Nomen Gent. Medico celeberrimo, & omni eruditionis genere cumulatiſſimo nobilitatum, *à* Teut. **Ente**, Anas, hoc *à* Lat. *Anate*, vel *ab* AS. Enꝛ, Gigas ; hoc fort. *ab* Herculis *Antæo*, vel denique uti videtur Doct. *Th. H.* *à* Fr. G. *Ente*, inſitum vel ſurculus.

Eowes, Subulcus quidam, & ſanè eſt nomen revera Paſtoritium, ſed Ovium, *ab* AS. Eope, Ovis femella, *an* Ew (i. e.) Ovium Cuſtos. *Anno* 708.

Erchenbald, ſeu **Erchenwald**, Epiſcopus *Lond. Offæ* Regis Oſtro-Anglorum filius, Scotis **Archebald**, ſecundùm *Camdenum*, q. d. Audax Obſervator, credo *à* Teut. **Erkennen**, Cognoſcere, & Bald, Audax. *Verſtegan.* cenſet rectiùs **Carcontwald** ſcribi, & exponit Audax Honoris Vindex, ſeu Suſtentator ; tanquam deflexum eſſet *à* Teut. Ehꝛ, AS. Ape, Honor, Teut. **Kuhn**, AS. Con, Coon, Belg. **Koen**, Audax, & AS. Wealdan, Imperare. Poſſet etiam ex ſecunda *Camdeni* conjectura derivari *à* Teut. **Erkennen** & **Bald**, Citò, q. d. Docilis & Perſpicax.

Erchenwin, Eaſt-Saxonum Rex primus, *ab* AS. Ape, ſeu Epe, Honor, Con, Audax, Fortis, & Winnan, Acquirere (i. e.) qui Honorem Fortitudine acquirit.

Ercombert, *Cantii* Rex, *ab* AS. Ape, Epe, Honor, Con, Audax, Fortis, & Beoꝛht, Clarus, q. d. Fortitudine Clarus & Honoratus.

Eric, Prænomen Danis frequens, *ab* AS. Ape, Teut. Ehꝛ, Belg. Eere, Honor, & AS. Ric, Teut. **Reich**, Dives, reſp. Lat. *Honorius*, Gr. *Timeus*, ſunt qui contractum putant *ab* **Henric**, *v.* **Henry** ſuo loco.

Erigena, *John Scotus* (i. e.) Hiberniâ, quæ incolis **Erin** dicitur, oriundus, *v.* **Ireland**.

Ermanaricus, Gothorum Rex, *Adr. Jun.* dictum putat vel quaſi **Erm**, vel **Arm**, and **Ric** (i. e.) Inops & Opulentus, ſc. bellis exhauſtus vel potiùs q. d. **Hermanric** (i. e.) Militibus affluens, Militum Dives ; **Herman**, enim Militem ſignat, *ab* Hepe, Exercitus, & Man.

Erminfrid, *ab* AS. Earme, pl. Earman, Teut. **Arm**, Pl. **Armen**, Pauper, Pauperes, & AS. Fꝛiꝺ, Teut. **Frieꝺ**, Pax q. d. Pauperum Perfugium, Aſylum & Securitas.

Ermingſtreet, una ex quatuor viis antiquis Conſularibus Angliæ, vel *ab* AS. Earme, Pauper, Pauperes enim vias publicas ſtipis corrogandæ ergò ſolent obſidere, vel quaſi **Hermanſtreet**, (i. e.) Via Militum *ab* AS. Hepe, Exercitus, Man & Street, quæ *v.* in Er. Gen.

Ernſtus, ſatis vulgare apud Germanos Prænomen, *ab* AS. Eoꝛneſt, Teut. **Ernſt**, Serius, Auſterus, Vehemens, reſp. Lat. *Severus*, Gr. *Sophronius*

Erwigius, Viſi-Gothorum Hiſpanorum Rex, fort. *à* Teut. Ehꝛ, AS. Ape, Honor & AS. Wic, Belg. **Wiic**, Propugnaculum, Munimentum (i. e.) Honoris Conſervator. *Anno* 631.

Eſham,

Esham, in Com. *Wigorn.* olim **Eovesham**, ut Monachi scribunt, *à* quodam **Eoves** *Egwini* Vigornienlis Episcopi Subulco, priùs **Eathbome**, seu **Heathfield** dicta.

Eskdale, in Scot. cujus incolæ olim *Horesti* seu *Horesci*, C. Br. *Ar Esk*, (i. e.) juxta fluvium *Escam*.

Eller, AS. Eart-Seaxa, & Eart-Jexrcipe (i. e.) *East-Saxonum* Regio.

Eslwulph, Nordanhumbrorum Rex, potiùs **Esnewulph**, *ab* AS. Erne, Vir, & Ulph, Auxilium (i. e.) qui Auxiliatur viris, vel Viriliter Auxiliatur.

Ethelard, Archiepiscopus *Cantuar.* interdum **Adelard**, *ab* AS. Æbel, Teut. **Edel**, Nobilis, & Belg. **Aerd**, Natura, Indoles. *Anno* 799.

Ethelbald, Prænomen *ab* AS. Æbel, Nobilis, & Bald, Audax.

Ethelbert, Prænomen; vel, secundùm *Camdenum*, *ab* AS. Æbel, Nobilis & Beorht, Clarus, Splendidus; vel, secundùm *Versteg.* *ab* eodem Æbel, & Beprht, Consilio instructus, *v.* **Adelbert**.

Ethelbild, *ab* AS. Æbel, Nobilis, & Bilð, Teut. **Bild**, Imago (i. e.) Formâ & Staturâ liberali & generosâ præditus.

Ethelred, seu potiùs secundùm *Camden.* **Ethelred**, *ab* AS. Æbel, Nobilis & Rede, Rade, Consilium, ut Gr. *Eubulus*, *Cleobulus*, *Aristobulus*: sin verò **Ethelred** scribi malis, *ab* eodem Æbel, & Dred, Timor, q. d. Nobilium Terror.

Ethelfrid, *ab* AS. Æbel, Nobilis, & Frið, seu Frede, Pax.

Ethelgund, Prænomen Mul. *v.* **Alsgund**.

Ethelred, Prænomen *v.* **Ethelred** suprà.

Ethelric, Nordanhumbrorum Rex, *ab* AS. Æbel, Nobilis, & Ric, Regnum, & Dives, q. d. qui Nobilitati imperat, vel qui generosè Regnat, vel qui Nobilitate Dives est (i. e.) Valdè Nobilis.

Ethelstan, seu **Athelstan**, Anglo-Saxonum Rex fortissimus, Danorum Malleus, *ab* AS. Æbel, Nobilis, & Stan, Lapis, q. d. Lapis Pretiosus, Gemma, vel *ab* Æbelrta, Æbelrtan, Nobilissimus, gradu sc. superlat. dicti nom. Æbel.

Ethelward, Prænomen nunc contr. **Elward**, *ab* AS. Æbel, Nobilis, & Warð, Custos, q. d. Nobilis Custos seu Nobilium Custos & Conservator.

Ethelwin, *ab* AS. Æbel, Nobilis, & Winnan, Acquirere, q. d. qui conciliat & demeretur Nobiles.

Ethelwold, seu **Edelwald**, Episcopus *Winton.* Cœnobii *Abbindon.* Conditor, *ab* AS. Æbel, Nobilis, & Wealdan, Regere, q. d. Nobilis Rector, vel Nobilium Rector.

Ethelwolph, Anglo-Saxonum Rex secundus, *ab* AS. Æbel, Nobilis, & Ulph, Auxilium, q. d. Nobilis Auxiliator, vel Nobilium Auxiliator.

Evan, Prænomen C. Br. contr. & corr. *à* Lat. *Johannes*, ferè eodem modo quo Hisp. *Ivan*.

Evellmouth, in Com. *Som. Ptolem. Uzella* æstuarium, *ab Ivello* fluvio.

Everard, Prænomen, secundùm *Gesner.* exp. Celebris, in honore habitus, *à* nostro **Ever**, & AS. Ape, Honor, q. d. Semper Honoratus, respondet Gr. *Eudoxus*. *Camdeno* exp. Eximia Indoles, seu Ingenium, credo *ab* AS. & Belg. **Ofer**, Super, & **Aerd**, Indoles, Ingenium; Natura, Posset & non absurdè deflecti *à* Teut. **Eber**, AS. Eofor, Aper, & Ward, Custos, *v.* **Bernard**.

Eurit, Visi-Gothorum Rex, fort. *ab* AS. Eafora, Proles, vel Efne, Semper, & Ric, Dives, q. d. Semper vel Prole Dives, Ευνικης.

Eusdale, in Scot. *ab Euso* fluvio, in quo olim *Ptolemæi Uzellum* erat situm.

Eustow, in Com. *Bedf.* olim **Helenstow**, Cœnobium Monialium Divæ *Helenæ* Augustæ *Constantini* magni Matri dicatum.

Eutharicus, *Adr. Junius* deflectit vel *à* Germ. **Euther**, seu **Uther**, nobis **Uter**, (i. e.) Extra, vel ad Extremum, & **Reich**, Dives, q. d. summè Dives, vel *à* Belg. **Euder**, Teut. **Euter**, Uber, q. d. Uberum seu Vaccarum lactantium Dives.

Ewelin, seu **Newelin**, in Com. *Oxon. ab Ulmis*, Villa gentis nobilis.

Ex, in Com. *Dev.* Lat. *Isca* fluvius, vel *ab* Arundinibus C. Br. *Hesk*, vel *à* Sambucis C. Br. *Iscaw*, hinc & Ex more locus Sterilis quem **Ex** alluit.

Exceter, in Com. *Dev.* Urbs celebris Episcopalis, *Ptolemæo Isca*, *Antonino Isca Dumnoniorum*, A. S. Exanceaster, & Monketon, à Monachis, C. Br. *Caer-Isk*, *ab Isca* fluvio quo alluitur.

Exmouth, seu **Cranmouth**, in Com. *Dev.* Pagus Piscatorius ad ostium *Iscæ* fluvii.

F.

Fairfax, Nomen Gent. in Com. *Ebor.* (i. e.) Pulcher Crinis, *ab* AS. Fæꝛ, Pulcher, & Feax, Crinis, Coma, Cæſaries, reſp. Gr. *Callicomus*. Datur & Fr. Th. **Fabe**, **Mabs**, Coma, Cæſaries, quod *Junius* invito Mercurio, *à* Gr. φερὰν detorquet.

the **Fair** *fore land*, in *Hib. Ptolemæo Robogdium* promontorium, *à Robogdiis* populis, fort. ſic dictum à ſitûs Amœnitate.

Fane, Nomen Gen. illuſtre, *à* C. Br. **Fane**, Macer, **Slender**, vel *ab* AS. Fana, Vexillum.

Faramund ſeu **Pharamund**, *Verſtegan* deflectit à noſtro **Fair**, Pulcher, & Teut. **Mund**, Os, ut nos dicimus *a Fair tongue*, veriſimiliùs *Kilianus à* Belg. **Waer**, Verus, & eodem **Mund**, Os, q. d. Verax.

Farnham in Com. *Surr.* AS. Feopnham, à Filice quâ abundat, quæ AS. Feapn & Feopn dicitur.

Fastrada, *Caroli* magni Uxor, *Junio* exp. Certa Conſilii, Conſilio Conſtans, *à* noſtro **Fast**, Belg. **Vast**, Teut. **Fest**, Firmus, Conſtans, & Belg. **Raed**, Teut. **Rath**, AS. Rabe, Ræb, Conſilium.

Faymouth ſeu **Falmouth**, in Com. *Cornub.* Portus, *à* fluvio *Fala* quæ ibi in mare ſe exonerat, cui vicina olim floruit urbs *Volnba*.

Fell, Nomen. Gent. *Camdeno* exp. Collis Aſper, Petroſus, & Sterilis, fort. *à* Teut. **Felſz**, Scopulus, Petra.

Ferdinando, Prænomen, ut *Camdenus* autumat corruptum & emollitum, *à* nom. **Bertrand**, quod *vide*. Mallem deflectere *à* Teut. **Pferdt**, Belg. **Peerd**, Equus, & **Dienend**, Serviens, part. verbi **Dienen**, Servire, q. d. qui Equo ſervit (i. e.) meretur, reſpondet Gr. *Hippomachus*.

Ferrers, Nomen Gent. exp. *de Ferrariis*, à Fr. G. ant *Ferrier*, It. *Ferraro*, *Ferraio*, Faber, qui ſoleas Equinas, Fr. G. *Fers* dictas, cudit, *a* **Farrier**.

Fienes, Nomen Gent. illuſtre. Gens autem hæc orta eſt *ab Ingelramo Fienes* marito *Sibyllæ* hæredis *Faramuſi* Bononienſis, cui *Gulielmus Bononienſis* filius Regis *Stephani* **Mattock** oppidum dedit; fortean ab oppido aliquo in Gallia *Fienes* dicto.

Fifneis, in *Scot.* (i. e.) Promontorium *Fifæ*, *ab* AS. Neꝛe, Næꝛe, Promontorium, & Fiꝛe Provincia.

Fingall, in *Hib.* Regio (i. e.) Hibernicè Alienigenarum ſeu Advenarum Natio; Hiberni enim Anglos **Gall** (i. e.) Exteros, & **Saillones** (i. e.) Saxones vocant.

Finland, Lat. Barb. *Finxonia*, q. d. **Feinland** (i. e.) Pulchra Regio, *vide* **Fine** in Et. Gen. & *Scandia* ſuo loco.

Fishgard, in Com. *Pembr.* q. d. Cuſtodia Piſcium, à Piſcatione copioſa ſic dicta, C. Br. *Aber Gwain* (i. e.) Oſtium fluminis *Gwain*, v. **Gard** & **Ward** in Et. Gen.

Fitz-County, Nomen Gent. (i. e.) Filius Comitis.

Fitz-Pain, Nomen Gent. *Norm.* (i. e.) Pagani filius, *à* Fr. G. *Fils* olim *Filz*, Filius, & *Payen*, Paganus, Ethnicus.

Flamborough *head*, in Com. *Ebor.* AS. Fleambuꝛg, vel *à* Flam, Flamma, & ſanè nautæ Cometæ figuram appingunt, vel *à* **Flemsburg** in Dania ſeu Cherſoneſo Cimbrica, in cujus memoriam Majores noſtri hunc eodem nomine extruxerunt, ut Galli Senones Mediolanum Italicum ad memoriam Mediolani Gallici.

Flatbury, in Com. *Wigorn.* AS. Fleoban-bỳꝛig, fort. *ab* AS. Fleoing, Fluxus Inundatio, & Bỳꝛig, Urbs.

Fleambike, in Com. *Cant.* (i. e.) Fugæ Foſſa, *ab* AS. Flean, Fugere, Fleam, Fuga, fort. à nobili aliqua clade ibi commiſſa.

Fleet, in Civitate *Lond.* Fluvius olim navigabilis, nunc Sentina, v. **Flood** in Et. Gen.

Flemming, Fr. G. *Flamend*, *Flander*, Nervius, fort. *ab* AS. Flỳming, Flỳma, Profugus, Exul; quia, ut ex hiſtoriis conſtat, ſæpe ob maris inundationes ſedes mutare, & in vicinas regiones migrare coacti ſunt.

Flint castle & **Flint**, fort. *à* Silicibus quibus abundat, quæ etiam toti provinciæ nomen dederunt; eſt enim valdè aſpera & montoſa regio.

Flixton, in Com. *Suff.* q. d. **Fœlixton**, *à Fœlice* Burgundo; qui East-Anglos à fide deficientes reduxit & confirmavit.

Floocard, Prænomen, *ab* AS. Floo, Fluvius, & Waꝛd, Cuſtos, q. d. Cuſtos fluvii?

Floter Flud, Nom. Gent. *à* C. Br. *Lhuid*, Ruſus, ut Lat. *Rufus*, *Rufinus*, Gr. *Pyrrhus*.

Flushing, Urbs & Portus *Zelandiæ* commerciis frequens & inexpugnabilis, Belg. **Flissingen**, nescio an *à* Belg. **Fluysen**, Fluere cum impetu: quia hæc Urbs, ut & tota *Zelandia*, perpetuò à maris fluctibus, non sine summa incolarum industria, prohibitis oppugnatur.

Folshaw, Pagus, *ab* ant. **Foll** vel **Full**, Plenus, & **Shaw**, Nemus seu locus Umbrosus, q. d. Nemus Plenum (i. e.) arboribus densum.

the **Foreland** *of Kent*, *Ptolemæo* Promontorium *Cantium*.

the **Forest of Dean**, in Com. *Gloc.* vel *à Danis* aliqui enim veteres Scriptores Danicam Sylvam appellant, Anglosaxones enim *Danos* Dene appellârunt, vel à vet. Britannico & Gallico **Arden**, Saltus, unde *Ardenna* seu *Arduenna* Germaniæ nomen tulit, hinc ortum est AS. Den, Locus Incultus, Asper, Sylvosus.

the **Forest of Galters**, in Com. *Ebor.* Lat. *Colaterium* Nemus.

Forneis & **Foreland**, in Com. *Lanc.* (i. e.) Promontorium anterius, *ab* AS. Nere, Nære, Promontorium, & **Fore** quod *vide*.

Forster, Nomen Gent. contr. à **Forester**, resp. Lat. *Sylvanus*, *Sylvester*.

Fortescue, Nomen Gent. contr. **Forscue**, à Fr. G. *Fortescu* (i. e.) Forte Scutum, seu de Forti Scuto.

Saint **Fosters**, Nomen Gent. exp. de *Sancto Vedasto*.

Foster, v. **Forster** suprà.

Folway, una ni fallor ex quatuor viis Consularibus, sic dicta, quia juxta Fossam Romanam transiit; Fossa autem illa cum Aggere à Romanis, postquam dimidium tantùm Angliæ subjugâssent, ad arcendos Britannos facta est.

Fouigiers, Nomen Gent. *à* Fr. G. *Fougiere*, *Feuchiere*, Felix, q. d. de Filice, vel Filiceto; *Feuchiere* autem & *Fougiere* credo corrupta *à Filicaria*.

Foulk vel **Fulk**, Prænomen, sunt qui deflectunt *à* Germ. **Volly**, Generosus, quæ vox mihi nusquam occurrit. *Camden* verisimiliùs *ab* AS. Folc, Plebs, Vulgus, sic ut respondeat Lat. *Publius*, Gr. *Damon*, *Demophilus*. Possem & deducere *ab* AS. Folzian, Teut. **Folgen**, Sequi, q. d. Assecla, Sectator.

Foulnels, in Com. *Ess.* Promontorium Avium, *à* nostro **Fowl**, & AS. Nere, Nære, Promontorium.

Foy seu **Fowey**, in Com. *Cornub.* *à* fluvio **Fawey**, qui ibi subit mare, hoc nescio an *à* C. Br. **Faw**, Honor, Decus, q. d. Fluvius Celebris.

Francis, Prænomen, vel q. d. AS. Francisc (i. e.) Francicus, vel *à* Fr. G. *Franc*, Liber, & tum respondet Lat. *Liberius*, Gr. *Eleutherius*.

Frandingham, nescio an *ab* AS. & Teut. Fremd, pl. Fremden, Exterus, Exteri, & Dam, Pagus, fort. sic dictus, quia Dani Alienigenæ ipsum insederunt.

Frankfurt, quo nomine appellantur inclytæ duæ *Germaniæ* urbes, altera ad *Mœnum*, altera ad *Viadrum* fluvios sita, q. d. Vadum Francorum, *vide* **Franks** vel **French** infrà, & **Ford** in Et. Gen.

Franklin, Nomen Gent. *à* nom. **Frank**, quod *vide* in Et. Gen. & **ling** seu **lin**, term. dim. q. d. Libertus, vel *à* Fr. G. *Francolin*, Avis quæ nobis *a* **Gonwit** exponitur.

Franks *or* **French**, inclyta olim inter *Germanos* gens, tandem *Galliæ* Victrix, *Adr. Junius* cum *Frisiis* confundit, & utrosque à Libertate sic appellatos putat, *vide* **Frank** & **Free** in Et. Gen. Secundùm eundem *Junium* dicti sunt *Franci*, quasi **Fryoncy** (i. e.) liberi à Tributo, vel Censu. Sed ei istud quod pro **Zinss** ponit *Junius* est manifestè Lat. originis *à* Lat. *Census*, & ei est tantùm terminatio pluralis; prius igitur Etymon longè præfero.

Fraomar, priscum Prænomen *Germ. Adr. Jun.* exponit **Frey Meyer** (i. e.) Liber Præfectus, ut nunc Liber Baro, v. **Free** & **Mayor** in Et. Gen.

Fres, *ab* AS. Frea, Dominus, Herus, *vide* **Friga** infrà, & **Friday** in Et. Gen.

Fredegund, Prænomen Mul. sceleratissimâ illâ *Franciæ* Reginâ publicæ pacis perturbatrice contaminatum, *ab* AS. Frebe, Teut. **Friede**, Belg. **Vrede**, Pax, & Teut. **Gunnen**, Favere, q. d. Pacis Fautrix.

Fredeswid, Prænomen Sanctæ cujusdam cui olim ædis *Christi Oxoniensis* urbis jam Ecclesia Cathedralis sacra fuit, fort. *ab* AS. Frib, Pax, & Teut. **Weihen**, Belg. **Wihen**, Sacrare, Dedicare, q. d. Paci Consecrata.

Freedstoll, in Com. *Ebor.* quod alio nomine **Frithsten** & **Frithstow** appellatur, Asylum, *ab* AS. Frib, Pax, & Stole, Sedes, q. d. Pacis Sedes, ubi sc. miseris reis Securitas, & Immunitas à supplicio conceditur, Sanctuarium.

Freezland, *Belgii* provincia, Belg. Vriesen, & Westvriesen (i. e.) Frisia & Frisia Occidentalis, ad discrimen alterius Frisiæ orientalis in Germania sitæ. *Adr. Junius Frisios* veteres cum *Francis* confundit, & utrisque *à* Libertate nomen tribuit, v. **Free** & **Frank** in Et. Gen.

Fremund, *ab* AS. Freo, Liber, & Mund, Pax, nomen Offæ Merciorum Regis filii.

Frery, fort. *ab* AS. Freah, Freoh, Teut. **Frey**, Liber, & AS. Ric, Teut. **Reich**, Dives, q. d. Libertate Dives (i. e.) Valdè Liber, & tum resp. Lat. *Liberius*, Gr. *Eleutherius*, vel *ab* AS. Frea, Dominus, &, vel eodem Ric, Dives, vel Ric, Regnum, q. d. Dominus Dives, vel Regni Dominator.

Freshmerth, Nomen Gent. (i. e.) **Fresh marth**, locus Palustris dulcibus aquis irrigatus.

Fridigast, Germanorum Deus, *à* Teut. **Friede**, AS. Freoe, Friδ, Pax, et, vel Teut. **Gast**, Hospes, vel AS. Gast, Spiritus, Dæmon, vel q. d. Hospes Pacificus, vel Dæmon seu Spiritus Pacis Conservator.

Friuigernus, Gothorum Rex, *Junio* exp. Proclivis in Pacem, *à* **Friede**, Pax, & **Gern**, Libenter, vel **Geren** pro **Begeren**, Desiderare; **Geren** autem *à Quærendo* ortum ducere videtur.

Friestan, *ab* AS. Freoe, Friδ, Teut. **Frien**, Pax, & AS. Stan, Lapis, q. d. Lapis perfugii.

Friga, priscorum *Germanorum* Dea quæ Romanorum *Veneri* respondet, fort. *ab* AS. Frig Liber, & sanè nihil Venere liberius est, nihil magis indomitum, *vide* **Friday** in Et. Gen. ubi verius Etymon ex *Fr. Junio* invenies, *vide* & **Frea** suprà.

Friling, apud ant. Saxones Germanos Liberum, seu Ingenuum notavit proculdubiò, *à* Teut. **Frey**, Liber, v. **Ayhling**.

Frith, Dialecto Anglica Septentr. & Scoticâ pro *Freto* in terminationibus multorum nominum usurpatur, & proculdubiò à Lat. *Fretum* ortum duxit.

Frithwold, *Surreiæ* Princeps Monasterii *Chertseiensis* Conditor, *ab* AS. Friδ, Pax, & Wealdan, Imperare, q. d. Pacificus Rex seu Imperator.

Frodoard, *ab* AS. Frode, Frod, Fessus, Fractus, Afflictus, & Ward, Custos, q. d. Afflictorum Patronus & Protector.

Frompton, in Com. *Dors. à Forma* fluvio, q. d. *Fromapolis*.

Frumarius, *Suevorum Hispanorum* Rex; *à* Teut. **Fromm**, & ejus gradu **Frommer**, Probus, vel *ab* eodem **From**, & **Meyer**, Prætor, Præfectus. *Anno* 461.

Fulbert, Prænomen, *ab* AS. Full, Plenus, & Beorht, Clarus, Splendidus, q. d. prorsùs Clarus, vel Splendore plenus, respondet Lat. *Lucius*, Gr. *Photius*, *Photinus*.

Fulham, in Com. *Middl.* AS. Fullonham (i. e.) Volucrum Pagus, *ab* AS. Fugel, Avis, & Ham, Pagus, nunc villâ Episcopi *Lond.* nobilis, v. **Fowl** & **Ham** in Et. Gen.

G.

Gaina, Arianus Dux in Ecclesiastica historia nimis notus credo, *ab* AS. Wægen, Teut. **Wagen**, Currus, Plaustrum, vel *ab* alt. Teut. **Wagen**, Periclitari.

Gainsborough, in Com. *Linc.* oppidum; AS. Genes-burh, vel fort. antiquiùs Genesp-burh, *ab* AS. Genes, Perfugium, Asylum, & Burh, Oppidum, q. d. Oppidum perfugii, Asylum.

Gallard, Nomen Gent. *à* Fr. G. *Gaillard*, It. *Gagliardo*, Fortis, Robustus, *vide* **Gallant** in Et. Gen.

Galloway, in *Scot.* Urbs Episcopalis, *ab Hibernis* qui suâ linguâ **Gael** dicuntur. Accolæ hujus urbis Lat. *Novantes* dicti sunt.

Gam, Nomen Gent. *à* C. Br. *Gam*, Gibbosus, hoc *à* Lat. *Camurus*, Gr. Καμπύλος.

Gambrivii, priscus *Germaniæ* populus, ubi nunc Hamburgum situm est, *à* Germ. **Gans**, Totus, Omninò, & **Brauwe**, Frons, q. d. Totus Frons (i. e.) Elato & Amplo Fronte præditus, Fronto, à latitudine Frontium, quibus hæc gens insignis erat, quod est Generosæ indolis signum Physiognomonicum.

Garagantua, nomen fabulosi illius Gigantis pueris notissimum, *ab* Hisp. *Garganta*, Gurgulio, q. d. magnus Gluto, Gurges seu Helluo.

Garctas, Prænomen *Hispanis* satis frequens, fort. *ab* Hisp. *Jarcias*, *Xarcias*, Funes, Instrumenta seu Armamenta navis.

Garibaldus, Longobardorum Italorum Rex, *à* Teut. **Gar**, Omninò, & Bald, Audax, Fortis, q. d. Omninò vel Valdè Fortis.

Garnet, Nomen Gent. pro **Garner**, Granarium, quod v. in Et. Gen. vel si mavis à *Granato*, Gemma.

Garret, Prænomen, corruptum *à* **Gerard**, quod *vide* infrà.

Gateshead, in Ep. *Dunelm.* navium Statio, AS. Gatesheped vel heued (i. e.) Capræ Caput, q. d. **Gotes-head**, C. Br. *Gabrosentum*, *à Gaffr*, Caper, & *Heu* pro *Pen*, Caput, ut *Brundusium* linguâ Messapiorum à Cervi Capite nomen habet, fort. à Diversorio aliquo cui capræ Intersignium erat, ut *Gallus Gallinaceus Africæ*, *tres Sorores Hispaniæ*, *Pyrum Italiæ* apud *Antoninum*.

Gausenna, in Com. *Linc.* Urbs ant. cujus nominis reliquiæ sunt in **Guath** seu **Wath** fluvio, nunc **Bridge** Casterton.

Gawen, Prænomen fictitium, nisi corruptum sit *à* **Walwin** seu **Waldwin**, quod *vide* suo loco.

Gebericus, Gothorum Rex, *Adr. Junius* deflectit *à* Teut. **Geben**, Dare, Largiri, & Ric vel **Reich**, Dives, q. d. Munificus, respondent Gr. *Elentherius*, *Polydorus*.

Gebhard, *Junius* exponit Naturâ Liberalis, *à* Teut. **Geben**, Dare, & **Aerd**, Natura, respondent Gr. *Elentherius*, *Polydorus*.

Gedney, in Com. *Som.* pro **Godney**, AS. Dei Insula, *ab* AS. God, Deus, & Ea, Aqua, locus ad Aquam.

Geffrey, Prænomen, *Camdeno* exp. Pax læta, *à* Belg. **Gaw**, Lætus, & AS. Friδ, Fpede, Teut. **Friede**, Belg. **Vrede**, Pax, resp. Gr. *Irenæus*.

Gelt, in Com. *Cumb.* olim **Gelta**, flumen, nescio an *à* C. Br. *Gêl*, Hirudo Sanguisuga, fort. *à* magna Hirudinum copia quibus scatet.

Genatrud, *Dagoberti* Francorum Regis uxor, fort. *à* Teut. **Genad**, **Gnade**, **Gnad**, Gratia, Clementia, & **Reden** vel **Rathen**, Dicere, Consulere (i.e.) quæ Clementer loquitur, & Consulit, vel *ab* eodem **Genad**, & nostro **Truth** seu **True**, q. d. Mitis, Mansueta & Fidelis.

Gensalaricus, Visi-Gothorum Hispanorum Rex, *à* Teut. **Gans**, Omninò, **All**, Totus, & Ric, Dives, q. d. in Immensum Dives.

Gensericus, ille Romæ Expugnator, qui Regnum Vandalorum in Africa condidit, *à* Teut. **Gans**, Omninò, & **Reich**, AS. Ric, Dives, q. d. prorsus Dives.

Gerard, Prænomen secundùm *Gesnerum*, detortum *ab* **Eberard** quod vide, vel secundùm *Camdenum*, à Teut. **Gar**, Omninò, & Belg. **Aerd**, Natura, Indoles, q.d. optimâ Indole præditus, vel secundùm *Kilian.* *à* Teut. **Geyer**, Vultur, & **Aerd**, Ingenium, q. d. Ingenio Vulturino (i. e.) Rapaci præditus, hoc à verb. **Begeren**, Appetere, **Begierd**, **Beger**, Cupido, Libido.

German, quæ vox proculdubiò, ut pleraque omnia istorum populorum nomina, à Germanis ipsis ad Romanos, non contra, defluxit, *à* Teut. **Gar**, Omninò, & **Man**, q. d. prorsus Vir, Ἀνδρεῖος, v. **Alman**. *Junius* satis violenter deflectit *à* **Geert man**, *ab* Honorata sc. militia; **Geert** enim, vel **Ghe-eert**, Honoratum notat, *ab* **Eere**, Honor, **Eeren**, Honorare; pejùs detorquet à **Geeren** vel **Gaeren**, Colligere, Colligare, sed pessimè *à Theogarma Gomeri* filio.

Saint **Germans**, in Com. *Cornub.* (i. e.) Fanum Sancti *Germani* Episcopi Antisiodorensis Pelagianæ hæresis Extirpatoris.

Gernon, Nomen Gent. fort. *ab* AS. Geopn, Geopne, Studiosus, Sedulus, Diligens, ut Lat. *Sedulius*, Gr. *Philoponus*.

Gertrud, Prænomen Mul. *à* Teut. **Gar**, Omninò, & **True**, Verus, **Truth**, Veritas, q. d. Fidelis, Fidei tenax, v. **True** *and* **Truth** in Et. Gen.

Gervas, Prænomen, *à* Teut. **Gar**, Omninò, & **Vast**, Firmus, v. **Fast** in Et. Gen. respondet Lat. *Constans*, *Constantius*, *Constantinus*.

Gibbecliff, in Com. *Warw.* potiùs **Guycliff**, vel *à Guidone Warwicensi* heroe, qui post tot victorias tandem hîc Eremitam egit, vel *à Guidone Beauchamp* Comite *Warwicensi*.

Gibs & **Gibson**, contr. & corr. *à* **Gilbert**, ut & **Gibbons**, q. d. *Gilbertiades* seu *Gilberti* filius.

Giffard, Nomen Gent. exp. Liberalis, *ab* AS. Giran, Dare, Largiri, & Belg. **Aerd**, Natura (i. e.) ad Largiendum propriâ Indole propensus.

Gilbert, Prænomen, *ab* AS. Gealepe, Belg. **Ghecl**, Teut. **Gêl**, Flavus, vel Teut. **Gülden**, Aureus, & AS. Beophr, Clarus, Splendidus, quo sensu respondet Lat. *Rutilius*, *Rufus*, *Rufinus*, Gr. *Pyrrhus*. *Verstegan* dictum putat quasi **Gilberight**, erga Societatem propensus, *ab* AS. Gild, Collegium, Fraternitas, & Teut. **Berichten**, Instruere, vel *ab* ant. voce **Gild**, Liberalis, q. d. ad Libertatem pro-

propensus, sed utr. nimis coactum, & longè arcessitum videtur.

Giles, Prænomen mirificè detortum *à* Gr. *Ægidius*, nili malis deflectere *à* Lat. *Julius*; vel Gr. *Gelasius*; *Ægidius* autem vel *à* Gr. Αιγὶς, Pellis Caprina, vel etiam Scutum vel Lorica Palladis, fort. sic dicta, quòd veterum Scuta ex pellibus Caprinis conserta erant. *Julius* ab *Julo Ascanii* cognomine oritur, hoc *à* Gr. Ἰουλος, Lanugo, & *Gelasius*, *à* γελάω, Rideo.

Gilimer, Vandalorum in Africa Rex ultimus. *Adr. Junius* deflectit *à* Belg. **Gilett**, Commeatus publicus, & **Meyer**, Præfectus, vel *ab* AS. fortean & ant. Vandalico, Geal, Gealupe, Flavus, & Mære, Insignis, q. d. Flavâ Cæsarie Conspicuus, & hoc postremo sensu alludit Lat. *Flavius*, Gr. *Xanthus*.

Gill, Nomen Gent. *Camdeno* exp. Aqua parva, seu Rivus Exiguus, sed è qua lingua depromlit prorsus nescio: mallem igitur deflectere *à* Fr. G. *Guille*, Epistomium Cadi, *a* **Quill**, item Carina navis, *a* **Keel**.

Gillingham, AS. Gillingaham, in agro *Dorf.* Pagus, nescio an *ab* AS. Gyllan, Stridere, quæ licèt apud *Somner.* non occurrat, ejus tamen part. Gyllend invenitur, sic dict. fort. *à* Strepitu quem rivulus rapidus, vel torrens pagum alluens edit.

Gilpin, secundùm *Camden.* contr. & corr. *à* **Gilbert**.

Girvii, quorum Regio, Gippa-land AS. appellabatur, sic autem dicti sunt olim regionis palustris in agris *Norfolcienst*, *Cantabrigienst* & *Lincolnienst* incolæ, *ab* AS. Gyppe-fen, Palus, Gyp, locus Lutulentus, hoc *ab* AS. Gop, Fimus, Gope, Tabum, Belg. **Goor**, locus Paludosus.

Gilselbert, *à* Teut. **Gelsel**, Obses, & AS. Beophc, Clarus, Illustris.

Gizeric vel **Giseric**, Prænomen, Goth. *Adr. Junius* dictum putat quasi **Rich in Geese**, Anserum Dives. Mallem deflectere *à* Teut. **Geyst**, Capra, q. d. Caprarum Dives.

Gladuse, Prænomen, fort. corr. *à* Lat. *Claudius*.

Glastith, Nomen Gent. fort. *ab* AS. Glæren, Vitreus, & ÿða, Fluctus, Undæ, *ab* aquarum sc. pelluciditate.

Glastonbury, olim Insula Avallonia, in Com. *Som.* à Pomis C. Br. sic dicta, v. **Apple** in Et. Gen. posteà *Inis Witrin.* ut & AS. Glæren-eÿ (i. e.) Insula Vitrea *Arthuri* & *Edgari* Regum, ut & *Josephi* Arimathiensis, & multorum primitivorum in Anglia Sanctorum sepulchris insignis, *à* **Glass**, Vitrum, quod *vide* in Et. Gen. & AS. Byrig, Urbs, q. d. Gr. ὑαλόπολις.

Glendal, in Com. *Northumb. à Glena* fluvio (i. e.) Vallis Glenæ.

Glentworth, in agro *Linc. ab* AS. Glen, Glene, C. Br. *Glynn*, Vallis, & Worð, Atrium, Aula, q. d. Aula seu Villa in Valle sita.

Glinn, *Hib.* & C. Br. Vallis arboribus consita. Nomen Gent. **Glin** autem *Davisius* exponit Genu.

Gloucester, Urbs Episcopalis, AS. Gleaucearcep (i. e.) pulchra Civitas, ut Gr. *Callipolis*, & in hoc agro **Fairford**, **Fairley**, &c. hinc Lat. *Colonia Glevum* dictum est, non *à Claudio Cæsare*, ut aliqui volunt.

Godard, Prænomen, *ab* AS. God, Deus & Bonus, & Belg. **Aerd**, Natura, Indoles, q. d. Bonâ vel Divinâ Indole præditus. *Verstegan* dictum putat q. d. **Good heart**.

Godelif *or* **Godlak**, *Verstegan* dictum putat, q. d. **Good Love**, & est Prænomen Mul.

Godfrey, Prænomen, *ab* AS. God, Deus & Bonus, & AS. Frebe, Frið, Teut. **Friede**, Belg. **Vrede**, Pax, q. d. Pax Bona vel Divina.

Godmanchester, in Com. *Hunt.* à *Gormone* seu *Guthrumo* Dano, qui primus Principum Danorum Christianam fidem amplexus est, & *ab Ælfredo* Rege in filium Lustricum susceptus, heic Regiam fixit, olim *Antonino Duroliponte*, vel, ut corrigit *Camdenus*, *Durosiponte* hybridâ voce, q. d. Aq. Osæ seu Isidis pons; *Dur* enim C. Br. Dwr, Aquam, significat.

Godolphin seu **Godolcan**, Nomen Gent. linguâ Cornubianâ Albam Aquilam signat, quam etiam in Scuto Gentilitio gerit Gens illa.

Godrich, Prænomen, *ab* AS. God, Deus, & Bonus, & Rice, Dives, q. d. Deo vel Virtute Dives.

Godscalk, *ab* AS. God, Deus, & Scalc, Servus. Respondet Gr. *Theodulus*.

Godstow, *ab* AS. God, Bonus, & Stow, Locus.

Godwin, Prænomen, *ab* AS. God, Deus, & Win, Victor, q. d. Victor in Deo, vel verb. Winnan, Acquirere, & God, Bonum, q. d. qui Bonitatem, vel Virtutem sibi acquisivit, vel *à* God, Deus, & Wine, Charus, Gratus.

Goebel,

Goedel, Cœnobii Altenatis Anteſtita, fort. *à* Belg. **Goed**, Bona, & verb. **Deelen**, **Deylen**, Partiri, Dividere, Participare (i. e.) Munifica, Liberalis. Reſpondet Gr. *Eleutheria*, *Polydora*.

Goedeland, *Batavia* Tractus ſeu Regio quædam, *Adr. Junius* ſic dictum putat *à Goedela* Cœnobii Altenatis Antiſtita, cui hæc ditio *ab Othone* primo Imperatore dono data eſt, q. d. *Goedela* terra, nunc autem corrupte **Goeyland** appellatur.

Goff, Nomen Gent. *à* C. Br. *Göff*, Faber Ferrarius.

Gogh, Nomen Gent. *à* C. Br. *Gogh*, Ruber, v. **Gouge** infrà.

Gorcom, *Batavia* urbs. *Adr. Junius* deflectit *à* nom. **Gorck**, Pauper, Inops, & **Home**, q. d. Pauperum Habitaculum, ſed illa vox **Gorck** apud *Kilianum* non occurrit.

Gorges, Nomen Gent. *à* Lat. *Gurges*, Gens enim illa Gurgitem, ſeu potiùs Volticem pro inſigni Gentilitio gerit, v. *Morgan* lib. 1. pag. 19.

Gorney, Nomen Gent. in Com. *Som.* Lat. de *Gurniaco* dicta, *à* **Gurnay** oppido Normanniæ, hoc fort. *à* Cuculi piſcis, qui Fr. G. *Gourneau* dicitur, copioſa ibi captura.

Gorſt, Nomen Gent. *Camdeno* exp. Virgulta, Frutices, mallem deflectere *ab* AS. Geoprc, Goprc, Erica.

Goth, inclytus olim populus Romani Imperii Everſor. *Adr. Junius* declinat *à* Germ. **Got thienen** vel **Dienen**, *à* **Got**, Deus, & **Thienen**, Servire, ſc. à præcipuo Deorum cultu, quem ob *Odino* gentis Conditore edocti ſunt, vel fort. *ab* AS. Gob, Teut. **Gott**, Deus, q. d. populus Divinus, vel *ab* eodem Gob, & Teut. **Gutt**, Bonus, fort. ob magnam ſimplicitatem & fidelitatem, adde & Caſtitatem, hoc enim nomine eos eximie laudat *Salvianus*; *Spelman* autem *à* Goth. **Jœt**, Gigas, deflectit.

Gouda, *Batavia* Urbs ſatis celebris ad Iſelam amnem, *Adr. Junius* deflectit *à* Goth. ſeu Cimbr. **Gouw**, Agger foſſæ, & Aquæductûs Alveus.

Gouge item **Gogh**, Nomen Gent. vel *à* Fr. G. *Gouge*, Geſum, Venabulum, vel *à* Germ. **Gouw**, apud *Spelmannum* quod exp. Pagus, Regio, v. **Gogh** ſuprà.

Gower, in Com. *Glam.* C. Br. *Guhir*, Regio.

Graham *dike*, in *Scot.* Murus ſeu Agger *Antonii Pii* & *Severi* Imp. vel *à* *Grahamo* Scoto, qui eum primus perrupit, vel *à* monte *Grampio* vicino.

Grampius, Scotiæ Mons, nunc **Granthame** (i. e.) lingua Scoto-Hib. Mons Incurvus.

Grave *or* **Graves**, Nomen Gent. *Camdeno* exp. de Aggere, ſeu Foſſa, ſeu potius Sylva vel Saltu, v. **Grave** in Et. Gen.

Graves end, in Com. *Cantii* Portus (i. e.) Comitis Terminus ſeu Limes, v. **Grave** & **End** in Et. Gen.

Greenville, Nomen Gent. *à* **Green**, Viridis, & Fr. G. *Ville*, Oppidum, Villa, Pagus, vel fort. olim ſcriptum fuit **Granville**, & hoc ortum eſt *à* Fr. G. *Grande Ville* (i. e.) Oppidum Magnum ſeu *Grande*.

Greenwich, in agro *Cant.* (i. e.) Sinus Viridis, v. **Wich** in Et. Gen.

Grig, Nomen Gent. *à* C. Br. *Krig*, Raucus, vel potiùs ut monet Doct. *Th. H.* contractum *à* *Gregorio*.

Grim, Nom. Gent. *à* C. Br. *Grim*, Robuſtus, vel *à* noſtro **Grim**, vultu Truculentus.

Grimbald, Prænomen Sancti illius, qui cum Sancto *Neoto* ſub *Ælfredo* Rege Academiæ Oxonienſis Conditore, Theologiam profeſſus eſt, idem ni fallor, cum nom. *Grimoaldus* apud Longobardos Italos olim frequenti, vel *ab* AS. Grim, Gram, Acerbus, Aſper, vel *à* Teut. **Grimm**, Ira, & AS. Wealdan, Regere, q. d. Iræ Victor ſeu Moderator, Longanimus; vel contrà, *à* Teut. **Grimm**, Ira, **Gram**, Iratus, & **Bald**, Citò, q. d. Citò Iratus, vel *à* **Grim**, **Gram**, Iratus, & AS. Bald, Audax, q. d. Iratus & Audax; vel qui, dum Iraſcitur, projectæ audaciæ eſt.

Grimoaldus, Longobardorum Italorum Rex, v. **Grimbald**.

Grimsby, in Com. *Linc.* Doctoris *Whitgift* Præſulis *Cantuar.* natalibus inſignis, fort. *à* *Grimo* quodam Conditore.

Grithild, Prænomen Mul. nunc **Griſſel**, fort. *à* Fr. G. *Gris*, Cana, colore Cineritio, & Teut. **Helde**, **Heldinne**, Heroina.

Groenland, Dan. **Gronland**, Regio maximè Septentrionalis, *à* Belg. **Groen**, Dan. **Gron**, Viridis, q. d. Terra Viridis, quæ tamen longè ſæpiùs, & diutiùs nivibus albeſcit quam herbis vireſcit.

Grovenour, **Grubenor** vel **Groſvenour**, Nomen Gent. in Com. *Ceſtr.* q. d. Fr. G. *le Gros Veneur* (i. e.) Magnus Venator.

Grouthead, *Robertus* **Grouthead** Doctiſſimus ille Epiſcopus *Lincoln.* (i. e.) Fr. G. *de Groſſe teſte* (i. e.) Capito, magno Capite præditus. *Anno* 1245.

Gruffin, Prænomen; vel, quod *Camd.* auguratur, *à* Lat. *Rufinus*, vel quod æquè probabile eſt, idem cum **Gryffith**, quod C. Br. lingua

linguâ Credulum, Fide firmum, Strong Fauth'o, significat.

Gyrkith, Prænomen C. Br. *vide* Gyrfin.

Guelpho, Saxoniæ Dux, credo vel pro Ulph, & tum Auxilium seu Auxiliatorem signat, vel pro Wolf, & tum respondet Lat. *Lupus*, Gr. *Lycias*.

Guildford, in Com. *Surr.* AS. Gulðeporð & Gegldporð; nisi, teste *Camdeno*, accepissem lic olim scriptum fuisse, deflecterem vel à Goldenford, q. d. Vadum Aureum, vel q. d. Vadum Societatis vel Fraternitatis; Gild enim AS. Fraternitatem seu Collegium signat.

Gundebertus, Longobardorum Italorum Rex, *ab* ant. Teut. Gunde, nunc Gunst, Favor, & AS. Beorht, Clarus, Celebris, q. d. Humanitate eximiâ præditus, Benignitate Clarus, resp. Lat. *Clemens*, Gr. *Eumenes*.

Gunderic, Prænomen, *à* Teut. ant. Gunde, nunc Gunst, Favor, & Ric, Dives, q. d. Favore Dives, cui multi Favent.

Gundiberga, Ariovaldi Longobardorum Italorum Regis uxor, *à* Teut. ant. Gunde, nunc Gunst, Favor, & Bergen, Tegere, Abscondere, quæ sc. Favorem seu Amorem suum celat.

Gundobaldus vel Gundebaldus, Burgundionum Gallorum Rex, *Beccano* exp. magna Favoris vis, *ab* ant. Teut. Gunde, nunc Gunst, Favor, & Wald, Vis, hoc *ab* AS. Wealdan, Regere, Imperare, vel *à* verb. Gunnen, Favere, & Wald, Citò, q. d. in Favorem seu Benignitatem propensus.

Gundomar, Burgundionum Gallorum Rex, *ab* ant. Teut. Gunde, nunc Gunst, Favor, & Mehren, Augere, q. d. qui indies Favore apud homines crescit.

Gunhild, Anglo-saxo Norwegiæ Apostolus, nescio an *ab* AS. Con, Conn, Teut. Kuhn, Belg. Koen, Fortis, Magnanimus, & Teut. Held, Heros. *Anno* 1024.

Gunson, Nomen Gent. (i. e.) *Lelando* interprete *Gunteri* filius.

Guntaric, Vandalorum Africorum Rex ultimus, fort. *à* Teut. Gunst, olim Gunde, Favor, & Reich, olim Ric, Dives, q. d. Favore Dives, qui sc. Benignus, & Comis est erga alios, vel qui aliis Gratus est & Dilectus.

Guntram, Burgundionum Gallorum Rex, *Kilianus* scribit Gutram, & cum *Aventino* exponit Bonam Famam, *à* Teut. Gut, Bonus, & ant. Ram, nunc Ruhm, Fama, Gloria. Possem & deflectere *à* Teut. ant. Gunst, Favor, & eodem Ram pro Ruhm.

Gusman, Nomen Gent. *Hispanis* frequens, nobis etiam illo Hispaniæ Regis apud Regem *Jacobum* Oratore notissimum, q. d. Goth. vel Angl. Goodman. Respondent Lat. *Probus*, Gr. *Andragathius*, *Agathias*.

Sanctus Guthlac, Anglo-saxo Monachus, in cujus honorem celeberrimum *Crowlandiæ* in agro *Line.* Cœnobium condidit Rex Merciorum *Æthelbaldus*, *ab* AS. Guð, Bellum, & Lac, Elogium, q. d. laudatus ob res bello gestas, vel Lac, Hostia, Munus, qui sc. bello Immolatur (i. e.) Occiditur.

Guthred, *Cantii* Rex, *ab* AS. Guð, Bellum, & Rede, Consilium; Redan, Consulere, q. d. qui in rebus bellicis Consilio valet.

Guthrenton, in Com. *Radn.* Castellum, *Nennio* Guarthenio, quod *à Vortimero* Rege Sancto Germano datum est, ad compensationem conviciorum quæ Germanus *Vortigernum* Regem liberè reprehendens ab eo acceperat, Guarthenton enim justum Convicium notat, nam C. Br. *Guarsh*, Convicium, & *Eniaw*, Justum dicitur.

Guy, Prænomen, *from* Guido, Hisp. *Guia*, Dux, vel *à* Fr. G. *Guidon*, Vexillum, Vexillarius.

Gwischard, Prænomen, v. Wischard suo loco.

Hacdmb,

H.

Hacomb, in Com. *Dev.* Pagus, fort. *ab* **Hay**, Fœnum, & AS. Comb, Comp, Vallis utrinque Collibus obsita, sc. à copioso ibi Fœni proventu.

Hadington, in *Scot.* Lat. *Hadina*, additâ term. AS. Ton, quæ Oppidum signat.

Hage, in Com. *Surr.* fort. *ab* AS. Hagan, Mora Rubi, vel potiùs Baccæ Spinæ albæ, *vide* **Hath** in Et. Gen.

Hague, nobilissimus totius terrarum orbis Pagus, olim Comitum, nunc Ordinum *Hollandiæ* sedes, *ab* AS. Hegge, Hæg, Belg. **Haege**, Sepes, Septum, fort. à nobili aliqua olim circa villam Principis sepe.

Hagwerthingham, in Com. *Linc.* *ab* AS. Hæg, Sepes, Worðig, Vicus, Via, Septum, Agellus, & Ham, Habitatio, *vide* **Hedge** in Et. Gen.

Hains, *Camden* deducit à Prænomine ant. **Ainolph** seu **Anulph**, hoc *ab* AS. Ana, Solus, & Ulph, Auxilium, q. d. qui solus Auxiliari potest.

Halard, Prænomen, fort. *ab* AS. Hal, Sanus, & Belg. **Aerd**, Natura, q. d. qui optimo temperamento, & integerrimâ valetudine à Natura instructus est. Respondet Gr. *Hyginus*.

Halberstad, *Germania* Urbs Episcopalis satis celebris, nescio an sic dicta à Teut. **Halber**, Dimidius, & **Statt**, Urbs, Civitas, q. d. Urbs Dimidiata, quia fortasse non ultra dimidium Areæ urbi destinata ædificiis oppletum est.

Haleton, in Com. *Northumb.* AS. Heafenfield, locus ubi *Oswaldus* Rex ope Christi victoriam à Britanno *Cedwalla* retulit, *ab* AS. Halig, Sanctus, & Dun, Tumulus, Collis, vel term. **ton**, AS. tun, Oppidum. Heafenfield, *ab* AS. Heofon, Hefen, Cœlum, & **Field** (i. e.) Campus Cœlestis, cui à Cœlo (i. e.) Divinitus auxilium submissum est.

Halifax, in Com. *Ebor.* olim **Hoxton**, q. d. **Halig-feax** (i. e.) Sacer Capillus, à Sancto Crine sc. Virginis cujusdam, quæ cum Clerico corporis sui copiam facere nollet, ab eo tandem decollata est, & postea pro Martyre culta, v. *Camden*: **Hoxton** autem fort. appellata est, q. d. Oppidum *Hortis* consitum, vel potiùs quasi **Hors town**, Oppidum Equorum fœcundum.

Halpston, in Com. *Northumb.* q. d. **Holy stone**, ubi sc. *Sanctus Paulinus* primus Septentrionalis Angliæ Apostolus multa hominum millia baptizavit, *vide* **Holy** & **Stone** in Et. Gen.

Hamburg, nobilissimum *Germaniæ* Emporium & Portus. *Adr. Junius* deflectit *à Gambriviis* prisco Germaniæ populo, qui hanc regionem olim insedit, q. d. *Gambriviorum Burgus* (i. e.) Arx vel Urbs, v. **Borough** in Et. Gen.

Hampton, in Com. *Middl. Lelando* olim Avona, q. d. **Avontown**; **Avon** autem ant. Brit. Aquam seu Fluvium generatim designat.

Hankin, contr. & corr. *à* **Handal**, additâ term. dim. **kin**, q. d. parvus **Handal** seu *Randulphus*, v. **Handal**, vel ut monet Doct. *Th. H.* q. d. *Hanna* filius.

Hanson, Nomen Gent. *ab* **Han** dim. Præn. **Handal**, & **Son**, q. d. *Randulphi* filius, v. **Hankin**.

Hantshire, AS. Hantscire, *ab Antona* fluvio sic dicta, v. **Southampton**.

Harborough olim **Haberburgh**, in Com. *Leic.* à Teut. **Haber**, Belg. **Haver**, Avena, & Burg, Oppidum, q. d. Gr. Βρομίπολις, à largo Avenæ proventu.

Harbottle, in Com. *Northumb.* AS. Herbottle (i. e.) Exercitûs Statio; Here enim AS. Exercitus, & Bottle, Botl, Villa, Domicilium, Palatium designat.

Harden, in Com. *Flint.* olim **Hatwarden**, Castrum, *à* **Hatward** seu **Hetward**, & AS. Den, Vallis, Saltus, Cubile, *vide* **Hatward** in Et. Voc. For. & **Hetward** infrà.

Haroulcus, **Hartwic** & **Harwich**, *Italiæ* Tyrannus, vel *à* Belg. **Hard**, Teut. **Hart**, & Teut. & AS. Wec, Belg. **Wech**, Via, vel *ab* eodem **Hard**, & AS. & Teut. ant. Wic, Propugnaculum, Castellum, q. d. Dura Via (i. e.) Lapidosa, Salebrosa, vel Durum Propugnaculum (i. e.) Expugnatu difficile.

Harwich, in Com. *Ess.* AS. Herewic; seu potiùs Herewic (i. e.) Statio vel Sinus Exercitûs, Navale, bello inter Anglos & Danos nobilis, *ab* AS. Here, Exercitus, & Wic, Sinus, Propugnaculum.

Harfager, **Harald Harfager**, Danus Rex Angliæ, *ab* AS. Hær-fægep, Pulchricomus, seu Callicomus.

Harhold,

Harbold, Prænomen Danis frequens, vel *ab* AS. Here, Exercitus, & Bold, Imperator, vel Bold, Amicus & Fidelis (i. e.) Amicus seu Fidus Exercitui, vel *à* verbo *to* **Hold**, q. d. Exercitûs Columen, Stator & Sustentator, vel *ab* eodem Here & Wold, hoc *à* verbo AS. Wealdan, Regere, vel contrà *à* vet. Teut. **Ald**, Servus, q. d. Servus Exercitûs, *vide* **Herauld** in Et. Gen.

Harlem, pulchra & magnifica *Batavia* urbs, fort. *à* Belg. **Haer**, Pilus, & Leme, Acus Purgamentum Lini, & certè urbs hæc Linearum telarum subtilissimarum, & panni villosi optimi opificio valdè celebris est.

Harman, Prænomen, scribitur etiam frequentiùs **Herman**, non ut vult *Verstegan.* q. d. **Heartman** (i. e.) *a* **man of a good heart**, Magnanimus, sed *ab* AS. Here, Exercitus, & Man (i.e.) Miles, cui resp. Gr. *Straton* & *Polemon*.

Hartle-pool, in Ep. *Dunelm.* *Bedæ* **Heortu**, q. d. Insula Cervorum, *ab* AS. Heort, Heorot, Cervus.

Harvy, Nomen Gent. olim, teste *Camdeno*, Prænomen, *ab* AS. Here, Exercitus, & Wic, Castellum, Propugnaculum, q. d. Exercitûs Munimentum.

Hastings, in Com. *Suss.* AS. Hæstingceaster, *Somn.* Hæsting & Hæstingaceaster, *Camden* dictum putat *ab Hastingo* Prædatore Dano, qui hoc oppidum vel extruxit, vel occupavit, & munivit. *Somner* autem deflectit *ab* AS. Hæste, Æstus, à mari sc. ibidem Æstuoso.

Hatfield, in Com. *Ess.* **Hatfield** Regis dictum est *à* Villa Regis, **Hatfield Broadoak**, à Lata Quercu, fort. à solo Arenoso & Calido; Hat enim AS. Calidum significat.

Hatto, Prænomen, *Kilian* deflectit *à* vet. Teut. **Atte**, Pater.

Haverfordwest, in Com. *Pembr.* Portus nobilis, & ingentium Classium capax, *à* Brit. & vet. Gall. *Aber*, quod fluminis Æstuarium notat, Vado vicino & situ versùs Occidentem, v. **Haven** in Et. Gen.

Havering, in Com. *Ess.* *ab* Annulo sc. quem hîc Peregrinus quidam, tanquam *à* Divo *Joanne* Baptista missum, *Edwardo* Confessori tradidit, v. & *Fuller* lib. 2. Eccl. Hist. Cent. 11. pag. 143 paragr. 3.

Hawgh vel **Holwgh**, Nomen Gent. vox ant. adhuc tamen in Septentrionali Anglia usitata, quæ *Camdeno* exp. parvum Pratum in Valle situm.

Hawis, Prænomen Mul. interdum scribitur **Avice**, ant. **Helwisa**, fort. *à* Teut. **Hell**, Clarus, & **Wise**, Prudens; vel, ut aliqui volunt, *à* vet. nomine **Hildewig** vel **wig**, quod *Camden* exponit **Ladies Defence**, fort. *à* Teut. **Helde** vel **Heldinne**, Heroina, & AS. Wic, Propugnaculum, vel *ab* AS. Hilde, Amor, & Wic, vel est idem quod **Heddewig**, **Hedwig**, quod *Kilianus* exponit Patris Refugium, à et, Teut. **Hedd Atte**, Pater, & Belg. **Wick**, Perfugium.

Heddewig, Lat. *Heddewigis* vel *Hedvigis*, Prænomen Mul. v. **Hawis**.

Heile, Medicinæ apud priscos Anglo-saxones Deus, *à* Teut. **Heyl**, AS. Hæl, Hælo, Salus. Alludit Gr. ὑγεία, Minervæ epitheton, item si rectè memini Deæ alterius *Æsculapii* filiæ nomen.

Saint **Helens head**, in. *Hib. Ptolemæo* Boræum Promontorium, *à* Sancta *Helena* Augusta Constantini magni matre, quæ hîc Fanum habuit.

Hellan Leneow, in *Scot.* (i.e.) Sanctorum Insula, **Hellan Einoc**, Suum Insula.

Helmsted, *ab* AS. Helm, Galea, & Sted, Steda, Locus, vel *ab* eodem Helm translato sensu Protectio, Tutela, & dicto Sted, q. d. Propugnaculum, locus Perfugii, vel Asylum.

Helwald vel **Helwald**, Anglo-saxo Frisiorum Apostolus & Martyr, vel *ab* AS. Hæl, Salus, & Wealdan, Imperare, Regere, qui sc. Valetudini moderatur quod, Medici officium est, vel *ab* Hel, Helle, Inferi, & eodem Wealdan, & sic sanè fuit auspicatum nomen illius, qui per Evangelii prædicationem fortasse, & per miracula Dæmonas ejecturus, & quasi de Inferis triumphaturus erat.

Hengist, Dux ille inclytus qui primus Anglo-saxonum Brittaniam vastavit, *ab* AS. Hengest, Teut. **Hengst**, Dan. **Hest**, Equus, fort. sic dictus ab Equi imagine quam in Scuto Gentilitio gessit, quod eò probabiliùs est, quia & frater ejus *Horsus* est appellatus. Nisi *Somnerus* exposuisset AS. Hengest, Equum Castratum, crediderim deflexum *ab* Hangan, Pendere, q. d. Equus cui adhuc appendent testes; **Hengst** enim Teut. *Dhnezio* exp. Equus non Castratus.

Hengston *hill*, in Com. *Cornub.* olim. AS. Hengestbeoun, Tumulus *Hengisti* Ducis Saxonum, locus Stanni fodinis olim celebris.

Hedningham olim **Hedningham** seu **Hengham**, in Com. *Ess.* fort. *ab Hedningo* nescio quo Conditore.

Henry, malè *Camdenus* cum *Philelpho* Latinæ originis esse autumat, & *ab Honore*

deflectit. Credo tamen *Honoricus* nomen Regis Vandalorum in Africa fuisse idem cum *Henrico*. *Verstegan* deflectit à Teut. Han pro Haben, Habere, & AS. Rice, Dives, melius *Kilianus* Heynrick dictum putat quasi Heym-rick (i.e.) Domi Dives, *vide* Home & Rich in Et. Gen. Possim autem satis verisimiliter deflectere *Honoricus* à Teut. Hohn Pudor, & Rich, q.d. Verecundus. Pessimum autem est Etymon *ab* Herr, Dominus, & Rich; Herr enim est vox recens à Lat. in Teut. traducta, *vide* Hunerich.

Henshaw, Pagus in agro *Cestrensi*, qui Cognomen dedit familiæ amicissimi Domini *Th. Henshi.* à Teut. Han pro Haben habere; vel (si *Lelando* fides) *ab* Hen, antiquus, à *um*, & Angl. Shaw, Belg. Schawe, Silva, item & umbra, q. d. locus Nemorosus, vel prope antiquam Sylvam situs.

Herbert, olim Prænomen nunc illustris gentis Cognomen, vel *ab* AS. Here, Exercitus, & Beorht, Clarus, Lucidus, vel potius Beorhte, Lumen, q.d. Lumen seu Gloria Exercitûs, vel secundùm *Verstegan*. q. d. Here-Beorht, Teut. Bericht (i.e.) in Exercitu ducendo benè Edoctus, rei Militaris Peritus. Malè autem deflectitur *ab* Herr, Dominus, & Beorht; Herr enim in lingua Germ. recens est.

Hereford, Urbs Episcopalis, *ab* AS. Here, Exercitus, & Ford, Vadum, q.d. Vadum per quod Exercitus transivit.

Hereswide, Abbatissa *Cantiana*, nescio an *ab* AS. Here, Teut. Heer, Exercitus, & Teut. Weyden, Pascere. *Anno* 649.

Hereward, *ab* AS. Here, Exercitus, & Ward, Custos. Respondet Gr. *Straton*, *Archestratus*.

Herman, v. Harman.

Hermegild vel Ermegild, Prænomen Visi-Gothis Hispanis frequens, *ab* AS. Earme, Teut. Arm, Miser, Pauper, & AS. Gildan, Præstare, Exhibere, qui sc. Pauperibus Eleemosynas exhibet.

Hermelinda, Longobardorum Regina, *ab* AS. Earme, Teut. Arm, Pauper, & Lind, Mitis (i. e.) Mitis erga Pauperes.

Hermenegild, *Levigildi* Visi-Gothorum Hispanorum Regis filius, *ab* AS. Here-man, Teut. Heer-man, Miles, & AS. Gildan, Solvere, qui sc. Militibus præmia liberaliter distribuit, vel saltem justa stipendia repræsentat.

Hermenericus, Suevorum Hispanorum Rex primus, à Germ. Herrman, Miles, & Ric, Dives, q. d. Militibus Dives (i. e.) numerosis exercitibus instructus.

Hermenfridus, Turingorum Rex, vel à Teut. Armen, Ermen, Pauperes, & Frido, Pax (i.e.) Pauperum Tutor, vel *ab* Heremen, Milites, q.d. Militum Pacator.

Hermingard, Prænomen Mul. *ab* AS. Earme, Teut. Arm, pl. Armen, Pauper, Miser, & Gard, Custos, q. d. Miserorum & Inopum Custos & Conservatrix.

Hermiones, Tertia Germaniæ Divisio. *Adr. Junius* deflectit à Teut. Her-Hio-Woners (i. e.) Mediæ Terræ Incolæ, v. *Tacitum* de moribus Germanorum.

Hermundvri, Germaniæ populus Cattis confinis. *Adr. Junius* dictos putat, quasi Arm-und-krey, Belg. Arti (i. e.) Pauperes & Liberos.

Hern, Nomen Gent. quod, *Camdeno* teste, AS. Domum seu Casam designat.

Herst, in Com. *Suss. ab* AS. Hyrst, Sylva.

Hertford, Urbs Provincialis, AS. Heorudford (i. e.) Rubrum Vadum, C. Br. *Duro-Cobriva*; *Durcob* autem significat Aquam Rubram, & *Briva*, Trajectum seu Pontem, alibi autem *Camdenus Durocobrivam* nostram Redburn esse existimat.

Herthus, *Tacito* teste priscorum Germanorum Numen, vel *ab* Earth, vel *ab* Hearth, Focus, quæ v. in Et. Gen. Respondet Romanorum Vesta, à Gr. Ἑστία, Focus, addito sc. Digamma Æolico.

Herty *point*, in Com. *Dev.* olim Promontorium *Herculis*.

Herton, Oppidum *Herculis*, Hertlond item Pagus (i. e.) Terra *Herculis*, non quòd *Hercules* huc unquam appulerit, non enim ultra Gades fretumque à se denominatum penetravit, nec vel Oceanum attigit, sed fort. quòd oppidum hoc ipsi sacrum fuit, & olim Templo eidem dicato nobile.

Herwin, Prænomen, *ab* AS. Here, Exercitus, & Win, Victor, Winnan, Vincere, quo sensu resp. Lat. *Vincentius*, Gr. *Nicostratus*, vel *ab* eodem Here, & Wine, Dilectus, Charus, & hoc sensu resp. Gr. *Philostratus*.

Hewald seu Ewald, *ab* AS. Æ, Lex, & Wealdan, Regere. Resp. Gr. *Dicaarchus*.

Heram, in Com. *Northumb. Beda* Hangustald, credo potius Hagulstad, prius Hertoldesham, Romanis *Alexodunum*, Statio militaris, à flumine Hertold, seu Axela, olim sedes Episcopalis. *Somnerus* Hagulstaldesham dictum putat & deflectit, vel ab editiori situ, vel *ab* Hægstealds, Cælebs. Monachi enim hîc cum Episcopo suo agentes *Culdei* seu *Calidei* dicti, omnes vitam Cælibem amplexi sunt.

Higgins.

Higgins, Huggins & Hutchinson, contr. *ab* Hugh, q. d. parvus *Hugo*, vel *Hugonis* filius, terminatio enim in, *Ælfrico* teste, Filium signat.

Higham, in Com. *Suff.* (i. e.) Alta Habitatio.

Sancta Hilda, Abbatissa *Streanes-hallensis*, *ab* AS. Hilde, Affectus, Desiderium. *Anno* 639.

Hildebert, Prænomen, *à* Teut. Held, Heros, & AS. Beorht, Clarus, Lucidus.

Hildebrand, Longobardorum Italorum Rex, *à* Teut. Held, Heros, & AS. Brand, Titio, Torris (i. e.) inquit *Verstegan* qui Incendia per hostilem agrum spargit, Vir Bellicosus, Hostium Populator; vel, secundùm *Kilianum*, q. d. Impulsor seu Incensor Fortium virorum, vel *ab* ant. Cimbr. Helt, Teut. Held, Heros, & Hzen, Galea, q. d. Heros Galeatus.

Hildegard, Prænomen Mul. *Aventino* exp. Amoris Hortus, *ab* ant. Teut. Hilde, Amor, unde fluxit AS. Hold, Amicus, & Gart pro Garten, Hortus. Ego mallem deflectere à Belg. Hulde, Favor, Gratia, Amor, & Gard, Custos, quæ sc. conservat apud omnes Gratiam & Favorem.

Hilderic, Francorum Rex, qui frequentiùs scribitur Childeric, addito C pro Cyning, Rex, vel *ab* AS. Hilde, Desiderium, & Ric, Regnum, q. d. Regni sui Desiderium, vel *à* Teut. Hulde, Gratia, Favor, & eodem Ric, Teut. Reich, q. d. Regni seu Populi Deliciæ, vel *ab* eodem Hulde, & alt. Ric, Teut. Reich, Dives, q. d. Gratia & Amore populi Dives, populo Dilectus, vel *à* Teut. Held, Heros, & dicto Ric, vel Reich, Dives, (i. e.) multis strenuis Heroibus instructus.

Hilperic, Franco-Gallorum Rex, *ab* AS. Helpe, Auxilium, & Ric, Dives, q. d. Dives Auxiliator seu Auxilio Dives, scribitur autem *Chilpericus* in Chronicis Fr. G. addito C pro Cyning, Rex, q. d. Rex *Hilpericus*.

Sanctus Hincmar, ni fallor Archiepiscopus Moguntinus, nescio an *à* Teut. Hincken, Claudicare, & Meyer, Prætor, Præfectus, & tum ferè resp. Lat. *Claudius*.

Hith, in agro *Cant.* unus è 5 portubus, *ab* AS. Hyð, Portus, καθ' ἐξοχήν.

Hobkins vel Hopkins, diminutivum à Hob ut illud à Robert, q. d. parvus *Robertus*.

Hobs, olim Prænomen, nunc Cognomen, corr. *à* Robert, quod *vide*.

Hockley *in the hole*, in Com. *Bedf. ab* AS. Hoc, Lutum seu Cœnum profundum, & Leag, Pascuum, Campus, q. d. Campus Lutulentus.

Hodgekins, corr. *ab* Hodges, & illud *à Rogero*, q. d. parvus *Rogerus*.

Hodges, olim Prænomen, nunc Cognomen, corr. *à* Roger, quod *vide*.

Hodson, Nomen Gent. (i. e.) filius Hod, *Oddonis* vel *Ottonis*, v. Otto.

Hoel Dha (ie.) Bonus Venedotiæ seu *Cambriæ* septentrionalis Princeps & Legislator. Sunt qui Hoel *à* Gr. *Helios* deflectunt. *Anno* 940.

Holderness, in Com. *Ebor.* Regio, *Ptolemæo* Promontorium *Ocellum*, à C. Br. Ykill, Promontorium, Monacho cuidam Cava Deira, ut Gr. *Caleseria*, AS. secundùm *Somner.* Hol-Deopa-Neyse (i. e.) Cavæ Deiræ Promontorium, v. Hole & Ness, in Et. Gen. & Detra suo loco.

Holdward, v. Hayward in Et. Voc. For. & Howard infrà.

Holland, in Com. *Linc. Ingulpho* Holland (i. e.) Cava Terra, v. Hole in Et. Gen. fort. quia tot Lacunis (i. e.) Cavitatibus aquæ plenis scatet; vel, ut *Adr. Jun.* de sua *Hollandia* divinat, *à* Belg. Hoy, Hey, Houw, Fœnum, & Land, q. d. terra Fœni ferax; non, ut idem autumat, *à* Belg. Holt, Hout, Sylva, Lignum, nulla enim regio arboribus magis defecta est nec verisimile est, quod idem innuit, olim saltem Sylvis abundâsse licèt jam nuda sit, natura enim ipsius soli repugnat, quippe humiles & paludosæ regiones vix aliarum arborum præterquam Salicum patientes sunt, certè proprio ingenio ubique gentium ligni inopes sunt. Idem alibi probabiliùs Holandiam à Danis victoribus dictum esse autumat, ut & Selandiam *ab* altera Daniæ *Selandia*, sc. *à* nomine *Olandia* Insulæ maris Balthici, hanc *à Cimbr.* Öl, Cerevisia, nobis Ale, & Land, à magna sc. optimæ Cerevisiæ Copia, denominatum existimat.

Holm *castle*, in Com. *Surr.* q. d. Castellum seu Arx in Insula Amnica sita, *vide* Holm in Et. Gen.

Holmesdale, in Com. *Surr.* Vallis pascuis fertilis, *ab* AS. Holm, Terra aquâ circumfusa, & Dale, Vallis.

Holm Pierpount, in Com. *Nott.* Villa illustris Marchionis Dorcestrensis, Holm, Insulam Amnicam, Pierpount Fr. G. Pontem Lapideum signat, & est illustris istius gentis Cognomen, *à* Fr. G. *Pierre*, Lapis, & *Pont*, Pons.

Holstein, Cimbricæ Chersonesi provincia, *à* Belg. Holt, Hout, Teut. Holtz, Lignum, & Stein, Steen, Lapis, q. d. Provincia Lignis & Lapidibus scatens.

Holt *caſtle*, in Com. *Wigorn.* à Sylva ſic dictum, v. **Holt** in Et. Gen.

Honnyton, in Com. *Dev.* à Melle ſic dictum.

Honoric, Vandalorum in Africa Rex, idem cum **Hunaric** & **Henry**, quæ *vide*.

Hope, Nomen Gent. *Camdeno* exp. Latus ſeu Crepido collis, idem & in Septentrionali Anglia Humilem Agrum, ſeu Valliculam inter Colles ſitam notare teſtatur, fort. *ab* AS. Hope, Domus, Spelunca, Villa, Prædium.

Hope *caſtle*, in Com. *Flint.* C. Br. *Caer Gurley*, v. **Hope**.

Horden, Nomen Gent. *Camden* in Paralip. exponit Oeconomum ſeu Diſpenſatorem, *a* **Steward**, credo ſic dictum quaſi Præfectum ſeu Cuſtodem hordæ (i. e.) theſauri ſeu penûs, *vide* **Hord** in Et. Gen.

Horn, Weſt-Friſiæ Metropolis, Urbs & Portus nobilis, *Adr. Jun.* ejus Civis & Decus, ſic dictum autumat à magno in foro Diverſorio, quod pro Interſignio Cornu habuit, vel à Cornu bellico quod in Scuto ſuo hæc urbs gerit.

Horn *church*, in Com. *Eſſ.* olim Cornutum Monaſterium, ſic dictum, quia *ab* orientali Templi parte, quædam plumbi Laminæ inſtar Cornuum protuberant.

Horſa, Saxo Dux inclytus, *Hengiſti* frater, ſic dictus ab imagine Equi quam & ipſe, & frater in Scuto Gentilitio geſſerunt, v. **Hengiſt** ſuprà, & **Hors** in Et. Gen.

Horſham, in Com. *Suſſ.* *ab* *Horſa* fratre *Hengiſti*, & Saxonum Duce inclyto.

Horſted, in Com. *Kent*, Pagus *ab* *Horſa* Saxone, cujus cadaver ibi crematum eſt.

Hoskins, idem quod **Hodgekins**.

How *or* **Hoo**, Nomen Gent. *Camdeno* exp. locus Excelſus ſeu Editus, à Teut. **Hoch**, Altus.

Howard, nomen olim Dignitatis, nunc illuſtriſſimæ Stirpis Gentilitium, ſecundùm *Spelman*, q. d. **Hefward** (i. e.) Aulæ Cuſtos, in Græco-Romano Imperio Curopalates, vel, ſecundùm *Verſteg.* q. d. **Holdward** (i. e.) Cuſtos Propugnaculi ſeu Arcis Præfectus, ut Poloni loquuntur, Caſtellanus, vel quaſi **Holdward** (i. e.) Vigilum Præfectus, vel *ab* AS. Hold, Tribunus Militum, Præpoſitus, Imperator, & Ward, Cuſtodia, fort. olim Exercitûs ad Limites tuendos conſtituti Dux, v. **Marques** in Et. Gen. vel *ab* AS. Hold, Benigna Hoſpitis receptio, Hoſpitium, Hoſpitalitas, & Ward, q. d. Hoſpitalis (i. e.) Hoſpitibus Benignus & Liberalis, vel quaſi Hepe-pard (i. e.) Cuſtos, Conſervator, ſeu Columen Exercitûs, vel, ſecundùm *Camdenum*, à Teut. Hoch, Altus, & Ward, Cuſtos (i. e.) Patriæ Conſervator eximius, vel ſecundùm *Kilian.* à Teut. vet. **Held**, Gratia ſeu Favor, & **Werd**, Dignus (i. e.) Favore Dignus. Heroico nomini injurius viderer, ſi deflecterem *ab* aut. **Haward** ſeu **Hayward**, quod v. in Et. Voc. For. & tamen omnibus notum eſt, etiam ſummas gentes à rebus viliſſimis, ut Agricultura Piſis, imò etiam Galbis ortum duxiſſe, *vide* & in Et. Voc. For.

Holwburn, in *Scot.* ant. Orcas, & *Ptolemæo* *Tarvedrum* ſeu *Tarviſium* Promontorium, *Tarvus* autem C. Br. finiendi ſignificationem habet. **Holwburn** autem fort. ortum eſt *ab* AS. Hæg, Sæpes, vel Haga, Agellus, & **Bourn**, quod *vide* in Et. Gen.

Howel, Prænomen C. Br. *Camden* deflectit *à* Gr. *Helias*, ut C. Br. *Coel*, *à* Lat. *Cœlius*.

Horon, in Com. *Suff.* olim **Hegilsdon**, martyrio Sancti *Edmundi* Regis nobilis, fort. per Metathefin **Halgtun** (i. e.) Sancta Villa, ſeu Sancti Villa.

Hubald, fort. olim **Hatwald**, primitùs Prænomen, nunc Cognomen, *ab* AS. Hipe, Familia, & Wealdan, Regere (i. e.) Pater Familiâs.

Hubert, Prænomen, *ab* AS. Hepe, Color, & Beohrt, Clarus, Lucidus, *Verſtegan* peſſimè deflectit *à* Teut. **Heugh** pro **Heughtide**, Feſtum, & deliciis ſuis Bepihr, Propenſus.

Huet, Dim. Prænominis **Hugh**, quod *vide*.

Hugh, Prænomen, ſecundùm *Aventinum*, *à* verb. *to* **Hew**, Teut. **Hauwen**, ant. **Houwen**, Findere; *Otfridus* autem, teſte *Camdeno*, vet. Teut. **Hugh** pro Solatio utitur, quid ſi *à* Belg. **Hoogh**, Teut. **Hoch**, Altus, deflecterem ut Lat. *Celſus*.

Sancta **Hulda**, Prophetiſſa, *à* Teut. **Huld**, **Hulde**, Gratia, omnino ut noſtrum Grace, frequens apud nos mulierum Prænomen.

Huldericus, niſi idem ſit cum **Alderic** vel **Hilderic**, quod v. deflecterem cum *Adr. Jun.* *à* Teut. **Hulden**, Suffragio ornare, & Ric, Dives, q. d. Suffragiorum Potens.

Hulet, Nomen Gent. *à* Fr. G. *Houlette*, Pedum Paſtorale.

Hull, Fluvius, & inde Municipium & Emporium in agro *Ebor.* celebertimum, & munitiſſimum, *Lelando Regiodunum*, verò & antiquiori nomine *Kingſton upon* **Hull** dictum, quippe ſitum ad oſtia *Hulli* fluvii ſe in Abi æſtuarium exonerantis; **Hull** autem fluvius neſcio an *à* Teut. **Heulen**, Belg. **Huylen**, Ululare; à magno ſc. ſtrepitu quem mare ſubiens edit, ortum ducat.

Hulſok, Nomen Gent. q. d. *Huldrici* vel *Ulrici* filius, *vide Camdeni* Paralipomena.

Humber, Æſtuarium nobile, *Ptolemæo* Abus; AS. Humbpe, Humbpe Ea, Humbpe muð, non à fabuloſo Rege *Humbro* ibi occiſo, ſed, ut *Somnerus* divinat, *from* **Humming**, à miro ſc. aquæ æſtuantis Murmure, *Leland* **Humber** putat contr. *ab Aber* quod C. Br. Oſtium fluminis notat.

Humbert, Viennæ Narbonenſis Princeps ultimus. *Kiliano* exp. **Unwert** (i. e.) non Charus, mallem defiectere *à* noſtro **Home**, quod *vide*; & AS. Beophc, Splendidus, q. d. Domi Splendidus, & magnificus, qui Magnificum Palatium incolit.

Humfrey, Prænomen, à noſtro **Home**, *à* AS. Frebe, Fribð, Teut. **Friede**, Pax (i. e.) Domi Pacificus, Domus Pacata.

Hunerte, ſecundùm *Kilianum* & *Junium*, & Teut. Hun, Gallina, & Ric, Dives, q. d. Dives Gallinaceis, *vide* **Henry**.

Hungerford, in Com. *Barks*, olim **Ingleford Charnam-Creat**, fort. q. d. Engla-ford (i. e.) Vadum Anglorum.

Hunsden, in agro *Heref.* neſcio an *ab* AS. Hunde, Canis, & Dune, Collis, q. d. Hunde-dune vel tun (i. e.) Collis vel Pagus Canum, quia fort. olim à Canibus venationis gratiâ valdè frequentatus eſt.

Huntington, Provincialis Urbs, *Mariano* **Huntandun**, in Sigillo publico Huntersdonne (i. e.) Mons Venatorum, *Henrico* Archidiacono *Venantodunum* olim **Ximesbury**, quaſi **Arnulphsbury**, *ab Arnulpho* viro Sancto appellata.

Hurn vel **Hyrn**, Nomen Gent. *Ælfrico* exp. Angulus, *ab* AS. Hyrn, Horn, Cornu, Angulus enim inſtar Cornu protuberat.

Hurſt vel **Hyrſt**, Nomen Gent. & Arcis, *Camdeno* exp. Sylva, vel fort. *ab* AS. Hyrſta, Phaleræ.

Hurſley, *ab* AS. Hurſt, quod *Camdeno* interprete Sylvam notat, & Leag, nobis *à* **Lea** vel **Ley**, Campus, Paſcuum.

Huſſey, Nomen Gent. *à* Fr. G. *Houſſe*, Rheno, Pallium vile; *Houſſé* tali Palliò indutus ſeu inſtratus.

I.

JAmes, Prænomen, *à* Lat. *Jacobus*, immediatiùs autem corr. *ab* Hiſp. *Jayme*, It. *Giacomo*, omnia Hebraicæ originis, & exponitur Supplantator; **Jacob** enim reverà fratrem ſuum dolo circumvenit & ſupplantavit.

Jane, Prænomen Mul. Fr. G. *Jeanne*, corruptum *à* **Joan**, quod *vide* ſuo loco; niſi malis nomen fem. eſſe reſpondens virili *Janus*, q. d. *Jana*.

Jaſpar, Prænomen, olim **Gaſpar**, nomen unius è Magis ſi Legendis fides ſit, & tum Arab. originis ſit oportet, cum Magi illi ex Arabia veniſſe credantur.

Icent, populus Brit. *à* C. Br. *Iken*, Cuneus, hæc enim regio Cunei formâ in Oceanum protenditur, & hic populus agros *Suffolc. Norfolc.* & *Cantabr.* & *Huntingdon.* inſederunt.

long **Ichington**, in Com. *Warw.* olim **Uchington**, neſcio an *ab* AS. Wyc, Wycing, Aſylum, Perfugium, & Dune vel Tun, Collis, Oppidum.

Jenks, Jenkins & **Jenkinſon**, corr. & contr. *à* **John**, q. d. *Johannides*.

Jennings, Diminutivum Prænominis **John**, vel ut monet Doct. *Th. H. à* Fr. G. *Jannin*.

Jeſſop, olim Prænomen, nunc Cognomen, corr. *ab* Hebr. **Joſeph**.

Jew, *à* Fr. G. *Juif*, Belg. **Jode**, Teut. **Jud**, omnia *à* Lat. *Judæus*.

Jewry, Palæſtina Judæa ſeu Terra Sacra, & ſenſu ſecundario *Londini* Vicus, ubi olim *Judei* cohabitârunt, occurrit in ant. Verſione Bibl. Fr. G. mihi *à* Doct. *Th. H.* communicata *Juerie* prorſus eodem ſenſu, adeo ut non dubitem quin olim Franco-Galli Judæum *un Jue* appellaverint, ut nos eodem ſono *a* **Jew**, nunc

Unable to display this page

& Leof, Charus, Dilectus, q. d. Urbs Hospitalis, erga Hospites benigna.

Istevones, tertia Germaniæ Divisio secundùm *Tacitum* quem *vide*, à Germ. **Est**, Oriens, & **Wonen**, Gewohnen, Habitare, q. d. **Est-Woners** (i. e.) Orientalis plagæ Incolæ.

Iubilius, *Claudio Neroni* Aug. Συγγενὴς, Hermundurorum Rex, nescio an à Belg. **Gaffel**, Liberalis, Munificus, hoc à verbo to **Give**, quod *vide* in Et. Gen.

Ivel, in Com. *Som.* Fluvius ex cujus cum alio confluxu ubi conjunctim mare subeunt fit *Uzella* Æstuarium *Ptolemæo* dicta; **Ivel** autem fluvius **Evel** oppido ex ruinis veteris **Ilchester** nato nomen dedit.

Saint **Ives**, in Com. *Hunt.* olim AS. Slepe, *ab Ivone* Persâ viro Sancto.

K.

Katlage, olim **Kidlington**, nescio an *ab* AS. Cat, Felis, & Leag, Pascuum, Campus.

Kellenton, in Com. *Westm. Antonino Gallana* seu *Callana*, additâ term. **ton** pro **Town**.

Kelnsey, in Com. *Ebor.* quod à Lat. *Ocellum* deflexum est, additâ term. AS. ʒey, *ab* Ea, Insula seu Terra ad Aquam sita.

Kemp, Nomen Gent. *ab* AS. Cempa, Miles, resp. Gr. *Straton*, *Polemon*.

Kenard, Prænomen, *Camden* deflectit à **Kind**, Benignus, & Belg. **Aerd**, Natura, & hoc sensu respondet Lat. *Clemens*, Gr. *Eumenes*. Mallem à **Keen**, AS. Cene, Acutus, & **Aerd**, q. d. Acer Ingenio, v. **Keen** in Et. Gen.

Kencheſter, in Com. *Heref. Antonino Ariconium*, ex cujus ruinis orta est Urbs **Herefoꝛd**.

Kendale, seu potiùs **Kandale**, in Com. *Westm.* (i. e.) Vallis ad *Canum* fluvium.

Kenham, olim Prænomen nunc Cognomen, secundùm *Camden.* à C. Br. Prænom. *Cynan* seu *Conan*, nisi malles corruptum *ab* AS. Kenhelm, quod *vide* infrà.

Sanctus **Kenhelm**, Anglo-Saxonum Rex, *Camdenus* dictum putat quasi **Kindhelm** (i. e.) Generis sui seu Liberorum Galea, seu Defensor. *Verstegan* deflectit *ab* AS. Cyning, Rex, & **Helm**, q. d. Rex Galeatus, seu Regis Galea (i. e.) Defensor, Satelles, ὑπερασπιστὴς.

Kennet, in Com. *Wilts*, AS. Cynevan, Lat. *Cunetio* fluvius, credo C. Br. originis.

Kenneth, Scotorum Rex, nisi fort. quod valdè suspicor, Scoto-Hibernicæ sit originis, *ab* AS. Cennan, Scire, item Agnoscere, & Belg. **Eed**, AS. Aδ, Juramentum (i. e.) qui Agnoscit & Inviolatum servat Juramentum suum.

Kenred, seu potiùs **Cenred**, Nordanhumbrorum Rex, *ab* AS. Cene, Fortis, Audax, & Rede, Consilium (i. e.) qui Consilio Audax est & Intrepidus. Respondet Gr. *Thrasybulus*.

Kenric, seu potiùs **Cenric**, West-saxonum Rex, *ab* AS. Cene, Fortis, Belliger, Audax, & Rice, Regnum, Imperium, Riczian, Imperare, Regnare, q. d. Fortis Imperator. Respondet Gr. *Craterus*, *Crateærchus*.

Kent, *Cæsari Cantium*, AS. Cantpapa-Land, Cent unde Centiſe, Cantianus, Centingaſ, Cantiani, *Lambard* deflectit à C. Br. **Caine**, Fronde, quia Sylvis olim opaca fuit; *Camden* autem deducit à Fr. G. *Canton*, Angulus, quia sc. hîc Britannia ingenti Angulo in ortum excurrit, hinc in Scotia **Canttre** ejusmodi Angulus dicitur, & alterius Scotiæ Anguli Incolæ *Ptolemæo Cantæ* vocantur; *Cangani* item alterum in Wallia Angulum tenuerunt, ut & *Cantabri* Hispani qui Angulum inter Celtiberos insederunt, hinc vocem Fr. G. *Canton*, à veteri Gallica lingua, quæ eadem cum Britannica fuit, in hodiernam Franco-Gallicam descendisse divinat.

Kenwulph, seu potiùs **Cenulph**, West-saxonum Rex, Cœnobii *Winchcombensis* in agro *Gloc.* Conditor, *ab* AS. Cene, Audax, Fortis, & Ulph, Auxilium (i. e.) Fortis Auxiliator.

Kester, in Com. *Linc.* olim AS. Duancearter, sic dictum quòd heic etiam *Vortigernus* Britonum Rex, tantum terræ *Hengisto* Saxoni dedit, quantum bubulo Corio in tenuissimas corrigias secto circundare potuit.

Kesteven, in Com. *Linc.* Regio, *Æthelwardo* Ceorterne-Woos, fort. *ab* antiqua urbe *Gausenna*, vel AS. Ceosl, Glarea, Sabulum.

Keston,

Kefton, in Com. *Kent* Viculus, ubi olim Dictator *Cæsar* cum Britannis conflixit, q. d. AS. Ceapp tun (i. e.) Cæsaris oppidum. Respondet Gr. *Cæsarea*.

Kettleby, in Com. *Linc*, à nomine virili AS. Ketel, & Bÿ, Habitatio: vel, si mavis, à *Cacabis* quorum opificio fort. olim hoc oppidum nobile fuit

Kew, ni fallor, Sanctus *Kibius* Britannus.

Kildare, in *Hib.* (i. e.) *Cella Darensis Brigittæ*, sc. Sacræ Virginis.

Kilkenny, in *Hib.* (i. e.) *Cella Canici* Sancti *Eremitæ*.

Killian, in *Scot.* ant. *Celinus* fluvius.

Killingworth, in Com. *Warw.* olim **Kenelworth**, neque à *Kenulfo*, neque à *Kenelmo*, neque à *Kineglisо*, sed à *Canali* seu Fossa vicina.

Kimbolton, in Com. *Hunt.* olim **Kinnibantum**, *ab* initiali syllaba antiqui nominis **Kin**, AS. Bolde, Villa, & Ton pro **Town**.

Kinburgh, Prænomen Mul. *Camden* defle-ctit à nostro **Kin**, Genus, Gens, Familia, & AS. Boph, Vas, Fidejussor, q. d. Gentis suæ Protectrix & Columen.

Kingtis, West-saxonum Rex, *ab* AS. Cÿne, Regius, & Gælþa, Luxus.

Kingsdelf, in Com. *Hunt.* Agger & Via quam *Canutus* Rex magnis operibus construxit, q. d. Fossa Regia, v. **Delve** in Et. Gen.

Kingston, in Com. *Surr.* (i. e.) Βασιλεόπολις, *Lelando Regiodunum* tempore Danicorum bellorum Regum Anglo-saxonum sedes, in quo tres Reges coronabantur.

Kinton vel **Kenton**, in Com. *Warw.* (i. e.) Boum Pagus, primo inter Regem & bellos prælio insignis, à **Kine** & **Town**.

Kinulph, West-saxonum Rex, potiùs scribendum esset **Cinulph** vel **Cenulph**, *ab* AS. Cene, Fortis, Acer, Audax, & Ulph, Auxilium (i. e.) qui Fortiter Auxiliatur.

Kirk Oswald, in Com. *Cumbr.* (i. e.) Fanum *Oswaldi* Regis & Martyris, in cujus honorem olim hîc Templum conditum est.

Kirk Patrick, in *Scot.* (i. e.) Fanum *Patricii*.

Kirton, in Com. *Linc.* à Magnifico Templo ibi *ab Alexandro* Lincolniensi Episcopo extructo, q. d. **Kirk town**.

Knevet, Nomen Gent. secundùm *Camden.* corr. à **Duvenet**, quo olim nomine utebantur, fort. à Fr. G. *Duvet*, Molles Plumæ quibus Culcitæ implentur.

Knoc Fergus, in *Hib.* (i. e.) Mons *Fergusii*, Carag Fergus, Rupes *Fergusii*, *Ptolemæo* Sinus *Vinderius*, à *Fergusio* Rege sic dictus.

Knoc Patric, in *Hib.* (i. e.) Mons *Patricii*.

Knolles Pacis, in *Scot.* **Dunt Pacis** (i. e.) Colles Pacis, *ab* AS. Cnolle, Jugum seu Cacumen Montis, *vide* **Downs** in Et. Gen.

Knolls, Nomen Gent. *ab* AS. Cnolle, Jugum seu Cacumen Montis.

Knotsford, in Com. *Cestr.* (i. e.) Vadum *Canuti* Regis.

Krich, Nomen Gent. à C. Br. *Krich*, Crispus, ut Lat. *Crispus*, *Crispinus*.

L

Lade, Nomen Gent. *Camdeno* exponitur Aquæ-ductus, *ab* AS. Laba, Waterp Laba idem signante, hoc à Waterp, **Water**, & Læban, Ducere.

Lambert, olim Prænomen, vel, secundùm *Camdenum*, à nostro **Lamb**, & AS. Beohrt, q. d. Pulcher Agnus; vel, secundùm *Versteg.* q. d. **Lamb-beart**, Agnino Corde præditus (i. e.) Mitis, Mansuetus. *Kilian* exponit **Lang Wero** (i. e.) Diu Charus, seu Gratus, *Islebius* **Landtbzecht** (i. e.) Terræ Fractor.

Lambeth, in Com. *Surr.* olim **Lomehith** (i. e.) Sinus Luteus, vox autem **Lome** pro Luto apud *Somnerum* non occurrit. Quid si derivarem à **Lamb-hith**, q. d. Portus Agnorum.

Lancaster, Urbs Provincialis; meliùs, ut Incolæ sonant, **Loncaster**, Scotis **Longcastell**, à *Lone* fluvio, Notitiæ libro Longovicum, olim Statio Militum.

Lancelot, Prænomen Fictitium, fortean à Teut. **Lans**, Lat. *Lancea*, Gr. Λόγχη. & Belg. **Lacten**, Demittere, q. d. Lancearius, Eques Hastatus.

Lancels, in Com. *Cornub.* Nescio an à Fr. ant. *Lancelle*, Lanceola, parva Lancea.

Landaff, in Com. *Glam.* (i. e.) Templum ad *Taffum* fluvium, sedes Episcopalis.

Landulph, *ab* AS. Land, Terra, Patria, & Ulph, Auxilium, q. d. Patriæ Propugnator.

Laneg, Nomen Gent. à Fr. G. vet. adhuc Sabaudis usitato *Lanoy*, Accipitris species, *vide* **Lanneret** seu **Lanard** in Et. Gen.

Lanfranc,

Lanfranc, *ab* AS. Land, Terra, Patria, & Franc, Liber, q. d. made **free** (i.e.) Civitate Donatus.

Lange, in Com. *Lanc.* AS. Billangho, clade *Wada* Duci relicti *ab Ardulpho* Nordanhumbrorum Rege illatâ nobilis.

Langport, in Com. *Som.* (i.e.) *Portus Longus.*

Langworth, in Com. *Linc. ab* AS. Lang, Longus, & Weorð pro Weorðig, Villa, Pagus.

Lanladron, Nomen Gent. Nescio an *à* C.Br. *Llain*, Gladius, & *Lladd*, Interficere, Occidere.

Lanthony, in Com. *Monm.* vetus Cœnobium, *Giraldo Cambr.* Interprete quasi *Lanthodeney*, *à Lhan*, Cœnobium seu Locus Ecclesiasticus, & *Hodeney* fluvio, item *Lhan Devi Hodeney* (i.e.) Cœnobium *Davidis* super *Hodeney.*

Lan Uethlin vel **Uethlin**, in Com. *Monig.* (i.e.) Templum **Uethlin**, *Antonino Mediolanum*, q. d. urbs inter duas Lanas (i.e.) Fluviolos.

Lanwitham, in Com. *Cornub.* fluvius. Nescio an *à* C. Br. *Llenwi*, Implere, Complere.

Latiner, Nomen Gent. *à* Fr. *Latinier*, quod antiquitùs Interpretem seu Dragomanum signavit, fortean q. d. **Latiner** (i.e.) is qui quamvis linguam in Latinam transferre potest; tempore enim Romanorum, inquit *Menagius*, Interpretes quamlibet peregrinam linguam in Latinam, utpote omnibus fere notam, transferre solebant.

Launston, in Com. *Cornub.* contr. *à* **Lanstuphadon** (i.e.) Dialecto Cornubianâ Fanum *Stephani.*

Law, Nomen Gent. *Scotis*, hæc vox Collem designat.

Lawson, Nomen Gent. q. d. **Lawzenson** (i.e.) *Laurentii* Filius, *Laurentiades.*

Lazzi, apud ant. Saxones Germanos, authore *Nithardo*, in Hist. Francorum libertinos seu Manumissos notavit, proculdubiò *à* Teut. **Freylassen** seu **Freygelassen** (i.e.) Manumissus, rude donatus. Invenio tamen tum apud *Stephanum* de urbibus, tum passim apud Scriptores Historiæ Græco-Romanæ *Lazos* vel *Lazios*, Scythiæ populum, nescio an ejusdem originis, v. **Adhing.**

Lea, in Com. *Hertf.* olim **Ligean**, *Ligea* Fluvius (i.e.) **Lyg-ea**, seu Aqua **Lyg.**

Lechlade, credo rectiùs AS. Laden-lade, olim in agro *Gloc.* Oppidum, in quo schola linguæ Latinæ nobilis fuit, quam cum **Crekelade** (i.e.) Schola Græcæ linguæ Oxonium transtulit *Ælfredus* Rex, quum Academiam illam condidit, *ab* AS. Læden, Latinus, & Congerere. *Somner* autem in Glos. hoc oppidum AS. Leuegelade seu Leuelade dictum putat, & longè probabiliùs deflectit *ab* AS. Leccian, Rigare, & Ladian; Purgare, v. **Crecclade.**

Ledbury, in Com. *Heref à* **Ledden**, fluvio, & **Bury**, quod v. in Et. Gen.

Lee, Ley vel **Leigh**, Nomen Gent. vel *à* C. Br. *Le*, Locus, vel *ab* AS. Ley, Leag, Lege, Terra inculta, Novale.

Leedes, in Com. *Ebor.* AS. Loÿsig, olim Regum *Nordanhumbrorum* Regia, fortean *ab* AS. Leode, Teut. **Leut**, Populus, omnia juraret Hellenista *à* Gr. Λαὸς, Λεὼς, q. d. Civitas Populosa. Ejusdem fortean originis est Leodium, Civitas Eburonum, quæ Teut. **Luttick**, **Lutck**, Fr. *Liege* dicitur.

Leerdam, *Batavia* Urbs, cujus Etymon per summam negligentiam *ab Adr. Junio* omissum est, fortean *ab* AS. Læp, Gelæp, Teut. **Lar**, **Leer**, Vacuus, & **Dam**, Agger, Cataracta, q. d. Urbs ad Cataractam Aquis Vacuam.

Leland, Cognomen eximio illo Antiquario nostro nobile, *ab* AS. Leag, Pascuum, & **Land.**

Le Herbert, in Com. *Mer.* (i.e.) Via *Herberti*, *ab Herberto* Comite Pembroch qui summo cum labore hos montes superavit.

Leicester, Urbs Provincialis, *Matth. Paris* **Legeceaster**, hanc in Catalogo *Nennii* **Caer Leiron** esse putat *Camdenus*, fortè q. d. AS. Leag Ceaster (i.e.) Civitas Pascuorum, *vide* **Lea** in Et. Gen.

Lemster, in Com. *Heref.* olim **Leon-Minster**, ut quidam fabulantur, *à Leone* qui in somno Monacho cuidam apparuit, C.Br. dicitur *Lhan-Lieni* (i.e.) Templum Monialium, vel *à Lino* quod laudatissimum hic crescit.

Lemster, *Hiberniæ* Provincia, C.Br. *Lein*, Incolis **Leighnigh**, Lat. *Lagenia*, secundùm *Ptolemæum Brigantum*, *Menapiorum*, *Cancorum* & *Blanorum* sedes. Nescio an *à* C.Br. *Llam*, Saltus, *Llammu*, Salire, Saltare, quia sc. Salebris, Tumulis & Collibus scatet.

Lenebam, in Com. *Kent*, Pagus, *ab* ant. *Durolenum Antonini* (i.e.) Aqua *Leni* fluvii, additâ sc. **ham** fluvii

nomini terminatione ham, quæ Pagum notat.

Lennox, *Scot.* Provincia, Lat. *Levinia*, à **Levin** fluvio, qui *Ptolemæo Lelanonius* dicitur.

Leodegar, Prænomen, q. d. **Leodgard** (i. e.) Custodia vel Custos Populi, *ab* AS. Leod, Populus, & **Gard**, quod v. in Et. Gen. *vide* etiam **Luitgard** infrà.

Leofhold, *Verstegan* deflectit *ab* AS. Leof, Amor, & Þold, Fidelis.

Leofric, Anglo-Saxo Merciorum Comes, qui Coventriam urbem nobilissimo illo muro recens diruto circundedit, *ab* AS. Leof, Charus, Dilectus, & Ric, Regnum, & Dives, q. d. Regno Dilectus, *ab* omnibus Amatus, vel quod ferè idem sonat, Amore Dives.

Leofstan, Prænomen, secundùm *Camdenum*, Superlat. nom. Leof, Dilectus, Charus, AS. Leofesta, q. d. Charissimus, vel *ab* eodem Leof, & Stan, Lapis, q. d. Lapis Charus (i. e.) Pretiosus, Gemma.

Leofwin, Prænomen, *ab* AS. Leof, Amor, & Win, Victor, verb. Winnan, Vincere, Acquirere (i. e.) Amicitiæ Victor, qui sc. omnium Amorem sibi conciliat.

Leonard, Prænomen, *ab* AS. Leon, & Belg. **Aerd**, Natura, q. d. Corde Leonino præditus (i. e.) Magnanimus.

Leonegildus, *Visi-Gothorum Hispanorum* Rex, *ab* AS. Leon, Teut. **Löwe**, pl. **Löwen**, Leo, & AS. Gildan, Exhibere (i. e.) qui Leonum spectaculum populo exhibet, vel potiùs *ab* AS. Lean, Teut. **Lohn**, Dan. eóque Goth. **Lon**, Merces, Præmium, Stipendium, & dicto Gildan, qui sc. Militibus Stipendia, virtutibus præmia distribuit.

Leopold seu **Leodpold**, vel, secundùm *Camdenum*, *ab* AS. Leod, Populus, & **Uphold**, Sustinere, q. d. Populi Protector, vel secundùm *Versteg. ab* AS. Leof, Charus, item Amor, & **Hold**, q. d. Amicitiæ seu Concordiæ Conservator, utrobique auspicatissimum nomen. Resp. Gr. *Demosthenes*.

Leskerd, in Com. *Cornub.* fluvius. Nescio an à C. Br. *Lleg*, Debilis, & *Cerdd*, Musica, *à Leni* sc. Strepitu quem edit.

L' Estrange, Nomen Gent. à Fr. *L' Estrange*, Extraneus, Alienigena.

Lettice, Prænomen Mul. à Lat. *Letitia*. Respondet Gr. *Euphrosyne*.

Leveney, in Com. *Brecon.* fluvius juxta quem fuit olim Urbs *Ptolemæo Leventium* dicta, additâ term. AS. Ey pro Ea, Aqua, Pratum. Nescio an à C. Br. *Llewa*, Edere, quia sc. agros inundando lambit, & quasi adedit.

Leverton, in Com. *Lincoln.* Pagus, q. d. **Leofrics town**, *à Leofrico* Equite Anglo-saxone Conditore. *Leofricus* autem hic, ni fallor, fuit is qui *Anno* 870. sub Comite *Algaro* agri *Linc.* Præfecto acri prælio contra Danos dimicavit, *vide* historiam *Ingulphi* Abbi Crowl.

Leveson, Nomen Gent. q. d. **Leweson**, Filius *Ludovici*, v. **Lewis**.

Levigildus, *Visi-Gothorum Hispanorum* Rex. *Junio* exponitur Leonum Contubernalis, à Belg. ant. **Leuwr**, Leo, & **Gild**, Socius.

Levin, olim Prænomen, nunc Cognomen, corruptum à **Leofwin**, quod *vide* suprà.

Levinton, Nomen Gent. corrupt. à Prænomine **Leofstan**, quod *vide* suprà; vel à **Levins** seu **Leofwins** *stone*.

Lewes, in Com. *Suss.* Portus, *ab* AS. Læpe, Pascuum, quia lætis Pascuis circundatus est.

Lewis, Prænomen, immediatè à Fr. *Louis*, It. *Luigi*, Venetis *Aluise*, omnia à Teut. **Ludwig**, hoc *ab* AS. Leod, Teut. **Leuts**, Populus, & **Wic**, Castellum, Propugnaculum, q. d. Populi Tutela, & Columen. **Clouis** nomen quinti Regis primæ stirpis Regum Fr. idem cum hoc fuit, præmisso tantum C pro **Cyning**, Rex.

Lewlin, Prænomen Cambris frequens, q. d. Leonis similis. Respondet Gr. *Leo* & *Leontius*.

Ley, in Com. *Ess.* AS. Lýgean, Fluvius, fortean *ab* AS. Licgean, Jacere, à Tarditate sc. quia Lenis & intermortuus fluit, & Stagnare videtur.

Leyden, Urbs *Batavorum* nobilissima, *Ptolomæo* λεγόδουνον βαταυῶν, Lat. *Lugdunum Batavorum*, ad discrimen *Lugduni* alterius urbis *Galliæ* inclytæ, fortean *ab* ant. Fr. & C. Br. *Lug*, AS. Luh, Lacus, & Dune, Tumulus, q. d. Tumulus seu Collis Lacu, seu Palude circundatus, v. **Logh** & **Downes** in Et. Gen. *Adv. Jun.* minore cum verisimilitudine deflectit à Belg. **Luyck**, Claustrum, & **Dun**, Tumulus,

vel

vel *à* **Lege Dunen** (i. e.) Humilitate Montium seu potiùs Collium, Montes enim nemò unquam ibi vidit.

Leyton, in Com. *Eſſ.* C. Br. *Durolitum* (i. e.) oppidum ſuper **Ley** fluvio.

Llan Badern vaur, in Com. *Card.* (i. e.) Templum *Paterni* magni, ſc. Sancti *Paterni* Epiſcopi.

Llanderon, in Com. *Cornub.* Neſcio an *à* C. Br. *Llan*, Templum, & *Heèua*, Profugere, q. d. Sanctuarium, ſeu Aſylum.

Llein, in Com. *Caern.* Promontorium, *Ptolemæo Langanum* ſeu *Canganum*.

Libertas de Auſtle, in Com. *Ebor.* (i. e.) **de Anctenty**, Fr. *Ancientè*, ſeu de Antiquitate.

Lichfield, in Com. *Staff.* Urbs Epiſcopalis, olim *Offæ Merciorum* Regis tempore, Metropolitanæ, Sancto *Ceaddâ*, qui vulgò **Saint Chad** cluet, Epiſcopo nobilitata, *Bedæ* **Lictofeld** dicitur, & exponitur Campus Cadaverum, quia multi hîc ſub *Diocletiano* Martyrium paſſi ſunt, ſc. *ab* AS. Lice, Teut. **Lichnam**, Cadaver, & **Field**; *Somnero* autem exponitur Campus Irriguus ſeu Paludoſus, ſc. *à* verb. Liccian, Lambere, quia ab alluente fluvio Lambitur.

Lid, in Com. *Dev.* Fluvius inde **Lidſtow** Forum (i. e.) *Lidæ*, Locus, & **Lidford**, Pagus (i. e.) *Lidæ* Vadum, *vide* **Stow** & **Ford** in Et. Gen.

Liege, Fr. *Liege*, Teut. **Lüttich**, **Lüttig**, **Lück**, Belg. ni fallor **Lutch**, *Leodium*, *Lipſio Leodicus*, nonnullis *Legia*, urbs Epiſcopalis *Eburonum* caput, v. Etymon voce **Leodes**.

Liffy, in *Hib. Ptolemæo Libnius*, *Gyraldo Cambr.* **Aven Liff** (i. e.) Fluvius **Liff**.

Lime, in Com. *Kent*, *Antonino* & libro Notitiarum Portus *Lemanis*, *Ptolemæo* Λιμάνη. **Lime** Portulus in Com. *Dorſ.* *à Lima* fluvio.

Lin, in Com. *Nott.* Fluvius, *à* C. Br. *Lhin*, Lacus.

Linn ſeu **Linn Regis**, in Com. *Norf.* Urbs & Portus inſignis à diffuſis aquis, hoc enim **Llyn** Britannis ſonat: **Regis** autem dicitur, quia ſub *Joanne* & *Henrico* 3. Reg. ſummâ cum fide contra rebelles militârunt.

Lincoln, Urbs Epiſcopalis, *Ptolemæo* & *Antonino Lindum*, C. Br. *Lindcoit*, *Bedæ Lindecollinum*, & *Lindecollina* Civitas, AS. Lindecollyne, & Lind-cyllan-ceaſtep, Norm. *Nicol*, *à* C. Br. *Llyn*, Lacus, quoniam olim infrà Collem tota aquis inundata & circumfuſa fuit, terminatio autem Collyne addita eſt, fortean quia Saxonum tempore in Colle ſolo, vel ſaltem maxima ex parte extructa eſt.

Lindisfarn, olim Sedes Epiſcopalis AS. Lindeyrpeapona-ea (i. e.) Inſula *Lindisfarenſis* etiamnum dicta **Holy Island**, *à* Sanctis ſc. Viris Monachis qui ibi olim habitârunt; neſcio an *ab* AS. Linde, Tilia, Lindene, Tiliaceus, & Fæp, Ingreſſus, Fape, Iter, fort. q. d. Locus Tiliis conſitus.

Lindſey, in Com. *Lincoln. Bedæ Lindiſſi* agri hujus Diviſio omnium maxima, *à Lindo* ſeu *Lincolnia* primaria ejus Urbe.

Lionel, Prænomen *à Leone*, cum term. dim. **el** (i. e.) Parvus Leo, Leunculus, Reſpondet Gr. *Leo* & *Leontius*.

Liſard *point*, in Com. *Cornub.* olim *Damnoniorum* ſeu *Ocrinum* Promontorium, fortean ſic dictum ab aliqua cum Lacerto ſimilitudine, *vide* **Lizard** in Et. Gen.

Liſle, (i. e.) de Inſula, Nomen Gent. *à* Fr. *Iſle*, præmiſſo Apoſtropho *L'*. Credo autem potiùs dictum *ab* Urbe *Flandriæ* inclytâ *Liſle*, ſeu Inſulis quod quantum ad Etymon perinde eſt.

Liſuithel, in Com. *Cornub.* linguâ Cornubianâ **Leſt-Uthiell**, *Ptolemæo Uxella* oppidum olim in monte, nunc in Valle ſitum *à* C. Br. *Uchel*, Sublimis.

Lith *of Pickering*, in Com. *Ebor.* (i. e.) *the* **Liberty** *of Pickering*, *ab* AS. Liþ, Membrum.

Lithgo ſeu **Linlithgo**, in *Scot. Ptolemæo Lindum*, *à* **Lin**, Lacu vicino valdè piſcoſo, *Llyn* autem C. Br. ſimpliciter Lacum deſignat.

Littlebozough in Com. *Nott.* (i. e.) Urbs Parva, Propugnaculum Parvum, Agelocum ſeu Segelocum *Antonini*.

Liuba, *Viſi-Gothorum Hiſpanorum* Rex. Neſcio an *ab* AS. Lufian, Amare. Reſpondent Gr. *Philo*, *Philemon*.

Liver, in Com. *Cornub.* Fluvius, fortean *ab* AS. Liþ, Liþep, Lenis, quia Lenis & Tardus fluit.

Liverpool *or* **Lirpool**, in Com. *Lanc.* AS. Lipeppole, Portus, fortean q. d. Lene ſeu Tardum Stagnum, *vide* **Liver**

suprà, & **Pool** in Et. Gen. quia sc. paludibus circundatus vel est, vel fuit.

Lock, Nomen Gent. *Camdeno* exponitur Locus in quo Amnes obstruuntur, *à* verbo *to* **Lock**, Septentrionalibus autem Lacum notat.

Logh Core, in *Scot.* Lacus ubi olim fuit Corda Selgovarum, *vide* **Logh** in Et. Gen.

London, *Angliæ* Epitome, Portus & Emporium nulli per Europam secundùm, *Tacito*, *Ptolemæo* & *Antonino Londinium* & *Longidinium*, *Ammiano Lundinium* & *Augusta*, *Stephano* de Urb. *Lindonion*, C. Br. *Lundayn*, AS. Lunbencaercep, Lunbenbyrig, Lunbenpyc, vel *à* C. Br. *Llwyn*, Nemus, q. d. Urbs per Excellentiam, Urbs Nemorosa, quia antiqui Britones Sylvas & Nemora, quæ dejectis arboribus obsepserant pro Urbibus habuere, vel *à* C. Br. *Llong*, Naves, & *Dinas*, Civitas, ut Gr. *Naustathmos*, *Naupactus*, *Nauplia*, *Navalia* Augusti; vel, secundùm *Sonnerum*, *à* C. Br. *Llawn*, Plenus, Populosus, & dicto *Dinas*. Miror autem viros aliquos apprimè eruditos adeò turpiter hallucinari, ut putent nostrum **London** nomen sumsisse, *ab* altera *Lunden Scaniæ*, Urbe Archiepiscopali, *Daniæ* & *Norwegiæ* Metropoli, quasi verò Dani Victores nostrum *Londinum* in memoriam Patriæ suæ Urbis *Lunden*, omnino ut *Messenii Peloponesii Messanam*, nunc *Messinam Siciliæ*, *Locrenses Achaiæ* populus *Locros* in magna Græcia; *Carthaginenses Afri Carthaginem* novam *Hispaniæ* extruxerint; constat enim *Londinum* nostrum etiam tempore Romanorum aliquot sæculis ante Anglorum Saxonum & Jutarum, nedum Danorum, in hanc Insulam adventum hoc nomine claruisse. Verisimile igitur est è contra Danos Victores ex Anglia reduces urbem hanc *Scaniæ* in memoriam nostri *Londini* subacti condidisse, eodémque nomine insigniisse. Eximia autem hæc Urbs, licèt opibus & magnitudine immensum quantum reliquas omnes *Angliæ* urbes superet, imò vel maximis totius Europæ suppar sit, tamen Archiepiscopali dignitate, quâ tempore Romanorum & Britonum claruit, post Saxonum adventum excidit, & quasi Capite diminuta in Episcopatum degeneravit.

Longobardi, primùm *Germaniæ*, deinde *Pannoniæ*, tandem & *Italiæ* Incolæ, Populus nobilissimus. Plerique dictos putant à Barbarum longitudine, *à* Germ. **Lang**, Longus, & **Bart**, Barba, q. d. Μακροπώγωνες, alii *ab Allebardis* seu *Bipennibus* quibus in bello usi sunt, & hoc sanè longè verisimilius, *vide* **Halbert** in Et. Gen.

Lonsdale, in Com. *Westm.* (i. e.) Vallis *Loni* fluvii.

Loo, in Com. *Cornub.* Fluvius, fortean *ab* Humilitate & Paucitate Aquarum, vel à vet. **Loo**, **Low**, **Logh**, quod ultimum v. in Et. Gen. quia fortean instar Lacûs stagnat.

Loopool, Nomen Gent. v. **Loo** suprà, & **Pool** in Et. Gen.

Lopp, Nomen Gent. *Camdeno* exponitur Salebra, sc. locus qui non sine Saltu transiri potest, *à* verb. *to* **Leap**; vel, si mavis, *ab* AS. Loppe *Lincoln.* adhuc in usu, quæ Pulicem signat.

Loquaber vel **Logh Aber**, in *Scot.* (i. e.) Lacus *Aber*: *Aber* autem Britannicè Fluminis ostium notat.

Lora, Prænomen Mul. *à* vet. **Loze**, Disciplina, quod v. in Et. Gen.

Loring, Nomen Gent. q. d. Fr. *de Lorain*, vel *le Lorain* (i. e.) *Lotharingus*.

Lorty, Nomen Gent. q. d. Fr. *de l'Ortie* (i. e.) de Urtica, Lat. Barb. *de Urtiaco*.

Lothar, unde etiam ortum puto *Lutheri* nomen, secundùm *Verstegan.* quasi **Lauther**, *à* Teut. **Lauter**, Clarus.

Lothbrook, *Danorum* Rex, interprete *Camdeno* **Leather breeches**.

Lothild, vulgò **Clothild** seu **Clothildis**; q. d. Teut. **Konsginne**, vel AS. Cpen Lo'dils, *ab* AS. Leode, Teut. **Leute**, Populus, & **Hilde** vel **Hildinne**, Heroina, q. d. Heroina Populo grata, seu Dilecta.

Love, Nomen Gent. *à* Fr. *Loup*; Lupus.

Lovell, Fr. *Louvel*, Nomen Gent. dim. Fr. *Loup*, Lupus, q. d. Lupellus.

Lovet, Nomen Gent. *à* Fr. *Louvet*, Parvus Lupus, & enim in Compositis Fr. minuit.

Lough Regit, in *Hib.* Lacus ad quem olim sita erat Urbs *Ptolem. Rigia* dicta *ab* AS. Luh, Lacus.

Lough, in *Scot. Ptolemæo Longus* Fluvius; *ab* AS. Luh, Lacus.

Loughborough, in Com. *Leic.* AS. Lieganburghe, fortean vel *à Ligea* fluvio, vel *ab* AS. Lig, Lige, Flamma, fortean *ab* Incendio aliquo, vel contra à Lacu aliquo seu Palude vicina, Luh enim AS. Lacum designat.

Loudze, Palatium Regis *Franciæ* eximium, à Fr. *L' Oeuvre* (i. e.) Opus seu Fabrica κατ' ἐξοχήν.

Ludfrid, *Verſtegan* deflectit *ab* AS. Leod, Teut. **Leute**, Populus, & AS. Fri'd, Fnede, Teut. **Friede**, Pax, q. d. Pax, vel Pacificator Populi.

Ludgate, Urbis *Lond.* Porta, q. d. **Flud-gate**, *à* Fluviolo subjecto; ut Romæ Porta Fluentana, vel *ab* AS. Lud, Falsum, & **Gate**, Porta, q. d. Pseudothyrum, *a* **False Port**; vel, ut ingeniosè pro solito divinat Doct. *Th. H. à* Leod, Populus, & **Gate**, ut *Porta del Popolo Romæ*; non, ut vulgus à Fabulosis Chronographis deceptum credit, à nescio quo *Ludâo* prisco *Britonum* Rege.

Ludovic vel **Lodowik**, Prænomen, *vide* **Lewis** suprà.

Ludolph vel **Ludolph**, *ab* AS. Leod, Teut. **Leute**, Populus, & Ulph, Auxilium.

Luitbald, *Bavariæ* Dux, *ab* AS. Leod, Teut. **Leute**, Populus, & **Bald**, Audax, q. d. Audax in Populo, vel erga Populum.

Luitbert, *Longobardorum Italorum* Rex, *à* vet. Teut. **Luit**, rec. **Leute**, AS. Leode, Populus, & AS. Beorht, Clarus, item Lux, q. d. Populo Clarus, seu Illustris, vel Populi Lux.

Luitgard, aliis **Luidhard**, ni fallor, Episcopus, *Bertha* Reginæ Franco-Gallæ *Ethelberti Cantii* Regis primi Christiani uxori à sacris Domesticis, *ab* AS. Leode, Teut. **Leute**, olim **Luit**, Populus, & **Gard**, Custos, quod v. in Et. Gen. propemodum respondet Gr. *Demosthenes*.

Luitprand, *Longobardorum Italorum* Rex, *Aventino* exponitur Populi Titio, & Amor, *à* vet. Teut. **Luit**, nunc **Leute**, AS. Leode, Populus, & **Brand**, Titio.

Lumbard *ſtreet*, Vicus *Londini* sic dict. vel quòd olim Mercatores ex *Longobardia Italiæ* hîc cohabitârunt, vel q. d. **Lumber** *ſtreet* (i. e.) Platea ubi olim Scruta venierunt, *à* Teut. **Lumpe**, Belg **Lompe**, Panniculus attritus, **Lumpen**, **Lompen**, Scruta.

Lurenburg, Urbs *Belgii* Provincialis. Nescio an *à* Teut. **Luchs**, Lynx, Lupus Cervarius, & **Burg**, Urbs seu Arx, à Copia sc. illorum animalium.

M.

MAB, Nomen Gent. ut & Reginæ terrestrium Dæmonum *Oberonis* ipsorum Regis uxor, credo *à* C. Br. *Mâb*, Filius, Puer, Parvulus, Dæmones enim illi terrestres semper, ut vulgò creditur, staturâ Puerorum apparent.

Mabel, Prænomen Mul. *à* Lat. *Amabilis*, vel secundùm alios *à* Fr. *Ma Belle*, It. *Mia Bella*, Mea Pulchra, Meæ Deliciæ.

Macquire, in *Hib.* fortean *à* C. Br. *Magwyr*, Maceria.

Machlin, **Mechlin**, Fr. *Malines*, Teut. **Mecheln**, Urbs Archiepiscopalis, & Provincia *Belgii*. Nescio an *à* Belg. **Maecklen**, Conciliare, Transigere, Negotiari, sc. à Commercio.

Mac Mahon, in *Hib.* (i. e.) Ursi Filius. Nomen Gent. Respondet Lat. *Ursinus*, *Ursicinus*.

Madoc, Prænomen *Brit. Camden* deflectit *à* C. Br. *Mad*, Bonus, & tum respondet Gr. *Agathias*.

Maedhart, Prænomen Mul. q. d. **Maiden heart**, *à* nostro **Maid** & **Heart**, vel Belg. **Aerd**, Natura, q. d. Virgineo Corde vel Indole prædita. Respondet Gr. *Parthenia*.

Magdeburg, Urbs *Germaniæ* eximia, olim Metropolitana, *à* Teut. **Magd**, pl. **Magden**, Virgo, & **Burg**, Arx vel Urbs, omninò ut *Parthenopolis* urbs *Macedoniæ*.

Magum, frequens terminatio priscorum nominum Urbium & Oppidorum. *Martinius* deflectit *à* Teut. **Mach** seu **Gemach**, Locus Commodus. Posset & declinari *à* verb. **Machen**, Facere, q. d. Opus seu Fabrica.

Maiden Bradley, in Com. *Wilts*, à Puella nobili quæ, cum ipsa Leprosa esset, hîc Leprosorum Nosocomium condidit.

Maiden-head, in Com. *Berks*, primò **Southealington**, deinde **Maiden-hith** dicta, à superstitioso cultu capitis nescio cujus Virginis Britannicæ ex 11000 *Ursulæ* Comitibus; **Southealington** autem dicta est *à* **South**, **Ea**, term. Dim. **ling**, & **Town**, q. d. Parvum Oppidum Australe ad Aquam, *vide* **Ea**.

Maidstone,

Maidstone, in Com. *Kent*, olim **Medwegeston** (i. e.) Urbs *Medwegi*, C. Br. *Caer Medwag*, à *Medwega* seu **Medway** fluvio qui ipsam alluit.

Main, Nomen Gent. (i. e.) *de Maine*, seu Cenomanis Provincia *Galliæ*.

Mainard, olim Prænomen, nunc Cognomen. *Verstegan* deflectit *à* **Man** & **Hard**, q. d. Virili Corde præditus; vel, si malis *à* **Man**, & Belg. **Aerd**, Natura, q. d. Virili Indole præditus. Respondet Gr. *Andreas*. *Aventinus* autem exponit Mea Gaza, Meus Thesaurus, & deflectere videtur *à* Teut. **Hein**, Meus, & vet. Teut. **Hard**, AS. Hopd, Thesaurus.

Malc, in *Hib.* ant. *Macolicum*.

Malden, in Com. *Ess.* *Tacito* & multis aliis *Camalodunum*, *Ptolemæo Camudolanum*, *Antonino Camulodunum*, & *Camoludunum*, AS. Maldune & Mealdune, à Camulo seu Camalo Britonum Deo, Romanorum *Marte*, & AS. Dune, Mons, Tumulus. Respondet Athenarum *Areopagus*.

Malleverer, Nomen Gent. *à* Fr. *Mal*, Malus, & *Levrier*, Leporarius Canis (i. e.) Leporarius Canis venandi rudis.

Mallobaudes, apud *Ammianum Marcellinum*; *Kiliano* exponitur Conservator, & Salus Convivii, *à* Belg. **Mael**, Teut. **Mahl**, Convivium, & ant. **Behaud**, Sustentator, *à* verb. **Houden**, ant. **Hauden**, Servare, Sustinere.

Mallory, Nomen Gent. *à* Fr. *Mal*, Malus, & *Lievre*, Lepus.

Mallovell, Nomen Gent. exponitur Malus Lupellus, *à* Fr. *Mal*, Malus, & **Lovell** quod *vide*.

Malmesbury, in Com. *Wilts*, olim Brit. *Caer Bladon*, à *Malmutio* (si quis talis unquam in rerum natura extitit) Rege *Britonum* extructa, & *Caer Bladon* appellata, postea **Ingelborne**, deinde, quod magis crediderim, à *Maidulpho* Hiberno-Scoto viro Sancto & Eremita, qui ibi Cœnobium seu Cellam condidit, & scholam aperuit **Maidulfesburg**, & inde contracte **Malmesbury** appellata, *Beda* etiam *Maidulphi* Urbs dicta est, & **Adelmesbirig** ab *Adelmo Maidulphi* discipulo, & primo Cœnobii Abbate. **Maidulph**, autem nisi, quod suspicor, *Hibern.* sit originis, satis aptè deflecti potest *ab* AS. Mæden, Virgo, & Ulph, Auxilium (i. e.) Virginum Adjutor seu Protector.

Malpas, in Com. *Cestr.* vox Fr. Lat. Mala Platea, AS. Depenbach, q. d. Fr. Malus Passus, seu Transitus, *vide* **Pas** in Et. Gen. Depenbach autem *ab* AS. Deope, Profundus, & Bece, Teut. **Bath**, Torrens, Rivus, ortum ducit.

Manchester, in Com. *Warw.* *Antonino Mancunedum*, *Nennio Caer Mancegued*, *à* C. Br. *Maen*, Lapis, & AS. Ceaster, Urbs, quia est hic Lapicidina.

Manchester, in Com. *Lanc.* Urbs Commerciis frequens, & opulenta, Lat. *Mancunium* & *Manucium Antonini*, & in Vicinia **Pancastle**, *à* C. Br. *Maen* vel *Mann*, Lapis, Saxum; Saxeo enim tumulo insidet, & sub ipsum oppidum ad **Colyhurst** *Lucomia* sunt nobiles

Mandevill, Nomen Gent. Lat. Barb. scribunt de *Magna Villa*, vet. linguâ Fr. *de Magne Ville*.

Manfred, *Neapolis & Siciliæ* Rex, *à* Germ. **Man**, & **Friede** vel **Frede**, Pax, q. d. Hominum Pacator, vel per quem stat Salus & Pax publica.

Mannours, Nomen Gent. Illustre (i. e.) de **Mannours**, *à* Fr. *Manoir*, Villa.

Mansfield, in Com. *Nott.* Municipium, unde, qui nobilitatem *Mansfeldensium* in *Germania* Comitum celebrant, dicunt illam gentem originem traxisse, & unum ex iis cum *Arthuro* nostro Mensam rotundam celebrâsse volunt. Vox autem vel est Hybrida, *à* C. Br. *Maen*, Saxum, Lapis, & nostro **Field**, vel simplicius deflecti potest *ab* AS. ant. Mangian, Negotiari, Mercaturam exercere, à Commercio frequentissimo quo & olim floruit, & nunc satis celebre est, & eodem **Field**.

Manwaring, Nomen Gent. fortean *à* nostro **Man**, & Teut. **Wären**, **Wehren**, Defendere, Protegere, *vide* **Ward** in Et. Gen.

Mapletoft, Nomen Gent. *ab* AS. Mapul, Acer, & Toft, locus ubi domus extructa est, q. d. Locus juxta domum Aceribus conlita.

Marabodnus, tempore *Tiberii* & *Caii* Imp. Marcomannorum Suevorum in Germania Rex, *ab* AS. Mære, Mape, Equa & antiquis Germanis etiam Equus, & Teut. **Bott**, Belg. **Bode**, Nuncius, q. d. Nuncius Equo vectus.

Marcomanni, *Germaniæ* Populus, *Suevorum* Tribus, qui olim partem *Bohemiæ* & *Moraviam* insederunt, & tempore Divi *Marci* Aug. Romanum Imperium valdè afflixerunt, q. d. **Markman** (i. e.) Homines Limitanei qui circa Limites agunt, *of the* **Marches**, *ab* AS. Meapc, Belg. **Marck**, & Teut. **Merck**, Limes, Signum, & **Man**.

Marcomirus, Francorum Sicambrorum Rex. *Adriano* exponitur Præfectus Limitum, à Belg. **Marck**, Limes, & **Heyr**, Prætor, & tum idem quod noſtrum **Marquis** ſignificat, quod v. in Et. Gen.

Margerie, Prænomen Mul. Sunt qui idem eſſe autumant cum *Margarita*, & tum deflectitur à Lat. *Margarita*, Gr. Μάργαρον, Μαργαρίτης, ſupple, λίθος, Unio, alii deflectunt à *Marjoria* ſeu *Marjorana*, quo nomine Lat. Barb. *Sampſuchum*, ſeu Amaracum appellant, v. **Marjerom** in Et. Gen.

Marlborough, in Com. *Wilts*, à noſtro **Marl**, Marga, vel potiùs *ab* AS. Mæl, Calx; eſt enim in loco Calcario ſita; non, ut alii volunt, à *Merlino* fabuloſo Vate.

Marlow, in Com. *Bucks*, à *Marga* quâ abundat, fortean humili ſitu vel Paſcuis Vicinis, *vide* **Marl** & **Lea** in Et. Gen.

Marmadoc, Prænomen Fictitium, ſecundùm *Camdenum*, q. d. AS. Mapa-Mæhtig, Teut. **Held-Machtig** (i. e.) Potentior.

Marn, *Scotiæ* Provincia, neſcio an *ab* AS. Mæpa, Termini, Limites, q. d. Ager Limitaneus.

Charles **Martel**, Invictus ille *Franco-Gallorum* Dux, à Fr. *Martean*, ant. *Martel*, It. *Martello*, Malleus, & fuit revera *Saracenorum* Malleus, Sed unde, inquies, *Martello*? proculdubiò à Lat. *Marcus*, *Marculus* idem ſignante.

Maſdras, *Suevorum Hiſpanorum* Rex. Neſan à Teut. **Maaſe**, Macula, & **Treſchen**, Verberare, ſc. à Vibicibus ſic dictus.

Mathaſuenta, Vitigis *Oſtro-Gothorum Italorum* Regis uxor, *Junio* exponitur Virguncula tenella, fortean à Teut. **Matt**, Debilis, Laſſa, & ant. **Swenth**, Puella, v. **Wench** in Et. Gen.

Mattſon & **Madiſon** (i. e.) *Matthæi* Filius; vel ut mavult Doct. *Th. H.* q. d. *Matildæ* ſeu *Mathildis* filius.

Matttact, priſcus *Belgii* Populus, *Zelandiæ* nunc dictæ olim Incolæ. *Adr. Junius* deflectit à **Mat**, vel, ut nunc ſcribunt, **Maet**, Socius, Contubernalis, quo nomine ſe mutuò compellare ſolebant.

Maud, Prænomen Mul. Lat. Barb. *Mechthildis*, *Machthildis*, *Mathildis*, à Belg. **Maecht**, Virgo, & **Helde** vel **Hilde**, Heroina, q. d. Heroina ſeu Domina inter Virgines.

Maugre, Prænomen, *vide* **Maugre** in Et. Gen.

Mauley, Nomen Gent. fortean à Fr. *Mal*, Malus, & *Lieu*, Locus, q. d. de Malo Loco vel Situ; vel, ſecundùm *Camden*, q. d. de Malo Lacu.

Saint **Mawes**, in Com. *Cornub.* (i. e.) Fanum Sancti *Maudis* Epiſcopi Hiberni, *Leland.*

the **Maze**, nobilis *Galliæ*, *Belgii* & *Germaniæ* Fluvius, v. **Moſa**.

Mean Borough, & **Eſt**, **Weſt-mean**, in Com. *Hant.* à *Meanvaris* populo à *Beda* memorato. *Meanvari* autem neſcio an à C Br. *Menn*, Plauſtrum, Rheda, Carrus, & *Gwar*, Cervix.

Meares, Nomen Gent. vel *ab* AS. Mepe, Palus, Stagnum, Lacus, vel Mæpa, Termini, Limites.

Meath, *Hiberniæ* Provincia Incolis **Mith**, Lat. *Giraldo Media*, fortean quia Media totius *Hiberniæ* Provincia eſt.

Mecklenborough, Teut. **Mechel burg** (i. e.) Megalopolis *Germaniæ* à Magnitudine ſic dicta, *vide* **Mickle** & **Borough** in Et. Gen.

Medemenham, Neſcio an *ab* AS. Medeme, Mediocris, & Digna, & **Ham**, Pagus.

Medeshamſted, antiquum nomen Urbis Epiſcopalis, nunc **Peterborough** dictæ, *ab* AS. Mæde, Med, Pratum, Paſcuum nobis à **Mead**, Ham, Pagus, & Sted, Stede, Locus, ſc. à Pratis undique Vicinis.

Medley, in Com. *Ebor.* AS. Medelý, quia ſc. Media inter duos fluvios jacet.

Medway, in Com. *Kent*, AS. Medpege, *Camdeno Vaga* fluvius, fortean à Paſcuis & Pratis quæ alluit, v. **Mead** & **Way** in Et. Gen. *Somner* autem ſic dictum putat, quia per agri *Cantiani* Medium ſeu Mediterraneum viam ſeu Curſum tenet, v. **Midele**.

Melton Mowbray, in Com. *Leic.* à *Mowbraiis* olim Dominis; **Melton** autem vel *ab* AS. Melstan, Prodere, q. d. Oppidum Proditorium, vel potiùs à verb. to **Melt**, à fundendo Metalla, quo artificio fortean olim celebris fuit, vel fortean *ab* AS. Mele, Alveus, ſeu Cyathus, ab opificio Alveorum ſeu Cyathorum; vel ut Doct. *Th. H.* placet à **Mell**, quod etiamnum Cantianis pro **Mill** uſurpatur Molendinum.

Mendipp *hills*, in Com. *Som.* olim **Mynedduppe** *hills*, q. d. Colles Minerarii, fortean quia olim Scaptenſulis abundârunt.

Menſa,

Ments, *Tacito & Ammiano Magontiacum*, *Ptolemæo Magontia Eutrop. Mogontia* illustris & ant. *Germaniæ* Civitas, Archiepiscopi & Electoris SRJ. sedes. Hæc sub D. *Aureliano* Aug. *Montiacum* contractim appellari cæpit, v. *Salmas.* notas in *Flav. Vopiscum* vitâ D. Aureliani Aug.

Mephistophiles, Doctoris Fausti Dæmon assecla, fort. q. d. *Mephitophilus* (i. e.) Mephitis, Mephitici seu Sulphurei halitûs Amator.

Merand, Prænomen Mul. in agro *Cornub.* frequens, q. d. Meus Smaragdus, *à Cornub.* **Merand**, Fr. *Esmeraude*, Smaragdus, v. **Emerand** in Et. Gen.

Mercia, Regnum Heptarchiæ amplissimum, AS. Meapcnaric, Meapclonb, *à* Meapc, Limes, sic dicta, quia cæteris omnibus Regnis confinis fuit.

Meredith, Prænomen, Lat. Barb. *Meredacius*. Nescio an *à* C. Br. *Merwerydd*, Fremitus maris.

Merionethshire, C. Br. *Sire Verioneth*, Lat. *Mervinia.*

Merkin, in Com. *Cornub.* Statio Navium pessima (i. e.) Mercatus *Jovis*, ob crebras Tempestates sic dicta.

Merlin, Propheta seu Vates ille quem *Cambro-Britanni* tantopere jactitant, *à* Teut. **Mâhr**, **Mâhre**, Fabula, **Mâhrlein**, Fabella, & est revera Vates Fabulosus; **Mâhr** autem fortean ortum est *ab* AS. Mæpe, Celebris, & hoc Etymon pro *Merlini* historia propono, de quo nec hoc minimum credo ipsum vel unquam in natura rerum fuisse.

Mernerfridus, *Turingorum* Princeps. *Junio* exponitur *Meerner des frides* (i. e.) Pacis Author.

Merovée, tertius *Francorum* Rex. *Adr. Junius* deflectit *à Merona Batavia* fluvio, ubi priscis Francis sedem & originem assignat. Posset & non incommodè deduci *à* Germ. **Meyer**, Præfectus, & **Weg**, Via (i. e.) Curator Viarum.

Merric, Prænomen C. Br. *Camden* corruptum esse *à* Lat. *Mauritius* divinat.

Mersc Mare, in Com. *Kent*, (i. e.) AS. Incolæ Paludum, Viri Palustres: sic enim dicti olim sunt Incolæ regionis **Romney Marsh**, *à* Mepyc, Palus, & Wæp, Vir, plur. Wapa.

Merton, in Com. *Surr.* AS. Mepebune, *ab* AS. Mepe, Palus, & Dune, Tumulus, q. d. Tumulus seu Urbs in Palude.

Merwald, Prænomen, fortean *ab* AS. Mæpe, Celebris, & Wealdan, Imperare, q. d. Celebris seu Inclytus Princeps, seu Imperator. Respondet Gr. *Clearchus*, *Cleocrates*, *Cratocles.*

Merwin, Prænomen, *ab* AS. Mæpe, Celebris, & Win, Victor, ut Lat. *Victor*, *Victorinus*, Gr. *Nicetas*, *Nicias*, *Cleonicus*, *Nicocles.*

Mesnil *or* **Menil**, Nomen Gent. *à* Fr. Norm. ant. *Mesnil*, Domus, q. d. Mansionile, *à* Lat. *Mansio.*

Metaris, olim C. Br. **Maltraith**, Æstuarium in littore *Norfolc*, juxta littus *Lincolniense*, nunc *the* **Wash** vocatum, nescio an *à* C. Br. *Mall*, Putris, Corruptus (i. e.) Lutosus, Cœnosus, & *Traidd*, Trajectus, Trajectio, hoc *à* verbo *Treiddio*, Trajicere, Transire, q. d. Malus & Infidus Trajectus: vel, si ex **Metarts** Etymon immediatum quæras, deflecti potest *à* verb **Methu**, Perire, Perdi, & nom. *Erw*, Jugerum, Ager, Arvum, pl. *Erwi*, q. d. Jugera (i. e.) Tractus terræ in quo multi viatores à Voraginibus seu Syrtibus absorpti pereunt, Tractus Periculosus & Pernicios, & est reverà talis.

Mews, Nomen Gent. exponitur de *Melsa* (i. e.) de Urbe Fr. *Meaux* dicta.

Michelgrove, in Com. *Suss.* (i. e.) Magnum Nemus, v. **Mickle** & **Grove** in Et. Gen.

Micklethwait, Nomen Gent. *à nostro* **Mickle**, AS. Micl, Micel, Multùm, & Dpeahr, part. verb. Dpean, Lavare, q. d. Probè Ablutus (i. e.) Purus. Alludit Gr. *Catharinus*; *Camdenus* autem deflectit *à* dicto Micel, Magnus, & Dpoit, Pascuum, Dpoit tamen in Dictionario non occurrit, *vide* **Thwaight.**

Middleborough, Belg. **Middelburg**, inclyta *Zelandiæ* Civitas, sic dicta, quia in Meditullio insulæ *Walachriæ* sita est.

Middleton (i. e.) Oppidum Medium in agro *Dorset.* Cœnobio olim *ab Ethelstano* Anglo-Saxonum Rege, ad expiandam fratris *Edwini* cædem condito nobile.

Milburg vel **Milborough**, Prænomen Mul. *Verstegan* deflectit *ab* AS. & Angl. **Mild**, Mitis, Mansuetus, Benignus, Liberalis, & **Burg**, Oppidum, q. d. Liberalis & Benigna versus Oppidanos, vel *ab* eodem **Mild**, & Borge, Borh, Fidejussor, & secundariò qui vel quæ protegit, Protectrix.

Mildred, Prænomen Mul. *ab* AS. Milde, Mitis, Benignus, & Teut. **Reden**, Loqui, &

& hoc sensu respondet Gr. *Eulalia*, vel *ab* eodem Milde, & AS. Rede, Consilium, q. d. Mitis Consilio, vel in Mitiora Consilia propensa.

Miles, Prænomen, vel *à* Lat. *Milo*, vel *à Milio*, ut *Fabius* à *Faba*, *Cicero à Cicere*, &c. vel *à* Fr. *Michel* pro *Michael*, *Camden.*

Millet, secundùm *Camdenum* Diminutivum Prænominis **Miles**, nisi malis *à* Fr. *Millet*, Milium, deflectere, ut *Cicero* à *Cicere*, *Fabius* à *Faba*.

Milton, in Com. *Kent*, contractum *à* **Middleton** (i. e.) Urbs Media, vel fort. *à Mola*, v. **Mill** in Et. Gen.

Minours, Nomen Gent. olim Lat. Barb. *de Minoribus*, *à* Fr. *Mineur*, Fossor Minæ seu Scaptensulæ.

Modbery, in Com. *Dev.* Pagus, vel *ab* AS. Mod, Mode, Fortitudo, & **Bury**, à Forti aliquo Facinore olim ab iis patrato; vel, q. d. **Mudbury** (i. e.) Oppidum Cœnosum, v. **Mud** in Et. Gen.

Moigne, Nomen Gent. *à* Fr. *Moine*, Monachus.

Mole, in Com. *Surr.* Fluvius, sic dictus quòd, instar Talpæ, subterraneum meatum sibi aperit, ut *Tamisi* aquas suas misceat.

Molesey, in Com. *Surr. à Mola* fluvio, & **Ea**, Aqua, seu Terra ad Aquam.

Molines, Nomen Gent. Illustre, olim *de* **Molines**, *à* Fr. *Moulin*, It. *Molino*, Mola, Molendinum.

Molineux, Nomen Gent. (i. e.) qui ad Molam pertinet, *à* Fr. *Moulin*, It. *Molino*, Mola, Molendinum.

Monmouthshire, olim **Wentset** & **Wenssland**, ubi, secundum *Lambardum*, Dimetæ insederunt, AS. Went Sætas (i. e.) Ventæ seu Ventanæ regionis Incolæ, à Venta Silurum Britannicè *Caer-Guent* celebri olim urbe in eo Tractu sita dicti; *Guent* autem & *Venta Lelandus* à C. Br. *Gwynn*, Albus, deflectit, fortean à Soli colore, ut Gr. *Leucopolis*, nunc autem hic ager nomen mutuatur *à*

Monmouth Urbe Provinciali, Invictissimi Regis *Henr.* 5. natalibus clarâ, quæ C. Br. *Mongwy* appellatur, à **Munow** & **Wy** fluviis, ad quorum confluentes sita est, q. d. Os seu Ostium **Munow** fluvii.

Montchensey, Nomen Gent. exponitur de *Monte Canisio*, quod nescio quid sibi velit. Libentius igitur deducerem *à* Fr. *Mont Chesneux* (i. e.) Mons seu Collis Quercubus consitus.

Montfichet, Nomen Gent. *à Monte Fixo* sic dictum, vel *à* Fr. *Mont*, & *Fichet*, Surculus, q. d. Surculus super Montem.

Montfort, Nomen Gent. q. d. Fr. *de Mont Fort* (i. e.) de Monte seu Colle Forti & Munito. Datur & in *Batavia* Oppidum ejusdem nominis.

Montgomery, à *Rogero de* **Montgomery** Comite *Salopiæ*, qui regionem subdidit & arcem condidit: **Montgomery** autem illud oppidum à quo Comes iste nomen tulit in *Gallia* situm est, q. d. Mons *Gomeri*.

Monthermer, Nomen Gent. exponitur de *Monte Hermerii*, credo potiùs Sancti *Hermis* seu *Hermetis*.

Montjoy, Nomen Gent. exponitur de *Monte Jovis*, sed, ni fallor, perperam. Mallem deflectere *à* Fr. *Mont*, Mons, seu Collis, & *Joye*, Gaudium, q. d. Mons Gaudii (i. e.) Amænus, *vide* **Joy** in Et. Gen.

Montperson, Nomen Gent. exponitur de *Monte Pessonis* nescio cujus: Crediderim autem istum **Person** dictum esse quasi *Petri* Filium.

Montrose, in *Scot.* Mons Rosarum, olim Celurca; vel, q. d. Fr. G. *Mont-rosse*, (i. e.) Mons Caballinus, vel *à* **Mount** & **Ros**, Brittannis Ericetum.

Montsorrell, in Com. *Leic. à Sora* Fluvio, & Fr. *Mont* (i. e.) Monte.

Moorgate, in Urbe *Lond.* à Palude olim adjuncta nunc siccata.

Moravia, Teut. **Mähren**, &, ni fallor, contr. **Marn**, olim *Quadorum* & *Marcomannorum* sedes, à quibus postremis, credo, nomen sumpsit, nisi malis deflectere *ab* AS. Mære, Celebris, Illustris, Clarus, & sanè *Marcomanni* olim fuere gens victoriis præ cæteris omnibus Germanici nominis populis illustris, præsertim cum tempore Divi *Marci* fortissimi, & optimi Imperatoris Romanum Imperium multis cladibus afflixerunt, & Italiam ipsam cædibus, & incendiis ferè ad Romæ usque portas vastârunt.

Morgan, Prænomen, *à* C. Br. *Mor*, Mare, & *Gan*, Ortus, q. d. *Marigena* (i. e.) juxta Mare ortus. Optimè olim expositum est Gr. *Pelagius*; & non dubito quin *Pelagius* Hæresiarcha à Gentibus suis Britannis **Morgan** dictus sit.

Morice, Prænomen, Lat. *Mauritius*, à *Maurus*, & hoc à Gr. Αμαυρὸς, Obscurus, Tenebricosus.

Mortimer, Nomen Gent. exponitur de Mortuo Mari, à Fr. *Mort*, Mortuus, & *Mer*, Mare.

Mortlack, Pagus ad ripam *Tamisis* in agro *Surr.* vel q. d. Mortuus Lacus, vel *ab* AS. Mor'ð, Mors, & Lac, Hostia.

Mosa, Belg. **de Maſe** & **Maes**, Teut. **der Maaſz**, Fr. *Meuse*, nobilis *Germaniæ* & *Galliæ Belgicæ* Fluvius, fortean à Belg. **Maes**, **Maes-hout**, Acer arbor, à copioso sc. hujus arboris ad hujus fluvii ripas proventu.

Mosella, nobilis *Galliæ Belgicæ* & *Germaniæ* Fluvius, Teut. **Maeſel**, nescio an à Belg. **Moes**, Olus, Herba Edulis, à copioso olerum juxta hunc fluvium proventu, an à **Moeſel**, Tibia Utricularis, a **Bagpipe**, cujus figuram cursu suo, & Alvei situ aliquantùm imitari videtur.

Mougrave *caſtle*, in Com. *Ebor.* Fr. *Moult Grace* (i. e.) Aspectu Jucundum, verbatim Multum Gratiæ.

Mountague, Nomen Gent. Illustre, q. d. Fr. *de Mont Aigu* (i. e.) de Monte Acuto.

the **Mountain** *Welſhman*, in Com. *Monm.* AS. Dunſettan (i. e.) Incolæ Montium; Dun enim Montem, & Setta Incolas signat.

Mount Norris, in *Hib.* Propugnaculum extructum à *Carolo* Barone *Montjoy* in memoriam fortissimi *Joannis Noritii* Equitis, sub quo *Montjoius* tyrocinium militiæ posuerat.

Mowbray, Nomen Gent. fortean à Teut. **Mowe**, Acervus, & **Bræde**, *Chaucero* **Bræde**, Mensa Cumulata seu Onerata.

Muckelney, in Com. *Som.* (i. e.) Magna Insula facta ex confluxu *Ivelli* & *Pedredi* fluviorum, *ab* AS. Micel, Magnus, & Ea, Aqua, seu Terra aquâ cincta.

Mullins, Nomen Gent. olim *de Mullins* (i. e.) Fr. *des Moulins*, à Fr. *Moulin*, Mola, q. d. de Molis.

Munſter, *Hibernia* Provincia, Lat. *Momonia*, Incolis, **Mown** & **Mowm**, *Velabrorum* & *Lucenorum* sedes, *Luceni* autem Hiberni à *Lucensiis* Galliæ ortum duxerunt.

Muſchamp, Nomen Gent. à Fr. *Mouſche*, Musca, & *Champ*, Ager, Campus. Vel, potiùs ut monet Doct. *Th. H.* à Fr. *Mousse*, Muscus, Ang. **Mosse-field**.

Muſters, Nomen Gent. exponitur de Monasteriis, à Fr. *de Moustiers*; *Moustier* autem Monasterium signat.

N.

Naerdem, *Batavia* Urbs, ingenti clade *ab* Hispanis contra fidem datam illatâ nobilis, cujus Etymon *ab Adr. Jun.* cæterâ satis curioso, & nimis Critico omissum miror. Deflecti possit à Belg. **Nae**, **Naer**, Propè, & **Dem** pro **Dam**, Agger, Cataracta, q. d. Urbs ad Cataractas, vel *ab* eodem **Naer**, & **Deme**, **Demen**, Ubera & Papillæ Jumentorum, q. d. Urbs Vaccarum Grandibus, & lacte distentis Uberibus præditarum Dives; & sanè Vaccæ *Batavæ* Uberum magnitudine, & Lactis copiâ omnes terrarum orbis longè superant.

Naples, Urbs Campaniæ inclyta, à Fr. *Naples*, It. *Napoli*, utr. à Gr. Νεάπολις (i. e.) Nova Urbs, sic dicta etiam tempore belli *Punici* 2. teste *Livio*. Eodem sensu *Carthago*, urbs Commerciis, & ingentibus victoriis illustris, Punicâ vel Lybicâ voce *Carthada* vel *Carthado* (i. e.) Nova Civitas teste eodem *Livio* appellata est. Hæc autem Νεάπολις, *Virgilii Alumna* olim *Parthenope* appellabatur, v. *Salmas.* notas *Plin.* in Sol. pag. 322. Col. 2.

Neal, Prænomen contractum à Lat. *Nigellus*, nunc autem in Cognomen transiit.

Neath, in Com. *Glam. Antonino Nidum* Urbs, & **Neath**, *Nidus* fluvius.

Neccar, Teut. **Necker**, *Flav. Vopisco* vitâ *Marci Aurel. Val. Probi* Aug. *Nicer* seu *Nicrus* celeber *Germaniæ* Fluvius.

Saint **Neotes**, in agro *Huntingd.* (i. e.) Fanum *Neoti* Viri Sancti, qui in hoc oppido tunc **Ainesbury** vocato diem obiit, sed unde inquies **Ainesbury**? fortean *ab* AS. Agen, Proprius, & term. **bury**, Urbs, quod *vide* in Ec. Gen.

Neene,

Neene, Fluvius, ut *Lelandus* vult corruptum *ab* **Avene**, & hoc *ab* **Avon**, quod C. Br. quemvis Fluvium designat.

Nelson (i. e.) Filius **Neal** seu *Nigelli*, *vide* **Neal** suprà; vel, si mavis *à* **Nell** ὑποκοριστῳ *Helenæ*, q. d. *Helenæ* filius.

Nemetes, priscus *Germaniæ* populus. *Slavonii*, teste *Ortelio*, omnes Germanos **Nemtz** appellant, Turcæ *Nimzi*, Ungari *Nemet*, Boemi *Nemec*: Nescio an *à* Teut. **Nehmen**, Capere, Furari, quia olim latrociniis & Rapto victitabant, populus autem hic olim Episcopatum, jam Spirensem dictum, insidebat.

Nese vel **Nxse**, in Com. *Kent* Promontorium, q. d. Nasus Terræ, *ab* AS. Næse, Nese, Promontorium, Nasus.

Nest, Prænomen Mul. *Cambriis* usitatum, contractum & corrupt. *à* Lat. & Gr. *Agnes*.

Netherland, Belgium, *à* Belg. **Netherland**, Teut. **Niderlandt** (i. e.) Terra Inferior, respectu scil. *Germaniæ*.

Nevill, Nomen Gent. Fr. *de Neuve Ville* (i. e.) Nova Villa seu Oppido.

Newbottle, in *Scot.* (i. e.) Novum Ædificium: Bottle enim AS. Villam seu Domum notat.

Newbury, in Com. *Berks* (i. e.) Novum Oppidum ex Spinarum oppidi ruinis enatum, cujus pars adhuc **Spinham** dicitur.

Newcastle, in Com. *Northumb.* Emporium nobile, ante *Gul. Vict.* tempora **Monckchester** dictum, quia ad Monachos pertinuit, omnino ut Fr. *Neuf Chastel*, & Gr. *Neocastron*.

Newcastle under Lime, in Com. *Staff.* (i. e.) sub *Lima* fluvio.

Newenden, in Com. *Kent*, Notitiæ Provinciarum *Anderida*, C. Br. *Cuer Andred*, AS. Andpeðr Ceaster, item Brittenden (i. e.) Vallis Britonum, unde illa Centuria seu Hundredum dicitur Sel Brittenden; Den autem AS. inter alia Vallem significat, & Syl, Limen, Columnam, fortean Columnam Limitaneam.

Newmarch, Nomen Gent. olim *de* **Newmarch**, *à* Fr. *Neuf*, Novus, & *Marché*, Mercatus, seu Forum (i. e.) de Novo Foro.

Newmarket, in Com. *Suff.* (i. e.) Novum Forum.

Newport, in Com. *Hunt.* (i. e.) Neoportus.

Nidderdale, in Com. *Ebor.* Vallis, *à* *Nido* fluvio.

Nidisdal, *Scot.* Regio, *à* *Nido*, *Nidio* seu *Nodio* fluvio, qui apud *Ptolemæum* corruptè *Nobius* scribitur.

Noel, Prænomen, *à* Fr. *Noel*, & hoc mirificè corruptum *à* Lat. *Natalis*.

Nokton seu **Noketon**, in agro *Linc.* *à* **Nook**, Angulus, & AS. Tun, nostro **Town** (i. e.) Pagus in Angulo situs.

Nonesuch, in Com. *Surr.* Regia (i. e.) Sine Pari.

Norfolk, Provincia, q. d. **North Folk** (i. e.) Homines Septentrionales, scil. respectu **Sufolk** (i. e.) **South Folk**, qui versus Austrum siti sunt.

Norham vel **Northam**, in Com. *Northumbr.* olim **Ubbanford**, q. d. Septentrionalis Habitatio, fortean autem AS. dictum est Ubbanford, vel ab *Ubba* quodam Conditore, vel ab *Ubba* fluvio, vel q. d. Upan-ford (i. e.) Vadum Superius.

Norimberg, Teut. **Nurn-berg**, **Nuremberg**, Urbs *Germaniæ* Imperalis inclyta (i. e.) ni fallor, Mons *Noricorum*; **Berg** enim Teut. Montem notat.

Norman, q. d. **Northman**, Vir Septentrionalis, sic dicta est colluvies Septentrionalium gentium, scil. *Suecorum*, *Danorum* & *Norwegorum*, qui tempore Imperatorum *Carolinæ Francicæ* stirpis *Gallica*, *Belgica*, & *Anglica* littora Latrociniis infesta fecerunt, magnam *Galliæ* partem occupârunt, reliquum sævissimè devastârunt, *Lutetiam* ipsam obsederunt & oppugnârunt, & tandem gentem nostram, imò etiam *Magnam Græciam* & *Siciliam* subjugârunt.

Normanton *fields*, in Com. *Northampt.* corruptè pro **Dormanton** *fields*, *ab* AS. Dormanceaster vetere urbe *Durobrivæ*. *Somner* autem scribit Dorm-ceaster, & flectit *à* C. Br. Dor vel Dyr, Aqua, seu Fluvius, sed in agro *Hunt.* ponit super *Nenam* fluvium, olim Brit. Caer-Dorm dictum est.

Norris, Nomen Gent. Nescio an *à* Fr. *Nourrice*, Nutrix.

Northallerton, in Com. *Ebor.* AS. Ealfeðun, fortean *ab* AS. Ælf, Lamia, Larva, Dæmon terrestris, quia olim

Dæmonibus illis frequentatum esse creditum est.

Northamptonshire, AS. Norðanpeontonscipe Provincia, *à* **Northampton** Urbe Provinciali, quæ sic dicta est à Septentrionali situ, sc. respectu **Southampton**, & *Antona*, secundùm *Camdenum Anfona* fluvio.

Northumberland, AS. Norðan-humberland (i.e.) Regio à Septentrione *Humbri* fluvii.

Norwich, in Com. *Norf.* Urbs insignis Episcopalis, AS. Norðpyc (i.e.) Septentrionalis Sinus, seu Statio navium seu Castellum.

Nottingham, Urbs nobilis Provincialis, AS. Snottengaham, C. Br. *Turoto-bane* (i.e.) Speluncarum Domus, *ab* AS. Snotenga, Cryptæ, & reverà etiamnum pauperes ibi in Cryptis habitant.

Novantes, priscus *Scotiæ* Populus, ubi nunc situs est ager *Gallovidiensis*. Nescio an à C. Br. *Nosio*, Natare, & *Antur*, Ausum, *Anturio*, Audere.

Noyers, Nomen Gent. exponitur *de Nodariis* (i.e.) Fr. *de Noüeure*, *à Noueure*, Nodatio seu Nodamentum, verbali verbi *Noüer*, Nodare, Nodo innectere.

O.

Obotriti seu **Abotriti**, priscus *Germaniæ* populus juxta utramque *Albis* fluvii ripam, ubi nunc siti sunt Ducatus *Luneburgensis* & *Megalopolitanus*. *Adr. Junius* dictos putat quasi **Abont ritters**, vel **Abend reiters** (i.e.) Vespertinos Equites, qui sc. Vesperi & noctu Equites exierunt ad vicinos invadendos, & prædam agendam.

Ochy *hole*, in Com. *Som.* Specus *à* C. Br. *Ogo*, Antrum, unde Insula *Eubœa* olim simili vocabulo *Oga* dicta est *Camden*; vel *ab* AS. Oga, Terra, q. d. locus nimiâ caligine terribilis.

Ockham, in Com. *Surr.* Pagus natalis *Gul. de Ockham* nominalis Sectæ Authoris, fortean q. d. **Okeham** (i.e.) Pagus Quercuum.

Ockhampton, in Com. *Dev. ab Occa* fluvio.

Ockley, in Com. *Surr.* Pagus, olim Sax. Alea, sic dictus *à* Quercuum copia, olim Danorum clade memorabilis; Ac autem AS. Quercum, & Lea, Leaȝ, Campum signat.

Oconor *Roo*, Nomen viri Nobilis *Hib.* (i.e.) **Oconor**, seu Magnus **Conor** Ruber.

Oder, v. **Ulaver** vel **Uladzus**.

Odoacer, *Herulorum*, *Rugiorum*, *Turcilingorum*, tandem & *Italiæ* Rex, idem cum **Ottocar** vel **Ottgar**, quæ v. *Adr. Junius Haudovachrius* seu *Adovacrius*, nescio quibus Authoribus scribit, & dictum putat à Symbolo seu Emblemate, quod in vexillo suo scriptum prætulit, **houd u Wacher**, quod exponitur Serva te Vigilantem. Mallem deflectere à Teut. & AS. Hold, Fidelis, Amicus, Benevolus, & **Wacker**, Vigilans, Impiger.

Offchurch, in Com. *Warw. ab Offa Merciorum* Rege Conditore, cujus filius *Fremondus* ibi sepultus est.

Oger, olim, teste *Camdeno*, Prænomen, nunc Cognomen, fortean *ab* AS. Oga, Terror, q. d. Terribilis.

Okeham, in Com. *Rutl.* à Quercubus.

Okenyate, in Com. *Salop.* jam Viculus, Rom. *Urocona*; Ys autem Humilem significat, nunc autem à Quercubus nomen accepit.

Oker, Nomen Gent. olim **Okover** (i.e.) de Quercu Alta.

Oldbury, in Com. *Glouc.* (i.e.) Burgum Vetus, v. Bury in Et. Gen.

Old Carlile, in Com. *Cumb.* Rom. Castra Exploratorum, Statio Militum.

Old Perith, in Com. *Cumb.* ant. Rom. *Petriana*, *ab Ala Petreia* quæ hîc Stativa habuit.

the Old town, in Com. *Heref. Antonino Bleftium*, C. Br. *Castle Hean* (i.e.) Castellum Vetus.

Old Winchester, in Com. *Northumbr.* libro Notitiæ *Vindolana*, additâ term. AS. Ceaster pro Urbe.

Oliver, Prænomen, *à* Fr. *Olivier*, Olivus, arbor Olivifera.

Saint **Omer**, Nomen Gent. exponitur de Sancto *Audomaro*, vel potiùs de urbe in adversa *Flandria* Fr. *Saint Omer* (i.e.) Fano *Audomari* seu *Audomaropoli* dicta.

Oncumber, quod nescio ubi legerit *Verstegauus* qui dictum putat quasi Sine Molestia, *à* Teut. **Ohne**, Sine, & nostro **Cumber**, Molestia.

Ordovices, *Cambriæ* Populus antiquus, *ab* Dar Dedi (i. e.) Super *Devi* fluvio, tractus enim quidam maritimus adhuc Ardudwy dicitur.

Orwulph, *Edgari* Regis Filius, *ab* AS. Orp, Portus, & Ulph, Auxilium, sc. qui Auxiliatur ad Portum, vel potiùs *ab* eodem Ulph, & Orb, Acies, qui sc. cum Acie subvenit, vel *à* Teut. Ort, Locus, q. d. qui Loco Auxiliatur.

Oxford *Colledge*, in Academia *Oxon. Fuller* dictum putat *ab Orientali* situ, credo potiùs quasi *Auream Aulam*, seu *Collegium Aureolum* (i. e.) Pulchrum & Magnificum.

Origenall, Prænomen, ni fallor, idem cum Gr. *Origenes*.

Ormond, in *Hib.* Hibernis Orwolwon (i. e.) *the* Front of Munster, *vide* Munster.

Ormus, Portus in sinu *Persico*, parentum ætate nobilis, nunc commercio in alium locum translato valdè attenuatus, à Gr. Ὅρμος, Portus, quoniam fortasse fuit Statio Navalis navium quæ *Alexander Magnus*, *Oeneficrito* & *Nearcho* Ducibus, ad exploranda littora *Indiæ* misit. Sunt qui Ἀμβρακία *Martiani Heracleotæ* volunt, *vide Salmas.* Not. *Plin.* in Sol. pag. 1178.

Orpington vel Orpinton, in Com. *Cantii*, nescio an à nostro Orpin, quod Crassulam notat, & Town, à copioso sc. Crassulæ proventu.

Osbern, Prænomen, *ab* AS. Hus, Domus, & Beapn, Filius, vel Osborn, q. d. Hous-Born (i. e.) Domi Natus.

Osbert, Prænomen, *ab* AS. Hus, Domus, & Beorht, Lux seu Lucidus, q. d. Lux Domûs, vel Domi Clarus. Respondet Gr. *Oecolampadius*.

Saint Osith, Nescio an *ab* AS. Oð, Usque, & Siþ vel Gesiþ, Comes.

Osmund, Prænomen, *ab* AS. Hus, Domus, & Mund, Pax.

Osney, in Com. *Oxon.* q. d. Ousney, *ab Isida* fluvio, & Ea, Terra aquâ irrigua.

Osred, *Nordanhumbrorum* Rex, *ab* AS. Os, pro Hus, Domus, & Rede, Consilium (i. e.) qui Domui seu Familiæ consulit.

Oswald, Sanctus ille *Nordanhumbrorum* Rex, *ab* AS. Hus, Domus, & Wald, Potestas, Wealdan, Regere, q. d. Pater-Familias, Domûs Rector.

Oswaldslaw *Hundred*, in Com. *Wig. ab Oswaldo* Episcopo Wigornensi, qui jus in hanc Centuriam *ab Eadgaro* Rege impetravit.

Oswestre, in Com. *Salop.* olim Oswaldstre, C. Br. *Croix Oswald* (i. e.) Crux *Oswaldi*, à C. Br. *Tre*, Oppidum, & Sancto *Oswaldo Nordanhumbrorum* Rege, qui hîc à *Penda* Mercio pœlio occisus est.

Oswin, Prænomen, *ab* AS. Hus, nobis Hous, Domus, & Winnan, Acquirere, vel potius Wine, Charus, Dilectus, q. d. à Familia sua Amatus.

Oswy, *Nordanhumbrorum* Rex Eccl. Cath. Litchfield Conditor, *ab* AS. Hus, Domus, & Wie, Consecrata, Sacrata, *à* Teut. Weihen, Belg. Wijden, Wijen, Sacrare, Consecrare, q. d. Ædium Sacrator, nomen sanè benè ominatur, & ut eventus probavit omninò Propheticum fuit.

Otford, in Com. *Kent*, AS. Ottanford, clade Danorum insignis, fortean *ab Otta* fluvio.

Otho, Prænomen, cui respondet Lat. *Otho* vel *Odo*. *Aventinus* deflectit *à* Teut. Hud, Custos, & hoc descendit *à* Teut. Hüten, Belg. Hueden, Hoeden, Tueri, Custodire, nisi malis à Rom. nom. *Otho* deducere. *Kilianus* autem *à* vet. Teut. Atte, Pater, declinat.

Ottadini, Populus Britonum qui olim Comitatum *Northumbr.* insederunt, *à* C. Br. *Uch Tin* (i. e.) Ultra *Tinam* fluvium, q. d. *Transtinani*.

Otterey, in Com. *Dev.* (i. e.) Lutrarum fluvius, *ab* Otter, Lutra, & Ea, Aqua.

Ottgar, *Edgari* Regis Socer, fortean q. d. Oath Gard, Juramenti Servator, hoc credo fuit nomen magni illius, sed tandem infelicis, *Ottocari Bohemiæ* Regis, & *Austriæ*, multarúmque aliarum Provinciarum Principis, *vide* Dooacer & Ottocar.

Ottocarus, Magnus ille *Bohemiæ* Rex, *Kilianus* deflectit *à* vet. Teut. Ode, Incultus, Desertus, & Acker, Ager, q. d. Vastator Agrorum, & idem esse censet cum Dooacer. Olim scriptum est Ottgar, ideóque mallem declinare *à* vet. Teut. Atte, Pater, & Gard, q. d. Patris Custos, & Conservator; nisi, quod suspicor, *Sclavonicæ* sit originis, notum enim est *Bohemos Sclavonicâ* linguâ uti, v. Ottgar.

Overborough, in Com. *Lanc. Camdenus* divinat esse *Bremetonacum Antonini*, q. d. Urbs seu Arx Superior, v. Over & Borough in Et. Gen.

Saint

Saint Mary **Overy**, Vicus in *Trans-Thamasina* regione *Londini*, q. d. *Saint Mary* **Over Ea** (i. e.) Sancta Maria trans Aquam, v. **Ea** in Et. Gen.

Overissel (i. e.) Provincia *Trans-Iselana* in *Belgico*, sc. Regio trans *Iselam* fluvium sita. *Adr. Junius* hunc fluvium *Iselam* eundem cum prisco *Sala Francorum* fluvio, à quo leges *Salicæ* dictæ nomen sumserunt, esse autumat, & hîc antiquam *Francicæ* gentis sedem statuit.

Dugthred vel **Uhred**, olim Prænomen, nunc Cognomen, fortean *ab* AS. Uhr, Manè, Tempus Matutinum, & Redan, Consulere (i. e.) qui dat Matutinum (i. e.) Maturum seu Tempestivum Consilium; vel, ut monet Doct. *Th. H. ab* **Hoch** & **read**, altum Consilium.

Oundle vel **Oundale**, in Com. *Northampt.* q. d. **Avondale**, ab *Avona* fluvio.

Ousbourn, in Com. *Ebor.* Rivulus, qui in **Owse** decurrit, v. **Bourn.**

Martin **Outwich**, *Londini* olim *Saint Mary* **Otrwich.** Nescio an *ab* AS. Otȳp, Oter, Lutra, & Wic, Sinus.

Owdewater, seu potiùs, ut *Belgæ* scribunt, **Ouvewater** (i. e.) Veteres Aquæ, *Batavie* urbs, *Armini* Theologi natalibus nobilis, *vide* **Ow** & **Water** in Et. Gen.

Owen, Prænomen, Lat. Barb. *Audoenus*, *Camden* censet corruptum esse *à* Gr. *Eugenius.*

Owse, Lat. *Isis* fluvius, quod idem nomen in infinitis locis invenitur. *Idcirco* ferè ausim affirmare **Owse** & **Avon** olim Brit. Fluvium in genere seu Aquam significâsse.

Oxford, Urbs Episcopalis & Academia illustris, *ab* AS. Oxenpopd, ut Gr. *Bosphorus*, Germ. **Ochsenfart**, ad *Oderam* fluvium, eodem sensu Britannis **Rhydychen**, *Lelando* autem, q. d. **Owsesford** (i. e.) Vadum *Isidis*, quæ ultima sententia mihi maximè arridet.

P.

Padstow, in Com. *Cornub.* Oppidum; contr. ex **Petrocstow** (i. e.) Locus seu Fanum *Petrocii*, nobis *Saint* **Petrock**, Divi Britanni.

Pain, Prænomen & Cognomen, *à* Fr. *Payen*, & hoc contr. *à* Lat. *Paganus.*

the English **Pale** *in Ireland* (i. e.) illa *Hiberniæ* Regio in qua *Angli* suis legibus ab *Hibernis* discreti olim vivebant, nescio an sic dicta quia Palis olim ad arcendos Latrones *Hibernos* circundata est.

Pancrolt, Nomen Gent. Nescio an *à* Fr. *Pancerotte*, parvus Venter, parvum Abdomen, v. **Paunch** in Et. Gen.

Parnell, contr. *à* Lat. *Petronilla*, Nomen Mul.

Parret, in Com. *Som.* Fluvius olim **Pedred.**

Parry, Nomen Gent. *Cambro-Britannis* frequens, q. d. *Ap Harry* (i. e.) *Henrici* Filius.

Passelew, Nomen Gent. Fr. *Passez l' Eau*, à Transeundo sc. vel Tranando aquam.

Patch, nomen Morionis Cardinalis *Wolsæi*, credo *ab* It. *Pazzo*, Stultus, Insanus: sed unde, inquies, *Pazzo?* fortean *à* Gr. Πάχυς, Παχὺς, Crassus.

Patson, q. d. **Patrickson** (i. e.) *Patricii* Filius.

Saint **Patricks Purgatory**, Insula *Patricii*, *Hib. Ellan*, v. **Frugadory** (i. e.) Insula *Purgatorii*, olim Reglis, *Ptolemæo* Regia, multis religiosis apud superstitiosam illam gentem fabulis nobilitata.

Patrington, in Com. *Ebor. Antonino Prætorium*, ut Italis *Prætorium* in *Petrovina* conversum est.

Paunton, in Com. *Linc. Antonino ad Pontes* (i. e.) Oppidum ad Pontes.

Paynell (i. e.) *Paganellus*, Prænomen, *vide* **Pain** suprà.

Peakirk, in Com. *Northampt. à Pega* Sacra Virgine Sancti *Guthlaci* Sorore.

the **Peak**, in Com. *Derb.* Mons, nobis autem **Peak** Eminere signat, ut *Hispanis* Mons ille in Insula *Tenariffa Pico* dicitur, fortean quia in acutum instar Hastæ seu Sariſſæ desinere videtur, *vide* **Pike** in Et. Gen.

Pearson,

Pearſon, Nomen Gent. q.d. *Petri* Filius, *à* Fr. *Pierre*, Petrus, & noſtro **Son**.

Peche, Nomen Gent. exponitur de Peccato, *à* Fr. *Peché*, Peccatum, vel potiùs *Peſche*, Piſcatio.

Pedderton, in Com. *Som.* olim **Pedridan**, *à Pedredo* fluvio, olim *Ine* Regis noſtri primi Legiſlatoris ſede nobilis.

Peg, ὑποκοριστικὸν Nom. *Margarita*, *Verſtegan* deflectit *ab* AS. Piga, Puella.

Pembroke, C.Br. *Pen Bro* (i. e.) Caput Marinum.

Pen, Nomen Gent. *à* C.Br. *Pen*, Caput, &, tranſlato ſenſu, Culmen ſeu Summitas Montis.

Pen, in Com. *Surr.* Pagus, ubi & Britones à *Kenwalcho* Weſt-Saxone, & *Canutus* Danus *ab Edmundo Ferreo* magnâ clade affecti ſunt. In vicinia eſt **Winecaunton**, Oppidum quod fortean à Vino, quod olim ibi factum eſt, & *Canuto* Rege ibi victo nomen tulit; *Pen* autem, ut dictum eſt, C. Br. Caput ſignat.

Pencridge *or* **Pancridge**, in Com. *Staff. Antonino Pennocrucium.* Neſcio an *à* C. Br. *Pen*, Caput. & *Crûg*, Tumulus.

Pendennis, in Com. *Cornub.* Caſtrum in Portu **Falmouth** *ab Henr.* 8. conſtructum, dialecto *Cornub. Pen Dinas* (i. e.) Caput Urbis, dicitur.

Pendle-hill, in Com. *Lanc. à Pen*, Caput, unde & fortean *Apennini* Montes, Gallis *Pennini* Montes, & *Pœninæ* Alpes dictæ ſunt.

Pengent, in Com. *Lanc.* Mons, *à* C.Br. *Pengwin* (i. e.) Albicante & Nivoſo Capite.

Penmaen maur, Rupes, in Com. *Caern.* (i. e.) Promontorium ſeu Caput Lapideum magnum. **Pen-maen-bychan**, Promontorium Lapideum minus.

Pennant, in Com. *Cornub.* (i. e.) C. Br. Caput Vallis.

Penrhyn, Nomen Gent. *Cambro-Britannis* frequens, q. d. *Ap Henry* (i. e.) *Henrici* Filius, v. **Henry**.

Penſans, in Com. *Cornub.* Oppidum (i.e.) Caput Sanctorum ſeu Arenarum (i. e.) vel *à* **Saints**, vel *à* **Sands**.

Penwith, in Com. *Cornub.* (i. e.) Promontorium ad Siniſtrum.

Percival, Prænomen, à Pago *Normanniæ* **Perchevaal**, hoc fortean *a* Fr. *Perche*, inter alia Caput ſeu Cornu, & vet. *Val*, Vallis.

Perin, Nomen Gent. olim Prænomen, fortean *à* Fr. *Pierrin*, Lat. *Petrinus* (i.e.) Parvus *Petrus*, terminatio enim in Diminuit.

Perkin, Prænomen, *à* Fr. *Pierre*, Petrus, & term. noſtra dimin. **kin**, q. d. Parvus *Petrus*, vel *Petri* Filius, v. **kin** in Et. Gen.

Perpoint vel **Pierpoint**, Nomen Gent. Illuſtre, exponitur de Petra Ponte, *à* Fr. *Pierre*, Petra, Saxum, & *Pont*, Pons, q. d. de Ponte Lapideo ſeu Petroſo.

Perrot, Nomen Gent. *à* Fr. *Pierrot* (i. e.) Magnus Petrus, *à Pierre*, Petrus, & **ot** terminatione Epitatica.

Perſho, in Com. *Wigorn.* vulgò **Parſhore**, q. d. Littus ſeu Ripa Pyris conſita; non enim procul eſt à *Sabrina* fluvio.

Pertharitus, *Longobardorum Italorum* Rex, fortean *à* Belg. **Peird**, Equus, & **Richten** pro **Berichten**, Docere, q. d. Equorum Domitor, *a* **Hoze Rider**, & tum reſpondet Gr. *Hippodamus*, *Damaſippus*.

Peterborough, in Com. *Northampt.* ſic dicta à Cœnobio, & Templo à *Peada* & *Wulphero* fratribus *Merciorum* Regibus olim in honorem Divi *Petri* extructis, AS. priùs **Medeſpell**, **Medeſhamſted**, **Medeſpelhamſted**, *à* Pratis vicinis dicta, nunc Urbs Epiſcopalis.

Pettour, *Baldwin le* **Pettour** (i. e.) *le* **Peteur**, qui ſc. tenuit terras in **Hemingſton** in Com. *Suffolk*, per Serjeantiam pro qua debuit facere die Domini Natali ſingulis annis coram Domino Rege *Angliæ Saltum*, *Sufflum* & *Petrum* unum; vel, ut alii ſcribunt *Saltum*, *Suffletum*, & *Bumbulum*, v. *Camden* & *Spelman.*

Pevenſey, in Com. *Suſſ.* AS. **Peopen-Sea**, nunc contractim **Pemſey**. *Somner* ſcribit **Pepena-Sæ**.

Peverell, Nomen Gent. fortean *à* Fr. *Poivrel*, It. *Peverello* (i. e.) Parvum ſeu Infirmum, Effætum Piper, *à* Fr. *Poivre*, It. *Pevere*, *Pevero*, Piper.

Philebert, Prænomen, *ab* AS. **Fela**, Belg. **Veel**, Teut. **Viel**, Multùm, & **Beohrt**, Lucidus, Clarus.

Picardy, *Galliæ* Provincia, & **Picard**, *Morinus*, utraque vox Fr. fortean quia *Morini* olim Sariſſas, hoc eſt *les Piques*, aliis armis in bello prætulerant, & dexterrimè torſerunt, q. d. *Sariſſophori*, nomen autem hoc hujus Provinciæ non invaluit ante *Ann. Dom.* 1300. v. *Fauchet* apud *Menagium.*

the **Pict's Wall**, in Com. *Cumb. Dioni* διατείχισμα, *Herodiano* χῶμα, Lat. Auth. *Vallum*,

Vallum, C.Br. *Gual*, *Gal*, *Bal*, *Mur Sever*, Scotis Scottish-waith, Anglis accolis **Picts wall**, **Pehits wall**, **Keeptwall**, & κατ' ἐξοχήν, **the Wall**, primò *Adriani*, deinde *Severi* Aug. eximium opus.

Piercy, Nomen Gent. secundùm *Camdenum* non à *Penetrando* oculum Regis *Scotorum* ut fabulatur *Boetius*, sed potiùs à **Pierce**, quod antiquis idem fuit quod nobis *Petrus*; **Pierce** autem à Fr. *Pierre*, quod & *Petrum* & Lapidem signat, ortum est.

Pigot, Nomen Gent. quod *Camdeno* exponitur Maculis aspersus, Lentiginosus, **Speckled**, sed hæc vox in Dictionario Fr. non occurrit, & certum est ex terminatione non esse Germanicæ originis. Non tamen à *Camdeno* malè exponitur, oritur enim *ab* It. *Piga*, Lat. *Pica*, q. d. instar Picæ Maculis variegatus. Doct. *Th. H.* ortum suspicatur à Fr. G. *Bigot*.

Piptnus, *Franco-Gallorum* Rex. *Adr. Junio*, nescio quibus rationibus freto, exponitur sibi ipsi favens, *Becano* Parturientis Dolor, qui deflectit à Teut. **Pipen**, Acutum sonum edere, Pipire & **Pein**, Dolor. Mallem à Fr. *Pepin*, Acinus seu Semen Pomi, vel à *Pie*, Pes, & *Peine*, Dolor, ut Gr. *Oedipus*.

Pitchford, in Com. *Salop.* sic dicta à Fonte cui continuò Bitumen innatat in privata domo scaturiente, ut in Samosatis Agrigenti, & in Lacu Asphaltite.

Plaisy, in Com. *Ess.* Norm. à *Placendo*, q. d. Situ Amænus, ut in *Italia Placentia*.

Plantagenet, Cognomen Ducum *Andium*, & postea Regum *Angliæ*, à Fr. *Plante Geneste* (i. e.) Planta Genista, à quodam sc. Comite Andium qui ad expiandam necem fratris sui quem, Imperii obtinendi gratiâ occiderat, expeditionem in terram Sanctam suscepit, & per totum iter singulis noctibus Virgâ ex Genista disciplinæ & satisfactionis ergò se cæcidit.

Pleasaunce, à Fr. *Plaisance*, It. *Piacenza*, Lat. *Placentia*, à *Placido* & Amæno situ sic dicta.

Plegmund, Archiepiscopus *Cantuar.* Nescio an *ab* AS. Plega, Plæga, Lusus, & Mundian, Tueri.

Plimmouth, in Com. *Dev.* Urbs Nobilis & Emporium celebre, q. d. *Plimi* fluvii Ostium. Si Græcus essem hoc deflecterem à Gr. Πλημμύρα, Æstus maris.

Plonket, Nomen Gent. nescio an à Fr. *Blond*, Crinibus Rufus, & term. dim. **ket**, & tum alludit Lat. *Rufinus*, Gr. *Pyrrhus*.

Polk, in Com. *Wigorn.* *Camdeno* **Polwick**. Nescio an *ab* AS. Pol, Contus, Hasta, & Wic, Sinus, Propugnaculum.

Poltevin, nunc **Petfin**, Nomen Gent. q. d. Fr. *le Poitevin* (i. e.) Picto, vel è Provincia Galliæ *Pictaviæ* oriundus.

Pollard, Nomen Gent. à Pisce, cui **Pollard** nomen est, Lat. Capito è Mugilum genere, v. **Poll** & **Pollard** in Et. Gen. vel à Tonsura, qu. Ang. *to* **Polle**, tondere significat.

Polton, in Com. *Cornub.* q. d. **Pool town**.

Pont Eland, in Com. *Northumbr.* à *Ponte* fluvio, Rom. *Pons Ælii* (i. e.) *Adriani Augusti*.

Pontfret vel **Pontfract**, vulgò **Pomfret**, in Com. *Ebor.* q. d. Pons Fractus; Pons autem revera fractus est, ut creditur, à populo *Wilhelmum* Archiepiscopum Regis *Stephani* ex sorore nepotem salutante, adeò ut multi in fluvium caderent, unâ autem, quam fudit *Wilhelmus*, lachrymâ factum est ut nemo periret.

Portlock, in Com. *Som.* Portulus, AS. Portlocan, q. d. Sera seu Clausura Portûs, v. **Lock** in Et. Gen.

Portland, in Com. *Dorf.* Insula, vel à Portu **Weymouth** cui è regione est, vel à *Porto* Saxone Prædatore nobili.

Portland, in Com. *Hant.* olim **Portsey** & **Portchester**, à *Portu*.

Portslade, in Com. *Sussex*. Viculus (i. e.) Via ad Portum. Sic *Camdenus*. **Slade** autem vel **Lade** pro Via non invenio. Mallem igitur deflectere *ab* AS. Slæd, Vallis, q. d. Portus in Valle.

Portsmouth, AS. Portes-Muða, in Com. *Hant.* Urbs nobilis, q. d. Portûs Ostium, v. **Mouth**.

Powell, Nomen Gent. *Cambro-Britannis* frequens, q. d. *Ap Howell* (i. e.) *Howelli* seu *Helii* Filius, v. **Howell**.

Preston, in Com. *Lanc.* q. d. **Priests town**.

Price, Nomen Gent. *Cambro-Britannis* frequens, q. d. *Ap Rice* (i. e.) *Rhesi* Filius.

Prichard, Nomen Gent. *Cambro-Britannis* frequens, q. d. *Ap Richard* (i. e.) *Richardi* Filius.

Prindle, Nomen Gent. *Camdeno* exponitur Prædiolum, & fortean ab eodem *Prædiolum* corruptum est.

Probert,

Probert, Nomen Gent. *Britannis* seu *Cambris* frequens pro **ap Robert** (i. e.) *à Roberto* ortus, *Roberti* Filius, *vide* **Robert**.

Prodhow seu **Prudhow** *Castle*, in Com. *Northumbr.* Rom. *Portolicia* seu *Procolitia*, Statio Militum.

Prono, *Germanorum* Deus. Nescio an *à* Teut. **Brandt**, Incendium, & fortean fuit *Germanorum Vulcanus*.

Prud, Nomen Gent. *Cambro-Britannis* frequens, q. d. *Ap Rhud* (i. e.) *Rhudi* Filius; *Rhud* autem, ni fallor, Crine Rubrum signat, *vide* **Red** in Et. Gen.

Pudsey, Nomen Gent. exponitur de Puteaco, *à* Fr. *Puis*, Puteus, vel nostro **Pyt**, vel **Ea**, Aqua.

Pugh, Nomen Gent. *Cambro-Britannis* frequens, q. d. *Ap Hugh* (i. e.) Filius *Hugonis*, *Hugonides*.

Pull dely, in Com. *Caern.* (i. e.) C. Br. Palus Salsa.

Putney, in agro *Surr.* ad ripam *Tamisis*, *à* Belg. **Put**, pl. **Putten**, Puteus, & **Ea**, Aqua.

Q.

Quixot, *Don* **Quixot**; Heros ille Ironicus Hispanus, *ab* Hisp. *Quixotes tercet* vel *Quixotes*, Femorale Ferreum, seu Armatura Femoris, μηροθήκη, vel ἰσχιοθήκη Ferrea, hoc *à* Lat. *Coxa*, vel à *Quixada*, *Quixar*, Mandibula, fortean vel à magnitudine Mandibularum, vel à macie Genarum. Sed unde, inquies, *Quixar?* credo *ab* AS. & fortean etiam Goth. ant. **Ceac**, **Ceoca**, Gena, Mala, Maxilla.

Quinborough, in Com. *Kent* (i. e.) Regino-Burgum, Arx *ab Edwardo* 3. Rege in honorem *Philippæ Hannoniensis* Conjugis suæ extructa.

R.

Radbisus, *Longobardorum Italorum* Rex, *à* Teut. **Rath**, Ultio, **Rächen**, Ulciscî, q. d. Ultor. Respondet Lat. *Vindex*, Gr. *Amyntas*.

Radbod, *Frisiorum* Rex, *ab* AS. Rade, Consilium, & Bode, Nuncius, q. d. Consilii Nuncius.

Radegisus, *Gothorum* Rex, *Junio* exponitur Caper Ruber, *ab* AS. Read, Belg. **Rood**, Teut. **Rot**, Ruber, & **Geis**, Caper.

Radegonde, Prænomen Mul. *ab* AS. Rade, Rede, & Teut. **Gunnen**, Favere, quæ sc. Favet, vel assensum præbet bono Consilio.

Radner, C. Br. *Maiseveth*, *old* **Radnor**; *Maiseveth hean*, & ab edito situ *Pencrag*, olim *Magos*, *Antonino Magnos*, unde hujus tractus Incolæ *Masegetæ*, & Comites *Masegetenses* Mediæ ætatis scriptoribus dicti sunt. **Radner** autem nescio an ortum sit *ab* AS. Rade, Iter Equestre, seu Via Equestris, *à* Rode, pl. Raden, & Open seu Oben, Supra, Superius, à Situ sc. Edito, & Viis Equestribus ad eam ducentibus.

Radulph seu **Rodulph**, v. **Ralph**.

Raginbert, *Longobardus Tarvisij* Dux; *Anno* 701. Nescio an *à* Teut. **Rechen**, Ulcisci, **Rath**, Vindicta, & AS. Beorht, Clarus, q. d. Ultione in hostes sumtâ illustris.

Ralph, Prænomen contractum ex **Radulph**, & hoc idem cum **Rodulph**, *ab* AS. Rade, Consilium, & Ulph, Auxilium, qui sc. Consulendo Adjuvat.

Rams-head, in *Hib. Ptolemæo Vennienium* Promontorium, fortean sic dictum à similitudine Capitis & Cornuum Arietis.

Ramsey, in Com. *Hunt.* (i. e.) Insula Arietum, *ab* AS. Ea, Aqua, & Terra Aquis rigua, & **Ram**.

Randal, Prænomen, *Camden* corruptum putat *à* **Ranulph**, & deflectit *à* Teut. **Rein**, Purus, & Ulph, Auxilium.

Ranulph, Prænomen, quod nonnulli perperam cum **Ralph** confundunt, *à* Teut. **Rein**, Purus, & Ulph, Auxilium.

Ratcliff, in Com. *Middl.* q. d. **Redcliff** (i. e.) Clivus Rubeus.

Ravensbourn, in Com. *Kent*, Rivus, q. d. Cornicum Rivulus, v. **Bourn** in Et. Gen.

Raulins, à Fr. *Raoul*, *Radulphus*, additâ term. Patronymicâ **ins**, q. d. *Radulphi* Filius, v. **Ralph**.

Raymund, Prænomen, vel à Teut. **Rein**, Purus, & **Mund**, Os, q. d. in colloquiis Purus (i. e.) ab omnibus obscœnis verbis abstinens; vel, secundùm *Camdenum*, à Teut. **Rub**, Quies, & AS. **Mund**, Pax, ut Gr. *Hesychius*, qui sc. à Jurgiis abstinet.

Reading, in Com. *Berks*, Urbs Commerciis frequens, AS. Rheadıge. *Camden* deflectit à C. Br. *Redin*, Filix, quæ ibi plurima nascitur, *Lelandus* à confluxu Aquarum sic dictum putat, à **Rhe** seu **Rhea**, Fluvius.

Reafan, Labarum seu Vexillum Danorum, sic dictum à figura Cornicis in eo à Filia *Lodbroci* Regis acu picta, v. **Raven** in Et. Gen. **Lodbroke** autem à *Camdeno* exponitur **Leather breeches** (i. e.) Braccis seu Femoralibus Coriaceis vestitus; *vide* item **Leather** & **Breeches**.

Reccaredus vel **Richaredus**, *Visi-Gothorum Hispanorum* Rex, *ab* AS. Ric, Dives, & Rede, Consilium, q. d. Consilio Dives, vel à Teut. **Reden**, Dicere, & eodem Ric, q. d. Dicendo Dives (i. e.) Copiosus & Facundus.

Rechilla, *Suevorum Hispanorum* Rex. Nescio an à Teut. **Rechen**, Ulcisci, & **Eilen**, Festinare, qui sc. Festinat ad Vindictam.

Reciswindus, *Visi-Gothorum Hispanorum* Rex. Nescio an à Teut. **Rechen**, Ulcisci, & **Geschwind**, Statim, Celeriter.

Reculver, in Com. *Kent*, AS. Raculf, Romanis olim *Regulbium*.

Redbridge, in Com. *Hant*. AS. Readbrycg, *Bedæ* Vadum Arundinis, q. d. **Reed-bridge**.

Redcliff, Nescio an *ab* AS. Read, nostro **Red**, & Fr. G. *Rive*, Ripa, à Colore sc. Sabuli seu Glareæ littoralis Rubeo.

Redwall, seu potiùs **Redwald**, *East-Anglorum* Rex, *ab* AS. Rede, Consilium, & Wald, Potestas, Imperium (i. e.) qui Consilio Imperat.

Reeve, Nomen Gent. *ab* AS. Repa, Gepera, Comes, Præfectus, Exactor, *vide* **Grave** in Et. Gen.

Reginfred, **Reinfred** vel **Rainfred**, à Teut. **Rein**, Purus, & **Fried**, AS. Freoðe, Pax, q. d. Purus & Integer Pacis Amator.

Regni, priscus *Britanniæ* populus, qui agros *Surrei*, *Sussex*. & partem agri *Hant*. olim insederunt. Nescio an à C. Br. *Rhèg*, Donum, Munus, & *Neges*, Nuncius.

Reinard, Prænomen, à Teut. **Rein**, Purus, & Belg. **Aerd**, Natura, q. d. Purus & Integer seu Incorruptus Ingenio.

Reiner, Prænomen, à Teut. **Rein**, Purus, Integer, & **Ehr**. Belg. **Eere**, Honor, sc. cujus Fama Integra est & Illibata.

Reinstraw, in *Scot. Ptolemæo Randura*.

Reinhold seu **Rainbold**, Prænomen, interdum **Renald**. *Camden* deflectit à Teut. **Rein**, Purus, & **Hold**, Amor, Amicitia; *Verstegan* autem à **Rein**, & **Held**, Heros. Quid si derivarem *ab* eodem **Rein**, & nostro **Hold**, q. d. qui Puritatis Tenax est.

Remismundus, *Suevorum Hispanorum* Rex, q. d. **Rumismund**, à Teut. **Ruhm**, Fama, Gloria, & AS. Mund, Pax, q. d. Pace Inclytus, vel Teut. **Mund**, Os, q. d. Ore (i. e.) Facundiâ Celebris.

René, *Andium* Dux, *Neapolis* & *Siciliæ* Rex Titularis, à Lat particula *Re*, & Fr. *Né*, Natus, q. d. *Renatus*.

Renimed, in Com. *Middl.* (i. e.) **Runningmead**, Baronum conventu contra Regem *Joannem* nobilis.

Repton, in Com. *Derb*. AS. Hpepandun, infortuniis duorum Regum *Merciorum Æthelbaldi* & *Burthredi* insignis, fort. à Teut. **Rein**, Purus, & **Town**, q. d. Oppidum Mundum.

Rheedsdale, in Com. *Northumbr.* (i. e.) Vallis *Rheda* fluvii.

the Rhein, *Rhenus* nobilissimus, secundum *Danubium*, non tantùm *Germaniæ* sed & totius *Europæ* Fluvius, à Teut. **Rein**, Purus, q. d. Aqua Pura, Limpida, vel quia infantes recens natos hoc fluvio simul lustrare seu Purificare, & an Genuini essent explorare solebant, vel à Teut. **Rinnen**, Fluere, **Rennen**, Currere, q. d. Fluvius κατ' ἐξοχήν.

Rhese, Prænomen C. Br. *Camdenus*, nescio an benè, à Teut. **Riese**, Gigas, deflectit. Certè quoniam Prænomen Britannicum est, mallem si satis ejus linguæ peritus essem à Sermone Britannico Etymon petere, fortean à C. Br. *Rheśel*, Præsepe.

Rhie,

Rhie, in Com. *Suff.* Portus, à Fr. *Rive*, Ripa, Littus.

Rian, in *Scot.* Fluvius, ad cujus ostium olim fuit Oppidum *Ptolemæo Abravanus*, q. d. *Aber Ruani* (i. e.) Ostium Ruani fluvii.

Ribblechester, in Com. *Lanc.* ant. Oppidum, *Ptolemæo Ribodunum* licèt corruptè legatur *Rigodunum*.

Ribell, in Com. *Lanc.* Æstuarium, *Ptolemæo Bellisama*, adjecto sc. principio antiqui *Bellisama*, AS. Rhe, quod Fluvium sonat, hoc *Camden*; Rhe autem pro Fluvio alibi non invenio.

Ricciarius, *Suevorum Hispanorum* Rex, *Anno* 48. Nescio an *ab* AS. Ric, Teut. **Reich**, Dives, & AS. Ape, Teut. **Ehr**, Honor, Gloria (i. e.) Honore Dives, seu valdè Honoratus.

Rice, v. **Rhese**.

Richard, *Verstegan* deflectit *ab* AS. Ric, Teut. **Reich**, Dives, & nostro **Heart**, qui sc. Cor seu Animum Divitem (i.e.) Liberalem habet. Ego mallem deducere *ab* eodem Ric seu **Rich**, & Belg. **Aerd**, Natura, qui sc. Indole seu Ingenio Felice, Fœcundo, & Divite præditus est; vel *ab* AS. Rice, Regnum, & Wapd, Custos, q. d. Regni Conservator. Violentius est *Aventini* Etymon qui **Reich-Gard** scribit, & exponit Divitiarum seu Regni Thesaurum, *à* Teut. **Reich**, Divitiæ, & Regnum, & **Gard**, Custodire, nec minùs coactum est illud *Junii* qui scribit **Reich Raht** (i. e.) Dives Consul seu Senator, *à* **Reich**, Dives, & **Raht**, Consilium, & Senator.

Richborough, in Com. *Kent*, olim **Richberge**, AS. Reptaceaster & Reptimud, *Antonino Rhitupis* Portus, *Ammiano Marcellino Rhutupiæ* statio. *Camdenus à* C. Br. **Kyng Tuyth** (i. e.) Vadum Arenosum deflectit.

Richmund, Prænomen, vel *ab* AS. Ric, Dives, & **Mund**, Pax, q. d. Pace vel Pacis Dives, vel *à* Teut. **Reich**, Dives, & **Mund**, Os, q. d. Ore Dives (i. e.) Facundus. Alludit Gr. *Chrysostomus*.

Ricimerus seu **Richimerus**, ortu Suevus, Romani Imperii per summam scelus Usurpator, vel *ab* AS. Ric, Regnum, & **Mære**, Celebris, Illustris, Magnus, q.d. Imperio Magnus seu Celebris, vel *à* Teut. **Reich**, Regnum, & **Mehren**, Augere, qui sc. Imperii fines profert.

Ridders, contr. **Riders**, in Com. *Hant.* (i. e.) de *Riparius* Nomen Gentilitium.

Riegate, in Com. *Surr.* (i. e.) *Rivi* seu fluvii Cursus.

Rie, in Com. *Suff.* Portus Maritimus, *à* Fr. *Rivè*, contractim *Rie*, *Ripa*.

Ring, Nomen Gent. *Camdeno* exponitur locus Sepibus seu fossis clausus, *ab* AS. Hring, Orbis, Ambitus, Circuitus.

Ringwood, **Regnewood** seu **Rincewood**, in Com. *Hant.* olim Regnum, Regnorum populi Metropolis, q. d. Saltus Regnorum.

Ripley, in Com. *Surr.* Pagus Natalis *Gul. Riplæi* Alchymistæ, *à* nostro **Ripe**, Maturus, & AS. Leag, Leg, Pascuum, Campus.

Rising, in Com. *Norf.* olim Castello insignis, à situ Editiori sic dicta.

Rithy, Nomen Gent. *à* C. Br. *Rith*, Vadum.

Robert, Prænomen, *Camden* deflectit *ab* AS. Rade, Consilium, & Beorht, Clarus, q. d. Consilio Celebris, ut Gr. *Eubulus*, *Cleobulus*, *Aristobulus*. *Verstegan* dicit olim scriptum fuisse **Roberht** & **Rouberight**, & suo more deflectit *à* **Rou** vel **Ruh**, Quies, & dilectissima sua terminatione **Beright** (i. e.) Propensus, & tum respondet Gr. *Hesychius*. Possim & declinare *à* Teut. **Roth**, Ruber, & **Bart**, Barba, ut Rom. *Ahenobardus*. *Teutones* scribunt **Ruprecht**, quasi ortum esset *à* **Ruh**, Quies, Pax, & **Pracht**, Pompa, Gloria. Malè *Kilianus* **Ratwert** scribi vult, *à* **Raht**, Consilium, & **Wert**, Dignus, Celebris (i. e.) Consilio Valens.

Roch, Nomen Gent. exponitur de Rupe, Fr. *de la Roche*, *à* Fr. *Roche*, Rupes.

Rochester, in Com. *Kent*, Urbs Episcopalis, *Antonino Duro-Brus*, *Duro-Prova*, *Duro-Brova*, *Duro-Brevis*, postea *Roibis*, AS. Hrove-Ceaster, & ante annos 200 **Rewchester**, non *à Russo* nescio quo, ut *Beda* divinat.

Rodelinda, *Perthariti Longobardorum Italorum* Regis Uxor, *ab* AS. & Teut. ant. **Rade**, Consillum, & **Lind**, Mitis, q. d. Consilio Mitis.

Roderic, Prænomen *Visi-Gothis Hispaniæ* frequens, *ab* AS. Rade, Teut. **Raht**, & Belg. **Raed**, Consillium, & AS-Ric, Teut. **Reich**, Dives, q.d. Consilio Dives. Resp. Gr. *Eubulus*, *Cleobulus*, *Aristobulus*.

Rodoaldus, *Longobardorum Italorum* Rex, *Anno* 654. vel *ab* AS. Rade, Consilium, & Wald, Potestas, Wealdan, Impe-

rare (i.e.) qui cum Consilio Regit, vel à Belg. Roed, Ruber, & Wald, Sylva, q. d. de Sylva Rubra.

Roger, Prænomen, à Teut. Ruh, Quies, & Gard, Custos. Respondet Gr. *Hesychius*, *Irenaus*. *Kilianus*, parùm variato sensu *ab* eodem Ruh, & Teut. Geren, Begeren, Desiderare, Appetere, deflectit.

Roiston, in Com. *Hert.* à *Roisia* pia Femina nobili, quæ *Normannorum* temporibus hîc Crucem erexit.

Rolland seu **Rowland**, Prænomen. *Camden* deflectit *ab* AS. Rade vel Rod, Consilium, & Land, q. d. Patriæ suæ Consiliarius. *Verstegan* autem à Teut. seu potiùs Belg. Row, Quies, & dicto Land, q. d. Pax, vel Pacificator Patriæ.

Rollerich *Stones*, in Com. *Oxon.* Saxa, fortasse in monumentum victoriæ à *Rollone* Dano, qui posteà rerum in Normannia potitus est, erecta, *Camden*.

Rollo, primus *Normanniæ* Dux, fortean à Teut. seu Goth. Roth, Ruber, & Lêwe, Leo, q. d. Ruber, vel Sanguinarius Leo.

Romeswoyk, in Com. *Kent* Agger juxta Mare, ubi creditur *Cæsarem* Dictatorem statim postquam appulit Castra munisse (i. e.) Opus Romanorum.

Romoaldus, Longobardus *Beneventi* Dux, à Teut. Ruhm, Fama, Gloria, & AS. Wealdan, Regnare, Wald, Gepalt, Potestas, q. d. qui cum magna Gloria seu Gloriosè Regnat, vel, à Teut. Raum, Spatium, item Spatiosum, Largum, & Wald, Sylva, q. d. de Ampla Sylva.

Rosamund, Prænomen, à *Rosa*, & Teut. Mund, Os, à colore sc. Roseo Labiorum, q. d. Gr. Ῥοδόστομος, Ῥοδόχειλος.

Rosinante, Fabulosus Equus Herois illius Errantis, à Fr. *Ros*, *Rosse*, Equus Strigosus, Caballus, hoc à Teut. Ros, Equus simpliciter, utr. fortean per Metathesin *ab* AS. & nostro Hors. Ejusdem originis est It. *Ronzino*, Asturco.

Rosland, in Com. *Cornub.* Provinciola, à C. Br. *Ros*, Ericetum.

Ross, in *Scot.* quod Scoto-Hibernicâ linguâ Promontorium notat, veterum *Cantarum* sedes, Brit. autem Ros Ericetum signat.

Rotharis, *Longobardorum Italorum* Rex. *Kilianus* deflectit à Teut. Retter, Liberator, à verb. Retten, Liberare.

Rotherfield, in Com. *Suss.* olim **Rotheram** à **Rither** seu **Rother** fluvio, inde & **Rotherbridge**.

Rotterdam, nobile *Batavia* Emporium, interprete *Adr. Junio* q. d. *Rota* vel *Retera* fluvii Agger, seu Cataracta, qui fluviolus circa hanc urbem in *Mosam* flumen se exonerat, *vide* Dam in Et. Gen.

de **Rougmount**, Nomen Gent. (i. e.) Fr. de Rubeo Monte, à *Rouge*, Rubeus, & *Mont*, Mons.

Rous, Nomen Gent. à Fr. *Roux*, Rufus, Rutilus, intensè Flavus. Respondet Gr. *Pyrrhus*, *Rutilius*, *Rufus*, *Rufinus*.

Routon *Castle*, in Com. *Salop. Antonino Rutunium*.

Row, Nomen Gent. Septentrionalibus Raw, à Fr. *Rue*, Vicus, Platea.

Roward, Prænomen, à Belg. Rouw-Waerd, nomine summæ apud *Brabantos* Dignitatis cum absoluta & ferè Dictatoria Potestate, & respondet nostro Magno Senescallo seu Constabulario, à Belg. Rouw, Quies, & Waerden, Custodire, q. d. Custos seu Conservator publicæ Quietis.

Rowen, *Hengisti* Anglo-saxonis Filia, *Vortigerni* Regis Britonum uxor. Nescio an à Teut. Ruh, Belg. Rouwe, Quies, & Winnen, Acquirere (i.e.) Pacis Conciliatrix.

Roxburg vel **Roxborough**, in *Scot.* olim Marchidun (i. e.) Collis Limitaneus, v. Mark, Marches & Downs in Et. Gen. fortean à Rupibus Vicinis.

Rugii, Bellicosus olim *Germaniæ* Populus Balthici maris Accolæ, *Adr. Junius* à Germ. Ruge, Hirsutus, deflectit, scil. vel *ab* Hirsutie corporum nativa, vel ab Hirtis ferarum pellibus quibus olim amiciebantur, *vide* Rough in Et. Gen.

Ruhim, in Com. *Kent*, fortean à *Rhutupiis* seu *Rutupinis*.

Rumney, **Romeney**, in Com. *Kent*, olim **Romenal**, fortean *à Romanis*, qui in eo littore primùm appulerunt.

Rumsey, in Com. *Hant.* AS. Rumrey, Monasterio Velatis Virginibus ab *Edgaro* Rege extructo nobilis, fortean *ab* AS. Rum, Latus, Amplus, & Sæg, Carex.

Russel, Nomen Gent. à Fr. *Roux*, Ruber, & term. dim. el, q. d. Rubellus. Ant. enim Fr. G. *Rusel*, idem quod Hodiernis *Rosseau*.

Ruthin, in Com. *Denb.* Lat. *Ruthunia*, C. Br. *Ruthun*. Nescioan à C. Br. *Rhwth*, Amplus, Magnus, Latus.

Ruthlan.

Rutblan, in Com. *Flint.* (i. e.) C. Br. Templum Rubrum, à Rubra Ripa *Cluid* fluvii, ut Gr. Mare Rubrum seu Erythræum, & *Llan*, Templum.

Rutlandshire, AS. Rotelanð, à Germ. **Rud**, **Rote**, Ruber, fortean à Soli Colore.

S.

Sacy *Forrest*, q. d. **Salsey**, in Com. *Northampt.* (i. e.) de Saliceto.

Saffron Walden, in Com. *Ess.* à magno Croci proventu: **Walden** autem *ab* AS. Wall, Vallum, & Den, Vallis, oritur.

Sale, Nomen Gent. *ab* AS. Sele, Fr. *Sale*, *Salle*, It. *Sala*, utr. *à* Lat. *Aula*, addito sibilo.

Salisbury, recens in Com. *Wilts* Urbs Episcopalis **Sarisbury**, ant. *Sorbiodunum*, AS. Searipbiriz, vel Searo-Burz, Brit. & AS. q. d. Mons Siccus seu Aridus, vel Urbs Sicca. Antiqua enim Urbs in Colle Arido aquarum inope condita est, recens in Valle fluviolo amœnissimo ipsos vicos perluente irrigata sita est: omninò ut *Roma* gentium Domina quæ olim in collibus stetit, propter Aquarum commodum ab illo fastigio in Valles descendere non dedignata est, v. **Sear** & **Borough** in Et. Gen.

Saltmersh, Nomen Gent. exponitur de *Salso Marisco*, seu Palude.

Samond, Nomen Gent. Fr. *de Saint Amand* (i. e.) de Sancto *Amando*.

Sampter, Nomen Gent. exponitur de Sancto Petro, q. d. Fr. *de Saint Pierre*.

Sampoll, Nom. Gent. Fr. *de Saint Paul* (i. e.) de Sancto Paulo, nobilis autem ista Gens à Nobilibus *de Saint Paul* Francis orta est, & eadem cum illis sc. *Luxemburgensium* Ducum insignia gerunt.

Sanden, in Com. *Kent* (i. e.) Oppidum Arenosum seu Tumulus Arenarius, *vide* **Sand** & **Den** in Et. Gen.

Sandwich, in Com. *Kent* (i. e.) Sinus Arenosus, AS. Sand seu Sonopyc, *vide* **Sand** & **Wich** in Et. Gen.

Sarn-Helen, in Com. *Mer.* (i. e.) Via *Helenæ*, ab *Helena* Augusta quæ hanc viam lapidibus straviisse creditur.

Sassem, *Hollandiæ* Pagus. *Adr. Junius* dictum putat quasi **Sachsen-Heim** (i. e.) Saxonum Domicilium; certum enim est Saxones olim magnam *Belgii* partem subjugâsse.

Sancheverell, Nomen Gent. exponitur de Saltu Capellæ, *à* Fr. *Sante*, Saltus, & vet. *Chevrelle*, Capella, *Chevre*, Caper.

Saxon, AS. Seaxna Deod, Gens Saxonum, Seaxna Geneopd, Lingua Saxonica, Ealð Seax, Saxonia Vetus, à qua Majores nostri orti sunt, omnia *ab* AS. Seax, Goth. Cimbr. Sax, Fr. Th. **Sabs**, Gladiolus, Pugio, quali veteres Saxones semper cincti incesserunt. Sunt qui Hebraicæ originis esse volunt, & ab eodem fonte Lat. *Sica* derivant. *Mer. Cas.* AS. Seax deflectit *à* Græco Pers. Σάγαρις, vel Σάγαρις, Gladius Persicus. Hi prisci Saxones Germani Majores nostri olim divisi sunt in tres populos, sc. in *Ostphalos*, *Westphalos* & *Angarios*.

Scales, Nomen Gent. exponitur de Scalariis, & est idem cum nom. It. *de la Scala*, Fr. *de l' Eschelle* Principibus *Veronæ*, & duobus Patre & Filio omnifariæ eruditionis Monarchis nobilitatum.

Scandia, Incolis **Schoenland**, *à* Teut. **Schoen**, **Schon**, Pulcher, hoc *à* verb. **Scheinen**, Splendere, q. d. Pulchra Regio.

Scarborough, in Com. *Ebor.* Portus, AS. Scear-burz (i. e.) Burgus in prærupta rupe seu Caute, inquit *Camden*; Scear autem pro Prærupta Rupe non occurrit, sed Capp apud *Somner*: melius igitur fortasse declinari possit *ab* AS. Scearp, & Burz, q. d. Urbs vel Arx in Acuta, vel Acuminata rupe sita, ut apud *Brabantos* **Scharpenberg**, Fr. *Montaign* (i. e.) Mons Acutus.

Scardale, in Com. *Derb.* Vallis Cautibus concluſa; Cautes enim AS. Scapper dicuntur; fortean declinari possit *ab* AS. Scear, Vomer, & **Dale**, vel *à* Capp, Rupes, & eodem **Dale**.

Scarr, Nomen Gent. *Camdeno* exponitur Collis Petrosus, & Asper, v. **Scarborough** suprà, & **Scarr** in Et. Gen.

Schiedam, *Batavia* Oppidum, *Adr. Junius* exponit Aggerem seu Cataractam *Scia* fluvii, v. **Dam** in Et. Gen.

Schoon-haven, *Batavia* Urbs, à Belg. **Schoon**, Teut. **Schön**, Pulcher, & **Haven**, Peculium, **Haeve**, Prædium, vel **Haven**, Portus. Respondet Gr. *Callipolis*.

Scots, *Scotorum* Nomen, ut & Scytharum, *Ador. Junius* à noſtro *to* **Shoot** deflectit, q. d. Sagittarii, κατ' ἐξοχήν. v. **Shoot** in Et. Gen. & Scythæ infra.

Scythæ, ingens Populus, aut potiùs populorum omnium ad Aquilonem communis parens. Tum *Junius* tum *Voſſius* eos olim Germanicâ linguâ uſos eſſe autumant, & à Teut. **Schieten**, Sagittare, Jaculari, nomen duxiſſe, q. d. **die Schieters** (i. e.) Sagittarii per Excellentiam, v. **Shoot** in Et. Gen.

Seater, *Germanorum* priſcorum Deus, quem à *Saturno* diſtinguit *Verſtegan*, licèt, meâ quidem ſententiâ, immeritò, *vide Verſtegan* & **Saturday** in Et. Gen.

Seaton, in Com. *Dev.* (i. e.) **Sea town**, eâdem ratione antiquis dictum *Moridunum* (i. e.) Oppidum Maritimum, à C Br. *Mor*, Mare, & *Dun*, Tumulus, Oppidum.

Sebald vel **Sebwald**, *ab* AS. Sæ, Mare, & Wealdan, Imperare. *Iſtebius* ridiculè deflectit à Teut. **Saen**, Serere, Seminare, q. d. qui Seminat vel Colit terram, nullâ etiam habitâ ultimæ ſyllabæ **bald** vel **wald** ratione.

Sebert, *Eaſt-Saxonum* Rex, qui primus ex illa gente Chriſtianam fidem amplexus eſt. *Verſtegan* putat contractum eſt *à Sigebert*. Mallem deflectere *ab* AS. Sæ, Mare, & Beorht, Clarus, q. d. Mari Celebris, Maritimis Victoriis Clarus.

Sethington, in Com. *Warw.* Sæculo Saxonico Secandunum, *Somnero* AS. Seccansune, à Secce, Bellum, Prælium, Pugna, & Dune, Oppidum, fortean *à* memorabili aliquo Prælio ibi commiſſo.

Seghill, in Com. *Northumbr.* Rom. *Segedunum*, eſt autem *Dunum* Brit. Collis, & Secce AS. Prælium, Secg, Militem, Sæcg, & Sægene, Gladium ſignat, fortean à magno aliquo Prælio, cujus memoria jam interiit, olim ibi commiſſo, niſi malis eodem ferè ſenſu *ab* AS. Sige, Teut. **Sieg**, Belg. **Segbe**, Victoria, deflectere, vel *ab* AS. Sæcg, Carex, q. d. Carectum, omnia hæc ſatis veriſimilia eſſent, niſi vetus antiquis Romanis notum nomen *Segedunum* Britannicæ, non Saxonicæ originis eſſe argueret. Neſcio an deflectere liceat *à* C Br. *Saig*, Ferculum, & dicto Dune, quod non tantùm Anglo-ſaxonibus, ſed & priſcis Britannis & Gallis Collem ſeu Tumulum ſignavit.

Semer *or* **Semore**, Nomen Gent. Illuſtre (i. e.) de *Sancto Mauro*, q. d. Fr. *de Saint Mor* vel *Maur*.

Setont, in Com. *Caern.* fluvius ad quem olim fuit Urbs *Segontium Antonini*.

Selby, olim Cœnobio inſigni, cujus Abbas Baronis jus habuit, nobile, *ab* AS. Sel, Bonus, Commodus, & By, Habitatio. Reſpondet Gr. *Callipolis*.

Sellenger, Nomen Gent. à **Saintleger**, & hoc *à Sancto Leodegario*, *vide* **Leodegar**.

Selred, *Eaſt-Saxonum* Rex, *ab* AS. Sel, Benè, & Rede, Conſilium, Redan, Conſulere. Reſpondet Gr. *Eubulus*.

Selſey, Urbs in Com. *Suſſ.* olim Anglo-Saxonum tempore Epiſcopali ſede jam ad **Chicheſter** translatâ nobilis, nunc vel Pagus vel nihil, q. d. Inſula Phocarum, *ab* AS. Seol, Phoca, & Ea vel Ige, Inſula.

Selwood, in Com. *Som.* C. Br. *Coit Maur*, *Aſſerio* Interprete Magna Sylva.

Semare, Nomen Gent. exponitur de Sancto *Medardo*.

Semarton, Nomen Gent. exponitur de *Sancto Martino*.

Senly, Nomen Gent. (i. e.) de *Sancto Lizio*, item Sylvanectenſis.

Sentlo, Nomen Gent. exponitur de *Sancto Lando*.

Sentlow, Nomen Gent. exponitur de *Sancto Lupo*, q. d. Fr. *de Saint Loup*.

Seofrid, *Eaſt-Saxonum* Rex, *ab* AS. Seo, Acies, Oculi Aſpectus, & Frið ſeu Frede, Pax, q. d. Aſpectu Pacato, Sedato, Sereno & Compoſito.

Seven-oke ſeu **Senoke**, in Com. *Kent*, à 7 Quercubus jam olim Cæſis ſic dicta.

Seven ſhale, in Com. *Northumbr. ab* Ala *Sabiniana* quæ in loco *Hunnum* dicto ſtativa habuit, vel *ab* AS. Seofon, Septem, & Sceala, Cortices, Putamina, Cruſtæ, fortean ſecundariò parvæ Rupes, à tot numero Rupibus in vicinia ſitis.

Severn, C. Br. *Haffren*, Lat. Sabrina fluvius.

Shaftsbury, in Com. *Dorſ.* AS. Sceaftesbyrig, vel à Sceaft, Sagitta, Cuſpis, vel, ut *Camden* vult, à Turri Templi Pyramidali, nobis *a Spire Steeple*, quam etiam AS. Sceaft olim ſignabat.

Shannon, in *Hib. Ptolemæo Senus*, *Oroſio Sena*, & in quibuſdam exemplaribus *Sacana*, *Giraldo Cambr.* Flumen *Senenſe*; **Shannon** autem linguâ *Hibernicâ* Antiquum Fluvium ſignificat.

Shaw,

Shaw, Nomen Gent. *Camdeno* exponitur Nemus, seu Nemus Umbrosum, *vide* **Shadow** in Et. Gen.

Sheal, Nomen Gent. exponitur Casa, Tectum, fortean *ab* AS. Sceala, Putamina, Cortices, Testæ, quia Casa vel Domus Incolam tuetur, ut Cortex ovum, vel Putamen Pomum.

Shene, nunc **Richmond**, in Com. *Surr.* ad ripam *Tamisis* Villa Regia, à Splendore sic dicta, *vide* **Shine** in Et. Gen. **Scyn** autem Teut. Pulchrum notat, & tum respondet Gr. *Callipolis.*

Sheppy, Insula in Com. *Kent*, q. d. AS. Sceap-Ea, vel Sceap-Ige (i. e.) Insula Ovium, ab Ovibus quibus abundat, ideóque non illepidè à *Lelando Ovinia* dicitur.

Sherborn, in Com. *Dors.* AS. Scipebupn (i. e.) Fons Limpidus, seu Clarus, *vide* **Sheer** & **Bourn** in Et. Gen.

Sherwood, in Com. *Nott.* (i. e.) **Sheerwood**, Clara seu Lympida Sylva, *vide* **Sheer** & **Wood** in Et. Gen.

Shipton, in Com. *Warw.* (i. e.) Ovium Pagus, q. d. **Sheeps-Town.**

Shoberry, in Com. *Ess.* AS. Sceobyrig, *ab* AS. Sceo, Calceus, & Byrig, Oppidum, à quadam sc. Calcei similitudine; vel fortean quia olim Calceorum opificio nobilis fuit: nec tamen multùm peccarem si deflecterem *ab* ant. **Shaw**, Nemus Umbrosum, à Nemoribus sc. olim vicinis.

Shoreham, in Com. *Suss.* AS. Scopeham, sic dicta, quia ad Ripam jacet, v. **Shore** in Et. Gen.

Shot, **Shut** *or* **Shute**, Nomen Gent. *Camdenus* Authore *Munstero* exponit *à* **Coop**, Claustrum, fortean *à* verb. *to* **Shut**, quod v. in Et. Gen. Potest & deflecti *à* Belg. **Schot**, Fr. *Escot*, Tributum, Collatio, Census.

Shrewsbury, in Com. *Salop.* Urbs Provincialis nobilissima, AS. Scpobbebyrig, *from* **Shrubs**, q. d. Fruticum seu Virgultorum Urbs, olim C. Br. *Pengwerne*, (i. e.) Caput Alneti, nunc Cambricè *Ynwithig*, ab amœno situ, q. d. Placentia.

Sicambri, Gens inferioris *Germaniæ* seu *Belgii*, nunc *Geldri*, *Adr. Junius* deflectit *à* Teut. **Such om bar** (i. e.) Circumspice, Circum Inquire, quod pro Emblemate Gentilitio eos gessisse divinat.

Sichild, *Clotharii* Francorum Regis Uxor. Nescio an *à* Teut. **Sieg**, Victoria, & **Helde** pro **Heldinne**, Heroina, q. d. Domina seu Heroina victoriis illustris.

Sidenham, in Com. *Dev.* Pagus, fortean *ab* AS. Sid, Side, Longus, & **Ham**, Pagus.

Sigebald, Prænomen, *ab* AS. Sige, Teut. **Sieg**, Victoria, & **Bald**, Audax, item Velox, inquit *Verstegan*, q. d. Audax seu Expeditus in prosequenda victoria, vel si malis, Victoriâ solito Audacior factus & elatus.

Sigebert, *East-Anglorum* Rex, *ab* AS. Sige, Teut. **Sieg**, Victoria, & Beopht, Clarus, Splendidus; respondet Gr. *Nicocles*. *Verstegan* more suo *ab* eodem Sige, & dilectissima sua terminatione Bepht, Consultus, declinat; *Kilian* dictum putat quasi **Sigbe-werd** (i. e.) Victoriâ Dignus, *à* Belg. **Sigbe**, Victoria, & ant. **Werd**, Dignus. Pessimè omnium & violentissimè *Adr. Junius* à Victrice (i. e.) Insigni Barba deflectit.

Sigemer, secundùm *Adr. Junium* à Germ. **Sige**, Victoria, & **Meyer**, Præfectus, q. d. Præfectus Victoriosus. Mallem deflectere *ab* eodem **Sige**, & verbo **Mehren**, Augere, q. d. Victoriæ Propagator, vel *ab* AS. Mœre, Celebris, Clarus, q. d. Victoriis Clarus, seu Celebris. Respondet Gr. *Nicocles.*

Sigeric (i. e.) Victoriarum Dives, *ab* AS. Sige, Victoria, & Ric, Dives. Respondet etiam *Gr. Nicocles.*

Sigbere, *East-Saxonum* Rex, *ab* AS. Sige, Victoria, & Here, Exercitus, qui sc. Exercitûs Victor est. Respondet Gr. *Nicostratus.*

Sigismund, Prænomen, vel secundùm *Camdenum ab* AS. Sige, Victoria, & Mund, Pax, q. d. qui Pacem victoriâ acquirit; vel, secundùm *Junium* & *Verstegannm*, *à* Teut. **Sieg**, Victoria, & **Mund**, Os, q. d. Os vel Lingua Victrix. Idem est hoc cum nom. *Sigimundus*, de quo *Tacitus* loquitur, qui Segestæ Cheruscorum Ducis filius fuit.

Silcester, in Com. *Hant. Nennio Caer Segonte*, q. d. Civitas *Segontiacorum*, Romanis Vindonum; Selceartep autem, inquit *Camden*, AS. Magnam Civitatem designat, sed cum bona *Camdeni* venia Sel eo sensu non invenio. Potiùs bonam (i. e.) Commodam seu Eximiam Urbem notat.

Silly *Islands*, *Sulpitio Severo* in Hist. Ecclesiastica *Sillinæ* Insulæ, Lat. Barb. vulgatiùs **Sorlinges**, Græcis Geographis *Cassiterides*, à Stannifodinis scilicet.

Simberd.

Simberd, Nomen Gent. exponitur de Sancta *Barbara*, fortean olim **Simberd**, q. d. Fr. *de Sainte Barbe*, & hoc dimin. nominis Fr. *Barbare*.

Singils, Nomen Gent. *Hib.* exponitur de *Sancto Gelasio*.

Sisebabus, *Visi-Gothorum Hispanorum* Rex, *Anno* 621. Nescio an *à* Teut. **Süs**, Dulcis, & **Bütte**, Cupa, Labrum.

Sisenandus, *Visi-Gothorum Hispanorum* Rex, Nescio an *à* Teut. **Süs**, Dulcis, & **Söhnend**, part. verbi **Söhnen**, Reconciliare, q. d. Mitis seu Benignus Reconciliator.

Sitsilt, nunc **Cecill**, Nomen Gent. *Cambro-Britannicum*.

Siwald, olim Prænomen, nunc Cognomen, *ab* AS. Sige, Victoria, & Wealdan, Regere, q. d. Imperator seu Rex victoriis celebris.

Siward, Prænomen, secundùm *Verstegannm* olim **Sighward**, *ab* AS. Sige, Teut. **Sieg**, Belg. **Sighe**, Victoria, & **Ward**, Custos, q. d. Victoriæ Conservator, qui Victoriæ fructum per negligentiam non amittit.

Siwe, *Germanorum* Deus. Nescio an *à* Teut. **Sieg**, **Sige**, Victoria, quæ etiam apud Romanos pro Numine habita est.

Skeffington, Pagus, fortean *ab* AS. Sceap, Ovis, & **Town**, q. d. **Sheepingtown** (i. e.) Oppidum Pastorum.

Skell, Nomen Gent. scribitur & **Schell**, & exponitur *Camdeno* Puteus, vel Fons, sed vocem hoc sensu non invenio, mallem igitur deflectere *ab* AS. Sceale, Trutina, Statera, Lanx.

Skrekingham, in Com. *Linc.* corr. *à* **Trekingham** (i. e.) Locus Trium Regum, quia hîc tres Reges Dani prælio occubuerunt.

Smeth vel **Smeath**, Nomen Gent. *Camdeno* exponitur Ager Planus, Planities, *ab* AS. Smæðe, Planus, Lævis.

Snell, Nomen Gent. *à* Belg. **Snel**, Teut. **Schnell**, It. *Snello*, Fr. *Isnel*, Celer, Agilis, Velox.

Snowden, in Com. *Caern. à* **Snow**, Nix, & AS. Den, Saltus; C. Br. etiam *Craig*, *Eriry*, à Nivibus quæ in iis semper visuntur, q. d. Rupes Nivosæ.

Sole, Nomen Gent. exponitur *Camdeno* Stagnum; AS. autem Sol, Lorum, Restim, seu Retinaculum designat.

Somersetshire, *ab* Oppido **Somerton**, olim totius Provinciæ celeberrimo; *Asserio* etiam Provincia *Somertunensis* dicta, q. d. AS. Somepcunrcipe, hoc fortean quia oppidum Æstivæ habitationi valdè commodum est.

Southampton, in Com. *Hant.* Portus nobilis, *Antonino Clausentum*, *à* **Claudd**, Portus effossâ terrâ extructus, χυτὸς λιμὴν, & **Anton**, Fluvio, hunc *ab* eodem **Anton** & **South** (i. e.) ad distinctionem *Northantonii* Urbis magis versus Aquilonem sitæ. *Lelandus Avondunum* vocat, & deflectit *à* C. Br. *Avon* vel *Afon*, Aqua, & AS. Dune, Tumulus, vel Tun, Oppidum.

Southwark, in Com. *Surr.* è regione *Londini*, AS. Sou ðpepc (i. e.) Opus seu Ædificium Australe, v. **South** in Et. Gen.

Spencer, olim *le* **Despencer**, Nomen Gent. Illustre, Fr. *le Despensier* (i. e.) Dispensator, Oeconomus, ut **Steward**.

Spene, in Com. *Berks*, Pagus, *Antonino Spinæ* vetus Oppidum.

Spigurnel, Nomen Gent. quod, *Camdeno* teste, Decretorum Juridicorum Obsignatorem, *a* **Seale** *of Writs*, olim significavit.

Stafford, Urbs Provincialis, *Semnerii* deflectit *ab* AS. Staf, Baculus, & **Ford**, Vadum, q. d. Vadum quod Baculo explorari potest.

Standard-hill, in Com. *Suss.* sic dictus; quia in hoc Colle *Gul. Victor* ante confertum cum *Haraldo* prælium, Vexillum erexit, *vide* **Standard** & **Hill** in Et. Gen.

Stanes, in Com. *Middl.* AS. Stana (i. e.) Lapides.

Stanford, in Com. *Linc. ab* AS. Stan, Lapis, & **Ford**, q. d. Vadum Saxeum.

Stanley, Nomen Gent. Illustre, *ab* AS. Stan, Lapis, & Leaz, Pascuum (i. e.) de Pascuo Lapidoso.

Stanton, *ab* AS. Stan, Lapis, & **Town**, q. d. Oppidum Lapidosum.

Stany-street, in Com. *Surr.* Via Romana, q. d. **Stony-street** (i. e.) Via Saxea.

Stert, in Com. *Dev.* Promontorium, *ab* AS. Steopt, Steopt, Cauda, quia instar Caudæ in mare protenditur; Steopt autem ortum credo *à* verbo Steopan, Gubernare, Dirigere, quia sc. Cauda reliquo corpori instar Gubernaculi est, ejúsque motum instar Temonis Dirigit.

Stert-point, in Com. *Sum.* (i. e.) Promontorium Caudatum, *ab* AS. Steopt, Steopt, Cauda.

Stey, Nomen Gent. *ab* AS. Stige. Trames, Semita, Callis: *Camdeno* autem, præeunte *Ælfrico*, Ripa, Agger exponitur.

Stigand, Archiepiscopus *Cantuar.* sub adventum *Wilh. Victoris.* Nescio an *ab* AS. Stigend vel Stigand, part. verbi Stigan, Scandere, Ascendere, certè ille feliciter scindit qui in Archiepiscopalem Cathedram ascendit.

Stillard, *Londini* juxta *Tamisin*, *Minshew* & Doct. *Th. H.* dictum putant quasi **Steel Yard**, quia Mercatores Hanseatici magnam ibi Chalybis vim important & divendunt. Quòd si rectius scribatur **Stils-yard**, & sanè sic scriptum in Chartis quibusdam antiquis inveni, tum sic dictum puto à Scala agresti, quâ olim à vicina platea disseptus fuit, ne Carri, Currus & Equi congregatos ad colloquendum negotiatores interturbarent; sed prius Etymon longè speciosius est. Nimis longè abeunt qui dictum putant quasi **Easterlings yard** (i. e.) Area Mercatorum Orientalium, quibus Regum nostrorum indulgentiâ olim in sedem donata est.

Stilleo, Nescio an à Teut. **Still**, Quietus, & **Leich**, Funus, Exequiæ.

Stoke, Nomen Gent. idem cum **Stow**, quod AS. Locum signat, inquit *Camden.* Mallem deflectere *ab* AS. Stocce, Truncus arboris, q. d. de Trunco vel Stipite arboris, ut Fr. *de Souche*, v. **Zouch.**

Stoke Flemming, in Com. *Dev.* à nobili *Flandro* olim Domino, & AS. Stocce, Truncus.

Stoneham, in Com. *Hant. Beda* ad Lapidem, *v.* **Ham** & **Stone** in Et. Gen. Respondet urbs *Petra* Arabiæ.

Stonehenge, in Com. *Wilts*, memorabilis ille locus ubi pendent Lapides ingentes arte & methodo quâdam dispositi, qui, nescio quibus machinis, aut quo consilio, eò translati sunt. Sunt tamen qui in monumenta virorum fortium ibi olim cæsorum erecta esse divinant, à **Stone**, & **Hang**, quæ *vide* in Et. Gen.

Stony Stratford, in Com. *Bucks*, à Lapidibus, Viâ, & Vado, q. d. Oppidum ad Vadum, & Viam Lapideam.

Stourminster, in Com. *Dors.* à *Sturo* fluvio, & Cœnobio olim ibi condito, hinc etiam & **Sturton**, Pagus, q. d. *Sturopolis.*

Stow, Nomen Gent. *ab* AS. Stop, Locus.

Strabling, Nomen Gent. corruptum *ab* **Easterling** (i. e.) Orientalis, *vide* **Easterling**, & **Sterling** in Et. Gen.

Straight, Nomen Gent. *Camdeno* exponitur Vallis juxta fluvium.

Strasburg, Argentina magnifica & illustris urbs *Germaniæ* Imperialis, à Teut. **Straß**, Via, & **Burg**, Urbs, sic dicta fortean quia sita est in via Consularis.

Strathern, in *Scot.* Regio, C. Br. **Straith Ern** (i. e.) Vallis ad *Ernam* fluvium. Sed hoc **Straith** apud *Davisium* non occurrit.

Strath-Navern, in *Scot. Ptolemæo Cornabii*, à *Nabeo* fluvio (i. e.) Vallis ad **Navern**, seu *Nabeum* fluvium.

Stratton, in Com. *Salop.* (i. e.) **Street-town**; vel, si mavis, **Strait-town** (i. e.) Oppidum Angustum seu Directum, Rectum; vel Oppidum in Valle, *vide* **Straight** suprà.

Streanes-hall, olim Synodo *Anglo-saxonum* nobilis, AS. Streoneg-healh, Strænegh-halch, Streanegh-heale, *Bedâ* interprete Sinus Phari. *Somn.* deflectit *ab* AS. Streond vel Strand, Littus, & Heal, Angulus, vel Healc, aliàs Hylc, Anfractus, Flexura, Curvatura.

Sturbridge, in Com. *Cant.* (i. e.) *Sturi* fluvii Pons.

Suevia, rec. **Schwaben**, *Germaniæ* olim nobilissimus Populus, à verb. **Schweben**, Movere, fortean q. d. Gens Agilis seu Mobilis.

Suffolk, AS. Suðfolc, Provincia (i. e.) Gens Australis, respectu sc. *Norfolciensium.*

Suintilla, *Visi-Gothorum Hispanorum* Rex, fortean *ab* ant. Teut. **Suenth**, Virgo, Puella, & tum respondet Lat. *Virginius*, Gr. *Parthenius.*

Sully, in Com. *Glam.* Insula, vel à **Sully**, Domino, vel à *Siluribus* ant. populo.

Sunning, olim, ut notat *Lelandus*, novem Episcoporum sedes. Nescio an sic dicta ab Aprico & soli exposito situ.

Sureby, in Com. *Ebor. Ptolemæo* Σουλμανον *Gabrantovicorum*, aliis Sinus Portuosus & Salutaris; *Gabrantovicum* autem à C. Br. *Gaffran*, Caper, quibus regio hæc abundat, ut *Ægirâ Achaiæ*, *Nebrodes Siciliæ*, & *Bœotia Graciæ.*

Surrey, AS. Suðpea, Provincia, à Suð, Meridies, & Rea, Fluvius, q. d. Australis Ripa fluvii inquit *Camden*; Rea autem apud *Somnerum* non

occurrit, sin detur possit à Gr. Πιο declinari. Posset & Surrey non minùs verisimiliter deflecti à South, & Rieg, Dorsum, à Ridge, q. d. Australis Ora, seu Margo, vel etiam à Fr. G. *Sud*, Meridies, & *Rive*, contractim Rie, Ripa.

Sureiyes, Nomen Gent. exponitur super *Teysam* sc. fluvium, q. d. Fr. *Sur Teyse*.

Suſſer, AS. Suðpex, Provincia, q. d. Australis *Saxonia*.

Suthred, *East-saxonum* Rex ultimus, *ab* AS. Soð, Verus, & Redan, Dicere, Consulere, q. d. qui Vera monet. Respondet Gr. *Eubulus, Aristobulus*.

Suthwell, in Com. *Nott.* (i. e.) Fons Australis, Baptisterium Australe, *Beda* Tiovul Fingacester, ubi *Sanctus Paulinus Eborac.* Archiepiscopus hujus agri incolas *Trent* à fluvio baptizavit.

Sutton, in Com. *Dev.* & alibi Pagus, q. d. South-town.

Swain, olim Prænomen *Danis* frequens; nunc Cognomen, fortean *ab* ant. Swain, Colonus, ut Lat. *Agricola, Rusticus*, Gr. *Georgius*, v. Swain in Et. Gen.

Swaledale, in Com. *Ebor.* à Swale, Fluvio, & Dale, Vallis.

Swanescomb, in Com. *Kent*, vel q. d. Swainescamp (i. e.) Castra *Sweni*, vel Swainescomb, Vallis *Sweni*, quia sc. *Sueno Danorum* Rex hîc Castra posuit.

Sweden, Lat. Barb. *Suecia*, pars *Scandiæ* Peninsulæ orientalior, priscorum *Sionum, Gothorum*, & *Vandalorum* sedes. Et sanè prisci nominis *Sniones* Vestigium adhuc in Sweden apparet.

Swithelm, *East-Saxonum* Rex, *ab* AS. Spiðe, Valdè, & Helm, primariò Galea, secundariò Tutela, Protectio, item Protector, qui sc. Valdè (i.e.) solicitè Protegit.

Sanctus **Swithin**, ni fallor, Episcopus *Winton*, ant. Swithheahn, *Camden* deflectit *ab* AS. Spiðe, Valdè, & Heah, vel Heahn, Altus, ut Lat. *Celsus, Exuperius*, Gr. *Hypalius*. Fortean autem non minùs probabiliter deduci possit à Swith, Fortis, & Helm, Cassis, ut Lat. *Cassius*, Gr. *Ægidius*, & tum corruptum est à Swithelm, quod *vide* suprà. v. *Diploma Æthelwalphi* R. de Decimis anno 837.

Synder, Nomen Gent. exponitur de *Sancta Clara*, q. d. Fr. *de Sainte Claire*.

T.

Saint **Tabbs** (i. e.) Fanum *Ebbæ*, v. *Sancta* Ebba.

Tadcaster, in Com. *Ebor. Antonino Calcaria*, *Beda* Calcaceaster, unde Collis Vicinus hodiéque Kelebar vocatur; Tadcaster autem deflecti potest *ab* AS. Tade, Bufo, & Ceaster, Oppidum, fortean quia Ager Vicinus Bufonibus scatet.

Tailbois, Nomen Gent. Fr. *Taille-bois*, à verb. *Tailler*, Secare, & *Bois*, Lignum, q. d. Lignator.

Tame, Fluvius, & inde Oppidum, non à nostro Tame, Mitis, Mansuetus; *Tamisis* enim nomen ipsius proles priscorum Britannorum tempore etiam *Cæsari* Dictatori innotuit.

Tamerton, in Com. *Cornub.* Oppidum, olim Tamara, à *Tamara* fluvio.

Tamworth, in Com. *Staff.* AS. Tamapeopð, à *Tama* Fluvio, & Weopð, vel Wopð Insula Amnica, item Atrium seu Villa, ut in *Germania* Ketserwert & Bomelswert (i.e.) *Cæsaris* & *Bomelii* Insula.

Tancred, *Neapolis* & *Sicilia* Rex stirpis Normannicæ, fortean *ab* AS. Ðhancian, Teut. Dancken, Gratias agere, Danck, Gratiæ, & Reden, Dicere, ut Lat. *Gratus*, *Gratianus*, Gr. *Eucharistus*.

Tanfana, Deus *Germanorum*, cujus templum inter Germanos celeberrimum solo æquavit *Germanicus Cæsar*. *Adr. Junius* deflectit *ab* articulo Ðe, & Teut. Anfang, Initium, & fortean respondet Romanorum *Saturno*, Græcorum Κρόνος.

Tarbaith, in *Scot. Ptolemæo* Littus Altum.

Tavistoke, in Com *Dev.* Oppidum, à *Tavo* fluv. & AS. Stop Locus dictum.

Taunton, in Com. *Som.* Oppidum nobile, quasi Thonton, à *Thono* fluvio.

Tees, in Ep. *Dunelm.* Fluvius, *Ptolemæo* Τάεσις & Τίσις.

Teifedale, in *Scot.* (i. e.) Vallis ad Tefy, vel Teviat fluvium.

Teignemouth, in Com. *Dev.* (i. e.) Os *Teignæ* fluvii, Bishops Teignton, Sanctuarium, Asylum, & Pagus ad hunc fluvium.

Sanctus

Sanctus **Teleau**, Episcopus *Landavensis* Cambro-Britannus credo corruptum vel *ab* Hebr. *Elias*, vel *à* Lat. *Ælius*, licèt alii alludendo respectu Pietatis & Eruditionis *Sanctus* appellárunt.

Temesford, in Com. *Bedf.* (i.e.) Vadum *Tamisis*, seu potius *Isidis* fluv. nobilis *Danorum* Stativis, olim *Ptolemæo Salenæ*, *Antonino Sulloniaca*.

Temple Bruer, in Com. *Linc.* (i. e.) Templum, seu potius Templanus in Ericeto; *à* Fr. *Bruyere*, Ericetum. Nomen enim Gentilitium **Temple** *à Templariis*, seu Equitibus *Templi Hierosolymitani* dictum puto.

Isle of **Tenet** *or* **Thanet**, in agro *Cant.* AS. Tanet & Tanetland, *Bede Tanetos*, *Solino* **Athanaton**, & posteà contracte **Thanaton**, *à* Gr. Θανάτω, quia, teste *Solino*, Serpentes illatos necat: C. Br. *Asserio* teste, *Irus*, secundum *Lhuydum* C. Br. *Tnis Rhuothym*, nescio an *à* C. Br. *Rhumuch*, Incerniculum, Cribrum Ruderarium, & *Tnis*, Insula, q. d. Insula Incerniculorum, vel Incerniculis plena.

Teringham, Nomen Pagi & inde Gentilitium, fortean *ab* AS. Þeoptan, Deficere, Fatigari, & ham, Pagus, q. d. Pagus Fatigans, propter vias eò ducentes difficiles, Asperas seu Arduas.

Terry, olim Prænomen, nunc Cognomen, *à* Fr. *Thierry*, & hoc contr. & corr. *à* Germ. **Theodoric**, quod *vide*.

Teukesbury, in Com. *Gloc.* AS. Þeocſbuꝛꝫ (i. e.) Curia seu Fanum *Theoci* viri Sancti Eremitæ.

Teutobocchus, antiquus ille *Teutonum* Rex, à *Caio Mario* cum exercitu delectus; vel q. d. Germ. **Theodwag**, Romano more ad *Teutobocchus* emollitum, *ab* AS. Þeoð, Populus, & Wagian, Belg. **Waeghen**, Movere, Agitare, qui te Populum Commovet, vel q. d. **Theod-weck**, *ab* eodem Þeoð, & Teut. **Wecken**, Excitare, Expergefacere, q. d. Populi Excitator. *Junius* scribit **Stautebet** (i. e.) Ore Audax, *à* **Stout** & **Beak**, quod *vide* in Et. Gen.

Thames, Lat. *Tamisis*, Fluvius eximius, fit ex confluentibus *Tama* & *Isidis* fluviorum, ut & Etymon.

Thelwall, in Com. *Cestr. ab* AS. Þel, Truncus arboris, & **Wall**, Vallum.

Theobald, Prænomen, vel, secundùm *Camdenum*, *ab* AS. Þeoð, Populus, & Bald, Audax, q. d. Audax in Populo, ut Gr. *Thrasydemus*, vel secundùm *Verstieg.* & *Kilian.* q. d. Belg. **Theodbald** (i. e.) **Bald Deughdelick**, Propere Virtuosus, qui Subitos progressus in Virtute facit, *à* Belg. **Deugd**, Virtus.

Theodebert, *Francorum Mediomatricum* Rex, *ab* AS. Þeoꝺe, Populus, & Beoꝛhꝛ, Clarus, item Lux, q.d. Lux Populi.

Theodelinda, *Longobardorum Italorum* Regina, *à* Teut. vet. & AS. Þeoꝺe, Populus, & Lind, Mitis, Linden, Lindeyn, Mitigare, vel q. d. quæ Mitis est erga Populum, vel quæ tumultuantem Populum suâ Prudentiâ Mitigare novit.

Theodohatus, *Ostro-Gothorum Italorum* Rex, *ab* AS. Þeoð, Populus, & Þatan, Odio habere, q. d. Populo Infensus vel Invisus.

Theodomir, *Suevorum Hispanorum* Rex, *ab* AS. Þeoð, Populus, & Teut. **Beyren**, Augere (i. e.) qui Populum Auget, & Imperii fines producit.

Theoderic, *Ostro-Gothus* Cognomento *Veronensis Pannoniæ*, & *Illyrici* Rex, tandem Regni *Ostro-Gothorum* in *Italia* Conditor, contractè **Derrick**, & Fr. *Thierry*, item Belg. **Diderick**, secundùm *Verstieg.* *à* Belg. **Deugd**, Virtus, & Ric, Dives, ut Gr. *Aretæus*. *Camdenus* autem verisimiliùs *ab* AS. Þeoð, Populus, & Ric, Regnum, item Dives. Respondet Gr. *Demosthenes*, *Democrates* & *Laocrates*, *Leosthenes*.

Theodulph, Prænomen, *ab* AS. Þeoð, Populus, & Ulph, Auxilium, q. d. Auxilium Populi.

Theofred, *Recisvindi Visi-Gothorum Hispanorum* Regis Filius, *ab* AS. Þeoð, Populus, & Fꝛiꝺe, Pax, q. d. Populi Pacificator.

Thetford, in Com. *Norf.* AS. Þeoꝛꝼoꝛꝺ, Rom. *Sitomagus*, *à* *Sito* seu **Thet** fluvio, olim sedes Episcopalis.

Theudebald, *Gothorum* Rex, *Junio* exponitur Propere Virtuosus, seu Fortis, *à* Belg. **Deughde**, Virtus, & **Bald**, Citò, Mallem flectere *ab* AS. Þeoð, Populus, & Wealdan, Regere, & tum respondet Gr. *Demarchus*, *Democrates*, *Archidamus*.

Theudes vel **Thudo**, *Visi-Gothorum Hispanorum* Rex, *ab* AS. Deod, Populus, ut Lat. *Publius*, *Publicola*, Gr. *Philolaus*, *Demophilus*.

Theudomar, priscum Nomen *Germ. Junio* exponitur Præfectus singulari Virtute præditus, à Belg. **Deughde** olim **Theude**, Virtus, & **Heyer**, Præfectus. Mallem *ab* AS. & Germ. vet. **Theod**, **Theode**, Populus, & **Heyer**, Præfectus, q. d. Populorum Præfectus, respondet Gr. *Democrates*, vel *ab* eodem **Theod**, & AS. Hæpe, Celebris, vel Teut. **Hehren**, Augere, q. d. Celebris in populo, vel decus populi, vel *ab* AS. Deoden, Dominus, & dicto Hæpe.

Thirlwall *Castle*, in Com. *Northumbr.* (i. e.) Murus Perforatus, quia *Scoti* ibi postquam superâssent Murum *Severi*, ipsum ut pateret aditus, & recessus multis in locis perfoderunt, *ab* AS. Dirl, Foramen, Dirlian, Perforare, & **Wall**, Murus, Vallum.

Thistletworth, in Com. *Middl.* olim **Gistletworth**, fortean *ab* AS. Gisle, Teut. **Gisel**, Obses, & **Worth**, Atrium, Porticus, Aula, quia hîc Obsides victarum gentium olim à Victoribus *West-saxonum* Regibus detinebantur.

Thor, *Germanorum* priscorum Deus supremus, qui Romanorum *Jovi* respondit, vel contractum à nom. **Thunder**, quia est Tonitrui Dominus, vel *ab* AS. Tæpan, Lacerare, quia nubes dilacerat, vel à Belg. **Tieren**, magnâ voce Clamare, q. d. Deus Altisonus, v. **Thunder**, **Lear**, & **Thursday** in Et. Gen.

Thorismundus, *Visi-Gothorum Hispanorum* Rex, à Teut. & AS. Dor, quo nomine olim *Jupiter* à Germanis appellatus est, & **Mund**, Os, qui sc. magna cum Authoritate instar Jovis ipsius loquitur: vel, quod de Pericle dicitur, qui linguâ Tonat & Fulminat, vel contrà *ab* eodem AS. Dore, Dure, Ostium, & Mund, Pax, q. d. Pacis ostium, Pacificus, resp. Gr. *Irenæus*.

Thorney, in Com. *Hant.* AS. Dorn. Ige (i. e.) Insula Spinosa, v. **Thorn** & **Ea** in Et. Gen.

Thorp, Nomen Gent. vel à **Thor**, priscorum *Saxonum Jove*, ut Lat. *Jovis*, *Jovinus*, *Jovinianus*, vel à Teut. **Thor**, Janua, ut Portius, Januarius, vel à Teut. **Thor**, Insanus.

Thrasimund, Prænomen *Longobardis Italis* frequens. *Kilian* deflectit à Belg. **Te Mastig**, Nimis Præceps, Temerarius, & **Mund**, Os, q. d. Sermone nimis Præceps vel Temerarius.

Throckmorton, Nomen Gent. compositum ex his tribus vocibus, *the* **Rock**, **Moor**, & **Town**.

Tilbury, in Com. *Ess.* *Bedæ* **Tilabury**, Sancti *Ceddæ* Episcopi *East-Saxonum* Apostoli Cella, fortean q. d. Arx Laboriosa, *ab* AS. Tilian, laborare, Conari, & **Burg**, quod *vide* in Et. Gen. sc. à *Ceddæ* vita dura & aspera, quo sensu olim Monasterium Gr. Ἀσκητήριον dictum fuit.

Tindall, in Com. *Northumbr.* (i.e.) Vallis *Tinæ* fluvii.

Tine, Lat. *Tina*, in Com. *Northumbr.* Fluvius; *Tin* autem C. Br. Coarctatum denotat, nisi ortum sit à nostro **Tiny**, Tenuis, quod *vide* in Et. Gen. Sed prius longè præfero.

Tinmouth, in Com. *Northumbr.* (i. e.) *Tinæ*, Ostium, C. Br. *Pen Bel Crag* (i. e.) Caput Valli in Rupe, Rom. *Tunnocellum* (i. e.) Promontorium *Tunnæ* vel *Tinæ*, unde & AS. Tunnaceastep dicta est, olim Statio Militaris.

Tipkins, Nomen Gent. corruptum à **Tib** pro **Tibald**, vel **Theobald**, & terminatione dim. **kin**, q. d. Parvus *Theobaldus*, v. Theobald suprà.

Tir-Conell, in *Hib.* (i. e.) *Terra Cornelii*.

Tiroen, *Hib.* Regio, antiquis Hibernis **Tir-Eogain** (i. e.) *Terra Eugenii*.

Tirrell, Nomen Gent. nescio an à Fr. *Tarelle*, *Terelle*, Subula, & hoc à Lat. *Terebellum*, *Terebrare*, Gr. Τερέω, vel si mavis, quoniam longè honorificentius est, q. d. Fr. *de la Tourelle* (i. e.) de parva Turri; vel, quod opportunè monet Doct. *Th. H.* à Fr. G. *Tirer*, Sagittare, cum primus hujus nominis esset *Gulielmo* 2do. Regi ab arcubus venaticis, quem inter venandum per errorem transfixit.

Tivi, in Com. *Card.* Fluvius, *Ptolemæo Tuerobius*, corruptum à C. Br. *Dwr Tivi* (i. e.) Aqua *Tivi*.

Tiwernell, Nomen Gent.

Tolestale, in *Dublinio Hib.* Metropoli (i. e.) locus *Telonii* seu Publicanorum, v. **Toll** & **Stall** in Et. Gen.

Tong Castle, vel potiùs **Thongcastle**, in Com. *Kent*, sic dictum quia hîc *Hengistæ* Saxoni *Vortigernus* Britonum Rex concessit tantum terræ quantum Taurino potuit circundare tergo.

Tooly, Nomen Gent. olim, si *Camdeno* fides sit,

sit, Prænomen, corrupt. *à Saint Olave* (i. e.) Sancto *Olao Sueco.*

Torbay, in Com. *Dev.* Portus, fortean *ab* AS. Top, Turris, & Bay, Sinus, quod *vide* in Et. Gen. ab excelsa Turre ibi sita sic dicta.

Torcester, in Com. *Northampt. Antonino Tripontium*, à Turribus; Top enim AS. Turris exponitur; *Mariano* autem **Toveceſter** dicitur, quasi descenderet *ab* AS. Stop, Stuppa, & Ceaſtep, Oppidum, à magna ibi olim Stuppæ copia.

Torkesey, in Com. *Linc.* AS. Tupceyrge, secundùm *Somnerum* pro Tpogeyrge (i. e.) Lintrium Insula, *ab* AS. Tpoge, Linter, Alveus, & Ige, Insula.

Torold, si *Camdeno* fides sit olim Prænomen, nunc Cognomen, *ab* AS. Top, Turris, & Old, q. d. de Turri Antiqua.

Tory, in Com. *Caern. Ptolemæo Tobius* fluvius.

Totila, fortissimus ille *Ostro-Gothorum Italorum* Rex; *Kilian* putat olim dictum **Dodle** (i. e.) parvus Deus, *ab* ant. Germ. **Deud**, **Dud**, seu **Dod**, Deus.

Totnes vel **Totenais**, in Com. *Dev.* fortean *à* Fr. *Totene*, Polypus piscis qui crebrò ibi capitur.

Traith-Taff, in Com. *Glam. Ptolemæo Ratostabius* (i. e.) *Taffi* fluminis Sabulosum Æstuarium.

Tre-Baldwin *or* **Trefaldwin**, in Com. *Montg.* (i. e.) Oppidum *Baldwini*, *à Baldwino Bollers* olim Domino.

Tre-Boeth, in Com. *Ebor.* (i. e.) C. Br. Urbs Cremata seu Usta.

Tregenie, in Com. *Cornub.* Oppidum, *à* Cambr. *Tre*, Urbs, & *Genev*, Porta, seu Introitus, q. d. Urbs propè Ostium sc. fluminis Valæ, quod *Falmuthum* alluit.

Tregian, Nomen Gent. Nescio an liceat deflectere *à* C. Br. *Tre*, Oppidum, & nostro **Gian**t, q. d. Oppidum Gigantum.

Trehingham, in Com. *Linc.* à Tribus Regibus Danis ibi prælio occisis.

Trent, AS. Tpeontа, Fluvius nobilis, non à *Triginta*, ut volunt, Piscibus. *Somner* autem contractum & corruptum putat *à* C. Br. *Dour-went*, *Dar-went* & *Darent*, quod exponit Aquam seu Fluvium Flexuosum seu Sinuosum, sed neque *Gwent*, neque *Went*, nec simile quid hoc sensu in Dictionario C. Br. occurrit. Verum igitur Etymon quære in **Darwent**.

Triboci, priscus *Germaniæ* Populus provinciæ, nunc *Alsatiæ* dictæ, incolæ; sunt qui à Gulæ studio nomen per ludibrium traxisse autumant, q. d. **Trey-bauchen** (i. e.) Triventres, *à* Teut. **Trey** vel **Drey**, Tres, & **Bauch**, Venter, Ventrioli, παγγάστορες. *Glareanus* ad evitandum gentis probrum, *à* Teut. **Trey-beucken** vel **Beuthen** (i. e.) à Tribus Fagis denominat.

Trino-bantes, priscus *Britanniæ* populus, qui olim agros **Middlesex** & **Essex** dictos insederunt; non à *Troja* nova, ut fabulantur nugaces nostri Chronographi, nulla enim est nobis cum *Trojanis* cognatio, sed ut *Camdenus* divinat *à* C. Br. *Tre-nant*, quod Oppida in Valle designat, in Vallem enim ad *Tamisim* hæc regio quasi tota subsidet.

Trisanton, apud *Ptolemæum*, q. d. Brit. *Traith Anton* (i. e.) Æstuarium *Antoni* fluvii.

Triſtram, Prænomen, fortean pro **Triſtan**, & hoc *à* Lat. *Triſtis*, vel idem quod **Turſtan**, quod *vide* infrà.

Tru-Ar-Dzait-Bay, in Com. *Cornub.* (i. e.) Brit. Fretum Oppidi in Arena siti.

Trubridge, in Com. *Wilts*, AS. Tpuda-Bipig (i. e.) Fida, Secura, & Firma Arx seu Civitas, *vide* **Trus**, **Burg** & **Borough** in Et. Gen.

Truro, dialecto *Cornubianâ* **Trura**, sic dicta *à* Tribus vicis, nobis **Streets**, duobus fluviis circundatis.

Tubantes, priscus *Germaniæ* Populus. *Adr. Junius* deflectit *ab* Articulo **To**, & **Band**, Fascia, olim enim Fasciis pro Signis usi sunt; sic autem dicti sunt, quia ad Vexilla sequenda se olim cohortari solebant.

Tuisco, priscorum *Germanorum* Deus, ut plerique credunt gentis Conditor, AS. Tuey, Tipey, fortean *ab* AS. Dpean, linguâ Theotiscâ **Thuagan**, **Thuahan**, Lavare, Purgare, q. d. Deus Lustrator seu Expiator, *vide* **Tuesday** in Et. Gen. & **Dutch** suo loco. Fortean autem, non sine magna virisimilitudine, deflecti possit **Tuisco** *ab* AS. Deod, Populus, q. d. Deodipe (i. e.) Popularis, seu Populi Tutor Deus.

Tulga, *Visi-Gothorum Hispanorum* Rex, *Anno* 640. Nescio an *à* Teut. **Dolch**, Pugio, Sica.

Tunbridge, in Com. *Kent*, *à* **Town** & **Bridge**, à Ponte sc. ut Gr. *Gephyra.*

Turber-

Unable to display this page

Teut. Fern, Ferner, Vetus, & Ulph, Auxilium.

Veromirus, *Ang. Cas.* Σωχγρ, *Batavorum* Princeps. *Junio* exponitur Præfectus Portoriorum, *à* Belg. **Vere**, Trajectus, & **Peyer**, Præfectus. Quid si deflecterem *à* noſtro **War**, vet. Teut. **Werre**, Bellum, & **Peyer**, Præfectus, q. d. Præfectus Belli, & tum reſpondet Gr. *Polemarchus*, v. **War** & **Παϊος** in Et. Gen.

Verulamium, inclyta olim tempore Romanorum urbs, ex cujus ruinis ſuccrevit Fanum *Albani* in agro *Hartford*. neſcio an *à* C.Br. *Gwêr*, Pinguedo, Liquamen, & *Llonn*, Jucundus, Lætus, ab amœna ſc. ſoli Pinguedine & Fœcunditate.

Viader ſeu **Viadrus**, nunc **Oder**, nobilis *Germaniæ* Fluvius, fortean vel *à* **Wide**, **Wider**, quod *vide* in Et. Gen. ſc. ab Alvei Latitudine, vel *à* Teut. **Oed**, **Oeder**, Vacuus, Deſertus, Incultus, quia terram Incultam alluit.

Vianen, Lat. *Viana*, *Batavia* Urbs, *Brederodiorum* peculium & Aſylum, *à* Belg. **Wilg**, **Wilde**, Teut. **Weide**, Salix, ſc. à copioſo Salicum quibus etiam tota reliqua *Hollandia*, utpote humilis & paludoſa, ſcatet proventu.

Vicericus, *Viſi-Gothorum Hiſp.* Rex. Neſcio an *à* Teut. **Wicht**, **Gewicht**, Pondus, & **Reich**, AS. Ric, Dives (i. e.) Gravis, Ponderoſus.

Vidilvindus, *Viſi-Gothorum Hiſpanorum* Rex, *à* Teut. **Weide**, Salix, & **Winden**, Torquere, ſc. qui Vimina plectit.

the **Vies**, in Com. *Wilts*, Lat. *Diviſæ*, fortean à verbo **Deviſe**, quod *vide* in Et. Gen. q. d. Arx cum magno Artificio & Solertia conſtructa.

Viponnt, Nomen Gent. olim *de* **Viponnt**, *à* Fr. *de Vieux Pont* (i. e.) de Ponte Veteri.

Viſurgis, nunc **Weſer**, nobilis *Germaniæ* fluvius, fortean *à* Teut. **Weiſs**, **Weiſſer**, Albus, ſc. ab Aquarum Albedine.

Vitigis, *Oſtro-Gothorum Italorum* Rex, *ab* AS. Wittig, Belg. **Wittigh**, Prudens, Ingenioſus, *vide* **Wit** & **Witty** in Et. Gen. Reſpondet Lat. *Prudentius*, Gr. *Phroneſius*.

Vitiza, *Viſi-Gothorum* Rex, *Anno* 701. Neſcio an *à* Belg. **Wit**, Albus, & **Schouwe**, Aſpectus. Reſpondet Lat. *Albinus*.

Vitſan, locus in littore *Gallico Cantio* oppoſito, non *à* C. Br. **Gurb**, Separatio, quod trepidè divinat *Camdenus*, ſed corruptum *ab* Angl. **Whitſand**, v. *Camden*.

Vlpher, Prænomen, v. **Wulpher**.

Vlphric, v. **Wulphric**.

Vlphſtan, v. **Wulphſtan**.

Vlric, fortean pro **Vlphric**, quod *vide* ſuprà.

Vlſter, maxima & Septentrionalis *Hiberniæ* Provincia, Lat. *Ultonia* & *Vlidia*, C. Br. *Ultro*, Hib. **Cui Gullip** (i. e.) Provincia **Gullip**, olim *Voluntiorum*, *Darnorum*, *Robogdiorum* & *Erdinorum* ſedes, & ſanè tum *Ultonia*, & *Vlidia*, tum **Gullip** nominis *Voluntiorum* populi aliqua etiamnum Veſtigia retinet.

Vnulphus, Prænomen, olim Longobardis Italis frequens, *à* Teut. **Ohne**, Sine, & Ulph, Auxilium, q.d. omni ope deſtitutus.

Vrdehead, in *Scot. Antonino Berabium* Promontorium, fortean *ab* AS. Ord, Acies, Acumen, & noſtro **Head**, Caput (i. e.) Promontorium, q. d. Promontorium Acutum.

Vre olim **Vrus**, in Com. *Ebor.* Fluvius qui tempore Romanorum alluit *Iſurium Brigantum* urbem, quæ olim AS. Ealdoburg, nunc **Aldborough** (i. e.) Vetus Oppidum dicitur; **Vre** autem hic poſteà Anglo-ſaxonibus Oure dictus eſt.

Vrian, Prænomen Danicum, quibus idem eſt quod *Georgius*; *Georgius* autem *à* Gr. γεωργὸς, Agricola, ortum ducit.

Vſhant, in Com. *Cornub.* Rom. *Uxantiſſa* Inſula.

Vſk, in Com. *Monm.* Fluvius, Lat. *Iſca*.

Vſk, in Com. *Monm. Antonino Burrium*, C. Br. *Brunebegy* & *Caer Vſk*, ad confluentes *Iſcæ* & *Birthini* fluviorum.

Vther Pendragon, *Britonum* Rex (i. e.) Caput Draconis, fortean quia *Draconem* pro inſigni geſſit, & ſanè ſub infimis Imperii ſæculis, etiam apud Romanos, *Dracones* pro Inſignibus geſtabantur, teſte *Claudiano* & aliis. Sed, Heus inquies, unde Prænomen **Vther**? credo vel *à* C Br. **Vthr**, **Vther**, Admirandus, vel *à* Gr. *Entherius*.

Vtrecht,

Utrecht, nobilis *Belgii* Urbs & Provincia, olim Archiepiſcopis ſedes, Lat. *Trajectum ad Rhenum*, & *Ultrajectum*, quia ibi celeberrimus eſt *Rheni* Trajectus: non, ut nonnulli contendunt, q. d. **Wultadzecht**, *à* **Wultis** vel **Wiltis** populo, & ant. Belg. **Dzecht**, Oppidum, nec q. d. Ulpii Trajani Auguſti Trajectus. Sed contr. & corr. *à* dicto Lat. *Ultrajectum*.

Urbzidge, in Com. *Middl.* olim **Warbzidge**, fortean à Luto quod inſtar Ceræ molle pedibus ſubjectum eſt.

Ureter, in Com. *Staff.* contr. *ab* **Uteceter**, AS. Uttoceaſtep, Romanis *Etocetum*, additâ term. AS. Ceaſtep (i. e.) Urbs vel Oppidum.

W.

WAcho ſeu **Wacarius**, *Longobardorum* Rex, *Anno* 500. vel *à* Teut. **Wacker**, Gnavus, Sedulus, Elegans, Ingenio acer, vel *à* **Wacher**, part. verbi **Wachen**, Vigilare, & tum reſpondent Lat. *Vigilius*, *Vigilantius*, Gr. *Gregorius*.

Wainfleet, in Com. *Linc. Gul. Wintonienſis* Epiſcopi, qui Collegium *Magdal. Oxonii*, & Scholam Grammaticam in hoc oppido condidit, natalibus clarum: fortean *à* noſtro **Wain**, contr. pro **Wagon**, & AS. Fleot, Æſtuarium, Fluvius, q. d. Fluvius ſeu Portus ad quem Currus confluunt, olim enim erat Emporium commerciis ſatis frequens, nunc Portulus Vilis & obſcurus eſt, & Statio malefida Carinis.

Wakeman, Nomen Gent. olim Excubitorem ſignavit, *à* verbo *to* **Wake**, quod *vide* in Et. Gen.

Walarand, olim Prænomen, nunc Cognomen, *ab* AS. Walpian, Volvere, & Rand, Danis priſcis **Rannd**, & **Rendur**, Scutum, Clypeus (i. e.) qui Clypeum huc illuc circumagit. **Waldzon** autem Cognomen contractum eſt *à* **Walarand**.

Walbert ſeu **Gualbert**, Prænomen, fortean *à* Teut. & AS. Wall, Vallum, & Belg. **Berd**, Aſſer, Tabula, ab Aſſeribus quibus Muri & Valla in bello muniuntur, vel *ab* eodem Wall, Murus, Vallum, & Beopht, Clarus, ut Gr. *Poliorcetes*.

Walbzook, Vicus in Civitate *Lond. à Lucio Gallo*, Duce Romano, ibi occiſo, & Rivulo quodam qui jam exaruit.

Walburg, Prænomen Mul. *ab* AS. Wall, Murus, Vallum, & **Burg** pro **Bozough**, Urbs, Oppidum (i. e.) Oppidum Vallo cinctum: Vel potiùs *ab* eodem Wall, & Boph, Vas, Vadimonium, & tranſlato ſenſu Tutela, q. d. Valli ſeu Muri Protectrix, non ut *Lutherus* vult, q. d. *Gratioſa*.

Waldemar, Prænomen *Danis* frequens, *à* vet. Goth. & Germ. **Wald**, Poteſtas, & Teut. **Mehren**, Augere, qui ſc. Potentiam ſuam Victoriis Auget, vel *ab* eodem **Wald**, & AS. Mæpe, Celebris, Magnus, q. d. Poteſtate Magnus & Illuſtris. Reſpondent Lat. *Valens*, *Valentinus*, *Valentinianus*, & Gr. *Endoxus*, *Clearchus*. *Adr.* autem *Junius* deflectit *à* Teut. **Wald**, Sylva, & **Meyer**, Præfectus, q. d. Præfectus Sylvarum.

Waldzon, v. **Walarand**.

Waldwin, Prænomen, fortean *ab* AS. Wealdan, Regere, Wald, Poteſtas, & Win, Victor, vel Winnan, Acquirere, ut Lat. *Victor*, & *Vincentius*, Gr. *Nicon*, *Nicias*, *Nicetas*, *Nicodemus*, *Nicolaus*.

Walfleet, in Com. *Eſſ.* pagus Oſtreis nobilis, *ab* AS. Wall, Murus, Vallum, & Fleot, Æſtuarium, Fluvius.

the **Wall**, in Com. *Staff.* à Ruderibus Muri antiqui ubi antiquum *Antonii Evocetum* ſtetit, v. **Ureter**. *Camdenus* hîc animi pendet & vacillat.

Walleys vel **Wallis**, Nomen Gent. *vide* **Walſh**.

Wallingford, in Com. *Berks*, *Antonino Galleva Attrebatum*, *Ptolemæo Galeva*, à C. Br. *Gwall Hen* (i. e.) Vallum Antiquum, quo nomine retento, & ob vadum in flumine **Ford** adjecto, AS. Gwallengaford & Wallengaford dicebatur.

Wallmer, in Com. *Kent*, *à* Vallo & Mari.

Wallop, in Com. *Hant.* Rivulus, q. d. **Wellhop** (i. e.) è latere Collis fluens, inquit *Camdenus*, quod neſcio quo modo probari poſſit. Mallem deflectere

ab

ab AS. Weallian, Germ. Wallen, Wällen, Scaturire, Effervescere, & Up, Belg. Op, Sursum.

Wallsend, in Com. *Northumb.* (i. e.) Walls-end, libro Notitiæ Vindobala, *Antonino Vindomora*, quorum hoc finem Muri, illud Finem Valli C. Br. significat, olim Statio Militaris.

Wallstown, in Com. *Northumb. Bede* Ad Murum, olim Urbs Regia, ubi *Segbertus East-saxonum* Rex, à Sancto *Paulino* baptizatus est, *ab* AS. Wall, Murus, Vallum, & Town.

Walsh, Nomen Gent. q. d. *Wallus* vel *Cambro-Britannus*, v. Welsh infrà.

Walsingham, in Com. *Norf.* ubi magno olim honore culta est *Erasmi* Virgo *Parathalassia*, superioribus sæculis multis miraculis & divitiis nobilis, fortean vel *ab* AS. Wælyc, Abrotonum, à copioso illius herbæ proventu, vel *à* Wæl, Vertex, Vorago, hoc *à* verb. Wælvan, Volutare, & þam, Habitatio, Pagus, q. d. Oppidum Voraginosum.

Walter, Prænomen, olim Waldher, secundum *Camdenum*, vel *à* Teut. Wald, Sylva, Saltus, & Herr, Dominus, & respondet Lat. *Sylvius*, *Sylvanus*, *Sylvester*, vel *ab* AS. Wealdan, Regere, & AS. & Teut. Here, Exercitus, & tum respondet Gr. *Hegesistratus*.

Waltham, in Com. *Ess.* Pagus olim cœnobio opulento, cujus Abbas inter Barones Parlamenti numeratus est, nobilis, AS. Wealdham (i. e.) Sylvosa Habitatio, *ab* AS. Weald, Teut. Wald, Sylva, & Ham, quod v. in Et. Gen. q. d. Oppidum in Sylvis situm, omnino ut Δενδρὰς Insula juxta *Peloponesum*, & *Sylviacum Belgii*, *Sylvanectum Gallia* urbes, v. *Fuller* in hist. Cœnobii *Walthamensis*.

Wandle, in Com. *Surr.* Fluvius, Lat. *Vandalis*. Nescio an *à* C. Br. *Gwaneg*, Fluctus, Unda, & inde verb. *Gwanegu*, Exundare, à frequentibus sc. diluviis.

Wandregisel, Sanctus quidam Anglo-saxo, *ab* AS. Wandrian, Errare, Vagari, & Teut. Gesell, Socius, q. d. Socius Peregrinationum & Errorum.

Wandlesworth, in Com. *Surr.* olim Wandlesworth, *à* Wandle seu Wandali fluvio, & Worth, Area, Atrium, seu Villa, vel fortean *à* Dan. Vand, Aqua, & eodem Worth, q. d. Villa ad Aquam.

Wansdike, in Com. *Wilts*, Limes *West-saxonum* & *Merciorum*, q. d. Wodensdike (i. e.) *Wodeni*, *Wormio Odini*, Lat. *Mercurii*, vel potius *Martis* Fossa, vel Agger, huic vicinus est viculus Wodensburg (i. e.) *Odini* Oppidum, *vide* Wednesday, Wood & Dike in Et. Gen.

Wantage, in Com. *Berks*, AS. Wanating, Pagus, fortean *ab* AS. Wana, Minus, à Parvitate sc. sic dictus.

Ware, in Com. *Hertf.* *ab* Angl. Wear, Agger, ad aquæ fluxum inhibendum, quod v. in Et. Gen.

Warin, olim Prænomen, jam Cognomen, *à* Teut. Gar-win, hoc *à* Gar, Omnino, & Win, Victor. Respondent Lat. *Victor*, *Vincentius*, Gr. *Nicon*, *Nicias*, *Nicetas*, *Nicephorus*, vel *à Varinis Germaniæ* populo, cujus apud *Tacitum* fit mento, *vide* vocem seq.

Waring, Nomen Gent. *Spelman* deflectit *ab* AS. Wapian, Wepigan, Maledicere, Execrari, & exponit Proscriptum, Exulem, qui & patriâ & sacris patriis interdictus dirisque devotus fuit, vel *à Varinis* populo tempore *Taciti Anglis* in *Germania* finitimo, v. *Spelman* voce Waringi.

Warnafred, Verum Cognomen *Pauli* vulgo Diaconi dicti Chronographi Longobardi, *à* Teut. Warnen, Monere, Hortari, & Fried, AS. Fpese, Pax, Quies (i. e.) qui Hortatur ad Pacem.

Warwick, AS. Wappýngpic, C. Br. *Caer-Guarnic*, & *Caer-Leon* (i. e.) Castra Legionum, Lat. in Notitia Imperii Præsidium, ubi Præfectus Equitum *Dalmatarum* sub dispositione Ducis *Britanniæ* egit. *Camden* deflectit *à* C. Br. *Guarth*, Præsidium. *Somner* autem dicit olim scriptum fuisse Wæring vel Wæring-wic, & deflectit *ab* AS. Wæping, Weping, Agger, & Wic, Propugnaculum, Castellum.

the **Washes**, in Com. *Norf.* *Ptolemæo Æstuarium* Metaris, sic dictum quia Maris æstu Alluitur, periculosum & non minus *Africanis* Syrtibus infidum Voraginibus littus.

Wassenaer, Illustris & Antiquæ inter *Batavos* gentis Cognomen. *Adr. Junius* exponit Waller Heer (i. e.) Aquarum Dominum.

Watchet, in Com. *Som.* Portulus, AS. Weced-Port, fortean q. d. Portus Sinuosus, *ab* AS. Wic, Wice, Sinus, Littus Incurvum.

Watling-street, Via Consularis, totam *Angliam* ab Austro in Septentrionem intersecans, AS. Wætlingastræte, vel *à Vitelliano* nescio quo, vel, secundùm *Somneri* conjecturam, *ab* AS. Wædla, Pauper, Mendicus, Wedlian, Mendicare, quia etiam Mendicis patuit, & ab iis stipis corrogendæ gratiâ, ut usu venit, infesta est, vel à Vadendo. Quid si deflecterem *à* Belg. **Wentelen**, Volvere, Versare, sc. à sinuosis flexibus, sed nihil horum placet. Certè, nisi voces longiùs abirent, cum *Spelmanno* dictam putarem quasi **Wertam-street**, quia per *Verulamium* (i.e.) Fanum *Albani* transit. *Hovedenus* eò sic dictam putat quòd à Filiis **Wethle** Regis strata sit, sed quis hic **Wethle**, Ubi gentium, & quando vixerit nusquam invenio.

Webba, *Merciorum* Rex, *ab* AS. Webba, Textor.

Wedon, in Com. *Leic. Antonino Bannaventa*, *Bennonum* seu *Vennonum* popelli præcipua sedes.

Welch, seu potiùs **Welh**, *ab* AS. Wealh, Peregrinus, hoc fortean *à Gallus*; *Galli* enim & *Britanni* olim eâdem linguâ utebantur, & fortean ideò Anglo-Saxonibus eodem *Gallorum* nomine appellati sunt. Certè constat *Gallo-Belgas* à *Francis* Celticæ Subjugatoribus *Wallones*, & Germanis *Italiæ* Vicinis *Longobardiam* seu *Galliam Cisalpinam*, & inde *Italiam* **Welh-land**, q. d. Terram *Gallicam*, & nostram *Cambriam pais de Gales* Francis nominari.

Welles, in Com. *Som.* Urbs Episcopalis, sic dicta à fontibus qui passim ibi scaturiunt, cujus Templum etiam Fontanensis Ecclesia dicitur, *Lelando Theodoradunum*, omninò ut *Susa* Persis, *Croia* Dalmatis, & *Pagasæ* Macedonibus à Fontibus nomina acceperunt.

Wellingborough, olim **Wedlingborough**, vel **Wodlingborough** in Com *Northampt.* vel à Fontibus etiam medicatis, quibus celebris est; vel, si scribendum sit **Wedlingborough**, *à* Wædla, Pauper, Mendicus, Wædlian, Mendicare (i.e.) Oppidum Mendicorum seu Pauperum, vel si **Wodlingborough** efferendum sit, *ab* AS. Wod, Insanus, & **ling** Dimin. q. d. Semi-insanorum Oppidum.

Wellington, in Com. *Som.* (i. e.) Oppidum Fontium.

Welsh-pool, in Com. *Montg.* C. Br. *Trellin* (i.e.) Oppidum ad Lacum; *Tre* enim Oppidum, & *Llin* Lacum signat, Anglo-Saxones autem Welsh-peol appellârunt, q. d. *Wallorum* seu *Britonum* Stagnum, v. **Welsh** & **Pool** in Et. Gen.

Wentsbeck, in Com. *Northumbr.* Fluviolus, ad quem olim stetit *Glanoventa* Urbs (i. e.) *Venta* fluvii Ripa, v. **Beck** in Et. Gen.

Werburg, Prænomen Mul. *ab* AS. Wepian, Belg. **Weeren**, Teut. **Wehren**, Protegere, Defendere, & **Burg**, Oppidum, Urbs, q. d. Urbis Conservatrix seu Custos, prorsus ut Græcis Poetis Πολιάχος Palladis Epitheton.

Were, in Ep. *Dunelm.* Fluvius, AS. Weopy, *Ptolemæo Vedra*, *Bedæ Wirus*.

Weremouth, in Ep. *Dunelm.* & **Monks-Weremouth**, *Bedæ* **Wiranmuth** (i. e.) *Vedræ* fluvii Ostium.

Werminster, in Com. *Wilts*, Vetus Oppidum, olim *Verlucio*, *à* **Wer** part. ant. nom. & **Minster**, Cœnobium.

Werthrada, Regina, *Caroli* magni Mater. *Junius* à Dignitate consilii denominatam putat, sc. *à* Germ. **Werth**, Dignus, & Dignitas, & **Rade**, Consilium.

Westchester, Urbs Episcopalis insignis, sic dicta fortean ad distinctionem *ab* altera **Chester** *in the* **street** in agro *Dunelmensi*, quæ respectu hujus ad ortum vergit, AS. Weptpe-ceaptep, & Leaga-ceaptep, hoc autem q. d. Urbs Legionum, quia hîc Legio Romana castra habuit.

Westminster, in Com. *Middl.* Urbs Regia, q. d. Monasterium Occidentale.

Westphalia, *Germaniæ* Regio, ni fallor, priscorum *Hermundurorum* sedes, ab Occidentali situ, & fortean Teut. **Falle**, Decipulum, Laqueus, Insidiæ, quia propter Sylvarum frequentiam & densitatem, tum etiam crebras Lacunas & voragines olim insidiis peropportuna fuit.

Westphaling, Nomen Gent. q. d. *Westphalus* (i. e.) è *Westphalia Germaniæ* oriundus.

West-searancle, AS. Regnum *West-Saxonum*, *Visi-saxonum*, seu *Saxonum* Occidentalium, Searan enim Saxones, & Ric Regnum signat, v. **Saxon**.

Weymouth, in Com. *Dorſ.* Portus & Emporiolum, à *Vega*, ſeu **Wey** fluvio, q. d. *Vegæ* Oſtium.

Whaley, in Com. *Lanc.* AS. Walaleȳ, fortean *ab* AS. Weallian, Scaturire, & Leaȝ, Campus, Paſcuum, q. d. Campus Riguus.

Whealop *Caſtle* in Com. *Weſtm. Ptolemæo Gallagium, Antonino Gallatum.*

Wheelock, Nomen Gent. *ab* AS. Wioloc, *Somnero* Coccus, credo voluiſſe Purpuram piſcem. Reſpondet Gr. *Porphyrius.* Credo autem hoc Wioloc, ut & Wealc, nec Coccum (i. e.) Succum ſeu Tincturam Purpuræ piſcis, ſed Cochleam ſeu Limacem maritimam, nobis hodiéque in agro *Lincoln.* **Wilk** dictum, ſignare, v. **Wilk** in Et. Gen.

Wherf ſeu **Wharf**, in Com. *Ebor* Fluvius, AS. Gueapf, fortean *à* C. Br. *Guer*, vel *Guern*, quod Rapidum notat, & eſt ſanè valdè rapidus, vel *à* Belg. **Werven**, Vortex, **Werdelen**, Circumvertere, Circumgyrare.

Whitby vel **Whitehy**, in Com. *Ebor.* (i. e.) Oppidum Album, ſeu Sinus Albus, AS. Stpeanerheale (i. e.) ut exponit *Beda*, Sinus Phari, vel Sinus Salutis, *Somner* ſcribit Stpeonerheall, Stpæneſ-halch, Stpeaneſ-heale, & deflectit *ab* AS. Stpeond, vel Stpand, & Heal, vel Healc aliàs Hylc, Anfractus, Flexura, Curvamen, ibi enim Littus eſt mirè flexuoſum, & multis excavatum Sinubus.

Whitchurch, in Com. *Salop.* (i. e.) Album Monaſterium ſeu Templum.

Whitt Hern, in *Scot. Beda Candida Caſa, Ptolemæo Leucopibia*, fortean corruptum pro Λευκοικία (i. e) Domus Albæ.

Whitney, in Com. *Oxon.* fortean vel Alba Aqua, vel Alba Inſula; *ab* AS. Hpit, Albus, & Ea, Aqua, vel Fluvius, vel Ige, Inſula.

Wibert vel **Gulbert**, Prænomen, *à* Teut. **Weihen**, Belg. **Wihden**, Conſecrare, & AS. Beophc, Lucidus, item Lumen, q. d. Lux Sacra.

Wiberton, in Com. *Linc.* Pagus, *ab* Anglo-ſaxone Equite **Wibert**, **Wibert** ſeu **Gulbert**, Conditore, & **Town**, q. d. Oppidum *Wiburti*; **Wibert** autem eſt idem cum **Wibert**. *Wibertus* autem hic, ni fallor, eſt ille qui anno 870. ſub *Algaro* Comite agri *Linc.* Præfecto acri prælio contra *Danos* dimicavit, v. hiſtoriam *Ingulphi* Abb. Crow.

Wickham; in Com. *Bucks*; potiùs **Wikromb**, *ab* AS. Wic, Flexus ſeu Sinus ſc. fluvii, ſeu Propugnaculum, & Comb, Vallis.

Wichliff, Hæreſiarcha, *ab* AS. Hpit; Albus, & Clif, Cautes, Rupes.

Wien, Lat. *Vienna*, Archiducum *Auſtriæ* Urbs Regia, fortean vel *à* Belg. **Wile**, **Wilde**, Teut. **Weide**, Salix, ſc. à copioſo Salicum proventu, vel *à* Belg. **Wihden**, **Wihden**, Teut. **Weihen**, Sacrare, Conſecrare, q. d. locus Deo alicui Sacer, fortean enim olim hic Lucus ſeu Delubrum celebre alicujus Ethnici numinis fuit.

Wiredale, in Com. *Lanc.* *à* **Wy**, Fluvio, & **Dale**, Vallis.

Wigelinda, *Perthariti Longobardorum Italorum* Regis Filia. Neſcio an *ab* AS. Wiga, Heros, & fortaſſe Heroina, & Teut. **Lind**, Mitis (i. e.) Domina Manſueta.

Wight, Inſula, in Com. *Hant.* Lat. *Vecta, Vectis, Vitteſis, Ptolemæo* Ἰκτίς, C. Br. *Guith*, AS. Wuit-land, & Wick-Ea; *Guith* autem C. Br. Separationem notat; quia ſc. creditum eſt hanc Inſulam à reliqua *Anglia* maris impetu abruptam & reſectam eſſe. *Spelman* autem à *Jutis* ſeu *Gothis*, qui cum *Saxonibus* & *Anglis* regionem noſtram ſubjugârunt, deflectit, cui nullatenus aſſentiri poſſum, quia hoc nomen tempore Romanorum longè ante *Saxonum* adventum obtinuit.

Wiggin, in Com. *Lanc.* vulgò **Wiggon**, AS. Wibiggin, *à* Biggin, quo nomine *Lancaſtrenſis* agri incolæ Ædificia vocant, & à Wi, Sacer, vel Wibed, Altare, q. d. Ædes Sacræ, Ædificia Sacra; Biggin autem manifeſtè *à* verb. AS. Byczan, Ædificare, ortum ducit.

Wigmore, in Com. *Heref.* AS. Winzingamepe. Neſcio an *ab* AS. Wine, Dilectus, Charus, Geong, Juvenis, & Mæpe, Magnus, Celebris, Illuſtris; alioqui, niſi hoc antiquum eſſet nomen, proclive eſſet deflectere *ab* AS. Wic, Caſtellum, Propugnaculum, & Mop, Mons, Ericetum, ſeu locus Sterilis.

Wigod, olim Prænomen, nunc Cognomen, à Teut. **Weihen**, Belg. **Wihden**, Conſecrare, & **God**, q. d. Deo Sacer. Reſpondet Gr. *Theodotus*, Lat. *Sanctius*.

Wilberham, in agro *Cant.* olim **Wilburgham**, fortean *ab* AS. Wild, Wilda, Ferus, Idomitus, **Burg** & **Ham**, quæ v. in Et. Gen.

Wilbham, Nomen Gent. olim *de* **Wilburnham**, *ab* AS. Wille-Burne, Fons, Scatebra, Torrens, & **Ham**, q. d. Pagus Fontium, ut **Wells**.

Wilcock, Nomen Gent. q. d. **Wildcock** (i. e.) Gallus Sylvester, *vide* **Wald** & **Cock** in Et. Gen. vel uti monet Doct. *Th. H.* est potiùs diminutivum ꝑ **Will**, ut **Willcock**.

Wilfred, Archiepiscopus *Ebor. Anno* 672. *ab* Angl. & AS Will, Willa, Voluptas, & Fnede vel Fnið, Teut. **Frede**, Pax, q. d. Animo ad Pacem propenso. Respondet Gr. *Irenæus*, *Galenus*, Lat. *Serenus*, *Clemens*.

Willebald, *Anno* 762. fortean *ab* AS. Willa, Voluntas, Willan, Velle, & Bald, Audax, qui sc. quod vult valdè vult, Audacter Consilia sua prosequitur, Ἰσχυρογνώμων.

Willebrord, Prænomen illo Sanctissimo Anglo-saxone, primo *Ultrajectinæ* Ecclesiæ Episcopo, *Belgarum* Apostolo nobilitatum. *Verstegan* scribit **Willebrord** vel potiùs **Wilberord**, & exponit an **Actibe Will** *or* **Mind**, dicit enim **Beford**, Motus seu Excitatus signare; vox autem mihi nusquam occurrit. Mallem igitur deflectere *ab* AS. Well, Benè, & Reord, Sermo, Lingua, q. d. **Welberecord** (i. e.) **Well** spoken, Facundus, Gr. *Eulalius*, vel *ab* AS. Willan, Desiderare, & Bread, Teut. **Broot**, Belg. **Broodt**, Panis, sc. qui Panem appetit.

Willet, Diminutivum ꝑ **Will**, ut **Will** ꝑ **William**.

William, Prænomen, Teut. **Wilhelm**; non, ut *Lutherus* vult, q. d. **Viel-helm** (i. e.) Defensio seu Scutum multorum; nec, ut alii volunt, q. d. Defensio Voluntaria, *à* **Will** & **Helm**, sed, ut *Verstegan* divinat, q. d. **Guild-helm** (i. e.) Galeâ Deauratâ instructus. *Kilianus* autem deflectit *à* Teut. **Willen**, seu **Wilsen**, Velle, & **Helm**, q. d. qui vult Galeam (i. e.) Bellicosus.

Wilnolde, Abbatissa *Cantiana*, *Anno* 694. Nescio an *ab* AS. Willa, Voluntas, & Nolde, Noluit, quæ sc. animi pendet.

Wilton, AS. Wilcun, in Com. *Wilts*, *à* **Willey** Rivulo, olim **Alan**, unde Romanis *Ellandunum* dictum est, **Willy** fortean *ab* AS. Will pro Wille-burn, Scatebra, & hoc *à* Weallian, Scaturire.

Wiltshire, AS. Wil-setta, vel *ab* oppido **Wilton**, vel *à* **Willy** fluvio, setta autem Incolas notat.

Wimbleton, in Com. *Surr.* AS. Wibandune, *Somnerus* scribit Wibbandune, & dicit nomen accepisse *à Wibba* Conditore, & Dune, Tumulus, Collis.

Wimear, Prænomen, secundùm *Verstegannum* olim **Wigomear**, *ab* AS. Wid, Latus, & Latè, & Mære, Celebris, q. d. Longè Latéque Celebratus. Respondet Gr. *Eudoxus*, *Cleombrotus*.

Wimund, Prænomen, *à* Teut. **Weyhen**, Belg. **Wyden**, **Wyhen**, Sacrare, Consecrare, & AS. Mund, Pax, q. d. Pax Sacra, vel *ab* eodem **Wi**, Sacer, & Teut. **Mund**, Os, q. d. Os Sacrum, Lingua Sacra.

Winandermere, in Com. *Lanc.* AS. Winðæpemep, nescio an *ab* AS. Wine, Jucundus, Wað, Vadum, & Mere, Palus, Stagnum, Lacus, q. d. Lacus Amœnus qui Vado tranari potest. Alioqui Windermere possem immediatè deflectere *ab* AS. & nostro **Wind**, Casu patrio **Winds**, & dicto Mere, q. d. Lacus Tempestuosus crebrò Ventis agitatus.

Winburn, in Com. *Dors.* AS. Wýnburnham, corr. *ab* ant. *Vindogladia*, C. Br. *Windgledy*, quod notat Urbem inter duos Gladios (i. e.) Amnes sitam; *Britanni* enim Gladium pro Amne usurpant. **Winburn** autem oritur *à* **Win** particula pristini nominis, **Burn**, Fons seu Amnis, & **Ham**, Habitatio, Pagus.

Winchcom, in agro *Gloc.* olim Cœnobio nobilis, AS. Wincel-Combe, hoc *ab* AS. Wincel, Angulus, & Comb, Vallis Montibus utrinque obsita.

Winchelsey, in Com. *Suss.* AS. Wincelr-Ea, Lat. *Vindelia* Insula, *old* **Winchelsey**, *ab* AS. Wincel, Angulus, & Ige seu Ea, Insula, q. d. Insula Angularis.

Winchester, in Com. *Hant.* Urbs Episcopalis, AS. Wintanceaster, *Ptolemæo* & *Antonino Venta Belgarum*, *Lelando Venta Simenorum*, C. Br. *Caer Guent*, hoc

à

à *Gwin* seu *Gwen*, Albus, q. d. Urbs Alba, quia in solo Creta & Argilla albicanti sita est. Respondet Gr. *Leuce*, *Leucas*, *Leucasia*.

Winobam, in Com. *Norf.* olim **Wimundham** (i. e.) *Wimundi* Pagus, *vide* **Wimund**.

Winbogaſt, Prænomen. *Becano* exponitur Honorandus ob victoriam, sed nihil hîc sanum reperio præter **Win** pro Victoria, cætera fictitia sunt. Mallem igitur deflectere à Belg. **Winnen**, Acquirere, & **Gaſt**, Hospes, q. d. qui humanitate Hospites sibi conciliat & demeretur.

Windſore, in Com. *Berks*, AS. Windelesora, seu potiùs Windele-ſora, à Flexuosa ripa sic dicta, *vide* **Wind** & **Ooze** in Et. Gen.

Wine, Prænomen, *ab* AS. Wine, Charus, Dilectus, respondent Gr. *Agapetus*, Lat. *Carus*, *Carinus*, *Gratianus*.

Winefrid, sic patriâ linguâ appellatus est *Bonifacius* Anglo-saxo Germanorum Apostolus, *ab* AS. Winnan, Acquirere, & Frið, Friede, Pax, q. d. Pacis Acquisitor. Respondet Gr. *Irenæus*.

Winoc, Prænomen, fortean *ab* AS. Winnan, Belg. **Winnen**, Acquirere, & Aac, Ac, Quercus, sc. qui Quercum vel Coronam Civicam Querciuam Acquisivit.

Winterton, in Com. *Norf.* à Frigido & Brumali situ.

Winwinſield, in Com. *Ebor.* sic dicta à Victoria quam hîc *Oſwi Nordanhumbrorum* Rex, à *Penda Mercio* reportavit, ut & **Winfield** in *Germania*, locus ubi *Quintilius Varus* cum Legionibus cæsus est.

Wiſchard, Prænomen, *Itali* scribunt *Guiscard*. *Falcandus* exponit Erronem, *Gul. Gemiticensis* Astutum Tergiversatorem, a Crafty Shifter; sed **Wiſch** neque in hoc sensu, neque in illo occurrit. Ideóque mallem deflectere à Teut. **Wiſchen**, Belg. **Wiſchen**, Tergere, Purgare, & Belg. **Aerd**, Natura, q. d. Ingenii Puri, Animi Purgati.

Wiſmar, aliis *Viſomarus*, *Vandalorum* Rex, *Wiſmariæ* urbis Maritimæ Conditor. *Adr. Junio* exponitur **Wiſe Meyer** (i. e.) Prudens Præfectus, v. **Wiſe** & **Major** in Et. Gen.

Witekind, Prænomen magni illius Saxonis Germani tot Principum, Regum, & Imperatorum Patriarchæ, qui primus Principum illius gentis Christianum fidem amplexus est, à Teut. vet. **Wite**, AS. Hpit, Hpita, Albus, & Teut. **Kind**, Infans, Puer, q. d. Puer Albus. *Kilian* scribit **Wide-kund**, & deflectit à Belg. **Wide**, vel **Wijde**, Latus, & **Kund**, Notus, q. d. Longè Latéque Notus, Celebris.

Withericus, aliis **Wedericus**, Prænomen Goth. *Adr. Junius* vel à Belg. **Wede**, Pecus, vel **Wither** seu **Wider**, Aries, & **Rich** deflectit, q. d. Pecudum seu Arietum Dives, v. **Weather** & **Rich** in Et. Gen.

Withred, *Cantii* Rex, *ab* AS. Wið, Contra, & Reban, Ræban, Consulere, qui sc. semper aliis Contradicit. Ἀντιγνώμων, ἐγγυγνώμων.

Withington, in Com. *Northumb.* AS. Wiðingtun, fortean *ab* AS. Wiðerian, Marcescere, Arescere, & Dune, Collis, q. d. Collis Aridus.

Wivelscomb, in Com. *Som. ab* Angl. **Weevel**, Curculio, & Comb, Vallis Collibus utrinque obsita.

Woden, *Olao Wormio Odinus*, *Gothorum & Germanorum* olim Deus, gentis *Gothicæ*, si *Wormio* fides sit, Conditor; non, ut plerique exponunt, *Mercurius*, sed *Mars*; signum enim ejus integrâ *Panoplià*, & stricto ense instructum statuebatur, & respondet Etymon; deflectitur enim *ab* AS. Wedan, Belg. **Woeden**, Teut. **Wüten**, Insanire, q. d. Deus Insanus, qui sc. Furorem Bellicum hominum animis inspirat, *vide* **Wood** & **Wednesday** in Et. Gen.

Woerden, *Batavia* Urbs, à Belg. **Woorde**, Anas Mas, & AS. Den, Vallis, Cubile, Lustrum Ferarum, fortean sic dicta à Copia Anatum.

Woldsbury, in Com. *Wilts*, à **Weld**, & **Bury**, q. d. Oppidum in Collibus, Ἄλλως, situm, v. **Wold** in Et. Gen.

Wolfard, Prænomen, *ab* AS. Wulf, Belg. **Wolf**, Teut. **Wolff**, Lupus, & Belg. **Aerd**, Natura, q. d. Indole Lupinâ præditus (i. e.) Subdolus & Crudelis.

Wolfart, Prænomen, à Teut. **Wol**, Benè, & Belg. **Waeren**, Valere, q. d. Benè

Benè Valens, vel idem quod **Wolfard**, quod *vide*.

Wolfgang, Prænomen. *Verſtegan* ſcribit **Wulfang** & **Wolfeng**, *ab* AS. Wulf, Belg. **Wolf**, Teut. **Wolff**, Lupus, & verbo AS. Fengan Capere, q. d. Luporum Venator, & Captor; vel ſi ſcribendum ſit, ut jam obtinuit, **Wolfgang**, ſecundùm *Kilianum*, *à* Belg. **Wolf**, & **Gangen**, Ire, Incedere, q. d. Lupinus Inceſſus. *Iſlebius* ſcribit **Hulfgang**, & exponit Auxilium Proſperum, felicitérque Procedens, *à* vet. Teut. **Hulf**, AS. Ulph, Auxilium, & **Gang**, Ire.

Wolfred, Archiepiſcopus *Cantuar.* *Anno* 816. vel, quod magis honorificum eſt, *ab* AS. Ulph, Auxilium, & Ræban, Conſulere, qui ſc. Conſilio ſuo alios adjuvat; vel, quod propiùs adſonat, *à* Wulf, Lupus, & eodem Ræban, qui ſc. Crudele (i. e.) Lupinum Conſilium ſuggerit.

Wolver-Hampton, in Com. *Staff.* olim **Wlfruneſhampton** vel **Wulfruneſhampton**, *à Wulfruna* pia muliere, quæ hic cœnobium condidit.

Woodzeate, Nomen Gent. *ab* AS. Wudegeneta (i. e.) Præfectus Sylvarum, v. **Reeve** ſuo loco, & **Ozave** in Et. Gen.

Woodſtock, in Com. *Oxon.* AS. Wudeſtoc (i. e.) Locus Sylvoſus, *à* Wude, Sylva, & Stoc pro Stop, Locus, vel ſi malis Stocce, Truncus, Caudex.

Worceſter, Urbs nobilis & Epiſcopalis, *Antonino Brunonium*, *Ptolemæo Branogenium*, Brit. *Caer-Wrangon*, *Nennio Caer Guorangon*, & *Caer Guorcon*, AS. Weogaceaſtep, Wegeopna-Ceaſter, & Wipe-ceaſtep, hoc fort. *à* Wipe, Saltus, & Ceaſtep, Civitas; **Worceſter** autem Lat. Barb. *Wigornia* dicitur, vel *à Wicciis* populo qui hanc regionem olim inſederunt, vel *à* dicto Wegeopna-Ceaſtep.

Worſted, in Com. *Norf.* Oppidum, unde Lana Texta **Worſted** dicta nomen ſumſit, ut **Darnix**, **Caubrick**, **Arras**, **Callico**, *à Tornaco*, *Cameraco*, *Atrebato*, & *Calecuto* urbibus in quibus illa opificia maximè floruerunt; **Worſted** autem deflecterem *ab* AS. Worð, Aula, Villa, & Steda, Sted, Locus.

Wray, Nomen Gent. neſcio an *ab* AS. Wreon, Tegere, Operire, vel *à* Wræc, Wræce, Exilium. Vix credo ortum *à* Fr. *Vray*, Verus, licèt hanc vocem in Scutum Gentilitium aſſumſerit Gens nobilis, quia *Womnino* à Gallica lingua abhorret.

Wrexham, in Com. *Denb.* AS. Wrixlerham. Neſcio an *ab* AS. Wriðelſ, Faſcia, Velamen, & Ham, Pagus, fortean *à* quadam Faſciæ ſimilitudine.

Wroxeter & **Wrecheeter**, in Com. *Salop.* AS. Wrecen-ceaſtep, *Nennio Caer Vruach*, *Antonino Uriconium*, *Ptolemæo Viroconium*, præcipua olim *Cornaviorum* Civitas.

Wulfhad, *Wilpheri Merciorum* Regis Filius, *ab* AS. Wulf, Lupus, & Had, Genus, Qualitas. Alludit Lat. *Lupus*, *Lupicinus*, Gr. *Lycogenes*.

Wulfhelm, Archiepiſcopus *Cantuar.* *Anno* circiter 930. Credo *ab* AS. Ulph, Auxilium, & Helm, Galea (i.e.) Protector, Tutor ſeu Conſervator.

Wulpet, in Com. *Suff.* (i. e.) Luporum Puteus, à noſtro **Wolf**, & **Pit**, quæ *vide* in Et. Gen.

Wulpher, *Merciorum* Rex Monaſterii *Petroburgenſis*, nunc Eccleſiæ Cathedralis, Conditor, *ab* AS. Ulpheр, Auxiliator. Appoſitè reſpondet Gr. *Boethius*, & *Epicurus*, *vide* **Help** in Et. Gen. vel *ab* Ulph, Auxilium, & Here, Exercitus.

Wulphric, Prænomen, ſecundùm *Verſteg.* olim **Wlphric**, *ab* AS. Ulph, Auxilium, & Ric, Dives, q. d. Auxilio Dives. Reſpondent Gr. *Beothius*, *Epicurus*.

Wulphſtan & **Wulfſtan**, Prænomen, *ab* AS. Ulph, Auxilium, & ſtan term. ſuperlat. AS. q. d. Maximè & ſummo Gradu Auxiliator, Gr. Ἀκρόπολις.

Y.

Yale, in Com. *Denb.* Tractus, fortean à fluviolo **Alan**.

Yanesbury, in Com. *Wilts*, Fossa & Vallo Romani operis insignis, quod fortean *Vespasianus* extruxit, & certè vestigia ejus nominis etiamnum retinet.

Yarborough, Nomen Gent. à nom. ant. **Gerber**, qui Fœnum recens desectum in Mergites seu Fasciculos ligat, hoc à Fr. *Gerbe*, Teut. **Garbe**, Merges, a **Sheaf**, verb. Fr. *Gerber*, Teut. **Garben**, in Mergites Colligare, vel à Teut. **Gerber**, Coriarius.

Yare, in Com. *Norf.* Fluvius, C. Br. *Guern*, quod etiam Alnum Arborem signat, fortean à copioso Alnorum proventu.

Yarmouth, in Com. *Norf.* Portus nobilis, Lat. *Garianonum*, AS. Gaꝛmuð, Ieꝛmuð, (i. e.) Garienis Ostium, à **Yare**, Lat. *Gariene* fluvio, AS. Ieꝛ & Gaꝛ dicto.

Yarrow, in Ep. *Dunelm.* olim **Girtwy**, Locus Venerabilis *Bedæ* natalibus illustris; Gyrtwy autem & **Gyrtway land** AS. Regionem Palustrem notat, à Gyꝛan, Gyꝛaꝛ, Paludes, Geꝛeꝛ, Palus, Geꝛ, Lutum.

Yates, Nomen Gent. à nom. **Yate** pro **Gate**, quod *vide* in Et. Gen.

Ybell, Prænomen C. Br. corruptum à Gr. *Eubulus*.

Yedburgh, in *Scot.* ad confluentes **Yed** & **Teise** fluviorum.

Yelverton, Nomen Gent. fort. *ab* AS. Culꝛne, Columba, & Tun, Oppidum, sic dictum à Copia Columbarum in vicinia nidulantium. Est enim primariò Nomen Proprium Pagi in agro *Norf.*

Yerby, in Com. *Cumb.* antiquis Arbera, olim Statio Militum.

York, secunda à *Londino Angliæ* Civitas, olim *Eboracum* seu *Eburacum*, AS. Euepic, & Eoꝛpeppic, C. Br. *Caer Effroc*, *Nennio Caer Ebranc*. *Eburacum* autem dictum est *ab Uro* fluvio quo alluitur, q. d. juxta *Urum*, ut *Eburovices*, *ab Euro* flumine, & *Eureux* & *Eburones*, prope **Dart** fluvium, & *Eblana* Hiberniæ, à **Lefney** fluvio: hîc olim sexta legio Victrix stativa habuit. Est autem duorum Aug. *Severi* & *Constantii* Chlori morte, & *Constantini* magni natalibus clara, & Metropolitana Civitas. v. *Leland* in Cygnea Cantione p. 103, & 104.

Ystwith, in Com. *Card.* Nescio an à C. Br. *Ystwith*, Lentus, Vietus, fortean à Lento aliquo vel intermortuo flumine seu rivo ipsum alluente, nisi malis à Soli Sterilitate sic dictum.

Ythell, Prænomen, C. Br. contractum & corruptum à Gr. *Euthalius*.

Yutland, Teut. **Jütland**, *Cimbricæ Chersonensi* pars, ni fallor, q. d. Terra *Gothica* vel *Gothorum*.

Z.

Zealand, Belg. **Zeeland** & **Seeland**; tum *Belgii*, tum *Daniæ* Provincia, hæc *Codanorum*, illa *Mattiacorum* priscorum sedes, q. d. Angl. **Sealand**, sic dicta à situ, quia Mari circumluitur utrâque.

Zouch, Nomen Gent. (i. e.) *de la* **Souche**, *Souche* autem Fr. Truncum significat.

Zutphen, *Belgii* Urbs & Provincia, q. d. **South Fen**, v. **South** & **Fen** in Et. Gen.

Zuyder-zee, inter *Hollandiam* & *Zelandiam* (i. e.) Angl. **Suthern-see**, Mare Australe, sc. respectu *Hollandiæ* quam à Meridie alluit, *vide* **South** & **Sea** in Et. Gen.

Can-

CANDIDE LECTOR.

UT fidem meam in ipsa Præfatione tibi obstrictam liberem, ecce tibi nomina quædam propria veterum *Gallorum* & *Britannorum*, quæ *Becanus*, *Cluverius*, & alii à *Germanicis* originibus detorquent, veræ suæ matri restituta. Pauca sanè attuli, quia & ipsi pauca attulerunt, eorum ferè vestigiis insistens; quò minùs integram istiusmodi nominum Etymologicon elaborarem obstitit, tum mea hujus linguæ imperitia, tum recentioris hujus *Cambro-Britannici* sermonis angustia, qui, Doctore *Davisio*, diligentissimo sanè viro, summa cum industria colligente, non ultra 55 minora folia, corrasis etiam multis *Anglo-Saxonicis*, & *Anglicis* vocabulis exhibet. Etenim, prævalente victrice nostrâ linguâ, longè major priscarum vocum pars exolevit, nostris in earum locum cooptatis, manifesto satis indicio, ne dicam præsagio, totam linguam intra unum vel alterum sæculum prorsus interituram.

Cluverius primò terminationes, in quas prisca *Gallica* & *Britannica* nomina desinunt, à *Germanico* fonte haurire conatur.

Primò terminationem *ic*, in quam desinunt *Ordovices Britanniæ*, *Eburovices*, *Lemovices*, *Brannovices*, *Mediomatrices Galliæ* populi, & terminationem *ac*, in quam desinunt *Segontiaci*, &c. *Germanicæ* esse vult propaginis, tanquam ortæ essent *ab* AS. Aac, Ac, Belg. Eycke, Quercus. Quidni meliori jure deflectere possem *à* C.Br. *Jâch*, *Ach*, Stemma, Prosapia?

Secundò *er*, *ar*, *or*, *ur*, in quas desinunt *Silures Britanni*, *Ambibari*, *Petrocorii*, *Cavares*, *Treviri Galli*, *Germanicæ* esse originis asserit, nec tamen Etymon adducit. Quid proclivius quàm hæc omnia deflectere *à* C.Br *Ar*, Super, Ad, Juxtá.

Tertiò *mag* seu *magus* frequentem *Gallicarum* urbium terminationem, ut apparet in nom. *Rotomagus*, *Cæsaromagus*, &c. eodem trahit, suppresso tamen Etymo. Quidni melius declinem *à* C.Br. ant. *Magad* pro *Bagad*, Turba, Grex, Multitudo, nisi malles ortum *à* C. Br. *Magu*, *Magai*, Nutrix, ut *Roma* dicitur *Alma* (i. e.) multorum hominum Altrix.

Quartò terminationem priscis *Gallis* frequentissimam *ix*, ut in nom. *Ambiorix*, *Vercingetorix*, *Eporedorix*, &c. *à* Teut. Reich, AS. Ric, Dives, deflectit. Sed bona cum ejus venia Romani hanc term. *ric* non per *ix*, sed per *ricus* in nom. *Germanicis* sonuerunt, ut manifestum est in nom. *Alaricus*, *Athanaricus*, *Theodericus*, & innumeris aliis. Mallem igitur deflectere *à* C.Br. *Rhêg*, Donum, ut in *Græcis* nominibus *Theodorus*, *Theodotus*, *Theodosius*, *Diodorus*.

Quintò term. *dunum*, ut in *Camalodunum*, *Auguſtodunum*, &c. aliqua ſanè cum veriſimilitudine deflectit *ab* AS. Dun, Dune, Belg. Duyne, Tumulus, Agger. Quid ſi deducerem *à* C.Br. *Din* pro *Dinas*, Urbs, Civitas, hoc *à Dyn*, Homo? Quid enim aliud eſt Civitas quàm hominum in unam ſedem confluxus.

Sextò term. *dur* ſeu *durum*, in nom. *Batavodurum*, &c. *à* Teut. Thür, Belg. Deure, Janua ſeu Porta, deflectit. Quid manifeſtius quàm hoc ortum eſſe *à* C.Br. *Dwr*, Aqua, cui adeò feliciter alludit Gr. Ὕδωρ, ut multi pro verò Etymo habeant.

Septimò term. *brig*, *briga* vel *briva*, maxima ſanè cum veriſimilitudine *à* Teut. Brücke, Belg. Brugge, AS. Bricg, Pons, deflectit. *Cambro-Britanni* hodierni Lat. vocem Pont uſurpant. Mallem igitur deducere vel *à* C.Br. *Brig*, Ramus, Cacumen, Culmen, vel *à Brych*, Macula, & ſecundariò Pagus, ut hodiéque Teutones Pagos Flecken, q. d. maculas ædium hic & illic aſperſas, appellant.

Octavò term. *mar* in nom. *Induciomarus*, *Virdumarus*, &c. deflectit *à* Teut. Meyer, Præfectus ſeu Dynaſta. Quidni ego deducerem *à* C.Br. *Mawr*, Magnus?

Ambitrix, *Adr. Jun.* & *Kilianus* dictum putant quaſi Haupt-reich. Quid ſi deflecterem *à* C.Br. *Am* pro *Amws*, Equus, præſertim Admiſſarius, & *Rhêg*, Donum, ut Gr. *Hippodorus*.

Bonduca ſeu Bonduica, *Icenorum Britonum* Regina bellicoſa, patriæ vindex, *à* C.Br. *Bûn*, Femina, & *Du*, Atra, Nigra, fortean ſic dicta quia propter mortem Viri ſui Praſutagi pullata per totam vitam inceſſit.

Bellovesus, *à* quibuſdam *Germanis* exponitur Peregrinationum ductor, tanquam ortum eſſet *à* Teut. Wallen, Peregrinari, & weiſen, Oſtendere, Docere. Mallem deflectere *à* C.Br. *Balch*, Superbus, & *Gwiſg*, Veſtis, q. d. ſuperbè veſtitus.

Brennus, Gallus *Romæ* Expugnator, & alter Delphorum Oppugnator. *Becanus* dictum putat tanquam Be-renn.t (i. e.) Hoſtilium agrorum Incurſator, alii tanquam Brenner (i. e.) Incendiarius, alii deflectunt *à* Cimbr. ant. Brandur, Clypeus. Meræ nugæ: ut enim priùs obſervavit ſagaciſſimus *Camdenus*, manifeſtè deſcendit *à* C.Br. *Bren* pro *Brenhyn*, Rex. Reſpondent Lat. *Regilus*, *Regilianus*, Gr. *Baſilius*.

Britomarus. *Kilianus* deflectit *à* Teut. Breit, Latus, & Mehren, Augmentare. Mallem *à* C.Br. *Brith*, Pictus, Variegatus, Maculoſus, & *Mawr*, Magnus.

Caratacus ſeu Careticus, vel *à* C.Br. *Caredig*, Amatus, niſi ſuſpicaris hanc non eſſe priſcam vocem, ſed *à* Lat. *Carus* formatam, vel *à* C.Br. *Caer*, Urbs, & *Adwaith*, Imperfectus, q. d. de Urbe nondum Completa.

Divitiacus, *Kilianus* dictum putat quaſi Die viant acht (i. e.) qui hoſtes in fugam vertit. Mallem deflectere *à* C.Br. *Diffaith*, Eremus, & *Jâch*, Stemma, Stirps. Reſpondent Lat. *Sylveſter*, *Sylvanus* & *Sylvius*, Gr. *Hylæus*.

Dumnorix, Sanè *Kilianus* ſatis abſurdè exponit diverſorum Sacerdotiorum opimis proventibus affluentem, tanquam ortum eſſet *à* Belg. Dom, Eccleſia Cathedralis, & Rick, Dives. Sed quis neſcit Dom hoc ſenſu *à* Lingua Latina, mediante Chriſtianâ religione, in Germanicum ſermonem invectum; oritur enim *à* Lat. *Domus*, ut & It. *Domo* eodem ſenſu, q.d. Dei Domus, κατ' ἐξοχήν. Mallem igitur deflectere *à* C.Br. *Dymuno*, per Syncopen *Dymno*, Petere, Deſiderare, & *Rhôa*, Donum, omninò ut Gr. *Philodorus*.

Eporedorix, *Cluverius* dictum putat quaſi Pferde-reich (i.e.) Equorum Dives. Mallem deflectere *à* C.Br. *Yfory*, Cras, *Do*, etiam, & *Rhêg*, Donum (i. e.) qui quæcunque petuntur facilè pollicetur, ſed promiſſorum præſtationem in infinitum differt. Reſpondet illud agnomen *Antigoni* Macedonum Regis, qui ob hoc ipſum vitium Δώσων appellatus eſt.

Orgetorix,

Dygetozix, à *Kiliano* ex *Adr. Jun.* exp. locorum Dives, tanquam ortum esset à Belg. Dozt vel Dzt, Locus, & Rijck, Dives. Mallem, licèt aliquanto timidiùs, deflectere à præp. C.Br. Epitaticâ *Ar*, Super, & in compositione Valdè, *Cyttu* pro *Cyttuno*, Assentire, & *Rhêg*, Donum, q. d. qui valdè assentit (i. e.) Oblectatur muneribus, vel qui propter munera suffragium suum vendit. Vel à C.Br. *Argywiddu*, Nocere, et *Rhêg*, cujus sc. [illegible] sunt, vel cui dona in damnum cesserunt.

Pyasutagus, *Icenorum Britonum* Rex, à C.Br. *Brâs*, Crassus, Grandis, *Sutt* vel *Sûd*, Forma, Species, & *Taeog*, Rusticus.

Rheda, Vox *Quintil.* teste origine Gallica. *Vossius* & *Cluverius* deflectunt à Belg. Rijden, Teut. Reiten, Equitare. Quidni ego potiori etiam jure deducam à C.Br. *Rhedeg*, Currere, omninò ut *Currus* à *Currendo*.

Vergingetozix, à *Becano* exp Providentiâ Dives, q.d. Belg. Ver-sinnigheit-rijck, ab aliis exp. valdè Ingeniosus, q.d. Seer-sin-rijck. Sed isti boni viri non animadvertunt hanc vocem Sin non esse priscam *Germanicam*, sed recentiorem à Latinis traductam, sc. à Sentiendo & Sensu. Mallem igitur deflectere à C.Br. *Bera*, Acervus, *Cyngann* pro *Cynann*, Fari, Affari, & *Rhêg*, Donum (i. e.) qui montes pollicetur.

Vergobretus, summus apud *Gallos* Magistratus Dictatori Romano suppar. *Becano* exp. Magistratus cui potestas est Strangulandi, & scribit Wergogbret. Utinam Etymon plenè deduxisset; vix capio, nisi ortum putet à Teut. Würgen, Strangulare, & Be-richten pro Richten, Punire. Adhuc pejus *Hottomannus* dictum putat quasi Oberest-werck (i. e.) Magister vel Inspector operum. Mallem igitur deflectere à C.Br. *Bêr*, Hasta, Lancea, *Gobr*, Præmium, Merces, & *Eith* contractim pro *Eithaf*, Supremus (i. e.) Summus lancearum seu militum Hastatorum Remunerator. Sed obstat quod vox *Bêr*, cum etiam Veru designet, & manifesta sit inter Veru & Hastam similitudo, videtur omnino à Lat. *Veru* deflexa. Consultius igitur fortasse esset τῷ *Bêr* verbum *Gwar* pro *Gwario*, quod Impendere, Expendere significat, substituere; ità ut idem ferè sensus emergat (i. e.) Magistratus qui præmia cuique pro merito distribuit.

Virdumarus, à *Kiliano* exp. Pacis Arbiter seu Præfectus, tanquam ortum esset à Belg. Vrede, Teut. Friede, Fried, Pax, & Meyer, Præfectus, Prætor, Dynasta. Mallem deflectere à C.Br. *Gwâr*, Clemens, vel potiùs *Gwaredd*, *Gwarder*, Clementia, & *Mawr*, Magnus, q. d. Clemens & Magnus, vel Clementiâ Magnus, quo nomine nullum viro Principi Augustius.

FINIS.